METROPOLIS SALISBURGENSIS TOMUS PRIMUS [-TERTIUS], ...

Wiguleus Hund

METROPOLIS
SALISBVRGENSIS

Tomus Primus,

CONTINENS

PRIMORDIA CHRISTIANÆ RELIGIONIS PER BOIARIAM ET LOCA quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam ſucceſſionem Archiepiſcoporum Salisburgenſium, & Coëpiſcoporum, Friſingenſium, Ratisponenſium, Patauienſium, ac Brixinenſium,

PATRIAE AMORE AC VENERANDAE antiquitatis ſtudio, ſumma fide & diligentia collecta

A NOBILI ET AMPLISSIMO VIRO VVIGVLEO HVND à SVLTZENMOS I. C. AC SVPREMI BOIORVM SENATUS Monachij Præſide.

ACCESSERVNT PRÆTER DIPLOMATA SVMMOR. PP. Impp. Regum, Principum &c. hiſtoriæ inſuper continuationem;

NOTÆ

CHRISTOPHORI GEWOLDI I. D. SERENISSIM. Boiar. Duc. à Conſilijs.

MONACHII

Ex Typographéo Bergiano apud Viduam.

Anno M. DC. XX.

Impenſis IOANNIS HERTSROY Bibliopolæ.

AD

G. V.

D. CHRISTOPHORVM GEVVOLDVM I.V.D.
Magni Boiorum Ducis Consiliarium

DODECASTICHON.

Qvas ego cunq; tibi vigilatas pellego chartas,
Dictauisse nouem credo GEWOLDE *Deas.*
Hoc clamant doctæ quibus expurgata FREHERI
Sphalmata sunt varijs lapsibus Antitheses.
Hoc nuper renouata vetus tibi Norica tellus,
Septenûmq; virûm iura vetusta docent.
Stemmata quid memorem, quid longo sanguine censos
Boiugenûm Reges, Boiugenûmq; Duces?
Hoc castigatus per te testatur & auctus
HVNDIVS *electis Pallados exuuijs.*
METROPOLIN *vix ipse suam iam nouit, & vltro*
Se debere tibi plus ait, atq; sibi.

MATTHÆVS RADERVS
è Societate IESV.

SERENISSIMO

ET POTENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, DOMINO

MAXIMILIANO

VTRIVSQVE BAIOARIÆ MONARCHÆ

COMITI PALATINO RHENI &c.

Domino meo clementissimo

SI QVISQVAM VNQVAM, Serenissime Princeps, Domine clementissime, historiarum scriptor de amplissimo BAIOARIÆ siue regno siue Ducatu benè meritus dici debet; primas omninò partes iure sibi vendicat Nobilis ac Iureconsultissimus vir, Dn. VViguleus Hund à Sulzemos; Ser.^{tis} V.^{æ} aui Ducis ALBERTI V. cuius anima DEO viuit, nec non Serenissimi genitoris GVILIELMI V. olim Consiliarius, ac supremi Tribunalis Boiorum Monachij præses. Is etenim quotidianas inter, grauissimasque officij sui occupationes defati-

gatas animi vires colligere ſolitus, ad hiſtoriæ lectionem (talis & tanti Reipublicæ nati factique viri ſtudium hoc proprium) ſe contulit: & quicquid inter legendum notatu dignum occurreret, commentarijs ſuis inſertum, in gratiam & perennem Boiorum laudem, annis ab hinc triginta octo ſub titulo METROPOLIS Salisburgenſis publici iuris fecit.

Agnouêre cum ipſi Boij, vt par erat, tum exteri quoque optimi viri magna induſtriâ perfectum opus; tantoque legendi ardore arripuerunt, vt vix vno atque altero anno elapſis nullum amplius exemplar venum proſtaret.

Commonefactus ergò à quamplurimis viris religione, doctrinâ, dignitate conſpicuis, ante annos penè viginti de perennando Hundiano partu, ac quo ad eius fieri poſſet, auctius & emendatius edendo cogitare cœpi. In quem finem omnia vbiuis locorum antiqua monumenta, labore quidem haud exiguo, non tamen pænitendo conquiſiui: nonnulla etiam è Ser.^{tis} V^{æ} arcano chartophylacio deprompſi: ac tandem quæcunque nactus ſum, quo meliori atque commodiori modo licuit, in

vnum

vnum corpus redacta pro meo erga Ser.tem V.m & amplissimam Boiorum gentem debitæ obseruantiæ officio, in lucem prodire curaui.

Ser.tas V.ra non offerentis tenuitatem, sed rei quæ offertur dignitatem serena, quæso, fronte contueatur: Et factum hoc meum ex sincera deuotione profectum æqui bonique consulat. Diuina Maiestas, quæ inclitos Boiorum Principes cum tota gente sua ab tot iam sæculis singulari fauore prosecuta est; & donis simul bonisque cælestibus & humanis auxit & cumulauit: eosdem deinceps pro infinita sua clementia tueatur, & ab omnibus aduersæ fortunæ tempestatibus, quæ passim imminere videntur, saluos & incolumes conseruet. Monachij XII. Calend. Martij, Anno Christi. MDCXX.

Serenissimæ Cels. Vestræ

addictiss. seruus.

CHRISTOPHORVS GEVVOLDVS.

SERENISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, DOMINO VVILHELMO COMIti Palatino Rheni, vtriusq; Bauariæ Duci, Domino suo clementissimo.

OFFERO, SERENISSIME PRINCEPS, Metropolim Salisburgensem, iam pridem à me promissam, opus quidem non meæ inuentionis, aut ex meo natum ingenio, sed ex probatissimis & grauissimis scriptis, maximè vero peruetustis Imperatorum, Regum ac Principum diplomatibus, & tabulis authenticis, fabulosis quorundam narrationibus resectis, syncera fide, magnaque diligentia, quantum per publica negotia licuit, per me collectum: continens Christianæ Religionis & Catholicæ fidei per Boiariam ac finitimas prouincias prima quasi semina ac originem: item progressum, propagationem, & in hanc vsque diem conseruationem. Quæ quidem omnia secundum diuinam gratiam, cui meritò, quicquid sumus, acceptum ferimus, vel cum primis tribuendum censeo erectioni, fundationi, & institutioni tot insignium Ecclesiarum, amplissimorum Episcopatuum & Monasteriorum. Quorum præsules Rempublicam Christianam doctrina & virtute plantarunt, sudore & labore in eam, quam videmus, formam euexerunt, sanctioris vitæ exemplo, Deo incrementum dante, in hæc vsque secula promouerunt. Qua vigilantia, solertia & pietate non plebeiorum modò hominum sed nobilium quoque, quin & Principum, Regum, atque Imperatorum animos tanto in religionem Zelo, tanto in patriam amore inflammârunt, vt plærique magnam opum suarum partem, aliqui vniuersam substantiam, nonnulli cum bonis semetipsos quoque Deo in holocaustum obtulerint, sibique de Mammona iniquitatis amicos

eos, à quibus in æterna tabernacula deficientes reciperentur, comparare voluerint. Vt mirum videri queat, quid quibusdam nostri seculi hominibus in mentem venerit, vt hæc Religionis Catholicæ pia principia, solidaque ac firma fundamenta non labefactare solùm, sed penitus abolere, & funditus euertere nitantur. Cum certum sit, sicut his rationibus & medijs Maiores nostri ad Christi fidem sunt conuersi: ita iis sublatis & deletis, posteros in omnis generis errores, hæreses, veteremque adeò paganismum relapsuros. Cuius rei non obscura præludia passim his periculosissimis temporibus conspicimus & experimur.

Porro hæc quoque Historia plurima nobis Antiquitatum Germaniæ, præsertim amplissimi Boiorum olim regni, nunc autem Ducatus, luculentissimaque testimonia ob oculos ponit. Antiquitates dico non prisci illius seculi florentis adhuc Reipublicæ Romanæ in his partibus Imperij, (cuius inuestigationi plærique diu multumque insudârunt, qui tamen præter varias variorum opiniones & ambiguas coniecturas vix quicquam certitudinis assecuti videntur) sed medij, vt ita dicam, temporis, quo fides Christiana apud nos cùm sanctissimorum Pontificum studio ac consilio, tùm etiam ope & præsidio maximorum Regum & Principum, plantari ac propagari cœpit. Quorum stemmata, nomina, familiæ ac res præclarè gestę neutiquam tenebris inuolui, sed perpetuæ consecrati memoriæ, publicè summa cum laude prædicari, ac posteris ad imitationem ceu viua exempla proponi, meritissimè debent. Eorum vestigijs laudatissimi Maiores tui, præcipuè nostra ętate, pientissimę memoriæ auus VVilhelmus, & pater Albertus prudentissimi, fortissimi, ac religiosissimi Principes, inhærentes, tàm Ecclesias quàm Ecclesiasticum ordinem in amplissima ditione sua defendere, prouincias suas ab hæresibus longè lateque serpentibus mundas, ac in Catholica religione integras conseruare, omnibus viribus studuerunt: quos tu non solum æquare, sed pia æmulatione superare contendis.

Accipe igitur Serenissime Princeps, sereno vultu Ecclesiasticam hanc Historiam, quæ vt spero currenti calcar addet, & tuo patrocinio suffulta, non indigna videbitur, quæ à viris Catholicis, Religionis, Patriæ, ac Antiquitatis studiosis eò libentiùs legatur. Omnipotens Deus te cum vniuersâ tua posteritate, ad

sanctissimi nominis sui laudem, Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem & consolationem, & salutarem totius prouinciæ pacem, quàm diutissimè incolumem conseruet. Vale Princeps optime. Monachi, Prid. Cal. Iunij. Anno Christi M.D.XXCII.

Serenissimæ Cels. tuæ

Deditiss. Seruitor & Consiliarius,
VViguleus Hund à Sultzenmos

ALBER-

ALBERTI HVNGERI, APVD INGOLSTADIENSES PROFESSORIS Theologi, & Procancellarij Censura.

SI ILLI QVOQVE, CANDIDE LECTOR, QVI *vel merè profana, vel prorsus externa, vel etiam iam pridem amissa, nec vnquam recuperanda describunt probari tamen laudariq; à nobis solent propter industriam & benè merendi studium: equidem iustissimum est, vt haud paulò magis amemus, colamus, & contendemus eos, qui non profana sed Ecclesiastica, non externa sed nostra, non amissa miserè sed conseruata feluiter, & ad omnem adeò posteritatem nostram perquàm religiosè transmittenda fideliter, breuiter, atque perspicuè nobis ob oculos proponunt. Quantò enim hæc, quàm illa, magis ad dignitatem & vtilitatem nostram pertinent, tantò etiam procul dubio scriptores hi, quàm illi, propius, prolixius, & præclarius de nobis promerentur. Quippe quàm indignum sit, quàm illiberale, quàm periculosum, ista ignorari præsertim ab iis, qui ad Patriæ gubernacula sedēt, & vel ex officij etiam sui ratione commune boni procurare debēt, cùm prudens quilibet facilè possit existimare, tum vel ethnicus ille Cicero clarissimè perspexit, verissimeq; in Oratore suo ad Brutum hisce verbis expressit: [Nescire quæ anteq̄ nasceremur, in repub. nostra gesta sunt, quid est aliud, quàm semper esse pueros?] Quòd si illud etiam rectè à Iureconsulto dictum est: [Turpe est patritio viro ius eius ciuitatis, in qua versatur, ignroare.] profectò rectius multò nos dixerimus, turpissimum, imò & perniciosissimum esse præsertim hodie, homini Christiano, quæ fuerit Christianismi forma tempore maiorum suorum, ignorare: quæ Patriæ suæ quæ sibi, quæ posteris charissima & antiquissima debent, eorum neq; primordia tenere, neq; progressum, eorum neq; adiumenta nouisse, neq; incrementa, Religionis, inquā vera sine qua frustrà speratur salus vera, & Episcopatuum, Monasteriorum, & Academiarum quæ religioni veræ propagandæ & conseruandæ semper à sapientissimis ac optimis quibusq; Ecclesiæ columinibus opportunissima præsidia meritò fuêre iudicata. Talibus igitur de rebus cùm verè nobilis vir,* WIGVLEVS HVNDIVS, *trium ex ordine sibi succedentium vtrimq; Boiariæ Principum prudentissimus, fidelissimus, meritissimusq; consiliarius memoriam annorum plusquam octingentorum Baioarijs quidem suis in primis, tùm verò & alijs omnibus antiquitatis & veritatis studiosis magna fide singulari studio, summa diligentia hunc vnum in librum collegerit, næ ille laudes gratiasq;, præsertim apud Boiaros suos, meretur multò maximas; næ ille vel hoc quoq; nomine dignissimus est, cuius nomen tam eorum nominibus qui in hoc opere illustres sunt, ab omni piorum posteritate celebretur in terris, ab omni piorum antiquitate diligatur in cælis, ab ipso deniq; Christo Domino ex Albo Curiæ terrenæ transcribatur inter amplissimos senatores Curiæ cælestis. Vtinam verò, vtinam, quæ vir hic non solùm diuturno rerum plurimarum maximarumq; vsu præstantissimus, verùm & historiarum omnium præsertim patriæ suæ scientissimus suis hic potissimùm Baioariis breuiter sed fideliter perscripsit, ea etiam nationes aliæ præsertim eæ, quas nouum Lutheri vel Caluini Euangelium miserè seduxit, diligenter legant, libenter relegant, nouissimaq; maturè prouideant. Quæ enim, obsecro vtilitas, quæ sapientia quæ gloria, antiquare ac spernere eam, quæ hic commemoratur, rerum Ecclesiasticarum, in Baioaria, aliisq; Germaniæ imò totius orbis Christiani partibus cum Baioaria communem per tot secula religionem secutis tam benè firmatam & tam sanctam antiquitatem? contrà verò profanam Lutheri vel Caluini nouellitatem, vt antiquissimi Tertulliani verbis vtar, tot præscriptionibus ab ipso Verbo* DEI *iam olim prædamnatam tam cupidè amplecti, tam pertinaciter tenere? Quæ ista, quæso, modestia, quæ securitas, sub prætextu Verbi* DEI *for-*

tissi-

tissimos sapientissimos sanctissimosq; illos Imperatores ac Principes, Pipinum, Carolum magnum, Ludouicum Pium, Hainricum sanctum Conrados, Ottones, Albertos, aliosq; plurimos qui hoc in opere benignissimi amplissimorum Episcopatuum & Monasteriorum fundatores ac benefactores memorantur, tanquam grauissimorum errorum & detestandæ idolomaniâs Patronos despicere atq; deserere? Contrà verò Lutheri vel Caluini doctrinam aduersus hosce omnes procaciter obijcere, vnicè suspicere, mordicùs asserere! Quanta deniq; superbia, quàm graui olim luenda supplicio, sub prætextu Verbi DEI tot sanctissimos Confessores & martyres quorum hoc ipsum quoq; opus passim commeminit, S. Bonifacium, S. Rupertum, S. Corbinianum, S. Vitalem, S. Virgilium, S. Maximilianum S. Piligrinum, S. Emeranum, S. Erhardum, S. Wolfgangum, S. Gotthardum, S. Leonardum, S. Althonem, S. Adalbertum aliosq; penè innumerabiles Episcopatuum & Monasteriorum illorum Rectores vigilantissimos tanquam Antichristi administros ac præcursores aspernari & reijcere! Contrà verò Lutherum & Caluinum quasi solos verè sapientes in amore & honore habere! Quasi verò, vt cum D. August. lib. 2. contra Iulian. Pelagian. loquar, longa dies ita summa permiscuerit imis, vt Lutherus & Caluinus, tanquam non homines sed Dij, videant ac intelligant soli, cæci autem sint, quos hactenus retuli, omnes, quantumuis Christo tota mente, omniq; studio & contentione tùm corporis, tùm animi deseruierint, ne quid esset propter quod spiritus sapientiæ & intellectus eos auersaretur. Octingentis annis, hoc est, iam inde à primordio suæ conuersionis ad Christum, Bauaria plenum Papatum tenuit, diutius etiam aliæ quædam Germaniæ partes, fuitq; hac ratione ipsi Bauariæ, cæterisq; illis Germaniæ partibus, vnius vera & perfecta fidei communio cum alijs omnibus Christiani orbis nationibus. Per hoc tempus in Bauaria & reliqua Germania fuisse sanctos viros, fuisse sanctas fœminas, fuisse facta miracula & hæc quidem per eam fidem, quam habet Papatus, per eandem doctrinam, per eadem sacramenta tam certum est, vt id nec aduersarij si maximè velint, negare possint. Quæ igitur obsecro ista est tam oculata temeritas, eam religionem in qua confitendũ est ista fuisse omnia nolle videre! tantam de scripturæ sensu consensionẽ omnium populorum & gentium floccipendere! tantam authoritatem miraculis inchoatam spe nutritam, charitate auctam, vetustate firmatam respuere! tàm longam Episcoporum, maximè Romanorum, iam inde à D. Petro Apostolorum Principe vsq; ad præsentem Gregorium XIII. contra tot tyrannos & hæreses à DEO conseruatam successionem nihili facere! nudæ autem veritatis pollicitationi, quæ sola apud nouatores personat, pertinacissimè adhærescere! Crepabant & olim Euangelium hæretici illi Manichæi, contra quos proximè præcedentia scribit, vrgetq; S. Augustinus in libro aduersus Epistolam fundamenti Manichæorum. At contra hanc iactantiam pulcherrimè idem eruditissimus & sanctissimus Pater ibidem subiungit: Cum horum nihil apud Manichæos sit, quod me inuitet, & teneat, quomodo de Euangelio non potius Catholicis, quorum religio tot illis tantisq; nexibus animum meum adstringit credidero quàm Manichæis, præter veritatis Euangelicæ pollicitationem nihil istorum habentibus? Sic igitur & hodie cum istorum nihil sit vel apud Lutheranos vel apud Caluinianos sint autem omnia apud Catholicos (quos isti Pontificios seu Papistas appellitant, perinde ac olim Arriani Catholicos verè quidem, sed per contemptum, homousianos nuncupabant) cur, quæso, de Euangelio & vera fide Catholicis non potius quam vel Lutheranis vel Caluinianis fidem haberemus? Catholicorum. n certè fundatæ sunt Ecclesiæ per totum mundum, Catholicorum est consensus ille omnium populorum & gentium; Catholicorum est illa authoritas miraculis, antiquitate, successione quoq; tam longa tùm Romanorum Pontificum, tùm Archiepiscoporum & Episcoporum aliorum tam solidè constabilita; Catholicorum est deniq; sanctum & cæleste illud perpetuæ Virginitatis institutum, nusquam nisi apud Catholicos fœliciter impleri solitum, quod iam olim quoq; magnus Athanasius tanquam veræ Ecclesiæ κριτήριον quoddam aduersus Arrianos in Apologetico pro fuga sua haud immeritò adduxit. Nec enim etiam per summam calumniam, negari potest, vel in hisce Monasterijs, quæ in hoc vno opere describuntur, iam olim fuisse, ac etiamnum esse, præ-

præsertim facta nonnullorum eiusmodi Monasteriorum reformatione, plurimos virginalis castimoniæ perquam studiosos, veréq; obseruantes. Contrà verò Lutherani & Caluiniani sunt, qui Monasteria non vt Catholici iuxta Verbum DEI *reformant & restaurant, sicubi disciplina lapsa videtur. sed vt Arriani sub prætextu Verbi* DEI *deformant & destruunt: qui perpetuæ Virginitatis vota, vt rem absurdam derident; qui Monachis sua eripiunt, quæ ipsi Monachi meliore iure, vtpote ex liberalissimis piorum donationibus profecta, tenuêre, quàm sua ipsi etiam Principes seculares, vti verissimè solitus est dicere ille nunquam satis laudatus Saxoniæ Princeps* GEORGIVS*: qui deniq; legitima Episcoporum successione, qui miraculorum & vetustatis authoritate, qui Christianorum populorum de Scripturæ sensu consensione manifestò destituuntur, adeoq;, vt cum Optato illo Mileuitano lib. 2. contra Parmenianum loquar, planè sequentes sunt sine antecedente; nisi fortè antecedentes eorum velis Hussum. Wicleffum, Aërium, Vigilantium, Iouinianum, aliosq; similes damnatissimos hæresiarchas dicere, quorum tamen etiam nulli præcipua omnia vel Lutheri vel Caluini dogmata placuêre. Legant ergò hoc præsens* HVNDII *nostri opus Bauari, legant & alij, & cùm tam præclaras Christianismi in Boiaria origines, tantamq; religionis eius, quam etiamnum piè vtiliterq; sequuntur Bauari, antiquitatem, sanctitatem, authoritatem in eo viderint, cùm animaduerterint, tot & tantos Principes, Episcopos, Abbates &c quos ne ipsi quidem nouatores negare possunt* DEO *gratissimos acceptissimosq; fuisse, eam prorsus tenuisse fidem, quam adhuc quoq; hodie tenet Bauaria; hanc potissimùm fidem amplectantur, illudq; sibi certissimò persuasum habeant, si fenestram nouis hæresibus, imò & ipsi Machometismo, vel etiam paganismo præcludere volunt, Caluinismum procul pellendum prorsusq; exterminandum esse; si verò Caluinismum exterminatum volunt, Lutheranismum prius omninò abijciendum, & ad vnam sanctam Romanam Ecclesiam redeundum esse. Si enim hanc Ecclesiam tot illis prærogatiuis, tamq; illustribus notis, quas supra retulimus, elucentem & eminentem. non Scripturæ nuda verba vrgentem, vt aduersarij faciunt, sed testes insuper expositionis suæ præstantissimos & probatissimos quosq; Christianitatis Doctores, qui vnquam vel vsquam vixerunt, proferentem, impunè aspernari Lutheranis licuit, cur obsecro non multò magis etiam Caluinianis liceat Lutheranismum nudiustertiùs demùm ab excucullato & incesto Luthero exortum, nec dum Germaniæ fines egressum, sed nec per omnem Germaniam progressum, imò propter tot sectas, in quas est dissectus, in ipsis originis suæ faucibus iam penè suffocatum, contemnere, conuellere, eaq; nudare authoritate, quam ipse prius omnibus modis superiori abrogare conatus est religioni Catholicæ seu Pontificiæ? Sed ne iusto longior sit hæc operis huius approbatio, quod sese per seipsum cuiuis æquo lectori satis approbabit, finem facio, obtestorq; lectorem per* DEVM *& salutem suam, vt quæ in hac qualicunq; admonitione & in hoc opere legerit, sibi esse salutaria patiatur.*

CATA-

CATALOGVS EPISCOPORVM SALISBVRGENSIVM.

SALISBVRGVM, ROMANORVM OLIM COLONIA erat,& Iuuauium † inde dicebatur,quòd Romani contra Germanorum incursiones,in faucibus Montium,Arcem ibi munitissimam extrui curauerant,ad quam Milites atque Satellites refugium & iuuamẽ haberent,vnde & Castrum hoc Germanicè Helffenburg appellabatur : aut quòd fluuius præterfluens Iuuauius,dictus hodie Salza arci & ciuitati ibidem conditæ nomen dedisse à quibusdam putatur. a.

VIDOMARVS Rex Ostrogothorum, vnà cum Gothis, † Herulis, Turogis,& aliis tunc adhuc gentilibus Germanorũ nationibus, Noricorum incursans prouincias (quod D. Seuerinus ex diuina prædixerat inspiratione,adeoque Iuuauienses ex Pathauia, vbi tunc erat, seriò admonuerat, vt illinc quàm celerrimè aufugerent, & suæ consulerent saluti) Iuuauienses ea negligentes & omnino contemnentes, inopinatos opprimit, capta, direpta, & incensa vrbe, populum captiuum abducit, Pontificem eius loci † in crucem agit, amplius LV. cum ipso Symmystas contrucidat, & è rupium cauernis, quo fugerant, sicuti adhuc ibidem monstratur, præcipitat : Qui omnes humati esse referuntur in æde D. Amandi, quæ nunc est D. Margaritæ. Hoc autem factum esse, Anno Domini 476. ex Eugippio in historia S. Seuerini, refert Ioann. Auent. lib. 2. Annaliũ Bauariæ. b. c.

S. RVPERTVS I. *EPISCOPVS.*

EXPVLSIS autem posteà, per Theodonem primum, ac Theodonem secundum, Magnum dictum, Duces Boiorum, ex tota Boiaria Romanis, instauratum est Iuuauium, quod à Salis prouentu Salisburgium, sicut & fluuium alluentem, Iuuarum antea dictum, Salzam, vocarunt. Postquam autem Theodo eius nominis tertius Reginotrudam, Theodoperti Francorum Regis filiam, Vxorem duxit, vtriusque suasu & instictu D. Rupertum, ex regali familia oriundum, Wormatiæ tunc Episcopum, ad se Ratisponam, vt se ac suos in fide Christiana instrueret, vocauit. Erat Rupertus vir omni virtutum laude cumulatissimus, raræque pietatis & Sanctitatis exemplo maximè conspicuus, ita vt multos ea, qua florebat apud omnes, morum vitæq; sanctitate pariter & sermonum grauitate ad fidem Christianam conuerteret: Venientem illum vnà cum duodecim sociis, iussu Theodoperti Regis Soceri sui, Theodo benignissimè excepit, eundemq; vnà cum suis Subditis auidissimè audiuit.

PRIMVM igitur, DEI Opt. Max. benignitate aspirante, Dux Theodo cum filio Theodoperto, & alijs Reginoburgij, aqua cœlesti lustratus est; deinde D. Rupertus, accepta licentia, Euangelium Christi in tota prouincia liberè annun-

tiandi, in Danubio nauibus delatus, Laureacum peruenit; Inde per Noricum Vtinum (nunc Ottingam) perrexit, vbi Vttonem Ducem, posteà Pisonij, quæ ciuitas Germaniæ nunc Potzn dicta, Dietpoldum Ducem, fratres Theodonis †, vnâ cum aliis innumerabilibus, sacro lauacro abluit; Hinc Boiorum Apostolus dici meruit. Vtini tum, atque Reginoburgij, in honorem Dei, eiusq; gloriosæ genitricis, iuxta Principum prætoria, templa sunt extructa, & à S. Rudperto dedicata; Vtrumque adhuc vetus Capella appellatur. Post hoc per omnes Boiorum regiones, sacræ ædes passim ædificatæ à S. Ruperto & eius Sociis dedicatæ, vt Welteburgij ad Danubium supra Reginoburgium & aliæ, D. Rudperto petente ac monstrante. Dux Theodo Pontificiam sedem, primò prope Lacum Valerium, apud Nariscos, vbi Phischam Amnem effundit in pago Atergeu, extruxit, vectigalibus & redditibus dotauit: Sed cùm D. Rudpertus Iuuauium Cathedrali sedi magis idoneum iudicaret, Theodo Dux oppidum illud cum castro superiori, terminis ac finibus suis gratitudinis ergò liberè donauit: Pontificia sede eò translata, duo ibi templa dedicata sunt: Alterum beato Petro, Apostolorum Principi pro viris: Alterum in editiore parte Montis subtus arcem, pro sacratis Virginibus, quod Nunberg vocant, à Ducibus liberalissimè dotata; Collegio Virginum præfecit S. Rupertus Erntrudim, Sororem suam, quæ in monumentis Salisburgensibus aliâs ipsius Neptis vocatur. Theodopertus prædicti Theodonis fundatoris filius dedit Ecclesiæ Salisburgen. villam Titamaningam, circa Annum 582. (testatur Arno Episcopus †, qui tempore Caroli Magni vixit) Episcopatui & Ecclesiæ S. Petri ipse S. Rupertus pluribus annis sanctissimè atq; vtilissimè præfuit. In numero annorum, tam circa D. Rupertum quàm sequentes Episcopos, vsque ad D. Virgilium, Chronica Salisburgensia minimè conueniunt: Alij enim D. Rupertum 42. alij 44. alij 64. annis præfuisse ponunt: Hoc constat, ipsum plenum dierum, cùm sacro die Paschæ officium diuinum peregisset, inter precandum Deo spiritum reddidisse, Anno secundùm aliquos 623. † sepultum in Ecclesia S. Petri, vnâ cum sociis, quorum nomina ponit Ioan. Auent. in Annalibus libro tertio, vbi plura de hac re: Ibidem etiam Theodo Dux vnâ cum vxore dicitur terræ commendatus esse.

2. VITALIS, vnus ex sociis D. Rudperti, eiusq; Successor, quem sibi moriens ille suffecerat, primus Abbas Cœnobij S. Petri, factus est Episcopus Iuuauiensis. Nam legitima sedes Episcopalis diu permansit apud Monasterium S. Petri. Fuit Vitalis homo sanctissimus, qui multis claruit miraculis, & Episcopatui magna cum laude præfuit, per Annos 22. sepultus apud S. Petrum. Ex huius corde dicunt excreuisse lilium per lapidem Marmoreum tumulo impositum, per quod cordis ipsius puritas, ab omni terrena pollutione libera, procul dubio fuit significata.

De Svccessoribvs beati Vitalis vsq; ad tempus beati Virgilij, propter Barbariem illius ætatis, & incuriam scriptorum, anni ac tempora non sunt benè distincta: Hi tamen omnes ad S. Petrum ante summum Altare, vel circa sunt sepulti. In Chronicis verò illius Monasterij, legũtur hi quinq; Abbates, Iuuauiẽsem rexisse Episcopatũ: Ansologus, Sauolus, Ezius, Bertricus, aliâs Flobargisus, & Amilon.

3. ANSOLOGVS, S. Petri Abbas, electus est Episcopus Iuuauiensium, & præfuit Ecclesiæ 28. annis.

4. SAVOLVS, Abbas S. Petri, posteà Anno 678. factus Episcopus, rexit Ecclesiam annis 14. sepultus est in Templo sancti Petri, imperante Iustiniano, filio Constantini quarti.

5. EZIVS, Abbas S. Petri, Anno Christi 696. creatus Episcopus, præfuit Episcopatui annis 25. sepultus est in Templo sancti Petri, imperante Leone secundo.

FLO-

FLOBARGISVS, Abbas S. Petri, Anno Christi 721. † factus Episcopus, g. præfuit Ecclesiæ annis 43. tempore Gregorij Papæ tertij, & Leonis tertij, cum 6. Constantino filio, sepultus ad S. Petrum.

IOANNES, huius nominis primus, Abbas S. Petri, factus est Episcopus, fuit 7. doctrinæ & morum sanctitate insignis, præfuit Ecclesiæ annis 20. aliâs 21. sepultus ad sanctum Petrum. His temporibus ex mandato Zachariæ Pontificis, sanctus Bonifacius, Episcopus Moguntinen. distribuit Episcopatus †, Erimberto, fratri sancti Corbiniani, Ecclesiam Frisingensem, Garibaldo Ratisponensem, Burckhardo Herbipolensem, Bilibaldo Aichstetensem, & Ioanni huic Salisburgensem; qui (scilicet S. Bonifacius) & Fuldense Monasterium fundauit, posteà a Phrisiis Martyrio coronatus. h.

B. VIRGILIVS †, natione Hibernicus, ex Nobili progenie ortus, à Stephano Papa, & Pipino Rege Francorum, ad administrationem Episcopatus Iuuauiensis destinatus est, sed à Rege per duos ferè integros annos, propter eximiam eruditionem & sanctimoniam vitæ retentus est; posteà verò honorificè ad Ottilonem, Boiorum tùm temporis Ducem dimissus, ab eo Episcopatum accepit. Dissimulata autem consecratione, penè duorum annorum spacio, Pontificem secum habuit proprium DOBDAN nomine, Græcum, qui ipsum secutus erat ex Patria: Is interim ipsius munere fungebatur. Postulantibus deinde subditis, Boiisque Pontificibus consecratus est, Anno Christi 767. 17. Calendas Iulij. Græco autem illi Magistro & Sacerdoti Dobdan tradidit Otilo sedem Chiemensem †, vbi aperuit ille Scholam, & Agmina discentium quàm plurima habuit, Anno Christi 767. D. Virgilius fundamenta Templi augustissimi amplitudine admiranda poni curauit: Totum illud Templum intra annos 12. absolutum, & anno 13. dedicatum est in honorem D. Rudperti, in quo sedem Episcopalem constituit. Eodem anno beatus Virgilius ossa D. Rudperti transtulit ab Ecclesia S. Petri, atque in summo Templo collocauit, vnà cum duobus eius Symmystis, Chunaldo & Gislario. Eo autem tempore, quo Templum D. Virgilius condere cœpit, coniecit pecuniam seu mercedem in peluim, ex qua nemo operariorum plus accipere valuit, quàm quantum labore meruisset. Idem B. Virgilius tempore Tassilonis, Ducis Bauariæ, Carenthanos ad Christi fidem conuertisse scribitur, illisque dedisse Episcopum nomine Modestum à se consecratum in loco Liburnia dicto. i. 8. k. Auent. in Annalibus

PRÆFVIT autem beatus Virgilius dignitati Episcopali annis 30. & viuis excessit cum magno suorum mœrore, Anno Christi 784. aliâs 785. quinto Calend. Decembris; tumulatus est in Templo, quod ipse extruxit ante altare.

BERTRICVS, Abbas sancti Petri, Successor D. Virgilij, per vnum duntaxat annum sedit: Hinc per aliquod temporis interuallum vacauit sedes Episcopalis, vsque ad Arnonem. 9.

ARNO primus à Leone tertio Pontifice Maximo, ad instantiam Episcoporum Boiariæ, & cum consensu Caroli Magni, tum temporis Regis Francorum & Longobardorum, & Patricij Romanorum, factus Archiepiscopus, Pallium impetrauit. De hoc diploma extat, cuius Tenor sequitur: Fuit hic Arno Tassiloni tertio, Boiorum Duci, plurimum acceptus & gratus, & ab ipso in legatione contra Carolum Magnum, tunc Francorum Regem, ad Summum Pontificem missus, at re infecta reuersus: Exacto autem ex Ducatu, per Carolum, Francorum Regem, Thassilone cum Theodone filio, Anno secundùm Annales Patauienses 792. † Regi insinuatus, magna apud ipsum valuit authoritate; Annunciauit enim Christum Boiis, Hunnis & Sclauis, quibus etiam Episcopum dedit Theodoricum à se consecratum, Sub eo insuper iussu Caroli Magni cele- 10. l.

brata est Synodus Salisburgi, † circa annum 806. & septimum super decimis ac redditibus Ecclesiasticis, cui persolui, ac quomodo diuidi debeant; de quo Auentinus eodem libro, folio 356. Idem Archiepiscopus, auxilio Chunonis de Guttrad, riuulum, Albm dictum duobus meatibus per Munichberg introduxit ad ciuitatem Salisburgensem. Rexit annis 38. aliàs 36. mortuus Año Christi 821. 9. Calendas Februarij. Hic quoq; numerus non satis quidem conuenire videtur cum eo, quod apud Bertericum Antecessorem annotatum est, post illius nimirum mortem, aliquo temporis interuallo vacâsse Ecclesiam: Atqui propter temporis antiquitatem, & scriptorum penuriam, de annorum numero non potest penitus exacta ratio reddi, vt etiam suprà dictum est.

FVIT AVTEM hic Arno maximè pius & deuotus, ita vt in omnibus literis sibi à Summo Pontifice missis sanctissimus apellaretur, tumulatus est in summo Templo ante Altare D. Mariæ Magdalenæ.

SEQVITVR DIPLOMA LEONIS.

Ita habent exemplaria Saltzburgensia, quæ tamen videntur corrupta ac malè congrua: Ego puto ita legendum sibi Brixinēsis Attoni Ecclesiæ Frisingensis, Adaluuino Ecclesiæ Reginensis &c. Autographum ipsum videndum esset, &c. Vid. Velser. Boicar. rer. V I. ad ann. 798.

DILECTISSIMIS nobis Alim Ecclesiæ Sabionensis, qui nunc Brixinensis: seu Attoni Ecclesiæ Frisingiæ, ac simul Ecclesiæ Reginensis, nec non Walterico Ecclesiæ Patauiensis, & Symberto Ecclesiæ Nivvenburgensis, prouinciæ Baioariorum Episcopis, LEO seruus seruorum Dei: Dilectionis vestræ, quas nobis petitorias emisistis syllabas libenti suscepimus animo, in quibus ferebatur, vt in prouincia vestra Baioariorum Archiepiscopum ordinaremus, quo Prouincia ipsa mirificè à filio nostro Domino Carolo, excellentissimo Rege Francorum & Longobardorum, & Patricio Romanorum, penitùs ex omni parte, sicut decuit, ordinata est. Idcirco conuenit, nos ipsos nempe Ecclesiastico moderamine in sacro ordine fideliter atque spiritualiter secundùm censuram Canonicam, ipsam ordinare Baioariorum prouinciam: Et quia, Deo auspice, reperientes virum Almificum, & in scripturis diuinis peritissimum, & in omnibus misericordissimum spiritualibus moribus comprobatum, vnà cum consensu & voluntate prædicti filij nostri, Domini Caroli, præcellentissimi Regis, vobis ordinauimus, secundùm sanctiones Patrum Archiepiscopum, videlicet Arnonem, Ecclesiæ Iuuauiensium, quæ & Petena nuncupatur, quæ in honore B. Petri, Principis Apostolorum, venerabiliter est consecrata, ibique requiescit corpus sacri Pontificis Rudperti, vnà cum venerabilibus suis Sodalibus, scilicet Chunaldo & Gisilario, quorum corpora ibidem à fidelibus honorantur; Qui dudum noster fuit Coëpiscopus, nunc autē frater & Coëpiscopus noster, vester autem Archiepiscopus, & venerabilem sedem eius Metropolitanam habentes, ad quam sancto Arnoni, Archiepiscopo vestro, vsum Pallij tribuentes dedimus in mandatis vt secundùm Canonicas institutiones, omnibus Ecclesiis superiùs nominatis, in Diœcesibus illi subiectis, Canonicè valeat adminiculum impartiri, vt in futuro examine ante tribunal Christi liberaliter valeat audire: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui: Bene valete. Anno tertio, atque Domini Caroli, excellentissimi Domini Regis Francorum & Longobardorum, & Patricij Romanorum, à quo cepit Italiam, Anno 25. Indictione sexta. Explicit Bulla, sequitur quædam annorum declaratio, &c. Annus Leonis tertius, ac Caroli Regis 25. &c. fuit Annus 798. à quo etiam Annales Patauienses non discrepant his verbis, Anno 796. LEO Papa sedit, hic Arnonem Iuuauiensem Pallio sublimauit, scilicet tempore sui regiminis, non statim eo ipso anno, quo Leo præfectus est; Catalogus autem Episcoporum iisdem Annalibus annexus aliter habet nempe quòd Anno 805. Vrolphus Archiepiscopus Laureaci ac Patauiæ sederit

vno Anno & Mensib. tribus, & post hunc Vrolphum Archiepiscopum, Arno Iuuauensis Episcopus à Leone Papa cæcato Pallium impetrauit. Auentinus lib. 4 fol. 340. sequitur superiorem numerum, Anni 798. quod ego verius puto, & Annalibus, tanquam vetustiori scripturæ, plus credendum, quàm Catalogo, vt apparet recentiori, præsertim cùm anni diplomatis Leonis tertij cum illo numero conueniant, &c.

AMMILONIVS aliâs Ammilon, Abbas S. Petri, secundus Archiepiscopus Iuuauiensis, vix sesqui Annum præfuit; sepultus ad S. Petrum: His temporibus Hymnus ille: Gloria laus & honor, in die Palmarum fuit decantatus, regnante Ludouico Pio, Caroli Magni filio. 11.

ADALRAMVS, pietate & doctrina clarissimus, Archidiaconus Ecclesiæ Iuuauiensis, Pallium & consecrationem accepit ab Eugenio Papa, præsente Lothario, filio Caroli Magni, Anno Christi 824. Inter cætera innumera beneficia, quibus rempub. Christianam affecit iste Adalramus, illud quoque est, quod quemadmodum ante ipsum Arno Theodoricum, ita ille Ottonem Sclauorum, seu Charantanorum constituit Episcopum, remque ita diuinam promouit, præfuit Episcopatui Annis 12. obiit 2. Maij, Anno 836. sepultus in summo Templo in Crypta, retro altare S. Erasmi. 12. *Auent. lib. 4. fol. 397.*

LIVPRAMVS, Archiepiscopus venerabilis, Anno salutis 836. accepit Pallium à Gregorio quarto: Huius Anno decimo Templum diui Rudperti igne periit, Anno 851. Romam profectus, à Leone quarto corpus S. Hermetis impetrauit, quod Iuuauium intulit, & honorificè sepeliuit, obiit Anno 858. cùm rexisset Ecclesiam Annis 22. sepultus est in Crypta retro altare S. Erasmi: Et ab ipso Osvvaldus Charantanis Episcopus præfectus est. 13.

ADALBINVS, Successor Liuprami, qui ipsum enutrierat, donatus Pallio à Nicolao Pont. Romano, *Anno* 859. 2. Calend. Octobris; cuius *Anno* tertio Ludouicus, Filius Lotharij Imperatoris, Rex Romanorum, Iuuauij Festum S. Martini similiter & Paschæ magna solennitate celebrat. Carolomannus, filius Ludouici, Regis Boiorum, à Patre Charino limiti præfectus, Mospurgium Arcem construit, vbi templum hic *Adalvvinus* dedicauit. *Auent.* lib. 4. fol. 423. Hic quoque Adalbinus interfuit Synodo Coloniensi, per Ludouicum Boiorum Regem congregatæ, *Anno* Domini 871. iux. *Auent.* lib. 4 fol. 433. 14.

IDEM ADALBINVS corpora Sanctorum, Crispini, Crispiniani, Crisanti, Mauri & Dariæ Virginis, Roma Iuuauium intulit, rexit Ecclesiam Annis 12. mortuus est Anno Christi 872. sepultus in Crypta Chori retro altare S. Erasmi. Sub hoc cessârunt Episcopi Charantanorum, qui sedem Episcopalem non habebant, neque distinctas Parochias; Hinc crebræ dissensiones inter ipsos & Metropolitanum: Vnde Episcopo Osualdo defuncto, nullus est substitutus, sed Adalbinus ipsemet suscepit eius gentis curam &c.

ADALBERTVS electus in Archiepiscopum, *Anno* 873. honoratus Pallio ab Hadriano secundo Pontifice, præfuit *Annis* octo, mortuus est *Anno* Christi 880. tempore Ioannis octaui, & Caroli secundi, sepultus in Crypta retro altare sancti Erasmi. Pabo quidam à Carinthia per Carolomannum eiectus, consedit Salisburgi. 15.

DIETMARVS, siue Theodomarus †, huius nominis primus, factus *Archiepiscopus*, *Anno* 881. Sed *Auent.* lib. 4. fol. 439. hunc à Ludouico Rege Boiorum *Argentorati* in demortui *Adalvvini* locum *Archiepiscopum*, declaratum esse ponit nulla *Adalberti* facta mentione. Hic Theodomarus à Carolomanno Rege Boiariæ & Italiæ, Carolo fratri adiunctus, cū ipso in Italiam sibi à fratre destinatam profectus est: Ea pòst occupata, à Ioanne octauo Sūmo Pont. Carolus n. 16.

 ille

ille Romanorũ Imperator declaratur, Anno 879. dictus Carolus Crassus, Auent. lib. 4. f. 448. Hic Theodomarus ossa S. Vincentij Iuuauiũ apportauit, Auct. ibid.

FVIT HIC Theodomarus Archiepiscopus Ludouico Regi Rom. post obitũ Patris Arnulphi Imperatoris, adhuc septenni in Magistrum Epistolarũ, hoc est, vt nunc vocant, in Cancellariũ constitutus, Ão Domini 900. secundùm Auentin. lib. 4. fol. 475. Interfuit expeditioni contra Vngaros per Ludouicum Regẽ susceptæ, Anno 907. (Auent. fol. 480.) vnà cum Othone Frisingensi, & Zacharia Brixinensi, Episcopis, quos quidam ibi cæsos ac sepultos scribunt, cuius Auentinus non meminit; Rexit verò hic Theodomarus, secundùm aliquos, annis 18.

17. PILGRINVS, huius nominis primus, electus Archiepiscopus est, sub Stephano Papa, regnante Carolo tertio, præfuit annis 16. obiit Anno 915. alias 916. sepulus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Ita habet Chronica Saltzburgen. sed numerus annorum, cum Papa Stephano †, siue quinto, siue sexto, & cum Carolo tertio malè conuenit. o.

18. LVDEPERTVS, factus Archiepiscopus sub Sergio tertio, Pont. Summo, & Ludouico tertio, Anno 915. præfuit annis 10. sepultus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Numerus annorum non omnino conuenit, neque cum Sergio Pontifice, qui Anno 913. † vel 914. obierat, neque cum Ludouico tertio, qui Anno 911. secundùm alios 913. obierat. p.

19. VDELBERTVS, electus est Archiepiscopus sub Ioanne decimo, Pont. Max. & Heinrico Aucupe Imperat: Anno 925. Eodem anno idem Vdelbertus electus est Episcopus Augustanus, præfuit annis 9. Hunc Auentinus lib. 4. fol. 487. Hyldebertum vocat, atque interfuisse Conuentui Dingelfingij, per Arnoldum Ducem Bauariæ habito †, commemorat. q.

20. EGLOLFVS, factus Archiepiscopus, tempore Leonis septimi, Imperatore Heinrico, Duce Saxonum, Anno 937. præfuit annis 6. sepultus est infra Chorum in Crypta. Extat ad hunc Egilolphum ac cæteros Bauariæ Episcopos Epistola Leonis septimi Sum. Pont. † qua iubet, eos Gerardo Laureacensi Archiepiscopo, tanquam ipsorum Metropolitano obedientes esse. Cuius meminit Auent. lib. 4. fol. 490. &c. vide apud Gerardum, &c. r.

21. HEROLFVS, Comes de Scheurn, factus Archiepiscopus, Anno 943. imperante Ottone primo, filio Heinrici Aucupis; per hunc Præsulem corpus sancti Martini Iuuauium deuenit hac occasione: Otto Imperator in Hispaniam cum magno apparatu profectus, Turonorum ciuitatem hospitij gratia ingressus, per aliquot dies ibi comoratus, corpus beati Martini auro & argento latenter comparauit; corruptis enim custodibus, iisq; datis, quæ pepigit, recepit Sancti corpus, idq; furtim in Patriam festinus deportauit, & Herolfo, cui maximè fidebat, asseruandum comẽdauit, donec reposceret; Episcopus lætus accipit, Iuuauiũ transfert, & Cryptam, in quam illud abscondit, nomini eius consecrat: modico pòst tempore Episcopus vocatus ab Ottone, & de deposito interpellatus, respondit, se illud in locum abscondisse, vnde amoueri non possit; Otto irascitur, Episcopus aufugit, tunc Heinricus Dux, Frater Imperatoris, illum per quinq; milites, qui & ipsi inimici Episcopi erant, captum excæcauit † prope Muldorf: Ipse Dux eodem anno moritur, sic neq; ille corpus sancti Martini reddidit, neq; Imperator recuperauit. Iste Herolfus ab officio remotus est in Concilio Rauennæ, à Pont. Iohanne duodecimo, ob temerariam insolentiam celebrandi rem diuinam, & vtendi pallio post excæcationem; præterea quòd prædia Ecclesiæ abalienauerat, & Ecclesiæ Thesauros paganis tribuerat. Hoc factum est præsente Ottone & 59. Pontificibus. Præfuit hic Herolfus annis 19. sepultus retro altare sancti Erasmi in Crypta. Auentinus in Annalibus longe aliter lib. 5. fol. 499. scribit. f.

Arnolphi Mali filiũ fuisse hunc Herolfum scribit Lazius de migrat. gent. libr. 7. sed quem verè, ipse viderit.

bis, nempe quòd ob pallij litem cum Patauiensi ab Imperatore perfidè descluerit, contra legem Salicam, Vngaros in Imperatorem concitârit, ideoq; à Sumo Pont. Agapeto excomunicatus, deinde captus & excæcatus sit: Leo enim septimus Summus Pontifex, Gerardo Patauiensi Episcopo Pallium concesserat, cui cùm Egololphus atq; Herolphus hic, Salisburgen. Episcopi; sese opponerent, Agapitus † secundus concordat ac dirimit hanc contentionem, separando prouincias Noricæ regionis, ita vt vterq; in sua prouincia esset Archiepiscopus, iuxta diploma eiusdem Agapiti, quod Patauiæ extat, & apud Lazium de Repub. Roman. libro. 12. fol. 1256. cuius Auentinus quoq; meminit lib. 5. fol. 495. Annaliũ. Benedictus quintus † postea Fridericum, successorem Herolphi, rursum Archiepiscopũ; Econtra Benedictus sextus Piligrinum Patauien. Archiepiscopum declarat, & à Salisburgensi Imperio soluit: extant de hac re diplomata, quorũ etiam Auẽt. meminit lib. 4. fol. 490. ac lib. 5. fol. 502. licet longè diuersis verbis, &c. — t. u.

FRIDERICVS † huius nominis primus ex familia Comitum in Chiemgevv, factus Archiepiscopus Anno Christi 956. Iste consecrauit S. Wolffgangum in Episcopum Ratisponensem. Otto Magnus seu primus, Imperator, dedit huic Episcopo, cuius Frater Comes erat Sighardus, &c. & Ecclesiæ Salisburgensi, propter amorem Dei, Villam Grabmstat, sitam in Kiemgevv, in Comitatu seu Ditione trium Comitum, nomine Odoacri, Sighardi, & Wilhelmi, cum pertinentis; Item Ecclasiam S. Ioannis, & omnem decimam in Müesenpach, cum aliis: Datum huius donationis Romæ Anno 958. Præfuit Annis 33. sepultus in Sacello S. Gregorij, aliàs ante S. Andreæ Altare. Otto Imperator Anno 963. cum magna solennitate Salisburgæ pascha celebrauit. Titus Præpositus S. Ruperti, fit Monachus, & eodem Anno Abbas S. Petri. — x. 22.

HARTWICVS Comes à Spanheim & Artenburg, aliàs Lauental, electus est Archiepiscopus, 6. Idus Nouembris, Anno 990. claruit multis miraculis, & habetur pro Sancto. De eo ferunt, quòd, cùm in Plüenbach pergens, ramum aridum, casu de arbore carpsisset, statim in eius manu floruerit, vnde adhuc loco nomen Plüenbach superest. Sepeliit idem Diuum Wolffgangum apud S. Emeranum Ratisponæ: Idem S. Martinũ titulo edoctus inuênit, eumque D. Ruperto in vrna argentea auro vestita coniunxit. Rexit Annis 32. mortuus est Anno 1023. sepultus in Sacello D. Gregorij. — 23.

NVNNBERG, Monasterium Monialium, Imperator Heinricus sanctus eiusq; coniunx S. Chunegundis reficiunt, ac in eum locum, in quo nunc est, quasi de nouo construunt, ac fundant, quod prius erat inferiùs in Cella Presbyterorum.

GVNTHERVS, diui Heinrici Cæsaris Cancellarius, electus est Archiepiscopus sub Benedicto Nono, fortè 8. Nam Benedictus nonus Anno 1033. secundum Iohan. Lucidum in libro de emendatione temporum factus est Pont. Max. præfuit laudabiliter Annis quatuor, sepultus in Crypta retro Altare S. Erasmi. — 24.

DIETMARVS secundus, electus Archiepiscopus sub Conrado, secundo Imperatore, Anno 1027. præfuit optimè Annis 16. sepultus in Sacello S. Gregorij prope D. Hartvvicum, &c. — 25. Auent. lib. 5. fol. 518.

WALDWINVS à Diethmaro educatus, factus Archiepiscopus sub Heinrico tertio Anno 1042. præfuit Annis 20. sepultus est in Crypta retro altare S. Erasmi. Auent. fol. 545. Baldingum vocat, & 518. Baldouinum. — 26.

GEBHARDVS, natus ex Nobili familia Sueuorum Comitũ de Helffenstein, secundùm aliquos, Patre Chadoldo †, Matre Azala, Anno 1061. factus Archiepiscopus, per Heinricũ 4. cuius scriba fuit (teste Auent. fol. 545.) sub Alexandro secundo Sumo Pontifice. Idem Anno 1073. 2. Maij, Gurcensem dedicauit ædem, in Carinthia, vbi antea erat Cœnobium sanctarũ virginũ, & constituens ibi sedem Episcopalem, Guntherum Episcopum ordinauit. Genealogia istorum — 27. y.

Comitū ſcripta, quam vidi, habet Patrem Wernherū, Matrem Attalem de Styra.

Auent. lib. 5. fol. 531.

ANNO 1075. ob reuerentiam Deiparæ Virginis, D. Blaſij Cœnobium Admontenſe in Styria fundauit, auſpiciis Hemmæ, quæ Vxor fuit Comitis Wilhelmi in Frieſach & Zeltſchach, in vulgari Chronica Salisburgenſi Hemma nominatur, Comitiſſa in Frieſach. Iohan. Auent. autem in ſua vulgari translatione ponit, Hemmam natam fuiſſe ex Comitibus de Ratzenhouen & Abenſperg, ipſamq; in Gurch inſtituiſſe Cœnobium Monialiū, & ibidem ſepultam eſſe. Chronica ſeu fundatio Admonten. Monaſterij habet fundationem Anno 1074. factā, eodemq; anno dedicatam, ordinationis ſeu Pontificatus ſui Anno 15. Gebhardus hic Admuntenſi Monaſterio Arnoldum quendam Monachum S. Petri præfecit, conſtruxit quoque idem Gebhardus tres munitas Arces, vnam Iuuauij, aliam in Werffen, tertiam in Friſiaco oppido Carenthaniæ.

SVB huius Regimine, Heinricus quartus Cæſar excomunicatus fuit à Gregorio ſeptimo, à quo Pontifice Gebhardus propter fidem, quam illi tanquā vero Romano Pontifici ſeruârat, remuneratus eſt iure & titulo legationis ſuper omnes Eccleſias Regni Theutonici, vt diceretur Legatus natus, qui poſteà ad omnes ſucceſſores hæreditario quodam iure deuolutus eſt. Fuerunt tum temporis maximi motus in Germania & turbulentiſſima tempora, propter ſchiſma inter Regnū & Sacerdotiū, Ita vt ob cæterorū potentiā in toto regno Germaniæ, Pontificiæ partis vix quinq; Epiſcopi, iſte nimirū Gebhardus, Altmannus Pataulenſis, Adelbero Herbipolenſis, Hermannus Metenſis & Meginhardus Friſingenſis, reperti ſint. Pulſus deinde Gebhardus in exilium eſt ab Heinrico Imperatore, & partim in Saxonia, partim in Sueuia delituit; Interim magna Hungariæ pars, quæ ad Epiſcopatū Iuuauienſem pertinebat, eſt abalienata vſq; in hodiernū diē; Nam antea fines diœceſis Salisburgenſis erant, vbi Drauus influit Sauū.

Auent. fol. 585.

HEINRICVS Imperator Berchtoldum ſuæ partis Socium Epiſcopum conſtituit, qui putatur fuiſſe Comes de Moſpurg, Frater nobiliſſimi Comitis Conradi, vt habet vita S. Conradi, Archiepiſcopi Salisburgen. 29. quæ extat in Monaſterio Raitenhaslach, in libro ſepulturarum. Idem Iohan. Auent. lib. 5. Annalium fol. 588. dicit, hunc Berchtoldum fratrem fuiſſe Burckhardi, Comitis Moſpurgen. Hic Berchtoldus Theſaurum Eccleſiæ ingentem diſſipauerat, donec poſt Annos nouem Gebhardus in antiquam poſſeſſionem eſt reſtitutus. Soror huius Gebhardi Diethpurgis cum ſuo Marito Bernhardo Comite de Plain fundauit Monaſterium Canonicorum regularium in Reicherſperg, quo etiam tempore inſtituti ſunt Monachi in Melico & in Gotvvich.

Z.

SVB id tempus † diploma diuulgatum eſt, Archiepiſcopum Iuuauenſem ius habere creandi Epiſcopum Gurcenſem, creatumq; Epiſcopum regalia à Iuuauenſi accipere oportere. Anno 1090. ipſe Gebhardus tranſegit vitam in Arce Werffen, quam condidit, poſtquam rexiſſet Eccleſiam Annis 29. mortuus ibidem Anno 1091. ſepultus in Monaſterio Admontenſi. Liber antiquiſſimus Admuntenſis habet eum obiiſſe Anno 1088. Tranſactis ab ordinatione ſua Annis 27. Menſib. 10. 17. Calen. Iulij tranſlatum in Monaſterium ſuum Admuntenſe, hunc à Sancto Ruperto fuiſſe 26. ab Arnone primo eiuſdem ſedis Archiepiſcopo 16. de eo vide etiam Auent. fol. 584.

28. THIEMO, ſeu Diethmarus, ex Nobili Boiorum ſanguine prognatus, prima ætate in inferiori Altach operam literis dedit, poſteà educatus in Hirſchaugien Monaſterio factus eſt Abbas S. Petri Iuuauiæ.

HVNC Thiemonem cognatum ſuum Conradus Comes Medlingenſis in Bauaria, iam antea contra Berchtoldum conatus eſt Epiſcopum Salisburgenſem facere; Verùm iuxta Saldorff in Norico, agroq; Salisburgenſi Berchtoldus Thiemonis

monis copias fudit; & Conradum Comitem illum Medlingensem aduocatum Iuuauensium vnà cum fratre, pluribusque aliis, occidit. Diethmarus vel Thiemo captus à Starkhando & Verigando fratribus, atque à Poppone, Charionum Præfectis, in vincula coniicitur (Auentinus fol. 588.) qui demum, post mortem Gebhardi, ad Archiepiscopatum postulatus & confirmatus est ab Vrbano secundo Pont. Romano, à quo & Pallium accepit. Iste Thiemo Sacellum rotundum in porta Templi Nunnbergensis consecrauit, deinde profectus cum multis aliis Comitibus & Viris nobilibus, ad recuperandam terram sanctam, quorum numerus ferè sexcentorũ millium fuit, captus à Turcis, ac post omnium membrorum truncationem, viso corde proprio, apud Corozaim Martyrio coronatus est Anno 1101. †

Thiemo Martyr.

aa.

29.

CONRADVS Baro de Abensperg, eligitur Episcopus Anno 1106. Eodem Anno 12. Calend. Nouembris confirmatur à Pont. Romano Paschali 2. & Pallio honoratur, communem vitam Canonicorum regularium S. Augustini Iuuauiæ instituit, quorum erant numero 24. à qua hoc nostro seculo, operâ Matthæi Langi, eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopi & Cardinalis, soluti sunt Canonici, quàm benè notat alibi Abbas Trithemius in Historia Hyrsaugien. Monasterij, sub Abbate Sigero 7. circa finem fol. 46.

FVIT hic Conradus, Nepos Comitis Babonis de Abensperg, qui triginta duos filios legitimè natos & filias octo ex duabus Vxoribus suscepit, quos ad Heinricũ sanctum deduxit in Comitiis Ratisponensibus. Exhæredatus ille Conradus à suis fratribus confugit in Aulam Heinrici quinti, à quo clementer acceptus, Iuuauẽsem ab eo Ecclesiam gubernandam accepit. Auent. lib. 5. † fol. 593. hoc Heinrico 4. tribuit. Sed, quia tandem contra Cæsarem cum Pontifice sentiebat, pulsus fugit in Italiam. De pietate & Zelo huius Conradi erga sedem Romanam, pro qua mortem minanti etiam iugulum lubens præbuit, scribit Otto Frisingensis Episcopus lib. 7. cap. 14 Consecratus per Paschalem 2. S. Pont. post mortem Heinrici quarti (Auent. lib. 6. fol. 610.) Fundauit iste Conradus Anno 1121. Monasterium sanctarũ Virginum ad D. Rupertum, quod deinceps Burckhardus Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgensis, voluntate Pontificis pij secundi, Anno 1462. mutauit, & ibi duodecim Presbyteros constituit. Fundauit idem Monasterium Raitenhaslach. Is quoq; Chiminum Templum, olim à Thessalone 2. Regulo Boiorum, D. Benedicto conditum, ab Vgris in egestatem redactũ, Mystis Augustinianis; Itidem Mystis eiusdem ordinis iuxta eundem tractum proxime Reichenhall D. Zenonis ædem tradidit, & Lonsonem primum Præpositum ordinauit. Sub eiusdem Episcopatu Anno 1119. primus Iuuauensis Ecclesiæ Præpositus, Hermannus moritur, succedit Gebno, quo Anno 1130. defuncto, substituitur Hugo in Præpositura, Anno 1143. Seccau Cœnobium Canonicorum Regularium construitur. Hic Conradus Gurcensi Episcopatui suam Diœcesim atq; illius terminos dedit. Rexit Ecclesiam Conradus Annis 42. moritur Anno 1147. † senex ac plenus dierum, Vir sanctus ac pius, sepultus est ante Altare D. Erntrudis. Construxit & hic Conradus Xenodochiũ in Friesach, bonis ac redditibus dotauit, vt habet liber traditionum ac diplomatum Monasterij Admunten. sine Anno, nisi fortè sit sequens Conradus, de quo dubito.

bb.

Auent. fol. 611.

cc.

30.

EBERHARDVS, natus ex nobili familia Comitum de Hilpoltstein in Franconia, primò fuit Canonicus Bambergæ, vbi operam dedit Philosophiæ; postea factus Monachus in Prüfening prope Ratisponam: Deinde creatus est Abbas Monasterij Biburgensis, quod Monast. illius fratres auspiciis D. Ottonis Episcopi Bambergensis instituerant; tandem verò interuentu Gotfridi, Abbatis Admontensis, Archiepiscopus est electus, sub Conrado 3. Rege Romanorum

& ab

Auent. lib. 6. fol. 645. & ab Eugenio tertio Pontifice Maximo, pallio donatus est Anno 1147. fuit beneficus & amator pauperum, præfuit Annis 18. mortuus apud Rein vel Ramam Cœnobium Anno 1164. Sed cum debita pompa Iuuauium deportatus, & in summo Templo ante Altare omnium Sanctorum sub Angelo tumulatus: ad cuius sepulchrum, multa sunt facta diuinitus miracula. Pro illius ergo Canonizatione †, Burckhardus de Weispriach, Cardinalis & Archiepiscopus, adeò multum laborauit, vt omnia testium sufficientium examina in Consistorio Romæ sint producta; Sed morte præuento eodem Burckhardo, Anno Domini 1464. res mansit inexpedita. Hic Eberhardus in schismate, inter Alexandrum & Victorem electus est, vnâ cum Hartmanno Sabionensi, seu Brixinensi Episcopo. Soli hi duo Boiorum Episcopi partes Alexandri fouerunt, Auent. lib. 6. fol. 637. De hoc schismate & literis ad hunc Archiepiscopum per Fridericum 1. Imperatorem & alios scriptis, & cur ad Synodum Papiensem non venerit latè Radeuicus continuator Othonis Frisingensis libro 1. de gestis Friderici circa finem.

dd.

ee. 31. CONRADVS † secundus huius nominis, Episcopus Patauiensis ex generosa stirpe natus, Patre S. Leopoldo, Marchione Austriæ, Matre Agnete, filia Heinrici quarti Imperatoris, fuit frater vterinus Conradi Regis Romanorum, Friderici verò Cæsaris Patruus, Sororius autem Heinrici quinti Imperatoris, ac præfuit Ecclesiæ Patauiensi Annis 16. posteà Anno 1164. tertio Calend. Iulij, Archiepiscopus Iuuauiensis factus, & ab Alexandro tertio pallio donatus. Fuit Vir doctus, probitate vitæ, & rerum cognitione clarissimus, & fratri suo Ottoni, Episcopo Frisingensi, Historico insigni non dissimilis. Præfuit Archiepiscopatui Annis ferè V. mortuus Anno 1168. sepultus ante Altare S. Andreæ. Sub eodem, Anno 1167. Ecclesia Iuuauiensis cum tota ferme ciuitate igne periit. Eadem calamitate Ratisponenses ac Frisingenses ciuitates perierunt, vt Otto Episcopus in vita Friderici primi refert. Othakher Marchio Styriæ, Eberhardus de Burckhausen, Sifridus de Libenoue, Luitholdus de Plain Comites obierunt, Liebenau Co. cessit Ecclesiæ Salisburgensi.

IMPERATOR Fridericus primus, curiam in Lauffen, seu Saltzburghouen habuit, Anno 1167. Ibi Ecclesiam Iuuauiensem distrahit.

32. ADALBERTVS huius nominis secundus, filius Ladislai Regis Bohemorum, & Gertrudis Sororis Conradi sui præcessoris, electus est Archiepiscopus Anno 1168. ab Alexandro tertio Pont. Romano pallio donatus. Hic cùm inter se discordarent pont. Max. & Fridericus Imperator, à Friderico, quòd eius sententiæ subscribere nollet, ex Episcopatu pulsus, ciuitatem Hallensem exussit, & Arcem Halmburg contra Imperatoris vim ædificauit. Auent. folio 645. aliam causam suæ depositionis ponit, nempe quòd ab Vlrico Patriarcha Aquileien. contempto Moguntino consecratus fuerit. Rursum folio 646. narrat aliam causam, nempè quòd in Vngaria à supposititio Legato insigne Archimystæ acceperat, &c. Eo exacto, Præpositus in Berchtersgaden, Heinricus administrauit Episcopatum, posteà Venetijs Fridericus Imperator præfecit Conradum Comitem de Wittlspach, Episcopum Moguntinensem Cardinalem †, qui Templi Iuuauien. conflagrati noua fundamenta iecit, hoc Elogio. Quarto decimo Calend. Martij Imper. Friderico Augusto & Heinrico eius filio Cæsare, Ottone de Wittlspach, inclito Boiorum Duce, &c. Depositus est per Fridericum 1. eò quòd nollet iurare, super decreto Principum, quòd sine consensu Romani Imperatoris nullus Pontifex eligeretur, vel reciperetur, Auent. ibi fol. 643. Vide eundē, fol. 654. vbi de graui eius contentione, cū Hermanno, Comite Orten-

ff.

Ortenburgen. electo Gurcensi, quem in Arce Strasburg obsedit, ad deditionem & abdicationem Gurcensis Episcopatus, ad quem sine suo consensu electus erat, coegit; factus est autem hic Otto, Dux Bauariæ, beneficio Friderici Imperatoris primi, exacto Heinrico, Duce Boiorum & Saxoniæ potentissimo, Anno 1180. Sed tandem vtroque intruso cedente, consentiente & Pontifice, & Imperatore, restitutus est Adalbertus.

ANNO 1171. Vitalis, Virgilius, Hartvvicus, Pontifices Iuuauien. & Pilegrinus Patauiensis, multis miraculis clarent. Hic Adalbertus deinde à suis capitur, ad fluuium Lamer, & per 14. dies in Arce Werfen detinetur: cuius rei indignitate factum est, vt res diuina, tam Iuuauij, quàm in aliis vicinis Episcopatibus non perageretur; Eò dimisso cantatum est solenniter, Liberâsti nos de afflictione, Anno 1197. Domina Elisabetha de Walchen, vnâ cum Marito suo, Vlrico de Freuntsperg, renunciârunt in manus Conradi Episcopi omni iuri, quod prætendebant in prædio, vulgo, dem vrbar Weittering / rc. Rexit post restitutionem Annis 26. obiit Anno 1200. sepultus est coram Altari S. Andreæ.

FORTE hic est superior Conradus de Witlspach, intrusus † per Fridericum 1. sed Annus 1197. non quadrat. Reperiò hunc Conradum, Archiepiscopum Salisburgen. in diplomate Frideri. 1. quod Adalberto Episcopo Frisingensi dedit, super foro Veringen & ponte ibidem, de Anno 1180. cuius tenorem inuenies sub illo Episcopo Adalberto. gg.

EBERHARDVS à Truchsen † / secundus huius nominis Episcopus Brixiensis, fit Archiepiscopus Anno 1200. Berchtoldus Præpositus ab illo Romam ad Summum Pontificem pro Pallio mittitur, qui re infecta Romæ moritur, cui Bernhardus Præpositus Berchtesgadensis successit: subsecutus est ipse Eberhardus, & multo labore Pallium accepit ab Innocentio tertio; instituit idem tria Episcopia, Chiemense, Lauentinense & Seccouiense, vt posteà dicetur. hh.

EODEM tempore inimicitiæ exortæ fuerant, inter Ludouicum Bauariæ Ducem, & Conradum Episcopum Ratisponensem, cui Eberhardus, ob clientelam & Parochiam Vtinensem cum Duce litigans, fuit confœderatus; secutum est bellum inter ipsos, in quo multæ Arces dirutæ, tota Bauaria ferro, flammisque plurimum vastata, reliquiæ Sanctorum abreptæ, & alia facinora inaudita sunt perpetrata. Posteà Ludouicus Dux, & Episcopi reconciliati sunt Anno 1226.

SVB hoc tempore S. Kunigundis, † Imperatrix miraculis coruscans, ab Innocentio Pontifice canonizatur Bambergæ, inter multos alios Episcopos adfuit etiam hic Eberhardus. ll.

Hoc quoq; tempore, quinto Idus Augusti, Bernhardus Præpositus resignat Eberhardo Archiepiscopo Prælaturam apud Rastat; Et deinde Idus Septembris obiit, succedit Albertus Chiemensis Præpositus, reuerso Eberhardo Ratispona 8. Idus Nouembris Iuuauia concremata est. Huic Eberhardo Heinricus, olim Comes in Matray, tunc verò in Kasmundt, tradidit Arcem Matray cum omnibus pertinentiis, quæ ab Ecclesia Salisburgensi in feudum tenebat. Confirmat Philippus Romanorum Rex Anno 1207. Berchtoldus Comes de Graispach, posteà litem mouit in Camera Heinrici Romanorum Regis Nurnbergæ, putans ad ipsum hæreditario iure pertinere Comitatum; sed absolutus est Episcopus ab impetitione ista per sententiam Anno 1224.

ANNO 1212. Albertus ob debilitatem resignat Præposituram; cui Otto succedit. Hic posteà in Episcopum Gurcensem eligitur Anno 1214. Ab Eberhardo Archiepiscopo instituitur Episcopatus Chiemensis, † sub Innocentio Papa tertio, & Rudigerus de Radeck fit primus Episcopus. kk.

SYNODVS

SYNODVS ab Eberhardo celebrata fuit, cui interfuerunt Frisingensis, Patauiensis, Gurcensis & Chiemensis, Episcopi; Ratisponensis propter seditionem suæ ciuitatis interesse non poterat, ac misit suo loco Præpositum, Decanum & Scholasticum; in eo omnes Prælati alij absentes totius prouinciæ ab Archiepiscopo Iuuauensi sunt excommunicati, quam excommunicationem Honorius tertius Pontifex Romanus confirmauit.

ANNO 1217. Rex Hungariæ, item Bauariæ, Austriæ ac Morauiæ Duces & Episcopus Salisburgen. coniunctis copiis, Palæstinam petière; profectus est vnà Albertus, Præpositus Salisburgensis, & Fridericus, Præpositus Berchtesgadensis, qui duo cum multis aliis perierunt in Nilo, cùm exundantis naturam ignorarẽt; Alberto Præposito succedit alter Albertus, eiusdẽ Ecclesiæ Custos & Canonicus.

COMES item de Plain Leutoldus, oppignoratis suis quibusdam prædiis, vnà militatum iuit, qui percussus sagitta oculum amisit, & inter redeundum obiit Taruisij: Ossa eius ab Eberhardo Iuuauense & Rudigero Chiemense, Episcopis in Hegelvverdt sepulta sunt, à quibus etiam eadem die Monasterium consecratum est.

CRIPTA & Ara S. Iohannis à primo Secouien. Episcopo Carolo consecrata; capella & altare ad S. Hartvvicum à primo Episcopo Chiemense Rudigero dedicata 7. Idus Septembris.

LVDOVICVS Dux cœpit ædificare munitionem Hallis in Monte, quod Grutte dicitur, quæ ab Eberhardo Episcopo, specie pacis, destructa est; hanc ob causam quicquid in Hall redditũum habuit, Altachensibus vendidit.

ANNO 1219. Eberhardus instituit Episcopatum Secouiensem, consentiente Honorio Pontifice, cui Carolus Præpositus Friesiacensis præficitur.

HEINRICVS Gurcensis Episcopus obiit, cui succedit Vdalscalcus, eiusdem fani Sacerdos.

ANNO 1221. corpora Modesti & Viti, Sanctorum, quæ in æde S. Andreæ in Lauent miraculis claruère, Eberhardo Archiepiscopo, Carolo Seccouiensi, & Rudigero Chiemense, Episcopis præsentibus, Iuuauiam auecta sunt, cum magna solennitate & frequentia populi.

EODEM tempore idem Eberhardus instituit Episcopium apud S. Andream in Lauent, cui præfecit Vlricum Plebanum in Haus, qui posteà Straubingæ, in nuptiis Ottonis, Ducis Bauariæ, præsentibus multis Principibus, ab Eberhardo Archiepisco consecratur, Anno 1223. in quo numero variant † Chronographi. Electus Brixiensis Episcopus, in festo Palmarum, Venetiis ab Eberhardo Archiepiscopo consecratur, præsentibus Magdeburgen. Archiepiscopo, & Duce Austriæ, qui ad occurrendum Imperatori Italiam intrauerant.

ANNO 1226. Vxor Heinrici Regis Rom. filij Friderici Imperatoris Aquisgrani, dum multi Principes aderant, coronatur; adfuit & Eberhardus, qui in reditu Agrippinæ donatus est sacris reliquiis Virginum sanctarum, quæ S. Vrsulam secutæ sunt.

HEINRICVS Comes de Mittersil, & Leutoldus Comes de Plain, vterq; Comitatum suum, à Ludouico Duce Bauariæ in beneficium seu feudum habebant; post obitum amborum, sine masculis hæredibus, Ludouicus Dux prætendebat Comitatus illos ad se deuolutos; at commutatione facta cum Eberhardo Archiepiscopo cessit suo iuri, accipiens bona & fundos Ecclesiæ in Altenburg, Anno 1228.

ANNO 1230. S. Pontifex & Imperator in gratiam redeunt arbitris Principibus Germaniæ, Patriarcha Aquilegiensi, Pontificibus Salisburgensi & Ratisponensi, Austriæ, Meraniæ & Carenthaniæ Ducibus, & quibusdam aliis: Imperator

rator à Pontifice Romano ab excommunicatione absoluitur, & hospitio excipitur; Eberhardus reuersus, consentiente Pontifice maximo, Præpositum Iuuauensem, Abbates S. Petri & Admontensem mitra Pontificali in die festo Paschæ insigniuit, Anno 1231. Carolus primus Episcopus Seccouiensis obiit, pariter Vdalscalcus, Episcopus Gurcensis.

SIMON Abbas S. Petri ob debilitatem cessit; succedit Berchtoldus Abbas Admontensis.

ANNO 1232. Eberhardus Archiepiscopus, ab Imperatore reuersus, Conradum Frisingensem & Heinricum Seccouiensem electos, apud Frisiacum in festo Pentecostes consecrauit. Eodem Anno 4. Idus Iunij D. Vergilius à Gregorio nono † in Catalogum Diuorum refertur seu canonizatur. mm.

CIRCA id tempus, Otto Bauariæ Dux, curiam Ratisponæ indixit; sed ob indignationem Principum & Regis Landishutæ celebrauit; cui etiam interfuit Eberhardus Archiepiscopus: posteà magno exercitu Rex Bauariam intrauit expugnatum Ducem; sed arbitrô Episcopo Eberhardo in gratiam eum recepit, accepto obside, Ludouico filio Ducis puerulo: Deinde Dux habuit Conuentum Ratisponæ, cui Eberhardus & omnes Bauariæ Episcopi interfuêre.

ANNO 1236. Dux Austriæ Fridericus, qui posteà anno 1246. ab Hungaris occisus est. Consilio Iudæorum Austriam clausit: Ità neq; aqua, neq; terra quicquam in Noricum vehi poterat; neq; tamen Iuuauiæ frumentũ deficiebat, quod ex Su euia; neq; vinum, quod ex Francia aduehebatur. Anno eodem Eberhardus hic statuit; vt pro more veteri Præpositus illi ad læuam assisteret proximus, &c.

ANNO 1237. Eberhardus Ecclesiam Brixiensem dedicauit, & ossa S. Hartmanni in vrnam condidit.

ANNO 1238. Eberhardus & Dux Bauariæ Consilium inierunt pro pace reformanda, quod Strubingæ indixêre; sed ob dissensionem Sacerdotum & Laicorum nihil perfecêre.

EODEM Anno, Imperator Fridericus Taruisij hyemauit, quo discedente, violata fide, ciues Eberhardum omni sua suppellectile spoliauerunt. Auent. lib. 7. fol. 672. dicit, hoc à Venetis factum in agro Taruisiano. Et Imperator tota æstate multis copiis Mediolanenses & Bononienses vastauit.

ANNO Domini 1242. obiit Chuno, Præpositus Salisburgensis; itidem Berchtoldus Abbas S. Petri, pro quibus electi sunt, Otto Canonicus eiusdem Ecclesiæ in Præpositum; & Richerus Prior in Abbatem.

EODEM Anno, Eberhardus Monasterium Salmsvveil, post obitum Gunthrami de Andelzreüt, primi fundatoris, petentibus Monachis, in quodam Concilio pro se & successoribus, in protectionẽ recepit, dans illi Monasterio partes in Salina in Hall, & faciens illos Monachos fratres Capituli Salisburgensis, &c. Dux Bauariæ, præsentibus Eberhardo Archiepiscopo, & aliis Principibus, curiã Ratisponæ celebrauit, vbi pro reformatione status, nec non contra Albertũ Bohemũ, Legatum Apostolicum pro Friderico 2. Imper. aliqua sunt constituta ac edita.

ANNO 1243. Eberhardus contulit Capitulo Salisburgensi duas Ecclesias Parochiales, videlicet Gastunam & Talgeu.

PRÆFVIT iste Eberhardus, Pater pauperum dictus, magna cum laude, Annis 45. Hic emit Anno 1246. ab Hermanno, Comite de Ortenberg, Carinthio, aliqua prædia sita in Leßach, quæ posteà dedit ad Monasterium Raitenhaslach, vt ibidem in Registratura habetur, licet erroneo Annorum numero. Eodem hoc Anno 1246. quarto Nonas Decembris, obiit hic Eberhardus, sepultus in summo Templo prope S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauatorium in ambitu fieri curârat.

nn. 34. BVRGHARDVS, † Comes de Zigenhagen, aliàs de Zigenheim, de quo vide Io. Auent. in Annalibus fol. 686. ab Innocentio tertio pallio donatus, sed nec consecratus, neque à populo admissus; mortuus est in itinere in Cœnobio apud Salmsvveil, & ibi sepultus.

35. PHILIPPVS, Bernhardi Carinthiæ Ducis filius, de familia Comitum Ortenbergensium, vnanimi suffragio tàm Canonicorum quàm Ministerialium, electus seu postulatus est Archiepiscopus Iuuauensis, Anno 1247. Sed Pontifex, ignorans electionem, Burckhardum, nescientibus Canonicis, Episcopatui præfecit, & pallio donauit, qui nondum adepta possessione è viuis excessit, cui iste successit Philippus. Anno 1249. Philippus celebrauit Concilium, mandato Romani Pontificis, in oppido Bauariæ Mûldorph, quod Municipium Iuuauense est; interfuère Episcopi Frisingensis, Ratisponensis, Seccouiensis: Huc vocatus Dux Bauariæ, vtroque gladio compelli debebat, vt Romano Pont. adhæreret, contra Fridericum Imperatorem.

ANNO 1250. Philippus Marchiam manu hostili ingressus, prædia quorundam Stiriensium rapinis atque incendiis vastat. Anno 1252. Comites, Tyrolensis & Gôrzensis, magna conducta Manu obsiderunt Griffenberg: His sese opposuit Philippus Episcopus, Comitemq; Tyrolensem & Comitem ab Escheloch, cum aliis eorum coadiutoribus cepit, eosque captos in Arcem Werffen abduxit & detinuit, donec se magna pecunia redimerent.

EODEM Anno Philippus fratrem Heinricum ordinis Prædicatorum constituit Episcopum Chiemensem. Anno 1253. Electus idem Salisburgen. quendam ex fratribus Episcopatui Gurcensi præfecit.

ANNO 1254. Heinricus Episcopus Bambergensis vendidit iurisdictionem in Mansee Ecclesiæ Iuuauensi, ducentis marcis Argenti.

ANNO 1256. Bernhardus Dux Carinthiæ, Pater Philippi Electi Salisburgensis, & Vlrici fratrum obiit, cui Vdalricus filius successit, &c.

EODEM Anno, cùm Philippus quibusdam mandatis & ordinationibus Pont. Romani non esset obediens, & ciuitates Arcesq;, ad Episcopatum pertinentes, hominibus improbis committeret; Capitulum Salisburgense, consensu Pontificis, alium Episcopum, nimirum Vlricum Episcopum Seccouiensem elegit; cùm Philippus iam intra decem Annorum spacium consecrari nollet. Missus est item Otto Præpositus Romam ad Pontificem, vt hanc electionem confirmaret. Philippus re cognita, accitis auxiliis ex Bohemia & Austria, Episcopatum igne deuastauit: Qua in re à quibusdam Ministerialibus, datæ fidei oblitis, fuit adiutus. Interim summus Pontifex mandat fratri Heinrico Episcopo Chiemensi, vt Philippum nomine Pontificis Romani citet, omnesque Arces & Ciuitates sibi committat: Quòd si Philippus facere recusauerit, aqua & igni illi interdicat. Cùm verò Philippus hæc contemneret, inania terriculamenta arbitratus, Heinricus, quod in Mandatis habebat, exequitur: Et ita tota ciuitas Iuuauensis, integro Anno diuinis caruit officiis, quamuis in quibusdam Parochiis fautores Philippi diuinam rem faciebant; Similiter & Monachi S. Petri & Virgines sanctæ, timore seu fauore Philippi, diuina resumpserunt.

36. VLRICVS, Episcopus Seccouien. confirmatur Anno 1257. ab Alexandro quarto, in Archiepiscopum Iuuauiensem. Re intellecta, Philippus atrociùs sæuit in suos Symmystas, & penè omnes eiicit Sacerdotes, eorum prædia distrahendo, & redditus interuertendo, magnisque cladibus affecit possessiones, Iuuauensi ditioni subiectas: Itidem posteà audita morte Summi Pontificis fecit, ita vt quatuor Sacerdotibus, qui soli remanserant in Salisburgo, vix necessaria suppeterent. Vlricus nouiter electus, Otto Præpositus, & Heinricus Chiemen.

Epi-

Episcopus, persesquiannum Romæ mansère, &c. distracto interim Chiemensi Episcopatu, quem à Philippo antea acceperat.

Eo tempore duo Canonici Iuuauenses, Vlricus filius Comitis Hermanni ab Ortenberg, & alius nomine Gregorius, defecerunt à Capitulo, & adhæsère Philippo, & antequam Vdalricus confirmaretur, Philippi causa Romam profecti sunt. At Gregorius in itinere miserè periit: Alter auditus est à Pontifice, & despectus domum reuertitur.

PVER in Rastat nascitur cum duobus cornibus, cuius ploratus 14. diebus antè auditus quàm nasceretur.

ANNO 1258. Vdalricus cum Ottone Præposito & Episcopo Chiemensi Roma reuertitur, Regemque Vngariæ Stephanum, qui cum magno exercitu Marchiam intrârat, & Pettauiensem ciuitatem obsederat, propter quosdam rebelles, qui antea in Vngaros impetum fecerant, certis conditionibus ab obsidione amouet, & magna cautione, multisq; vadibus eandem ciuitatem eidem obstringit: Posteà, assumptis multis militibus, Iuuauium iter arripit, &, dum Radestadio appropinquâsset, Dux Carenthaniæ illum inuasit; in crepusculo vtrinque acriter dimicatum, multis ex vtraque parte vulneratis & occisis.

ANNO 1260. Vdalricus in Valle Anesi iter faciens, & in Bauariam properans, ab Austriacis nempe, Heinrico de Turri, non procul ab Admundt capitur, & in Arce Wolckenstain, cui à nubibus & rupibus inditum nomen, detinetur aliquandiu; sed tandem iussu Ducis Austriaci liberatur: Ita magnis impensis & laboribus in Bauariam peruenit, vbi aliquandiu manens, licet possessionem nondum acquirere posset, tamen à Núncio Romani Pontificis excomunicatur, eò quòd 4000. Marcas Argenti, quas curiæ Romanæ promiserat, non soluit, & omnia iura Episcopalia ei interdicuntur: Quamobrem ille appellauit Romam, & eò profectus est. Capitulum Salisburgense ita sex Annis multis calamitatibus oppressum, Arbitris, Rege Bohemiæ, & Duce Carinthaniæ, cùm nemo auxiliũ Vdalrico ferret. neque ipse se tueri posset, concordiam cum Philippo iniit, salua tamen authoritate sedis Apostolicæ. Id factum est Anno 1261.

SEQVENTI Anno, Vdalricus Roma reuersus, adducit secum Episcopũ Squillatensem, accepta potestate reformandi Ecclesiam Iuuauensem, sub quibusdam conditionibus, vt nimirũ promissam pecuniam certo tempore solueret; Quòd si non faceret, ab ipso Episcopo authoritate Apostolica excommunicaretur.

DVX Bauariæ Heinricus, qui per fas & nefas octo oppida initio dissensionis occupârat, cum milite copioso, adiunctis sibi illis de Wispach, qui priùs adhæserant Philippo, ab eoq; ditati & euecti fuerant, Consilio eorundem impetum in Iuuauium fecit, situm trans aquam, & omnino illam partem diripuit, ac videntibus præsentibusq; Vdalrico Archiepiscopo, & Squillatensi Episcopo, igne combussit; Nec illo contentus, eorundem de Wispach Consilio, armato milite Salinam intrans, munitionem vallumq; erexit ad domandum Iuuauium Vdalricus, quia pecuniam non soluit, excommunicatur ab Episcopo Squillatensi, & toti Iuuauiensi Diœcesi denuntiatur. Philippus igitur Archiepiscopatum, cui per decem Annos præfuerat, resignauit. Anno 1263. Dux Heinricus, cùm Iuuauium capere non posset, fœdus iniit, territus fulmine, quod meridie vidit sereno die: Philippus eiicitur ciuitate, & aliis oppidis Diœcesis; Monachi & sanctæ Virgines iam tertiò abstinent à diuinis.

PONTIFEX Max. Regi Bohemiæ & Episcopo Olumucensi Iuuauium comisit tuendum & reformandum, quæ omnia facilè obtinuerunt rem magno conatu gerentes; aliqui verò Clientes Iuuauienses Bohemis, aliqui Heinrico Duci Bauariæ adhæserunt, qui neq; Capitulo, neq; Episcopo fidem debitam seruantes,

 possessio-

possessiones abalienatas sibi adscripserunt, & prædia Sacerdotum & Episcopi sibi vsurpârunt: Vnde quidam Gebhardus de Velben obsidem, Magnum Comitem à Görtz, qui fidei suæ à Capitulo commissus fuerat, clanculum dimisit, acceptis octingentis Marcis argenti, quas in suos vsus conuertit.

ANNO 1264. Vlricus vocatus à Capitulo, clientibus & ciuibus, Iuuauiensem intrauit ciuitatem, ibiq; vnà cum Duce Bauariæ quatuor Menses mansit; sed considerans peruersitatem plebis, suamq; imbecillitatem, proposuit sese Magistratu abdicare, indeq; in Marchiam recedens, abdicationis tabulam Romam misit: sed Vrbanus iam è viuis excesserat; Ideo in medio ea relicta res est.

Eo Anno, Monachi S. Petri, sanctæque virgines Moniales in Monte, in gratiam Capituli redierunt, facta recompensatione quapiam damnorum, quæ secutæ fuerant ex defectione illorum.

ANNO 1265. Vdalricus cessit oneri & honori, missis literis resignatoriis Romam, quas Pontifex recepit; præfuit autem Annis nouem.

37. VLADISLAVS, Dux Poloniæ, Heinrici Ducis Vradislauiensis frater fit Archiepiscopus, datus per Pont. Max. Clementem quartum, qui itidem M. Petrum, Præceptorem Vladislai, constituit Episcopum Patauiensem.

ANNO 1266. Vladislaus Iuuauium venit, vnà cum Episcopo Patauiensi, honorificè à suis excipitur, & fratrem Heinricum ordinis minorum S. Vlrici Episcopum Chiemensem confirmat.

CHVNO, quem Philippus præfecerat Monachis S. Petri, sese abdicat; & Simon frater eiusdem Monasterij eligitur & confirmatur.

ANNO 1267. sacris initiati sunt Sacerdotes à Ratisponensi † Episcopo, in profesto Pentecostes, suscepit & Vladislaus sacros Ordines, die sequenti ordinatus & consecratus est, & à Clemente Pont. summo pallio honoratus.

PATRIARCHA Aquilegien. ab Alberto Comite Goritiæ capitur, sed ab Episcopo Iuuauensi quodam pacto liberatur.

ANNO 1268. Vlricus Episcopus Seccouiensis obiit. Substituitur Bernhardus, Decanus Patauiensis. Dux Carinthiæ pro multis damnis, Iuuauiensi Ecclesiæ illatis, satisfecit oppidis & arcibus S. Viti, & S. Georgij datis in proprietatem Ecclesiæ, ea tamen rursum in beneficium seu feudum recipiens. Eodem Anno moritur Gregorius Patriarcha Aquileiensis, cui Philippus antea electus Episcopus Salisburgensis, intercessione fratris sui Vlrici Ducis Carinthiæ, surrogatur; sed mortuo Vlrico, Philippus à petitione repulsus, voluit Ducatum Carinthiæ, tanquam verus hæres occupare; at per Ottokarum Bohemiæ Regem est impeditus, qui Ducatum vnà cum feudis, quæ ab Ecclesia Salisburgensi Dux in feudum acceperat, iniustè sibi vendicauit: Interea Vladislaus, omnibus in Bauaria, Styria, Carinthia, aliisque locis ritè ordinatis ac recuperatis, profectus est in Patriam, postulans hæreditatem suam; cuius partem voluit Episcopatui vnire; Quo comperto propinatum est ei venenum, ex quo debilitari cœpit; festinus igitur Salisburgium rediit, ibique placidè in Domino obiit, Anno 1270. cùm rexisset magno cum fructu & vtilitate Ecclesiam quinque Annis, sepultus est in summo Templo ante Aram Deiparæ Virginis.

38. FRIDERICVS de Wallen, Præpositus Salisburgensis, eligitur Archiepiscopus Anno 1270. Quo anno ciuitas magna ex parte incendio periit; fuit in æstate huius Anni tanta siccitas, vt plæraque sata arescerent: Inde maxima fames secuta; vinum tamen in abundantia natum est.

FRIDERICVS Anno 1272. Romam ad confirmationem & Pallium obtinendum proficiscitur, quam eo ac sequenti Anno impetrauit; Ibidē autē querimonia magna à Numulariis aduersùs Fridericum facta est, propter æs alienū, quod Episco-

sis, Episcopus Vlricus contraxerat, quodq; Otto Præpositus per surreptionem membranarum & sigilli Capituli Iuuauensis à creditoribus acceperat, nesciente Capitulo. Vnde, quòd eam rem, tùm creditores, tum Fridericus Episcopus vehementer vrgebant, graue detrimentum Capitulum accepit: Quanquam non in vtilitatem Capituli, sed Episcopi ea pecunia expensa fuerat, Collegium tamen coactum est 200. Marcas puri argenti persoluere; Hæc scribuntur posteris, vt sint cautiores in asseruando sigillo.

REX Bohemiæ Othocarus quibusdam conditionibus feuda Principum, Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ à Friderico Frisiaci recepit, præstito Homagio ipsi & Ecclesiæ.

PHILIPPVS quondam Iuuauensis Archiepiscopus, nunc Aquilegiensis Patriarcha, totum patrimonium suum Regi Bohemiæ tradidit ac resignauit, exceptis his, quorum proprietates Vlricus Dux, Philippi frater, Ecclesiæ Iuuauensi antea pro damnis illatis tradiderat, nempe oppidum S. Viti & alia, quæ Philippus sibi vsurpanda reseruabat.

ANNO 1274. conuocauit Concilium prouinciale Fridericus, cui interfuêre Episcopi, Frisingensis, Patauiensis, Ratisponensis, Brixiensis, Chiemensis, Seccouiensis, ac Templum Iuuauense consecrauit in die omnium Sanctorum, cooperantibus Episcopis superioribus; Gratius fuit id festum & spectaculum sacrum elargitione indulgentiarum Maximi Pontificis Alexandri, Patriarchæ Gradensis, & aliorum Archiepiscoporum.

ANNO 1275. Rudolphus Romanorum Rex, Comitia Nüernbergæ habuit, ad quæ Otthocarus, † Bohemiæ Rex, & Heinricus, Dux Bauariæ inferioris, neq; precibus, neque minis sunt moti, vt comparerent; Friderico autem Archiepiscopo ibi cum Patriarcha Aquileien. apparente, & in verba Rudolphi iurante, Rex Bohemiæ Iuuauensem Ecclesiam hostili manu inuasit, comburendo prædia quàm plurima, damnumq; intulit, quod æstimatum fuit 40000. Marcis Argenti.

pp.

FRIDERICVS in hac calamitate belli, & Episcopus Patauiensis tanquam Lampades inter alios imperij Principes coruscantes, licet eorũ fides à Rege potentissimo, variis artibus, dolo, minis & pecunia tentaretur; maluerunt tamen suæ salutis & rerum iacturam facere, quàm Romanum Imperium deserere. Vtinam nostra tempestate multi tales Principes forent, qui publicum imperij bonũ magis quàm priuatũ curarent; melius procul dubio haberet Rom. Imperium. Herbrodus Lauentin' Episcopus obiit, cui Eberhard' Abbas S. Pauli substituitur.

ANNO 1279. Diethericus, Episcopus Gurcensis obiit, cui succedit Iohannes Episcopus Chiemensis; eidem substituitur Conradus de Hintsperg, Canonicus Patauiensis. Eodem Anno Reinpertus de Glaneck transegit cum Ecclesia Iuuauensi pro damnis iniustè illatis persoluere 300. Marcas Argenti, sub pœna amissionis feudorum suorum, quæ posteà Ecclesiæ aperta sunt.

IDEM Fridericus Archiepiscopus ab Heinrico Episcopo, & Capitulo Ratisponensi emit omnes redditus ac prædia, quæ in Mänsee habuerunt 1. lib. denariorum pro 7. Marcis argenti. Liechten & Altentann à Nobilibus de Tann ad Fridericum & Ecclesiam Iuuauensem, hoc ferè tempore quoque peruenêre.

EODEM tempore Fridericus Castrum Chalhaim, ob immania illic facinora perpetrata, solo adæquari iussit.

ANNO 1280. Fridericus iterum prouinciale Concilium conuocauit, cui interfuêre Episcopi, Ratisponensis, Frisingensis, Patauiensis, Brixiensis, Chiemensis, Secouiensis, Lauentensis; Et quia Prælati quidam præcipuè Patauiens. non interfuêre, Fridericus eos contumaciæ damnauit, quam sententiam precibus aliorum Episcoporum & Consilio Capituli mutauit. Eodem Anno in die S.

 Alexij,

ille Romanorũ Imperator declaratur, Anno 879. dictus Carolus Crassus, Auent. lib. 4. f. 448. Hic Theodomarus ossa S. Vincentij Iuuauiũ apportauit, Auet. ibid.

FVIT HIC Theodomarus Archiepiscopus Ludouico Regi Rom. post obitũ Patris Arnulphi Imperatoris, adhuc septenni in Magistrum Epistolarũ, hoc est, vt nunc vocant, in Cancellariũ constitutus, Año Domini 900. secundùm Auentin. lib. 4. fol. 475. Interfuit expeditioni contra Vngaros per Ludouicum Regẽ susceptæ, Anno 907. (Auent. fol. 480.) vnà cum Othone Frisingensi, & Zacharia Brixinensi, Episcopis, quos quidam ibi cæsos ac sepultos scribunt, cuius Auentinus non meminit; Rexit verò hic Theodomarus, secundùm aliquos, annis 18.

17\. PILGRINVS, huius nominis primus, electus Archiepiscopus est, sub Stephano Papa, regnante Carolo tertio, præfuit annis 16. obiit Anno 915. alias 916. sepulus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Ita habet Chronica Saltzburgen. sed numerus annorum, cum Papa Stephano †, siue quinto, siue sexto, & cum Carolo tertio malè conuenit.

o.

18\. LVDEPERTVS, factus Archiepiscopus sub Sergio tertio, Pont. Summo, & Ludouico tertio, Anno 915. præfuit annis 10. sepultus est in Crypta retro altare sancti Erasmi. Numerus annorum non omnino conuenit, neque cum Sergio Pontifice, qui Anno 913. † vel 914. obierat, neque cum Ludouico tertio, qui Anno 911. secundùm alios 913. obierat.

p.

19\. VDELBERTVS, electus est Archiepiscopus sub Ioanne decimo, Pont. Max. & Heinrico Aucupe Imperat: Anno 925. Eodem anno idem Vdelbertus electus est Episcopus Augustanus, præfuit annis 9. Hunc Auentinus lib. 4. fol. 487. Hyldebertum vocat, atque interfuisse Conuentui Dingelfingij, per Arnoldum Ducem Bauariæ habito †, commemorat.

q.

20\. EGLOLFVS, factus Archiepiscopus, tempore Leonis septimi, Imperatore Heinrico, Duce Saxonum, Anno 937. præfuit annis 6. sepultus est infra Chorum in Crypta. Extat ad hunc Egilolphum ac cæteros Bauariæ Episcopos Epistola Leonis septimi Sum. Pont. † qua iubet, eos Gerardo Laureacensi Archiepiscopo, tanquam ipsorum Metropolitano obedientes esse. Cuius meminit Auent. lib. 4. fol. 490. &c. vide apud Gerardum, &c.

r.

21\. HEROLFVS, Comes de Scheurn, factus Archiepiscopus, Anno 943. imperante Ottone primo, filio Heinrici Aucupis: per hunc Præsulem corpus sancti Martini Iuuauium deuenit hac occasione: Otto Imperator in Hispaniam cum magno apparatu profectus, Turonorum ciuitatem hospitij gratia ingressus, per aliquot dies ibi comoratus, corpus beati Martini auro & argento latenter comparauit; corruptis enim custodibus, iisq; datis, quæ pepigit, recepit Sancti corpus, idq; furtim in Patriam festinus deportauit, & Herolfo, cui maximè fidebat, asseruandum comendauit, donec reposceret; Episcopus lætus accipit, Iuuauiũ transfert, & Cryptam, in quam illud abscondit, nomini eius consecrat: modico pòst tempore Episcopus vocatus ab Ottone, & de deposito interpellatus, respondit, se illud in locum abscondisse, vnde amoueri non possit; Otto irascitur, Episcopus aufugit, tunc Heinricus Dux, frater Imperatoris, illum per quinq; milites, qui & ipsi inimici Episcopi erant, captum excæcauit † prope Muldorf: Ipse Dux eodem anno moritur, sic neq; ille corpus sancti Martini reddidit, neq; Imperator recuperauit. Iste Herolfus ab officio remotus est in Concilio Rauenne, à Pont. Iohanne duodecimo, ob temerariam insolentiam celebrandi rem diuinam, & vtendi pallio post excæcationem; præterea quòd prædia Ecclesiæ abalienauerat, & Ecclesiæ Thesauros paganis tribuerat. Hoc factum est præsente Ottone & 59. Pontificibus. Præfuit hic Herolfus annis 19. sepultus retro altare sancti Erasmi in Crypta. Auentinus in Annalibus longe aliter lib. 5. fol. 499. scribit.

Arnolphi Mali filiũ fuisse hunc Herolfum scribit Lazius de migrat. gent. libr. 7. sed quam verè, ipse viderit.

s.

bis, nempe quòd ob pallij litem cum Patauiensi ab Imperatore perfidè desciuerit, contra legem Salicam, Vngaros in Imperatorem concitârit, ideoq; à Sumo Pont. Agapeto excomunicatus, deinde captus & excæcatus sit: Leo enim septimus Summus Pontifex, Gerardo Patauiensi Episcopo Pallium concesserat, cui cùm Egololphus atq; Herolphus hic, Salisburgen. Episcopi; sese opponerent, Agapitus † secundus concordat ac dirimit hanc contentionem, separando prouincias Noricæ regionis, ita vt vterq; in sua prouincia esset Archiepiscopus, iuxta diploma eiusdem Agapiti, quod Patauiæ extat, & apud Lazium de Repub. Roman. libro. 12. fol. 1256. cuius Auentinus quoq; meminit lib. 5. fol. 495. Annaliũ. Benedictus quintus † posteà Fridericum, successorem Herolphi, rursum Archiepiscopũ; Econtra Benedictus sextus Piligrinum Patauien. Archiepiscopum declarat, & à Salisburgensi Imperio soluit: extant de hac re diplomata, quorũ etiam Auẽt. meminit lib. 4. fol. 490. ac lib. 5. fol. 502. licet longè diuersis verbis, &c.

t.

u.

FRIDERICVS † huius nominis primus ex familia Comitum in Chiemgevv, factus Archiepiscopus Anno Christi 956. Iste consecrauit S. Wolffgangum in Episcopum Ratisponensem. Otto Magnus seu primus, Imperator, dedit huic Episcopo, cuius Frater Comes erat Sighardus, &c. & Ecclesiæ Salisburgensi, propter amorem Dei, Villam Grabmstat, sitam in Kiemgevv, in Comitatu seu Ditione trium Comitum, nomine Odoacri, Sighardi, & Wilhelmi, cum pertinentiis; Item Ecclesiam S. Ioannis, & omnem decimam in Müesenpach, cum aliis: Datum huius donationis Romæ Anno 958. Præfuit Annis 33. sepultus in Sacello S. Gregorij, aliàs ante S. Andreæ Altare. Otto Imperator Anno 963. cum magna solennitate Salisburgæ pascha celebrauit. Titus Præpositus S. Ruperti, fit Monachus, & eodem Anno Abbas S. Petri.

x. 22.

HARTWICVS Comes à Spanheim & Artenburg, aliàs Lauental, electus est Archiepiscopus, 6. Idus Nouembris, Anno 990. claruit multis miraculis, & habetur pro Sancto. De eo ferunt, quòd, cùm in Plüenbach pergens, ramum aridum, casu de arbore carpsisset, statim in eius manu floruerit, vnde adhuc loco nomen Plüenbach superest. Sepeliit idem Diuum Wolffgangum apud S. Emeranum Ratisponæ: Idem S. Martinũ titulo edoctus inuenit, eumque D. Ruperto in vrna argentea auro vestita coniunxit. Rexit Annis 32. mortuus est Anno 1023. sepultus in Sacello D. Gregorij.

23.

NVNNBERG, Monasterium Monialium, Imperator Heinricus sanctus eiusq; coniunx S. Chunegundis reficiunt, ac in eum locum, in quo nunc est, quasi de nouo construunt, ac fundant, quod priùs erat inferiùs in Cella Presbyterorum.

GVNTHERVS, diui Heinrici Cæsaris Cancellarius, electus est Archiepiscopus sub Benedicto Nono, fortè 8. Nam Benedictus nonus Anno 1033. secundum Iohan. Lucidum in libro de emendatione temporum factus est Pont. Max. præfuit laudabiliter Annis quatuor, sepultus in Crypta retro Altare S. Erasmi.

24.

DIETMARVS secundus, electus Archiepiscopus sub Conrado, secundo Imperatore, Anno 1027. præfuit optimè Annis 16. sepultus in Sacello S. Gregorij prope D. Hartvvicum, &c.

25. Auent. lib. 5. fol. 518.

WALDWINVS à Dechmaro educatus, factus Archiepiscopus sub Heinrico tertio Anno 1042. præfuit Annis 20. sepultus est in Crypta retro altare S. Erasmi. Auent. fol. 545. Baldingum vocat, & 518. Baldouinum.

26.

GEBHARDVS, natus ex Nobili familia Sueuorum Comitũ de Helffenstein, secundùm aliquos, Patre Chadoldo †, Matre Azala, Anno 1061. factus Archiepiscopus, per Heinricũ 4. cuius scriba fuit (teste Auent. fol. 545.) sub Alexandro secundo Sumo Pontifice. Idem Anno 1073. 2. Maij, Gurcensem dedicauit ædem, in Carinthia, vbi antea erat Cœnobium sanctarũ virginũ, & constituens ibi sedem Episcopalem, Guntherum Episcopum ordinauit. Genealogia istorum

27. y.

Comitũ ſcripta, quam vidi, habet Patrem Wernherũ, Matrem Attalem de Styra.

Auent. lib. 5. fol. 551. ANNO 1075. ob reuerentiam Deiparæ Virginis, D. Blaſij Cœnobium Admontenſe in Styria fundauit, auſpiciis Hemmæ, quæ Vxor fuit Comitis Wilhelmi in Frieſach & Zeltſchach, in vulgari Chronica Salisburgenſi Hemma nominatur, Comitiſſa in Frieſach. Iohan. Auent. autem in ſua vulgari translatione ponit, Hemmam natam fuiſſe ex Comitibus de Ratzenhouen & Abenſperg, ipſamq; in Gurch inſtituiſſe Cœnobium Monialiũ, & ibidem ſepultam eſſe. Chronica ſeu fundatio Admonten. Monaſterij habet fundationem Anno 1074. factã, eodemq; anno dedicatam, ordinationis ſeu Pontificatus ſui Anno 15. Gebhardus hic Admuntenſi Monaſterio Arnoldum quendam Monachum S. Petri præfecit, conſtruxit quoque idem Gebhardus tres munitas Arces, vnam Iuuauij, aliam in Werffen, tertiam in Friſiaco oppido Carenthaniæ.

SVB huius Regimine, Heinricus quartus Cæſar excomunicatus fuit à Gregorio ſeptimo, à quo Pontifice Gebhardus propter fidem, quam illi tanquã vero Romano Pontifici ſeruârat, remuneratus eſt iure & titulo legationis ſuper omnes Eccleſias Regni Theutonici, vt diceretur Legatus natus, qui poſteà ad omnes ſucceſſores hæreditario quodam iure deuolutus eſt. Fuerunt tum temporis maximi motus in Germania & turbulentiſſima tempora, propter ſchiſma inter Regnũ & Sacerdotiũ, Ita vt ob cæterorũ potentiã in toto regno Germaniç, Pontificiæ partis vix quinq; Epiſcopi, iſte nimirũ Gebhardus, Altmannus Pataujenſis, Adelbero Herbipolenſis, Hermannus Metenſis & Meginhardus Friſingenſis, reperti ſint. Pulſus deinde Gebhardus in exilium eſt ab Heinrico Imperatore, & partim in Saxonia, partim in Sueuia delituit; Interim magna Hungariæ pars, quæ ad Epiſcopatũ Iuuauienſem pertinebat, eſt abalienata vſq; in hodiernũ diẽ; Nam antea fines diœceſis Salisburgenſis erant, vbi Drauus influit Sauũ.

Auent. fol. 585. HEINRICVS Imperator Berchtoldum ſuæ partis Socium Epiſcopum conſtituit, qui putatur fuiſſe Comes de Moſpurg, Frater nobiliſſimi Comitis Conradi, vt habet vita S. Conradi, Archiepiſcopi Salisburgen. 29. quæ extat in Monaſterio Raitenhaslach, in libro ſepulturarum. Idem Iohan. Auent. lib. 5. Annalium fol. 588. dicit, hunc Berchtoldum fratrem fuiſſe Burckhardi, Comitis Moſpurgen. Hic Berchtoldus Theſaurum Eccleſiæ ingentem diſſipauerat, donec poſt Annos nouem Gebhardus in antiquam poſſeſſionem eſt reſtitutus. Soror huius Gebhardi Diethpurgis cum ſuo Marito Bernhardo Comite de Plain fundauit Monaſterium Canonicorum regularium in Reicherſperg, quo etiam tempore inſtituti ſunt Monachi in Melico & in Gotvvich.

SVB id tempus † diploma diuulgatum eſt, Archiepiſcopum Iuuauenſem ius habere creandi Epiſcopum Gurcenſem, creatumq; Epiſcopum regalia à Iuuauenſi accipere oportere. Anno 1090. ipſe Gebhardus tranſegit vitam in Arce Werffen, quam condidit, poſtquam rexiſſet Eccleſiam Annis 29. mortuus ibidem Anno 1091. ſepultus in Monaſterio Admontenſi. Liber antiquiſſimus Admuntenſis habet eum obiiſſe Anno 1088. Tranſactis ab ordinatione ſua Annis 27. Menſib. 10. 17. Calen. Iulij translatum in Monaſterium ſuum Admuntenſe, hunc à Sancto Ruperto fuiſſe 26. ab Arnone primo eiuſdem ſedis Archiepiſcopo 16. de eo vide etiam Auent. fol. 584.

28. THIEMO, ſeu Diethmarus, ex Nobili Boiorum ſanguine prognatus, prima ætate in inferiori Altach operam literis dedit, poſteà educatus in Hirſchaugien Monaſterio factus eſt Abbas S. Petri Iuuauiæ.

HVNC Thiemonem cognatum ſuum Conradus Comes Medlingenſis in Bauaria, iam antea contra Berchtoldum conatus eſt Epiſcopum Salisburgenſem facere; Verùm iuxta Saldorff in Norico, agroq; Salisburgenſi Berchtoldus Thiemonis

monis copias fudit, & Conradum Comitem illum Medlingensem aduocatum Iuuauensium vnà cum fratre, pluribusque aliis, occidit. Diethmarus vel Thiemo captus à Starkhando & Verigando fratribus, atque à Poppone, Charionum Præfectis, in vincula coniicitur (Auentinus fol. 588.) qui demum, post mortem Gebhardi, ad Archiepiscopatum postulatus & confirmatus est ab Vrbano secundo Pont. Romano, à quo & Pallium accepit. Iste Thiemo Sacellum rotundum in porta Templi Nunnbergensis consecrauit, deinde profectus cum multis aliis Comitibus & Viris nobilibus, ad recuperandam terram sanctam, quorum numerus ferè sexcentorũ millium fuit, captus à Turcis, ac post omnium membrorum truncationem, viso corde proprio, apud Corozaim Martyrio coronatus est Anno 1101. †

Thiemo Martyr

aa.

CONRADVS Baro de Abensperg, eligitur Episcopus Anno 1106. Eodem Anno 12. Calend. Nouembris confirmatur à Pont. Romano Paschali 2. & Pallio honoratur, communem vitam Canonicorum regularium S. Augustini Iuuauiæ instituit, quorum erant numero 24. à qua hoc nostro seculo, operâ Matthæi Langi, eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopi & Cardinalis, soluti sunt Canonici, quàm benè notat alibi Abbas Trithemius in Historia Hyrsaugien. Monasterij, sub Abbate Sigero 7. circa finem fol. 46.

29.

FVIT hic Conradus, Nepos Comitis Babonis de Abensperg, qui triginta duos filios legitimè natos & filias octo ex duabus Vxoribus suscepit, quos ad Heinricũ sanctum deduxit in Comitiis Ratisponensibus. Exhæredatus ille Conradus à suis fratribus confugit in Aulam Heinrici quinti, à quo clementer acceptus, Iuuauẽsem ab eo Ecclesiam gubernandam accepit. Auent. lib. 5. † fol. 593. hoc Heinrico 4. tribuit. Sed, quia tandem contra Cæsarem cum Pontifice sentiebat, pulsus fugit in Italiam. De pietate & Zelo huius Conradi erga sedem Romanam, pro qua mortem minanti etiam iugulum lubens præbuit, scribit Otto Frisingensis Episcopus lib. 7. cap. 14 Consecratus per Paschalem 2. S. Pont. post mortem Heinrici quarti (Auent. lib. 6. fol. 610.) Fundauit iste Conradus Anno 1121. Monasterium sanctarũ Virginum ad D. Rupertum, quod deinceps Burckhardus Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgensis, voluntate Pontificis pij secundi, Anno 1462. mutauit, & ibi duodecim Presbyteros constituit. Fundauit idem Monasterium Raitenhaslach. Is quoq; Chiminum Templum, olim à Thessalone 2. Regulo Boiorum, D. Benedicto conditum, ab Vgris in egestatem redactũ, Mystis Augustinianis; Itidem Mystis eiusdem ordinis iuxta eundem tractum proxime Reichenhall D. Zenonis ædem tradidit, & Lonsonem primum Præpositum ordinauit. Sub eiusdem Episcopatu Anno 1119. primus Iuuauensis Ecclesiæ Præpositus, Hermannus moritur, succedit Gebno, quo Anno 1130. defuncto, substituitur Hugo in Præpositura, Anno 1143. Seccau Cœnobium Canonicorum Regularium construitur. Hic Conradus Gurcensi Episcopatui suam Diœcesim atq; illius terminos dedit. Rexit Ecclesiam Conradus Annis 42. moritur Anno 1147. † senex ac plenus dierum, Vir sanctus ac pius, sepultus est ante Altare D. Erntrudis. Construxit & hic Conradus Xenodochiũ in Friesach, bonis ac redditibus dotauit, vt habet liber traditionum ac diplomatum Monasterij Admunten. sine Anno, nisi fortè sit sequens Conradus, de quo dubito.

bb.

Auent. fol. 611.

cc.

EBERHARDVS, natus ex nobili familia Comitum de Hilpoltstein in Franconia, primò fuit Canonicus Bambergæ, vbi operam dedit Philosophiæ; posteà factus Monachus in Prüfening prope Ratisponam: Deinde creatus est Abbas Monasterij Biburgensis, quod Monast. illius fratres auspiciis D. Ottonis Episcopi Bambergensis instituerant; tandem verò interuentu Gotfridi, Abbatis Admontensis, Archiepiscopus est electus, sub Conrado 3. Rege Romanorum

30.

&ab

Auent.lib. 6.fol. 64. & ab Eugenio tertio Pontifice Maximo, pallio donatus est Anno 1147. fuit beneficus & amator pauperum, præfuit Annis 18. mortuus apud Rein vel Ramam Cœnobium Anno 1164. Sed cum debita pompa Iuuauium deportatus, & in summo Templo ante Altare omnium Sanctorum sub Angelo tumulatus: ad cuius sepulchrum, multa sunt facta diuinitus miracula. Pro illius ergo Canonizatione †, Burckhardus de Weispriach, Cardinalis & Archiepiscopus, adeò multum laborauit, vt omnia testium sufficientium examina in Consistorio Romæ sint producta; Sed morte præuento eodem Burckhardo, Anno Domini 1464. res mansit inexpedita. Hic Eberhardus in schismate, inter Alexandrum & Victorem electus est, vnâ cum Hartmanno Sabionensi, seu Brixinensi Episcopo. Soli hi duo Boiorum Episcopi partes Alexandri fouerunt, Auent. lib. 6. fol. 637. De hoc schismate & literis ad hunc Archiepiscopum per Fridericum 1. Imperatorem & alios scriptis, & cur ad Synodum Papiensem non venerit latè Radeuicus continuator Othonis Frisingensis libro 1. de gestis Friderici circa finem. dd.

ee. 31. CONRADVS † secundus huius nominis, Episcopus Pataujensis ex generosa stirpe natus, Patre S. Leopoldo, Marchione Austriæ, Matre Agnete, filia Heinrici quarti Imperatoris, fuit frater vterinus Conradi Regis Romanorum, Friderici verò Cæsaris Patruus, Sororius autem Heinrici quinti Imperatoris, ac præfuit Ecclesiæ Pataujensi Annis 16. posteà Anno 1164. tertio Calend. Iulij Archiepiscopus Iuuauiensis factus, & ab Alexandro tertio pallio donatus. Fuit Vir doctus, probitate vitæ, & rerum cognitione clarissimus, & fratri suo Ottoni, Episcopo Frisingensi, Historico insigni non dissimilis. Præfuit Archiepiscopatui Annis ferè V. mortuus Anno 1168. sepultus ante Altare S. Andreæ. Sub eodem, Anno 1167. Ecclesia Iuuauiensis cum tota ferme ciuitate igne periit. Eadem calamitate Ratisponenses ac Frisingenses ciuitates perierunt, vt Otto Episcopus in vita Friderici primi refert. Othakher Marchio Styriæ, Eberhardus de Burckhausen, Sifridus de Libenoue, Luitholdus de Plain Comites obierunt, Liebenau Co. cessit Ecclesiæ Salisburgensi.

IMPERATOR Fridericus primus, curiam in Lauffen, seu Saltzburghouen habuit, Anno 1167. Ibi Ecclesiam Iuuauiensem distrahit.

32. ADALBERTVS huius nominis secundus, filius Ladislai Regis Bohemorum, & Gertrudis Sororis Conradi sui præcessoris, electus est Archiepiscopus Anno 1168. ab Alexandro tertio Pont. Romano pallio donatus. Hic cùm inter se discordarent pont. Max. & Fridericus Imperator, à Friderico, quòd eius sententiæ subscribere nollet, ex Episcopatu pulsus, ciuitatem Hallensem exussit, & Arcem Halmburg contra Imperatoris vim ædificauit. Auent. folio 645. aliam causam suæ depositionis ponit, nempe quòd ab Vlrico Patriarcha Aquileien. contempto Moguntino consecratus fuerit. Rursum folio 646. narrat aliam causam, nempè quòd in Vngaria à suppositicio Legato insigne Archimystæ acceperat, &c. Eo exacto, Præpositus in Berchtersgaden, Heinricus administrauit Episcopatum, posteà Venetijs Fridericus Imperator præfecit Conradum Comitem de Wittlspach, Episcopum Moguntinensem Cardinalem †, qui Templi Iuuauien. conflagrati noua fundamenta iecit, hoc Elogio, Quarto decimo Calend. Martij Imper. Friderico Augusto & Heinrico eius filio Cæsare, Ottone de Wittlspach, inclito Boiorum Duce, &c. Depositus est per Fridericum 1. eò quòd nollet iurare, super decreto Principum, quòd sine consensu Romani Imperatoris nullus Pontifex eligeretur, vel reciperetur, Auent. ibi fol. 643. Vide eundē, fol. 654. vbi de graui eius contentione, cū Hermanno, Comite ff.

Orten-

Ortenburgen. electo Gurcensi, quem in Arce Strasburg obsedit, ad deditionem & abdicationem Gurcensis Episcopatus, ad quem sine suo consensu electus erat, coegit; factus est autem hic Otto, Dux Bauariæ, beneficio Friderici Imperatoris primi, exacto Heinrico, Duce Boiorum & Saxoniæ potentissimo, Anno 1180. Sed tandem vtroque intruso cedente, consentiente & Pontifice, & Imperatore, restitutus est Adalbertus.

ANNO 1171. Vitalis, Virgilius, Hartvvicus, Pontifices Iuuauien. & Pilegrinus Patauiensis, multis miraculis clarent. Hic Adalbertus deinde à suis capitur, ad fluuium Lamer, & per 14. dies in Arce Werfen detinetur : cuius rei indignitate factum est, vt res diuina, tam Iuuauij, quàm in aliis vicinis Episcopatibus non perageretur; Eò dimisso cantatum est solenniter, Liberâsti nos de afflictione, Anno 1197. Domina Elisabetha de Walchen, vnâ cum Marito suo, Vlrico de Freuntsperg, renunciârunt in manus Conradi Episcopi omni iuri, quod prætendebant in prædio, vulgo, dem vrbar Weittering / etc. Rexit post restitutionem Annis 26. obiit Anno 1200. sepultus est coram Altari S. Andreæ.

FORTE hic est superior Conradus de Witlspach, intrusus † per Fridericum 1. sed Annus 1197. non quadrat. Reperio hunc Conradum, Archiepiscopum Salisburgen. in diplomate Frideri. 1. quod Adalberto Episcopo Frisingensi dedit, super foro Veringen & ponte ibidem, de Anno 1180. cuius tenorem inuenies sub illo Episcopo Adalberto. gg.

EBERHARDVS à Truchsen † / secundus huius nominis Episcopus Brixiensis, fit Archiepiscopus Anno 1200. Berchtoldus Præpositus ab illo Romam ad Summum Pontificem pro Pallio mittitur, qui re infecta Romæ moritur, cui Bernhardus Præpositus Berchtesgadensis successit: subsecutus est ipse Eberhardus, & multo labore Pallium accepit ab Innocentio tertio; instituit idem tria Episcopia, Chiemense, Lauentinense & Seccouiense, vt posteà dicetur. hh.

EODEM tempore inimicitiæ exortæ fuerant, inter Ludouicum Bauariæ Ducem, & Conradum Episcopum Ratisponensem, cui Eberhardus, ob clientelam & Parochiam Vtinensem cum Duce litigans, fuit confœderatus; secutum est bellum inter ipsos, in quo multæ Arces dirutæ, tota Bauaria ferro, flammisque plurimum vastata, reliquiæ Sanctorum abreptæ, & alia facinora inaudita sunt perpetrata. Posteà Ludouicus Dux, & Episcopi reconciliati sunt Anno 1226.

SVB hoc tempore S. Kunigundis, † Imperatrix miraculis coruscans, ab Innocentio Pontifice canonizatur Bambergæ, inter multos alios Episcopos adfuit etiam hic Eberhardus. ll.

Hoc quoq; tempore, quinto Idus Augusti, Bernhardus Præpositus resignat Eberhardo Archiepiscopo Prælaturam apud Rastat; Et deinde Idus Septembris obiit, succedit Albertus Chiemensis Præpositus, reuerso Eberhardo Ratispona 8. Idus Nouembris Iuuauia concremata est. Huic Eberhardo Heinricus, olim Comes in Matray, tunc verò in Kasmundt, tradidit Arcem Matray cum omnibus pertinentiis, quæ ab Ecclesia Salisburgensi in feudum tenebat. Confirmat Philippus Romanorum Rex Anno 1207. Berchtoldus Comes de Graispach, posteà litem mouit in Camera Heinrici Romanorum Regis Nurnbergæ, putans ad ipsum hæreditario iure pertinere Comitatum; sed absolutus est Episcopus ab impetitione ista per sententiam Anno 1224.

ANNO 1212. Albertus ob debilitatem resignat Præposituram; cui Otto succedit. Hic posteà in Episcopum Gurcensem eligitur Anno 1214. Ab Eberhardo Archiepiscopo instituitur Episcopatus Chiemensis, † sub Innocentio Papa tertio, & Rudigerus de Radeck fit primus Episcopus. kk.

SYNODVS

SYNODVS ab Eberhardo celebrata fuit, cui interfuerunt Frisingensis, Patauiensis, Gurcensis & Chiemensis, Episcopi; Ratisponensis propter seditionem suæ ciuitatis interesse non poterat, ac misit suo loco Præpositum, Decanum & Scholasticum; in eo omnes Prælati alij absentes totius prouinciæ ab Archiepiscopo Iuuauensi sunt excommunicati, quam excommunicationem Honorius tertius Pontifex Romanus confirmauit.

ANNO 1217. Rex Hungariæ, item Bauariæ, Austriæ ac Morauiæ Duces & Episcopus Salisburgen. coniunctis copiis, Palæstinam petiêre; profectus est vnà Albertus, Præpositus Salisburgensis, & Fridericus, Præpositus Berchtesgadensis, qui duo cum multis aliis perierunt in Nilo, cùm exundantis naturam ignorarẽt; Alberto Præposito succedit alter Albertus, eiusdẽ Ecclesiæ Custos & Canonicus.

COMES item de Plain Leutoldus, oppignoratis suis quibusdam prædiis, vnà militatum iuit, qui percussus sagitta oculum amisit, & inter redeundum obiit Taruisij: Ossa eius ab Eberhardo Iuuauense & Rudigero Chiemense, Episcopis in Hegelvverdt sepulta sunt, à quibus etiam eadem die Monasterium consecratum est.

CRIPTA & Ara S. Iohannis à primo Secouien. Episcopo Carolo consecrata; capella & altare ad S. Hartvvicum à primo Episcopo Chiemense Rudigero dedicata 7. Idus Septembris.

LVDOVICVS Dux cœpit ædificare munitionem Hallis in Monte, quod Grutte dicitur, quæ ab Eberhardo Episcopo, specie pacis, destructa est; hanc ob causam quicquid in Hall redditum habuit, Altachensibus vendidit.

ANNO 1219. Eberhardus instituit Episcopatum Secouiensem, consentiente Honorio Pontifice, cui Carolus Præpositus Friesiacensis præficitur.

HEINRICVS Gurcensis Episcopus obiit, cui succedit Vdalscalcus, eiusdem fani Sacerdos.

ANNO 1221. corpora Modesti & Viti, Sanctorum, quæ in æde S. Andreæ in Lauent miraculis claruêre, Eberhardo Archiepiscopo, Carolo Seccouiensi, & Rudigero Chiemense, Episcopis præsentibus, Iuuauiam auecta sunt, cum magna solennitate & frequentia populi.

EODEM tempore idem Eberhardus instituit Episcopium apud S. Andream in Lauent, cui præfecit Vlricum Plebanum in Haus, qui posteà Straubingæ, in nuptiis Ottonis, Ducis Bauariæ, præsentibus multis Principibus, ab Eberhardo Archiepisco consecratur, Anno 1223. in quo numero variant † Chronographi. Electus Brixiensis Episcopus, in festo Palmarum, Venetiis ab Eberhardo Archiepiscopo consecratur, præsentibus Magdeburgen. Archiepiscopo, & Duce Austriæ, qui ad occurrendum Imperatori Italiam intrauerant.

ANNO 1226. Vxor Heinrici Regis Rom. filij Friderici Imperatoris Aquisgrani, dum multi Principes aderant, coronatur; adfuit & Eberhardus, qui in reditu Agrippinæ donatus est sacris reliquiis Virginum sanctarum, quæ S. Vrsulam secutæ sunt.

HEINRICVS Comes de Mittersil, & Leutoldus Comes de Plain, vterq; Comitatum suum, à Ludouico Duce Bauariæ in beneficium seu feudum habebant; post obitum amborum, sine masculis hæredibus, Ludouicus Dux prætendebat Comitatus illos ad se deuolutos; at commutatione facta cum Eberhardo Archiepiscopo cessit suo iuri, accipiens bona ac fundos Ecclesiæ in Altenburg, Anno 1228.

ANNO 1230. S. Pontifex & Imperator in gratiam redeunt arbitris Principibus Germaniæ, Patriarcha Aquilegiensi, Pontificibus Salisburgensi & Ratisponensi, Austriæ, Meraniæ & Carenthaniæ Ducibus, & quibusdam aliis: Imperator

rator à Pontifice Romano ab excommunicatione absoluitur, & hospitio excipitur; Eberhardus reuersus, consentiente Pontifice maximo, Præpositum Iuuauensem; Abbates S. Petri & Admontensem mitra Pontificali in die festo Paschæ insigniuit, Anno 1231. Carolus primus Episcopus Seccouiensis obiit, pariter Vdalscalcus, Episcopus Gurcensis.

SIMON Abbas S. Petri ob debilitatem cessit; succedit Berchtoldus Abbas Admontensis.

ANNO 1232. Eberhardus Archiepiscopus, ab Imperatore reuersus, Conradum Frisingensem & Heinricum Seccouiensem electos, apud Frisiacum in festo Pentecostes consecrauit. Eodem Anno 4. Idus Iunij D. Vergilius à Gregorio nono † in Catalogum Diuorum refertur seu canonizatur.

CIRCA id tempus, Otto Bauariæ Dux, curiam Ratisponæ indixit; sed ob indignationem Principum & Regis Landishutæ celebrauit; cui etiam interfuit Eberhardus Archiepiscopus: posteà magno exercitu Rex Bauariam intrauit expugnatum Ducem; sed arbitrò Episcopo Eberhardo in gratiam eum recepit, accepto obside, Ludouico filio Ducis puerulo: Deinde Dux habuit Conuentum Ratisponæ, cui Eberhardus & omnes Bauariæ Episcopi interfuère.

ANNO 1236. Dux Austriæ Fridericus, qui postea anno 1246. ab Hungaris occisus est. Consilio Iudæorum Austriam clausit: Ità neq; aqua, neq; terra quicquam in Noricum vehi poterat; neq; tamen Iuuauiæ frumentũ deficiebat, quod ex Sueuia; neq; vinum, quod ex Francia aduehebatur. Anno eodem Eberhardus hic statuit; vt pro more veteri Præpositus illi ad læuam assisteret proximus, &c.

ANNO 1237. Eberhardus Ecclesiam Brixiensem dedicauit, & ossa S. Hartmanni in vrnam condidit.

ANNO 1238. Eberhardus & Dux Bauariæ Consilium inierunt pro pace reformanda, quod Strubingæ indixère; sed ob dissensionem Sacerdotum & Laicorum nihil perfecère.

EODEM Anno, Imperator Fridericus Taruisij hyemauit, quo discedente, violata fide, ciues Eberhardum omni sua supellectile spoliauerunt. Auent. lib. 7. fol. 672. dicit, hoc à Venetis factum in agro Taruisiano. Et Imperator tota æstate multis copiis Mediolanenses & Bononienses vastauit.

ANNO Domini 1242. obiit Chuno, Præpositus Salisburgensis; itidem Berchtoldus Abbas S. Petri, pro quibus electi sunt, Otto Canonicus eiusdem Ecclesiæ in Præpositum; & Richerus Prior in Abbatem.

EODEM Anno, Eberhardus Monasterium Salmsvveil, post obitum Gunthrami de Andelzreüt, primi fundatoris, petentibus Monachis, in quodam Concilio pro se & successoribus, in protectioné recepit, dans illi Monasterio partes in Salina in Hall, & faciens illos Monachos fratres Capituli Salisburgensis, &c. Dux Bauariæ, præsentibus Eberhardo Archiepiscopo, & aliis Principibus, curiã Ratisponæ celebrauit, vbi pro reformatione status, nec non contra Albertũ Bohemũ, Legatum Apostolicum pro Friderico 2. Imper. aliqua sunt constituta ac edita.

ANNO 1243. Eberhardus contulit Capitulo Salisburgensi duas Ecclesias Parochiales, videlicet Gastunam & Talgeu.

PRÆFVIT iste Eberhardus, Pater pauperum dictus, magna cum laude, Annis 45. Hic emit Anno 1246. ab Hermanno, Comite de Ortenberg, Carinthio, aliqua prædia sita in Lessach, quæ posteà dedit ad Monasterium Raitenhaslach, vt ibidem in Registratura habetur, licet erroneo Annorum numero. Eodem hoc Anno 1246. quarto Nonas Decembris, obiit hic Eberhardus, sepultus in summo Templo prope S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauatorium in ambitu fieri curârat.

B BVRG-

nn. 34. BVRGHARDVS, † Comes de Zigenhagen, aliàs de Zigenheim, de quo vide Io. Auent. in Annalibus fol. 686. ab Innocentio tertio pallio donatus, sed nec consecratus, neque à populo admissus; mortuus est in itinere in Cœnobio apud Salmsvveil, & ibi sepultus.

35. PHILIPPVS, Bernhardi Carinthiæ Ducis filius, de familia Comitum Ortenbergensium, vnanimi suffragio tàm Canonicorum quàm Ministerialium, electus seu postulatus est Archiepiscopus Iuuauensis, Anno 1247. Sed Pontifex, ignorans electionem, Burckhardum, nescientibus Canonicis, Episcopatui præfecit, & pallio donauit, qui nondum adepta possessione è viuis excessit, cui iste successit Philippus. Anno 1249. Philippus celebrauit Concilium, mandato Romani Pontificis, in oppido Bauariæ Müldorph, quod Municipium Iuuauense est; interfuère Episcopi Frisingensis, Ratisponensis, Seccouiensis: Huc vocatus Dux Bauariæ, vtroque gladio compelli debebat, vt Romano Pont. adhæreret, contra Fridericum Imperatorem.

ANNO 1250. Philippus Marchiam manu hostili ingressus, prædia quorundam Stiriensium rapinis atque incendiis vastat. Anno 1252. Comites, Tyrolensis & Görzensis, magna conducta Manu obsiderunt Griffenberg: His sese opposuit Philippus Episcopus, Comitemq; Tyrolensem & Comitem ab Escheloch, cum aliis eorum coadiutoribus cepit, eosque captos in Arcem Werffen abduxit & detinuit, donec se magna pecunia redimerent.

EODEM Anno Philippus fratrem Heinricum ordinis Prædicatorum constituit Episcopum Chiemensem. Anno 1253. Electus idem Salisburgen. quendam ex fratribus Episcopatui Gurcensi præfecit.

ANNO 1254. Heinricus Episcopus Bambergensis vendidit iurisdictionem in Mansee Ecclesiæ Iuuauensi, ducentis marcis Argenti.

ANNO 1256. Bernhardus Dux Carinthiæ, Pater Philippi Electi Salisburgensis, & Vlrici fratrum obiit, cui Vdalricus filius successit, &c.

EODEM Anno, cùm Philippus quibusdam mandatis & ordinationibus Pont. Romani non esset obediens, & ciuitates Arcesq;, ad Episcopatum pertinentes, hominibus improbis committeret; Capitulum Salisburgense, consensu Pontificis, alium Episcopum, nimirum Vlricum Episcopum Seccouiensem elegit; cùm Philippus iam intra decem Annorum spacium consecrari nollet. Missus est item Otto Præpositus Romam ad Pontificem, vt hanc electionem confirmaret. Philippus re cognita, accitis auxiliis ex Bohemia & Austria, Episcopatum igne deuastauit: Qua in re à quibusdam Ministerialibus, datæ fidei oblitis, fuit adiutus. Interim summus Pontifex mandat fratri Heinrico Episcopo Chiemensi, vt Philippum nomine Pontificis Romani citet, omnesque Arces & Ciuitates sibi committat: Quòd si Philippus facere recusauerit, aqua & igni illi interdicat. Cùm verò Philippus hæc contemneret, inania terriculamenta arbitratus, Heinricus, quod in Mandatis habebat, exequitur: Et ita tota ciuitas Iuuauensis, integro Anno diuinis caruit officiis, quamuis in quibusdam Parochiis fautores Philippi diuinam rem faciebant; Similiter & Monachi S. Petri & Virgines sanctæ, timore seu fauore Philippi, diuina resumpserunt.

36. VLRICVS, Episcopus Seccouien. confirmatur Anno 1257. ab Alexandro quarto, in Archiepiscopum Iuuauiensem. Re intellecta, Philippus atrocius sæuit in suos Symmystas, & penè omnes eiicit Sacerdotes, eorum prædia distrahendo, & redditus interuertendo, magnisque cladibus affecit possessiones, Iuuauensi ditioni subiectas: Itidem posteà audita morte Summi Pontificis fecit, ita vt quatuor Sacerdotibus, qui soli remanserant in Salisburgo, vix necessaria suppeterent. Vlricus nouiter electus, Otto Præpositus, & Heinricus Chiemen. Epi-

Episcopus, per sesquiannum Romæ mansère, &c. distracto interim Chiemensi Episcopatu, quem à Philippo antea acceperat.

Eo tempore duo Canonici Iuuauenses, Vlricus filius Comitis Hermanni ab Ortenberg, & alius nomine Gregorius, defecerunt à Capitulo, & adhæsère Philippo, & antequam Vdalricus confirmaretur, Philippi causa Romam profecti sunt. At Gregorius in itinere miserè periit: Alter auditus est à Pontifice, & despectus domum reuertitur.

PVER in Rastat nascitur cum duobus cornibus, cuius ploratus 14. diebus antè auditus quàm nasceretur.

ANNO 1258. Vdalricus cum Ottone Præposito & Episcopo Chiemensi Roma reuertitur, Regemque Vngariæ Stephanum, qui cum magno exercitu Marchiam intrârat, & Pettauiensem ciuitatem obsederat, propter quosdam rebelles, qui antea in Vngaros impetum fecerant, certis conditionibus ab obsidione amouet, & magna cautione, multisq; vadibus eandem ciuitatem eidem obstringit: Posteà, assumptis multis militibus, Iuuauium iter arripit, &, dum Radestadio appropinquâsset, Dux Carenthaniæ illum inuasit; in crepusculo vtrinque acriter dimicatum, multis ex vtraque parte vulneratis & occisis.

ANNO 1260. Vdalricus in Valle Anesi iter faciens, & in Bauariam properans, ab Austriacis nempe, Heinrico de Turri, non procul ab Admundt capitur, & in Arce Wolckenstain, cui à nubibus & rupibus inditum nomen, detinetur aliquandiu; sed tandem iussu Ducis Austriaci liberatur: Ita magnis impensis & laboribus in Bauariam peruenit, vbi aliquandiu manens, licet possessionem nondum acquirere posset, tamen à Nuncio Romani Pontificis excomunicatur, eò quòd 4000. Marcas Argenti, quas curiæ Romanæ promiserat, non soluit, & omnia iura Episcopalia ei interdicuntur: Quamobrem ille appellauit Romam, & eò profectus est. Capitulum Salisburgense ita sex Annis multis calamitatibus oppressum, Arbitris, Rege Bohemiæ, & Duce Carinthaniæ, cùm nemo auxiliũ Vdalrico ferret, neque ipse se tueri posset, concordiam cum Philippo iniit, salua tamen authoritate sedis Apostolicæ. Id factum est Anno 1261.

SEQVENTI Anno, Vdalricus Roma reuersus, adducit secum Episcopũ Squillatensem, accepta potestate reformandi Ecclesiam Iuuauensem, sub quibusdam conditionibus, vt nimirũ promissam pecuniam certo tempore solueret; Quòd si non faceret, ab ipso Episcopo authoritate Apostolica excommunicaretur.

DVX Bauariæ Heinricus, qui per fas & nefas octo oppida initio dissensionis occupârat, cum milite copioso, adiunctis sibi illis de Wispach, qui priùs adhæserant Philippo, ab eoq; ditati & euecti fuerant, Consilio eorundem impetum in Iuuauium fecit, situm trans aquam, & omnino illam partem diripuit, ac videntibus præsentibusq; Vdalrico Archiepiscopo, & Squillatensi Episcopo, igne combussit; Nec illo contentus, eorundem de Wispach Consilio, armato milite Salinam intrans, munitionem vallumq; erexit ad domandum Iuuauium Vdalricus, quia pecuniam non soluit, excommunicatur ab Episcopo Squillatensi, & toti Iuuauiensi Diœcesi denuntiatur. Philippus igitur Archiepiscopatum, cui per decem Annos præfuerat, resignauit. Anno 1263. Dux Heinricus, cùm Iuuauium capere non posset, fœdus iniit, territus fulmine, quod meridie vidit sereno die: Philippus eiicitur ciuitate, & aliis oppidis Diœcesis; Monachi & sanctæ Virgines iam tertiò abstinent à diuinis.

PONTIFEX Max. Regi Bohemiæ & Episcopo Olumucensi Iuuauium comisit tuendum & reformandum, quæ omnia facilè obtinuerunt rem magno conatu gerentes; aliqui verò Clientes Iuuauienses Bohemis, aliqui Heinrico Duci Bauariæ adhæserunt, qui neq; Capitulo, neq; Episcopo fidem debitam seruantes,

possessiones abalienatas sibi adscripserunt, & prædia Sacerdotum & Episcopi sibi vsurpârunt: Vnde quidam Gebhardus de Velben obsidem, Magnum Comitem à Görtz, qui fidei suæ à Capitulo commissus fuerat, clanculum dimisit, acceptis octingentis Marcis argenti, quas in suos vsus conuertit.

ANNO 1264. Vlricus vocatus à Capitulo, clientibus & ciuibus, Iuuauiensem intrauit ciuitatem, ibiq; vnà cum Duce Bauariæ quatuor Menses mansit; sed considerans peruersitatem plebis, suamq; imbecillitatem, proposuit sese Magistratu abdicare, indeq; in Marchiam recedens, abdicationis tabulam Romam misit: sed Vrbanus iam è viuis excesserat; Ideo in medio ea relicta res est.

Eo Anno, Monachi S. Petri, sanctæque virgines Moniales in Monte, in gratiam Capituli redièrunt, facta recompensatione quapiam damnorum, quæ secutæ fuerant ex defectione illorum.

ANNO 1265. Vdalricus cessit oneri & honori, missis literis resignatoriis Romam, quas Pontifex recepit; præfuit autem Annis nouem.

37. VLADISLAVS, Dux Poloniæ, Heinrici Ducis Vradislauiensis frater fit Archiepiscopus, datus per Pont. Max. Clementem quartum, qui itidem M. Petrum, Præceptorem Vladislai, constituit Episcopum Patauiensem.

ANNO 1266. Vladislaus Iuuauium venit, vnà cum Episcopo Patauiensi, honorificè à suis excipitur, & fratrem Heinricum ordinis minorum S. Vlrici Episcopum Chiemensem confirmat.

CHVNO, quem Philippus præfecerat Monachis S. Petri, sese abdicat; & Simon frater eiusdem Monasterij eligitur & confirmatur.

OO. ANNO 1267. sacris initiati sunt Sacerdotes à Ratisponensi † Episcopo, in profesto Pentecostes, suscepit & Vladislaus sacros Ordines, die sequenti ordinatus & consecratus est, & à Clemente Pont. summo pallio honoratus.

PATRIARCHA Aquilegien. ab Alberto Comite Goritiæ capitur, sed ab Episcopo Iuuauensi quodam pacto liberatur.

ANNO 1268. Vlricus Episcopus Seccouiensis obiit. Substituitur Bernhardus, Decanus Patauiensis. Dux Carinthiæ pro multis damnis, Iuuauensi Ecclesiæ illatis, satisfecit oppidis & arcibus S. Viti, & S. Georgij datis in proprietatem Ecclesiæ, ea tamen rursum in beneficium seu feudum recipiens. Eodem Anno moritur Gregorius Patriarcha Aquileiensis, cui Philippus antea electus Episcopus Salisburgensis, intercessione fratris sui Vlrici Ducis Carinthiæ, surrogatur; sed mortuo Vlrico, Philippus à petitione repulsus, voluit Ducatum Carinthiæ, tanquam verus hæres occupare; at per Ottokarum Bohemiæ Regem est impeditus, qui Ducatum vnà cum feudis, quæ ab Ecclesia Salisburgensi Dux in feudum acceperat, iniustè sibi vendicauit: Interea Vladislaus, omnibus in Bauaria, Styria, Carinthia, aliisque locis ritè ordinatis ac recuperatis, profectus est in Patriam, postulans hæreditatem suam; cuius partem voluit Episcopatui vnire; Quo comperto propinatum est ei venenum, ex quo debilitari cœpit; festinus igitur Salisburgium rediit, ibique placidè in Domino obiit, Anno 1270. cùm rexisset magno cum fructu & vtilitate Ecclesiam quinque Annis, sepultus est in summo Templo ante Aram Deiparæ Virginis.

38. FRIDERICVS de Wallen, Præpositus Salisburgensis, eligitur Archiepiscopus Anno 1270. Quo anno ciuitas magna ex parte incendio periit; fuit in æstate huius Anni tanta siccitas, vt plæraque sata arescerent: Inde maxima fames secuta; vinum tamen in abundantia natum est.

FRIDERICVS Anno 1272. Romam ad confirmationem & Pallium obtinendum proficiscitur, quam eo ac sequenti Anno impetrauit; Ibidē autē querimonia magna à Numulariis aduersùs Fridericum facta est, propter æs alienū, quod Episco-

sis, Episcopus Vlricus contraxerat, quodq; Otto Præpositus per surreptionem membranarum & sigilli Capituli Iuuauensis à creditoribus acceperat, nesciente Capitulo. Vnde, quòd eam rem, tùm creditores, tum Fridericus Episcopus vehementer vrgebant, graue detrimentum Capitulum accepit: Quanquam non in vtilitatem Capituli, sed Episcopi ea pecunia expensa fuerat, Collegium tamen coactum est 200. Marcas puri argenti persoluere; Hæc scribuntur posteris, vt sint cautiores in asseruando sigillo.

REX Bohemiæ Othocarus quibusdam conditionibus feuda Principum, Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ à Friderico Frisiaci recepit, præstito Homagio ipsi & Ecclesiæ.

PHILIPPVS quondam Iuuauensis Archiepiscopus, nunc Aquilegiensis Patriarcha, totum patrimonium suum Regi Bohemiæ tradidit ac resignauit, exceptis his, quorum proprietates Vlricus Dux, Philippi frater, Ecclesiæ Iuuauensi antea pro damnis illatis tradiderat, nempe oppidum S. Viti & alia, quæ Philippus sibi vsurpanda reseruabat.

ANNO 1274. conuocauit Concilium prouinciale Fridericus, cui interfuère Episcopi, Frisingensis, Patauiensis, Ratisponensis, Brixiensis, Chiemensis, Seccouiensis, ac Templum Iuuauense consecrauit in die omnium Sanctorum, cooperantibus Episcopis superioribus; Gratius fuit id festum & spectaculum sacrum elargitione indulgentiarum Maximi Pontificis Alexandri, Patriarchæ Gradensis, & aliorum Archiepiscoporum.

ANNO 1275, Rudolphus Romanorum Rex, Comitia Nüernbergæ habuit, ad quæ Otthocarus, † Bohemiæ Rex, & Heinricus, Dux Bauariæ inferioris, neq; precibus, neque minis sunt moti, vt comparerent; Friderico autem Archiepiscopo ibi cum Patriarcha Aquileien. apparente, & in verba Rudolphi iurante, Rex Bohemiæ Iuuauensem Ecclesiam hostili manu inuasit, comburendo prædia quàm plurima, damnumq; intulit, quod æstimatum fuit 40000. Marcis Argenti. pp.

FRIDERICVS in hac calamitate belli, & Episcopus Patauiensis tanquam Lampades inter alios imperij Principes coruscantes, licet eorũ fides à Rege potentissimo, variis artibus, dolo, minis & pecunia tentaretur, maluerunt tamen suæ salutis & rerum iacturam facere, quàm Romanum Imperium deserere. Vtinam nostra tempestate multi tales Principes forent, qui publicum imperij bonũ magis quàm priuatũ curarent; melius procul dubio haberet Rom. Imperium. Herbrodus Lauentin' Episcopus obiit, cui Eberhard' Abbas S. Pauli substituitur.

ANNO 1279. Diethericus, Episcopus Gurcensis obiit, cui succedit Iohannes Episcopus Chiemensis; eidem substituitur Conradus de Hintsperg, Canonicus Patauiensis. Eodem Anno Reinpertus de Glaneck transegit cum Ecclesia Iuuauensi pro damnis iniustè illatis persoluere 300. Marcas Argenti, sub pœna amissionis feudorum suorum, quæ posteà Ecclesiæ aperta sunt.

IDEM Fridericus Archiepiscopus ab Heinrico Episcopo, & Capitulo Ratisponensi emit omnes redditus ac prædia, quæ in Mänsee habuerunt 1. lib. denariorum pro 7. Marcis argenti. Liechten & Altentann à Nobilibus de Tann ad Fridericum & Ecclesiam Iuuauensem, hoc ferè tempore quoque peruenêre.

EODEM tempore Fridericus Castrum Chalhaim, ob immania illìc facinora perpetrata, solo adæquari iussit.

ANNO 1280. Fridericus iterum prouinciale Concilium conuocauit, cui interfuère Episcopi, Ratisponensis, Frisingensis, Patauiensis, Brixiensis, Chiemensis, Secouiensis, Lauentensis; Et quia Prælati quidam præcipuè Patauiens. non interfuère, Fridericus eos contumaciæ damnauit, quam sententiam precibus aliorum Episcoporum & Consilio Capituli mutauit. Eodem Anno in die S.

 Alexij,

Alexij, nix magna à Frisinga vsque in Longau cecidit, quæ admirationi omnibus fuit, maxima quoque sterilitas passim peruagata; multi fame mortui, panis de auena in pretio & rarus fuit. In Cœna Domini, dum sacra concio fit, puella quædam nata de Cella, quæ Viginti Annos à natiuitate muta fuit, precibus S. Rudperti & Virgilij, loquelam accipit.

ANNO 1283. Gotfridus Patauiensis & Leopoldus Seccouiensis Ecclesiarum designati Episcopi, pridie Nonas Martij, ab Heinrico Ratisponensi Episcopo consecrantur Iuuauiæ; sequenti die Solis à Friderico Episcopi declarantur. Hartnidus de Woldonia Parochus in Weis Gurcensi Ecclesiæ præficitur. Eodem Anno, Dux Austriæ Albertus occasione pacis, quam cum Friderico Iuuauensi Episcopo, & excellenti Principe Ludouico, Duce Bauariæ, pepigerat, Heinrico Duci Bauariæ inferioris bellum indixit; collectoque exercitu aduersùs illum profectus, Valentiam vsque processit, quod oppidum Norici est, vulgò Wels vocatur: cui & Fridericus sese coniunxit, eundem adiuturus: Sed Heinrico & Wickardo, Ratisponensi & Patauiensi, Episcopis intercedentibus, Dux Austriæ domum reuertitur, Fridericus Episcopus & Dux Bauariæ conciliantur. Moritur Fridericus Anno 1284. septimo Idus Maij, 15. Calendas Maij sepelitur in summo Templo apud Altare S. Andreæ, rexit Annis 15.

39. RVDOLPHVS de Hocheneck Sueuus, Rudolphi Romanorum Regis Cancellarius, eligitur Archiepiscopus, Anno 1284. vnanimi suffragio omnium, adeò vt ne vnus quidem dissentiret. Martinus Pontifex Max. audita legatione & literis Rudolphi Cæsaris & Capituli Iuuauensis, commisit eam rem Episcopis, Constantiensi, Aichstetensi, & Abbati de Salmisvveil, qui authoritate Apostolica Rudolphum iam designatum examinarent; quòd si dignus inueniretur, vt illum inaugurarent; sed Constantiensi morbo impedito Collegæ mandatum sunt executi, & 8. Idus Martij, Rudolphum Archiepiscopum declarauerunt, sequenti die Sacerdos efficitur; misit igitur Romam pro Pallio Fridericum de Mitterkirchen, Canonicum, & Heinricum de Ges, Præpositum Frisacensem, decretorumque Doctorem, qui cùm Patauium venissent, certiores facti sunt de morte Pontificis Martini, cui Honorius quartus, natione Romanus, successit; Is magno fauore prosecutus est Germanos, & ob hoc Rudolphum Pallio decorauit, Anno 1285.

EODEM Anno, Gebhardus Lauentinus Episcopus obiit, cui Conradus, Salisburgensis Ecclesiæ Canonicus & Scholasticus substituitur.

RVDOLPHVS diem indicit, vt colloquatur cum Duce Bauariæ Heinrico, vbi recitata instrumenta sunt, quibus pacis conditiones, firmatæ inter Ducem & Fridericum Episcopum, præscriptæ erant; ibi inducias fecère ad festum Michaelis, inter quas oppidum Müldorff, dubium an fraude, an verò casu exuritur, quod statim Heinricus Dux obsidione cingit: Et quia Rudolphus nihil huiusmodi metuebat à Duce, qui Ecclesiam Iuuauensem in fidem & tutelam receperat, in Marchiam profectus fuerat: E Græcia igitur (quod oppidum Stirorum est, qui apud veteres Taurisci vocantur) re intellecta egressus, copioso milite Bauariam inferiorem depopulatur igne & ferro; cui Dux fit obuiam, & Müldorphium in deditionem accipit: Tandem Ludouicus, superioris Bauariæ Princeps, vtrumque ad Colloquium inuitans, tanquam arbiter Honorarius, pacem inter eos firmauit.

ANNO 1286. Cæsar Rudolphus Augustæ curiam celebrat in Epiphania Domini, adfuère Episcopi Ratisponensis, Iuuauensis, Coloniensis, Patauiensis, Basiliensis, Ludouicus & Heinricus, Duces Boiorum, aliique multi Nobiles; Ibi

pax

pax firmata est inter Rudolphū Episcopū, & Heinricum Ducē: dati sex arbitri, qui vtriusq; causam audirent, & omnia componerent; Sequenti anno Heinricus restituit Rudolpho Episcopo oppidum Muldorph, quod illi antea ademerat.

ANNO 1288. corpus S. Virgilij translatum est à Rudolpho sept. Idus Nouēbris, præsentibus Episcopis, Ratisponensi, Patauiensi, Gurcensi & Seccouiensi.

EODEM tempore, voluntate & concessione Pontificis Maximi, idem Rudolphus sepeliuit Eberhardum Archiepiscopum, sub horologio †, ac præfuit Ecclesiæ magna fidelitate, annis quinque, mortuus est Anno 1289. 3. Non. Augusti, sepultus ante altarē S. Virgilij.

II.

CONRADVS Praitenfurt, aliàs de Vanstorff, Lauentinensis Episcopus, à Pontifice Romano factus Archiepiscopus, dum pro Pallio Romam mittitur à Stephano, Heinrici Ducis Bauariæ filio, qui à Pontifice, propter immaturam ætatem, nam vix 21. annum habebat, non est admissus; etsi omnium suffragio postularetur. Auent. lib. 7. fol. 718. aliam causam allegat, nempe quòd Legati pontificis, quos ad explorandam vitam & mores Stephani Ducis in Bauariam miserat, militari veste amictum & sagittariorum spectaculo præsidentē offendissent, &c. Conradus igitur Pallio, quo omnimoda potestas illius Pontificij Magistratus declaratur, à Romano Pont. donatus est, Anno 1289.

40.

EODEM ANNO, cùm Dux Austriacus Albertus, cum Conrado Iuuauensi Archiepiscopo discordaret, grauiaq; vtrinq; damna accepissent; Conradus fœdere sese iunxit Ottoni, inferioris Bauariæ Duci, quo cum Carinthiam ingressus (nam spes ipsi facta fuerat ab incolis potiundæ Stiriæ) redire coactus est ob densitatem niuium. Auent. lib. 7. fol. 718. scribit, hunc Conradum cum Othone, Stephano & Ludouico, fratribus, Ducibus Bauariæ inferioris, fœdus iniisse, & Falckenstain arcē in confinio Austriæ, & Bauariæ, eò quòd Austriaci crebris incursationibus regionē infestam redderent, eoq; prædas agerent, expugnâsse.

SEQVENTIBVS verò annis, Conradus, vnà cum Militibus Ottonis Ducis, cepit Ottonem filium Meinhardi Ducis Carinthiæ ductum in castrum Werfen, vbi per 10. Menses detentus est, cuius liberatio pacem firmauit: Ad quam inter ipsos constituendam solicitè laborârunt Dux Bauariæ Ludouicus, & Heinricus Episcopus Ratisponensis, sed pax illa durauit tantùm annos tres, vel paulò plus. Dux enim Austriæ obsedit oppidum Rastat per duos Menses, & discessit ab obsidione, tùm coactus inopia commeatus, tùm quia Otto Bauariæ Dux cum exercitu iam Iuuauiam intrârat.

ANNO 1291. ciuitas Accaron, quam solam Christiani in Palæstina possidebant, obsessa est à Rege Ægyptiorum, quem Soldanum vocitant, & 40. diebus & noctibus impugnata capta est, multaque millia Christianorum capta & occisa sunt; Aliqui nauigio aufugêre; Et rumor fuit, si concordes fuissent Collegiorum fratres hospitum scilicet Templi Teutonum & ciues, ciuitatem non fuisse captam. Pontifex Romanus Nicolaus omnibus Patriarchis, Episcopis & aliis mandauit, vt conuocato Concilio deliberarent, qua ope, quoue Consilio Palæstinæ succurri possit: Concilium Iuuauense rescripsit tria Collegia Templariorum Teutonicorum, &c. commutanda in vnum ordinem, ac meliorem obseruantiam redigenda, & Cæsarem cum Principibus in auxilium vocandum esse. Sed Pontifex mortuus est, antequam hæc Romam nunciarentur. Auent. aliter de hac Synodo fol. 720.

EODEM ANNO Conradus Archiepiscopus Iuuauensis, à Summo Pontifice confirmatus, venit Roma.

EODEM ETIAM anno, obiit Wernhardus, Episcopus Seccouiensis ad festum natalis Domini.

ANNO 1291, 4. Idus Ianuarij obiit Conradus Episcopus Chiemensis Viennæ, qui corpus suum Iuuauium deduci iussit ad Concilium, quod Conradus eò conuocauerat, in quo ab Episcopis honorificè sepultus est.

EODEM anno Heinricus, Præpositus Iuuauensis, factus est Seccouiensis Episcopus, cui successit Fridericus, Decanus de Mitterkirchen, per electionem in Vigilia Palmarum.

EODEM etiam anno datus est ad Episcopatum Chiemensem Fridericus eiusdem Ecclesiæ Præpositus.

HOC ANNO Colloquium fuit habitum ab Imperij Principibus in Linz oppido, in festo Pentecostes, vbi conuenerant Ludouic⁹, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Otto Dux Bauariæ, Albertus Dux Austriæ, Meinhardus Dux Carinthiæ, Conradus Archiepiscopus Salisburgen. Heinricus Ratisponensis, & Bernhardus Pataujensis, Episcopi: Ibidem reconciliati sunt, Albertus Dux Austriæ, Otto Dux Bauariæ, & Conradus Archiepiscopus, & liberatus est Otto Dux Carinthiæ.

ANNO 1295. Conradus Episcopus emit ab Heinrico de Berghaim sedem & iurisdictionem in Berghaim, cum omnibus suis pertinentiis, quæ ab Episcopo in feudum habuerat.

EODEM Anno, Domini de Gutradt Otto cum Heinrico filio, Dapiferi Iuuauensis Episcopatus, Castrum Gutradt, & omnes suas ditiones Episcopo Conrado & Capitulo, cum proprietate subiecerunt, ac rursum in beneficium seu feudum receperunt.

ANNO 1298. in Comitiis magnis per Albertum Rom. Regem Nürnbergæ habitis, Conradus hic Archiepiscopus in numerum amicorum Regis receptus est, Auentin. lib. 7. fol. 734. †

55. ANNO 1306. Albertus Cæsar intrauit Bohemiam, ducens secum Conradum, Episcopum Iuuauensem, & Rudolphum filium suum, Ducem Austriæ, asserens ad imperium ipsius Regni collationem deuolutam; Regnum ipsum filio & suis fratribus hæreditario iure contulit.

ANNO sequenti, Conradus Episcopus, iussu Cæsaris Alberti Carinthiam intrauit, & intra spacium vnius Mensis cum dimidio cepit ciuitatem S. Viti, Volckenmarckt, Clagenfurt, Arcem Rabenstain non longè Frisiaco expugnauit, ac solo æquauit; Et in Monte D. Thomæ munitionem construxit.

EODEM anno obiit Ludouicus, Decanus Iuuauensis, cui successit Wickhardus de Polheim, Canonicus ibidem.

EODEM anno obiit Elisabetha, Abbatissa in Nunnberg, cui successit Margaretha de Giebing Virgo Cœnobij D. Petri.

EODEM anno obiit Helmvvicus, Præpositus Iuuauensis, cui successit prædictus Wickardus de Polhaim.

ANNO 1309. obiit Vlricus, Episcopus Seccouiensis, circa festum Epiphaniæ, cui substitutus est Fridericus de Miterskirchen, Præpositus Iuuauensis, pro quo electus Fridericus de Leibnitz, Canonicus & Camerarius ibidem; cuius confirmationem Conradus Episcopus tres ferè Menses distulit, eò quòd non sit dilata electio in suam præsentiam, licet ad eum electio non spectaret, &c.

CONRADVS Archiepiscopus vnà cum Abbate S. Lamperti ad Curiã Rom. citati sunt, Summus Pontifex dicebat hoc Monasterium ad ipsum tantùm pertinere, Anno 1310. Dux Austriæ misit Vlricum à Walsee cum Milite armato in Diming, contra Ducem Bauariæ, qui coniunctis Episcopi militibus & Bauariam & Diœcesim vastârunt rapina & igne, adeò vt quàm plures frigore & fame perirent mortales, quæ mala tanta est pestilentia subsecuta in tota Bauaria, vt à festo Martini,

Crispinianus in vita Friderici, &c.

Martini, vsque ad festum Purificationis in vno Cœmiterio Ditmoning plus quàm 1300. cadauera condita sint.

ANNO 1311. celebrata est Synodus Salisburgi, in qua Summo Pontifici decimæ omnium annuorum redditũum Ecclesiasticorum sunt concessæ, ad faciendam expeditionem in terram sanctam: Eo tempore Dux Austriæ cum Conrado Episcopo obsederunt ciuitatem Schärding.

PRÆFVIT iste Conradus annis 24. mortuus est, Anno 1312. in festo annuntiationis Deiparæ Virginis, quo die natus fuerat, sepultus in summo Templo ad Aram S. Andreæ.

FVNDAVIT Sacellum D. Iohannis in Palatio Episcopali; similiter ædificauit Hospitale Mariæ Magdalenæ, & donauit S. Petri Monasterio, &c.

WIEKHARDVS de Polhaim, electus Archiepiscopus, Calend. Aprilis, Anno 1312. eodem anno confirmatus in die sancti Wilibaldi; eodem anno in die Abdon & Sennen, per Clementem quintum, Romæ consecratus; in Vigilia D. Augustini Pallio decoratus; In Vigilia Thomæ Roma discessit, magnis laboribus & expensis. 41.

ISTE Wickardus 13. Calend. Augusti eiusdem anni, aperuit vrnam S. Rudperti, & inuenit ossa cum capite D. Rudperti.

ITEM D. Martini in magna quantitate, D. Vincentij Martyris in magna quantitate, Hermetis, Crisanti, Dariæ, Gislarij; Et eodem anno ostendit easdem Reliquias, in festo natalis Deiparæ Virginis; & deinde proximo festo translationis D. Rudperti, dedicauit nouam Aram D. Rudperto, ibique ossa sacra eius recondidit. Et proximo festo translationis D. Virgilij consecrauit Aram D. Virgilij, cœptam à suo prædecessore Conrado, ibique eius sacra ossa recondidit: At paucis diebus pòst, id est, quinto Non. Octobris, percussus spasmo in toto corpore, & grauissima Lethargia pridie Non. Nouembris obiit. Præfuit annis tribus cum dimidio, & sepultus est ante Aram D. Rudperti.

FRIDERICVS, huius nominis tertius à Leibnitz, Præpositus & Archidiaconus Salisburgensis, Anno 1315. eligitur Archiepiscopus, & sequenti anno in priuato Consistorio Romæ à Pont. Maximo Ioanne XXII. confirmatur, tertio Calend. Nouembris. 42.

OCTAVO autem Calend. Decembris, mandato Pontificis, Berengarius Tusculanus Cardinalis istum Fridericum, & Patriarcham Gradensem & Archiepiscopum Rossen. Græcum Barbatum, cum quinque Episcopis, & quatuor Abbates consecrauit.

IN Octaua Martini, iuramentum pro communi obsequio præstitit, & sequenti die post Elisabetham fuit Pallium petitum & concessum à Pontifice, Anno 1317.

HOC ANNO Fridericus instituit Hospitale S. Blasij.

IDEM Fridericus fœdus iniit cum Friderico de Austria, & illius fratribus, contra inferioris Bauariæ Duces, qui multa damna Episcopo & suis intulerant; Et contra quoscunque, excepto Summo Pont. Imperio, & Ludouico electo Rom. Rege, superioris Bauariæ Duce, ac Rudolpho eius fratre, qui Rheni Palatinatum possidebat, vt mutuo auxilio forent propriis expensis.

IAM antea, Anno 1314. in electione Imperatoris, dissensio orta fuerat inter Principes, Electores; aliis ac maioribus quidem votis, Ludouicum Ducem Bauariæ, aliis Fridericum Austriæ ad Imperium postulantibus: vnde vtrinque graue bellum est natum, quod octo annis durauit; Cui hic Fridericus Archiepiscopus, oblitus primæ Ecclesiæ suæ istitutionis, per Boiorum Principes factæ, pro parte Austriaci posteà se immiscuit, ac contra Ludouicum arma sumpsit.

ANNO 1322. in Vigilia sancti Michaëlis, Fridericus Dux Austriæ, qui sibi nomen Cæsaris vendicabat, Heinricus ipsius frater, Fridericus Iuuauensis Episcopus, Albertus Dux Saxoniæ, Episcopus Patauiensis & Lauentinensis, Bauariam variarum nationum exercitu intrârunt; Et inter Ottingam (quod oppidum inferioris Bauariæ est, in ripa Oeni situm, æde Deiparæ Virginis à Carolo Magno constructa, & miraculis insigne) & Mûldorphium castra metati sunt, apud riuũ Honum: Quibus Ludouicus Cæsar, Iohannes Rex Bohemiæ, Heinricus inferioris Bauariæ Princeps, Fridericus Burggrauius Nornbergensis, atque alij magno exercitu occurrentes sub monte Dornbergio conflixêre; Interfectis vtrinque plus mille viris: Ludouicus Cæsar vicit omnibus prædictis Ducibus captis; Episcopi autem sibi fuga salutem quæsiuêre, audita suorum clade.

MILITAVERVNT sub Friderico Episcopo, Nobiles sequentes, quos pridie illius prælij ense stricto ter in caput percussos, vt animosiores redderet, Equites Auratos designauit, vulgò zu Ritter geschlagen.

NICOLAVS de Tann, Heinricus Oder, miles eius, id est, minister seu famulus, Eckardus à Thann, Conradus Thumbshûrn miles eius, Dietherus Velber, Conradus Velber, Conradus Oberndorffer, Ortulphus Moser comes eius, Heinricus Pruninger, Vlrici duo Wispeckij fratres, Hartnidus Wispeck, Fridericus Kôpflman, Fridericus & Conradus filij ipsius, Heinricus Gottfridus, Siboldus de Lampoting, Siboldus & Albero de Nopping, Heinricus Trauner, Nicolaus de Albm, Conradus Trenbeck, Albertus Trenbeck, Iacobus Spôr comes eius, Ortulphus Schônperger, Nicolaus & Conradus dicti Aufseer. Marquardus de Vanstorf, Bernhardus Truchsâs, Eberhardus Geier, Iohannes Pfâffinger, Zacharias Pannichner, Albertus Gebinger, comes eius, Iacobus de Turri, Vlricus, Iacobus de Turri fratres, Rudigerus de Radeck, Petrus Gaugsperger eius comes, Vlricus de Wens, Vlricus & Otto de Achdorf, Ioannes Ecker comes eius, Ottmarus Visler, Gebhardus Trauner, Rapoto Albrechtshammer, Comes de Panichenstain, Tragan de Tegborn comes eius, Otto de Leibnitz, Fridericus Carlsperger, Fridericus de Wolfsavv, Otto de Steir, Rudolphus de Holneck, Luipoldus Frey, Hartnidus Mansperger, Orthulphus & Diethmarus Pûscher, Fridericus de Loibnitz, Hertindus Schlosperger, Fridericus de Schrattenperg, Iacobus à Hohenstain, Rudolphus de Vanstorf, Ludouicus de Welkirch comes eius, Ioannes de Neideck, Hermannus de Minendorf, Albertus de Tackenavv, Ludouicus de Ror, Heinricus de Silberberg, Ludouicus Truchsâs, Conradus Stadauer, Nicolaus Pûchser, Wulfing Flachpergerius, Conradus de Sachsen, Conradus de Steg, Vlricus de Hoff, Fridericus Reichenburger, Vlricus de Langavv, Hermannus de Lennberg, Henricus de Linn, ein Twarfer / Conradus Pottendorffer, Gotfridus Chelz, Heinricus Massenperger, Vlricus Nusdorffer, &c.

IOANNES Auent. lib. 7. Annalium, ex quadam Chronica Ludouico quarto Imperatori dedicata sequentes addit.

IOANNES Haunsperger, Petrus Sultzperger, Nicolaus Reinhold, Heinricus Oxel, Vlricus Goldman, Wolfhart Altenburger iunior, Alram Stralenfelser, Eckart & Wolfhart Ouenstetter.] Et isto conflictu magnam Ecclesia Salisburgensis rerum suarum iacturam fecit, eò quòd Fridericus Episcopus à Ludouico Imperatore post hanc victoriam proscriptus fuerat, & quòd oportuerit captiuos Nobiles redimi puro argento: Propterea Duces Austriæ prædicti Ecclesiæ Salisburgeñ. impignorauerunt, propter accepta damna, quatuor arces, perpetuis temporibus possidendas, scilicet, Arenfels, Loschentall, Lauemunde & Neumarckt in Carinthia, quas posteà Anno 1459. Fridericus Imperator, multis priuilegiis Salisburgensi Episcopatui concessis, redemit.

ANNO

Anno 1323. Fridericus emit à Wulfingo de Goldeck nouum & vetus castrum desolatum, vulgò Burckstal in Dächsenpach, vnà cum Comitatu & iurisdictione, quæ Goldecenses antea ab Ecclesia in feudum habuerant pro 2500. florenis.

Eodem anno, Episcopus Fridericus transegit cum Goldecensibus, de Comitatu in Gastein, de castro Klainstain, & de aliis quibusdam prædiis, quæ Goldecenses ab Episcopo pari modo in feudum possederant.

Marqvardvs & Fridericus, Nobiles de Perchaim, propter homicidiũ commissum in quodam Iuuene Keuzel, ædificârunt & fundârunt altare S. Erntrudis, in summo Templo Salisburgi.

Anno 1324. in Octaua assumptiônis D. Virginis, oppidum & castrum Titmoning à Ludouico Imperatore occupatum, ac Wulfingo à Goldeck custodiendum traditum est, conniuentia ac fraude, vt putatur, eorum, qui intus & extra oppidum ac castrum fuerant; Inter quos non postremi habebantur aliqui Ministeriales Ecclesiæ Iuuauensis, quorum primus fuit prædictus Wulfingus à Goldeck, Otthonis filius, à quo multa sustinuit Iuuauia.

Anno 1327. Titmoning, cum toto Comitatu, post magnam deuastationem redemptum est, non sine maximo labore & impensis.

Anno 1336. Domini à Perkhaim vendiderunt Episcopo Friderico iurisdictionem in Anthering, quam antea in beneficium seu feudum ab Episcopo habuerant.

Eodem anno, Fridericus Episcopus instituit celebrari perpetuam Missam in altari S. Crucis; Item in altari omnium Sanctorum duas, Vnam nomine omnium Sanctorum; alteram nomine omnium Animarum fidelium.

Fridericvs Archiepiscopus moritur, Anno 1338. Calend. Aprilis, cùm rexisset Ecclesiam annis 23. sepultus apud altare S. Crucis in muro.

HEINRICVS de Piernprunn ex Bauaria, olim Ludimoderator ad D. Rudpertum, fit Archiepiscopus, Anno 1338. Hoc anno locustæ senas alas habentes innumerabiles, circa festum Afræ ab oriente venientes, Bauariam fœdârunt, quæ vno die 20. millia passuum progressæ, & herbas & arborum frondes depastæ sunt, &c. Rexit Ecclesiam annis 5. moritur Anno 1343. sepultus in Sacello D. Piligrini. 43.

ORTHOLPHVS de Weiseneck Styrius, frater Gotfridi Episcopi Pataniensis, eligitur Archiepiscopus, Anno 1343. vir valde magnificus, curauit fieri Auream crucem, cum pretiosis gemmis, in Choro summo Templi, vnà cum aliis Clenodiis argenteis quàm plurimis, in curia & camera. 44.

Anno 1345. emit ab Anna Abbatissa in Nunnberg balneas in Müln, 10. libris denariorum.

Anno 1348. maxima pestilentia penè totum orbem peruagata est, quæ in Asia apud Indos incipiens, tribus pòst annis in omnes gentes desæuit ad extremos vsque Britannos, Bohemos, Noricos, Pannonios, & multa domicilia euacuauit.

Anno 1359. apud Villacum oppidum, clarissimumque Carinthiæ Emporium terræ motu Mons corruit, & quàm plurimos homines occidit; sic & in Pannonia, & in Italia nonnullæ ciuitates corruêre.

Eodem anno Sibothus à Tetlham vendidit Ortholpho Archiepiscopo arcem Tetlham, cum omnibus ad eam pertinentibus, 4235. Vngaricis Ducatis.

Anno 1355. Conradus de Kuchel (qui fuerunt Marscalci hæreditarij Ecclesiæ Salisburgen.) legauit Ortholpho Episcopo Abstorf & Abtsee, quæ priùs titulo permutationis ad Episcopum spectabant.

Anno

SYNODVS ab Eberhardo celebrata fuit, cui interfuerunt Frisingensis, Patauiensis, Gurcensis & Chiemensis, Episcopi; Ratisponensis propter seditionem suæ ciuitatis interesse non poterat, ac misit suo loco Præpositum, Decanum & Scholasticum; in eo omnes Prælati alij absentes totius prouinciæ ab Archiepiscopo Iuuauensi sunt excommunicati, quam excommunicationem Honorius tertius Pontifex Romanus confirmauit.

ANNO 1217. Rex Hungariæ, item Bauariæ, Austriæ ac Morauiæ Duces & Episcopus Salisburgen. coniunctis copiis, Palæstinam petiêre; profectus est vnà Albertus, Præpositus Salisburgensis, & Fridericus, Præpositus Berchtesgadensis, qui duo cum multis aliis perierunt in Nilo, cùm exundantis naturam ignorarēt; Alberto Præposito succedit alter Albertus, eiusdē Ecclesiæ Custos & Canonicus.

COMES item de Plain Leutoldus, oppignoratis suis quibusdam prædiis, vnà militatum iuit, qui percussus sagitta oculum amisit, & inter redeundum obiit Taruisij: Ossa eius ab Eberhardo Iuuauense & Rudigero Chiemense, Episcopis in Hegelvverdt sepulta sunt, à quibus etiam eadem die Monasterium consecratum est.

CRIPTA & Ara S. Iohannis à primo Secouien. Episcopo Carolo consecrata; capella & altare ad S. Hartvvicum à primo Episcopo Chiemense Rudigero dedicata 7. Idus Septembris.

LVDOVICVS Dux cœpit ædificare munitionem Hallis in Monte, quod Grutte dicitur, quæ ab Eberhardo Episcopo, specie pacis, destructa est; hanc ob causam quicquid in Hall reddituum habuit, Altachensibus vendidit.

ANNO 1219. Eberhardus instituit Episcopatum Secouiensem, consentiente Honorio Pontifice, cui Carolus Præpositus Friesiacensis præficitur.

HEINRICVS Gurcensis Episcopus obiit, cui succedit Vdalscalcus, eiusdem fani Sacerdos.

ANNO 1221. corpora Modesti & Viti, Sanctorum, quæ in æde S. Andreæ in Lauent miraculis claruêre, Eberhardo Archiepiscopo, Carolo Seccouiensi, & Rudigero Chiemense, Episcopis præsentibus, Iuuauiam auecta sunt, cum magna solennitate & frequentia populi.

EODEM tempore idem Eberhardus instituit Episcopium apud S. Andream in Lauent, cui præfecit Vlricum Plebanum in Haus, qui posteà Straubingæ, in nuptiis Ottonis, Ducis Bauariæ, præsentibus multis Principibus, ab Eberhardo Archiepisco consecratur, Anno 1223. in quo numero variant † Chronographi. Electus Brixiensis Episcopus, in festo Palmarum, Venetiis ab Eberhardo Archiepiscopo consecratur, præsentibus Magdeburgen. Archiepiscopo, & Duce Austriæ, qui ad occurrendum Imperatori Italiam intrauerant.

ANNO 1226. Vxor Heinrici Regis Rom. filij Friderici Imperatoris Aquisgrani, dum multi Principes aderant, coronatur, adfuit & Eberhardus, qui in reditu Agrippinæ donatus est sacris reliquiis Virginum sanctarum, quæ S. Vrsulam secutæ sunt.

HEINRICVS Comes de Mittersil, & Leutoldus Comes de Plain, vterq; Comitatum suum, à Ludouico Duce Bauariæ in beneficium seu feudum habebant; post obitum amborum, sine masculis hæredibus, Ludouicus Dux prætendebat Comitatus illos ad se deuolutos; at commutatione facta cum Eberhardo Archiepiscopo cessit suo iuri, accipiens bona ac fundos Ecclesiæ in Altenburg, Anno 1228.

ANNO 1230. S. Pontifex & Imperator in gratiam redeunt arbitris Principibus Germaniæ, Patriarcha Aquilegiensi, Pontificibus Salisburgensi & Ratisponensi, Austriæ, Meraniæ & Carenthaniæ Ducibus, & quibusdam aliis: Imperator

rator à Pontifice Romano ab excommunicatione absoluitur, & hospitio excipitur; Eberhardus reuersus, consentiente Pontifice maximo, Præpositum Iuuauensem; Abbates S. Petri & Admontensem mitra Pontificali in die festo Paschæ insigniuit, Anno 1231. Carolus primus Episcopus Seccouiensis obiit, pariter Vdalscalcus, Episcopus Gurcensis.

SIMON Abbas S. Petri ob debilitatem cessit; succedit Berchtoldus Abbas Admontensis.

ANNO 1232. Eberhardus Archiepiscopus, ab Imperatore reuersus, Conradum Frisingensem & Heinricum Seccouiensem electos, apud Frisiacum in festo Pentecostes consecrauit. Eodem Anno 4. Idus Iunij D. Vergilius à Gregorio nono † in Catalogum Diuorum refertur seu canonizatur.

mm.

CIRCA id tempus, Otto Bauariæ Dux, curiam Ratisponæ indixit; sed ob indignationem Principum & Regis Landishutæ celebrauit; cui etiam interfuit Eberhardus Archiepiscopus: posteà magno exercitu Rex Bauariam intrauit expugnatum Ducem; sed arbitrò Episcopo Eberhardo in gratiam eum recepit, accepto obside, Ludouico filio Ducis puerulo: Deinde Dux habuit Conuentum Ratisponæ, cui Eberhardus & omnes Bauariæ Episcopi interfuêre.

ANNO 1236. Dux Austriæ Fridericus, qui postea anno 1246. ab Hungaris occisus est. Consilio Iudæorum Austriam clausit: Ità neq; aqua, neq; terra quicquam in Noricum vehi poterat; neq; tamen Iuuauiæ frumentũ deficiebat, quod ex Sueuia; neq; vinum, quod ex Francia aduehebatur. Anno eodem Eberhardus hic statuit; vt pro more veteri Præpositus illi ad læuam assisteret proximus, &c.

ANNO 1237. Eberhardus Ecclesiam Brixiensem dedicauit, & ossa S. Hartmanni in vrnam condidit.

ANNO 1238. Eberhardus & Dux Bauariæ Consilium inierunt pro pace reformanda, quod Strubingæ indixêre; sed ob dissensionem Sacerdotum & Laicorum nihil perfecêre.

EODEM Anno, Imperator Fridericus Taruisij hyemauit, quo discedente, violata fide, ciues Eberhardum omni sua suppellectile spoliauerunt. Auent. lib. 7. fol. 672. dicit, hoc à Venetis factum in agro Taruisiano. Et Imperator tota æstate multis copiis Mediolanenses & Bononienses vastauit.

ANNO Domini 1242. obiit Chuno, Præpositus Salisburgensis; itidem Berchtoldus Abbas S. Petri, pro quibus electi sunt, Otto Canonicus eiusdem Ecclesiæ in Præpositum; & Richerus Prior in Abbatem.

EODEM Anno, Eberhardus Monasterium Salmsvveil, post obitum Gunthrami de Andelzreüt, primi fundatoris, petentibus Monachis, in quodam Concilio pro se & successoribus, in protectionẽ recepit, dans illi Monasterio partes in Salina in Hall, & faciens illos Monachos fratres Capituli Salisburgensis, &c. Dux Bauarię, præsentibus Eberhardo Archiepiscopo, & aliis Principibus, curiã Ratisponæ celebrauit, vbi pro reformatione status, nec non contra Albertũ Bohemũ, Legatum Apostolicum pro Friderico 2. Imper. aliqua sunt constituta ac edita.

ANNO 1243. Eberhardus contulit Capitulo Salisburgensi duas Ecclesias Parochiales, videlicet Gastunam & Talgeu.

PRÆFVIT iste Eberhardus, Pater pauperum dictus, magna cum laude, Annis 45. Hic emit Anno 1246. ab Hermanno, Comite de Ortenberg, Carinthio, aliqua prædia sita in Leßach, quæ posteà dedit ad Monasterium Raitenhaslach, vt ibidem in Registratura habetur, licet erroneo Annorum numero. Eodem hoc Anno 1246. quarto Nonas Decembris, obiit hic Eberhardus, sepultus in summo Templo prope S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauatorium in ambitu fieri curârat.

nn. 34. **BVRGHARDVS**, † Comes de Zigenhagen, aliàs de Zigenheim, de quo vide Io. Auent. in Annalibus fol. 686. ab Innocentio tertio pallio donatus, sed nec consecratus, neque à populo admissus; mortuus est in itinere in Cœnobio apud Salmsvveil, & ibi sepultus.

35. **PHILIPPVS**, Bernhardi Carinthiæ Ducis filius, de familia Comitum Ortenbergensium, vnanimi suffragio tàm Canonicorum quàm Ministerialium, electus seu postulatus est Archiepiscopus Iuuauensis, Anno 1247. Sed Pontifex, ignorans electionem, Burckhardum, nescientibus Canonicis, Episcopatui præfecit, & pallio donauit, qui nondum adepta possessione è viuis excessit, cui iste successit Philippus. Anno 1249. Philippus celebrauit Concilium, mandato Romani Pontificis, in oppido Bauariæ Müldorph, quod Municipium Iuuauense est; interfuère Episcopi Frisingensis, Ratisponensis, Seccouiensis: Huc vocatus Dux Bauariæ, vtroque gladio compelli debebat, vt Romano Pont. adhæreret, contra Fridericum Imperatorem.

ANNO 1250. Philippus Marchiam manu hostili ingressus, prædia quorundam Stiriensium rapinis atque incendiis vastat. Anno 1252. Comites, Tyrolensis & Görzensis, magna conducta Manu obsiderunt Griffenberg: His sese opposuit Philippus Episcopus, Comitemq; Tyrolensem & Comitem ab Eschenloch, cum aliis eorum coadiutoribus cepit, eosque captos in Arcem Werffen abduxit & detinuit, donec se magna pecunia redimerent.

EODEM Anno Philippus fratrem Heinricum ordinis Prædicatorum constituit Episcopum Chiemensem. Anno 1253. Electus idem Salisburgen. quendam ex fratribus Episcopatui Gurcensi præfecit.

ANNO 1254. Heinricus Episcopus Bambergensis vendidit iurisdictionem in Mansee Ecclesiæ Iuuauensi, ducentis marcis Argenti.

ANNO 1256. Bernhardus Dux Carinthiæ, Pater Philippi Electi Salisburgensis, & Vlrici fratrum obiit, cui Vdalricus filius successit, &c.

EODEM Anno, cùm Philippus quibusdam mandatis & ordinationibus Pont. Romani non esset obediens, & ciuitates Arcesq;, ad Episcopatum pertinentes, hominibus improbis committeret; Capitulum Salisburgense, consensu Pontificis, alium Episcopum, nimirum Vlricum Episcopum Seccouiensem elegit; cùm Philippus iam intra decem Annorum spacium consecrari nollet. Missus est item Otto Præpositus Romam ad Pontificem, vt hanc electionem confirmaret. Philippus re cognita, accitis auxiliis ex Bohemia & Austria, Episcopatum igne deuastauit: Qua in re à quibusdam Ministerialibus, datæ fidei oblitis, fuit adiutus. Interim summus Pontifex mandat fratri Heinrico Episcopo Chiemensi, vt Philippum nomine Pontificis Romani citet, omnesque Arces & Ciuitates sibi committat: Quòd si Philippus facere recusauerit, aqua & igni illi interdicat. Cùm verò Philippus hæc contemneret, inania terriculamenta arbitratus, Heinricus, quod in Mandatis habebat, exequitur: Et ita tota ciuitas Iuuauensis, integro Anno diuinis caruit officiis, quamuis in quibusdam Parochiis fautores Philippi diuinam rem faciebant; Similiter & Monachi S. Petri & Virgines sanctæ, timore seu fauore Philippi, diuina resumpserunt.

36. **VLRICVS**, Episcopus Seccouien. confirmatur Anno 1257. ab Alexandro quarto, in Archiepiscopum Iuuauiensem. Re intellecta, Philippus atrociùs sæuit in suos Symmystas, & penè omnes eiicit Sacerdotes, eorum prædia distrahendo, & redditus interuertendo, magnisque cladibus affecit possessiones, Iuuauensi ditioni subiectas: Itidem posteà audita morte Summi Pontificis fecit, ita vt quatuor Sacerdotibus, qui soli remanserant in Salisburgo, vix necessaria suppeterent. Vlricus nouiter electus, Otto Præpositus, & Heinricus Chiemen.

Epi-

Episcopus, per sesquiannum Romæ mansère, &c. distracto interim Chiemensi Episcopatu, quem à Philippo antea acceperat.

Eo tempore duo Canonici Iuuauenses, Vlricus filius Comitis Hermanni ab Ortenberg, & alius nomine Gregorius, defecerunt à Capitulo, & adhæsère Philippo, & antequam Vdalricus confirmaretur, Philippi causa Romam profecti sunt. At Gregorius in itinere miserè periit: Alter auditus est à Pontifice, & despectus domum reuertitur.

Pver in Rastat nascitur cum duobus cornibus, cuius ploratus 14. diebus antè auditus quàm nasceretur.

Anno 1258. Vdalricus cum Ottone Præposito & Episcopo Chiemensi Roma reuertitur, Regemque Vngariæ Stephanum, qui cum magno exercitu Marchiam intrârat, & Pettauiensem ciuitatem obsederat, propter quosdam rebelles, qui antea in Vngaros impetum fecerant, certis conditionibus ab obsidione amouet, & magna cautione, multisq; vadibus eandem ciuitatem eidem obstringit: Posteà, assumptis multis militibus, Iuuauium iter arripit, &, dum Radestadio appropinquâsset, Dux Carenthaniæ illum inuasit; in crepusculo vtrinque acriter dimicatum, multis ex vtraque parte vulneratis & occisis.

Anno 1260. Vdalricus in Valle Anesi iter faciens, & in Bauariam properans, ab Austriacis nempe, Heinrico de Turri, non procul ab Admundt capitur, & in Arce Wolckenstain, cui à nubibus & rupibus inditum nomen, detinetur aliquandiu; sed tandem iussu Ducis Austriaci liberatur: Ita magnis impensis & laboribus in Bauariam peruenit, vbi aliquandiu manens, licet possessionem nondum acquirere posset; tamen à Nuncio Romani Pontificis excommunicatur, eò quòd 4000. Marcas Argenti, quas curiæ Romanæ promiserat, non soluit, & omnia iura Episcopalia ei interdicuntur: Quamobrem ille appellauit Romam, & eò profectus est. Capitulum Salisburgense ita sex Annis multis calamitatibus oppressum, Arbitris, Rege Bohemiæ, & Duce Carinthaniæ, cùm nemo auxiliũ Vdalrico ferret, neque ipse se tueri posset, concordiam cum Philippo iniit, salua tamen authoritate sedis Apostolicæ. Id factum est Anno 1261.

Seqventi Anno, Vdalricus Roma reuersus, adducit secum Episcopũ Squillatensem, accepta potestate reformandi Ecclesiam Iuuauensem, sub quibusdam conditionibus, vt nimirũ promissam pecuniam certo tempore solueret; Quòd si non faceret, ab ipso Episcopo authoritate Apostolica excommunicaretur.

Dvx Bauariæ Heinricus, qui per fas & nefas octo oppida initio dissensionis occupârat, cum milite copioso, adiunctis sibi illis de Wispach, qui priùs adhæserant Philippo, ab eoq; ditati & euecti fuerant, Consilio eorundem impetum in Iuuauium fecit, situm trans aquam, & omnino illam partem diripuit, ac videntibus præsentibusq; Vdalrico Archiepiscopo, & Squillatensi Episcopo, igne combussit; Nec illo contentus, eorundem de Wispach Consilio, armato milite Salinam intrans, munitionem vallumq; erexit ad domandum Iuuauium Vdalricus, quia pecuniam non soluit, excommunicatur ab Episcopo Squillatensi, & toti Iuuauiensi Diœcesi denuntiatur. Philippus igitur Archiepiscopatum, cui per decem Annos præfuerat, resignauit. Anno 1263. Dux Heinricus, cùm Iuuauium capere non posset, fœdus iniit, territus fulmine, quod meridie viderat sereno die: Philippus eiicitur ciuitate, & aliis oppidis Diœcesis; Monachi & sanctæ Virgines iam tertiò abstinent à diuinis.

Pontifex Max. Regi Bohemiæ & Episcopo Olumucensi Iuuauium commisit tuendum & reformandum, quæ omnia facilè obtinuerunt rem magno conatu gerentes; aliqui verò Clientes Iuuauienses Bohemis, aliqui Heinrico Duci Bauariæ adhæserunt, qui neq; Capitulo, neq; Episcopo fidem debitam seruantes,

sis, Episcopus Vlricus contraxerat, quodq; Otto Præpositus per surreptionem membranarum & sigilli Capituli Iuuauensis à creditoribus acceperat, nesciente Capitulo. Vnde, quòd eam rem, tùm creditores, tum Fridericus Episcopus vehementer vrgebant, graue detrimentum Capitulum accepit: Quanquam non in vtilitatem Capituli, sed Episcopi ea pecunia expensa fuerat, Collegium tamen coactum est 200. Marcas puri argenti persoluere; Hæc scribuntur posteris, vt sint cautiores in asseruando sigillo.

Rex Bohemiæ Othocarus quibusdam conditionibus feuda Principum, Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ à Friderico Frisiaci recepit, præstito Homagio ipsi & Ecclesiæ.

Philippus quondam Iuuauensis Archiepiscopus, nunc Aquilegiensis Patriarcha, totum patrimonium suum Regi Bohemiæ tradidit ac resignauit, exceptis his, quorum proprietates Vlricus Dux, Philippi frater, Ecclesiæ Iuuauensi antea pro damnis illatis tradiderat, nempe oppidum S. Viti & alia, quæ Philippus sibi vsurpanda reseruabat.

Anno 1274. conuocauit Concilium prouinciale Fridericus, cui interfuêre Episcopi, Frisingensis, Pataviensis, Ratisponensis, Brixiensis, Chiemensis, Seccouiensis, ac Templum Iuuauense consecrauit in die omnium Sanctorum, cooperantibus Episcopis superioribus; Gratius fuit id festum & spectaculum sacrum elargitione indulgentiarum Maximi Pontificis Alexandri, Patriarchæ Gradensis, & aliorum Archiepiscoporum.

Anno 1275. Rudolphus Romanorum Rex, Comitia Nüernbergæ habuit, ad quæ Otthocarus, † Bohemiæ Rex, & Heinricus, Dux Bauariæ inferioris, neq; precibus, neque minis sunt moti, vt comparerent; Friderico autem Archiepiscopo ibi cum Patriarcha Aquileien. apparente, & in verba Rudolphi iurante, Rex Bohemiæ Iuuauensem Ecclesiam hostili manu inuasit, comburendo prædia quàm plurima, damnumq; intulit, quod æstimatum fuit 40000. Marcis Argenti.

pp.

Fridericus in hac calamitate belli, & Episcopus Pataviensis tanquam Lampades inter alios imperij Principes coruscantes, licet eorũ fides à Rege potentissimo, variis artibus, dolo, minis & pecunia tentaretur; maluerunt tamen suæ salutis & rerum iacturam facere, quàm Romanum Imperium deserere. Vtinam nostra tempestate multi tales Principes forent, qui publicum imperij bonũ magis quàm priuatũ curarent; melius procul dubio haberet Rom. Imperium. Herbrodus Lauentin' Episcopus obiit, cui Eberhard' Abbas S. Pauli substituitur.

Anno 1279. Diethericus, Episcopus Gurcensis obiit, cui succedit Iohannes Episcopus Chiemensis; eidem substituitur Conradus de Hintsperg, Canonicus Pataviensis. Eodem Anno Reinpertus de Glaneck transegit cum Ecclesia Iuuauensi pro damnis iniustè illatis persoluere 300. Marcas Argenti, sub pœna amissionis feudorum suorum, quæ posteà Ecclesiæ aperta sunt.

Idem Fridericus Archiepiscopus ab Heinrico Episcopo, & Capitulo Ratisponensi emit omnes redditus ac prædia, quæ in Mânsee habuerunt 1. lib. denariorum pro 7. Marcis argenti. Liechten & Altentann à Nobilibus de Tann ad Fridericum & Ecclesiam Iuuauensem, hoc ferè tempore quoque peruenêre.

Eodem tempore Fridericus Castrum Chalhaim, ob immania illic facinora perpetrata, solo adæquari iussit.

Anno 1280. Fridericus iterum prouinciale Concilium conuocauit, cui interfuêre Episcopi, Ratisponensis, Frisingensis, Pataviensis, Brixiensis, Chiemensis, Secouiensis, Lauentensis; Et quia Prælati quidam præcipuè Pataviens. non interfuêre, Fridericus eos contumaciæ damnauit, quam sententiam precibus aliorum Episcoporum & Consilio Capituli mutauit. Eodem Anno in die S.

 Alexij,

Alexij, nix magna à Frisinga vsque in Longau cecidit, quæ admirationi omnibus fuit, maxima quoque sterilitas passim peruagata; multi fame mortui, panis de auena in pretio & rarus fuit. In Cœna Domini, dum sacra concio fit, puella quædam nata de Oella, quæ Viginti Annos à natiuitate muta fuit, precibus S. Rudperti & Virgilij, loquelam accipit.

Anno 1283. Gotfridus Patauiensis & Leopoldus Seccouiensis Ecclesiarum designati Episcopi, pridie Nonas Martij, ab Heinrico Ratisponensi Episcopo consecrantur Iuuauiæ, sequenti die Solis à Friderico Episcopi declarantur. Hartnidus de Woldonia Parochus in Weh Gurcensi Ecclesiæ præficitur. Eodem Anno, Dux Austriæ Albertus occasione pacis, quam cum Friderico Iuuauensi Episcopo, & excellenti Principe Ludouico, Duce Bauariæ, pepigerat, Heinrico Duci Bauariæ inferioris bellum indixit; collectoque exercitu aduersus illum profectus, Valentiam vsque processit, quod oppidum Norici est, vulgò Wels vocatur; cui & Fridericus sese coniunxit, eundem adiuturus: Sed Heinrico & Wickardo, Ratisponensi & Patauiensi, Episcopis intercedentibus, Dux Austriæ domum reuertitur, Fridericus Episcopus & Dux Bauariæ conciliantur. Moritur Fridericus Anno 1284. septimo Idus Maij, 15. Calendas Maij sepelitur in summo Templo apud Altare S. Andreæ, rexit Annis 15.

39. RVDOLPHVS de Hocheneck Sueuus, Rudolphi Romanorum Regis Cancellarius, eligitur Archiepiscopus, Anno 1284. vnanimi suffragio omnium, adeò vt ne vnus quidem dissentiret. Martinus Pontifex Max. audita legatione & literis Rudolphi Cæsaris & Capituli Iuuauensis, commisit eam rem Episcopis, Constantiensi, Aichstetensi, & Abbati de Salmsvveil, qui authoritate Apostolica Rudolphum iam designatum examinarent; quòd si dignus inueniretur, vt illum inaugurarent; sed Constantiensi morbo impedito, Collegæ mandatum sunt executi, & 8. Idus Martij, Rudolphum Archiepiscopum declarauerunt, sequenti die Sacerdos efficitur; misit igitur Romam pro Pallio Fridericum de Mitterkirchen, Canonicum, & Heinricum de Ges, Præpositum Frisacensem, decretorumque Doctorem, qui cùm Patauium venissent, certiores facti sunt de morte Pontificis Martini; cui Honorius quartus, natione Romanus, successit; Is magno fauore prosecutus est Germanos, & ob hoc Rudolphum Pallio decorauit, Anno 1285.

Eodem Anno, Gebhardus Lauentinus Episcopus obiit, cui Conradus, Salisburgensis Ecclesiæ Canonicus & Scholasticus substituitur.

Rvdolphvs diem indicit, vt colloquatur cum Duce Bauariæ Heinrico, vbi recitata instrumenta sunt, quibus pacis conditiones, firmatæ inter Ducem & Fridericum Episcopum, præscriptæ erant; ibi inducias fecère ad festum Michaelis, inter quas oppidum Müldorff, dubium an fraude, an verò casu exuritur, quod statim Heinricus Dux obsidione cingit: Et quia Rudolphus nihil huiusmodi metuebat à Duce, qui Ecclesiam Iuuauensem in fidem & tutelam receperat, in Marchiam profectus fuerat: E Græcia igitur (quod oppidum Stirorum est, qui apud veteres Taurisci vocantur) re intellecta egressus, copioso milite Bauariam inferiorem depopulatur igne & ferro; cui Dux fit obuiam, & Müldorphium in deditionem accipit: Tandem Ludouicus, superioris Bauariæ Princeps, vtrumque ad Colloquium inuitans, tanquam arbiter Honorarius, pacem inter eos firmauit.

Anno 1286. Cæsar Rudolphus Augustæ curiam celebrat in Epiphania Domini, adfuère Episcopi Ratisponensis, Iuuauensis, Coloniensis, Patauiensis, Basiliensis, Ludouicus & Heinricus, Duces Boiorum, aliique multi Nobiles; Ibi pax

pax firmata est inter Rudolphū Episcopū, & Heinricum Ducē: dati sex arbitri, qui vtriusq; causam audirent,& omnia componerent, Sequenti anno Heinricus restituit Rudolpho Episcopo oppidum Muldorph, quod illi antea ademerat.

ANNO 1288. corpus S. Virgilij translatum est à Rudolpho sept. Idus Nouēbris, præsentibus Episcopis, Ratisponensi, Patauiensi, Gurcensi & Seccouiensi.

EODEM tempore, voluntate & concessione Pontificis Maximi, idem Rudolphus sepeliuit Eberhardum Archiepiscopum, sub horologio †, ac præfuit Ecclesiæ magna fidelitate, annis quinque, mortuus est Anno 1289. 3. Non. Augusti, sepultus ante altarē S. Virgilij. 11.

CONRADVS Praitenfurt, aliàs de Vanstorff, Lauentinensis Episcopus, à Pontifice Romano factus Archiepiscopus, dum pro Pallio Romam mittitur à Stephano, Heinrici Ducis Bauariæ filio, qui à Pontifice, propter immaturam ætatem, nam vix 21. annum habebat, non est admissus; etsi omnium suffragio postularetur. Auent. lib. 7. fol. 718. aliam causam allegat, nempe quòd Legati pontificis, quos ad explorandam vitam & mores Stephani Ducis in Bauariam miserat, militari veste amictum & sagittariorum spectaculo præsidentē offendissent,&c. Conradus igitur Pallio, quo omnimoda potestas illius Pontificij Magistratus declaratur, à Romano Pont. donatus est, Anno 1289. 40.

EODEM ANNO, cùm Dux Austriacus Albertus, cum Conrado Iuuauensi Archiepiscopo discordaret, grauiaq; vtrinq; damna accepissent; Conradus fœdere sese iunxit Ottoni, inferioris Bauariæ Duci, quo cum Carinthiam ingressus (nam spes ipsi facta fuerat ab incolis potiundæ Stiriæ) redire coactus est ob densitatem niuium. Auent. lib. 7. fol. 718. scribit, hunc Conradum cum Othone, Stephano & Ludouico, fratribus, Ducibus Bauariæ inferioris, fœdus iniisse,& Falckenstain arcē in confinio Austriæ,& Bauariæ, eò quòd Austriaci crebris incursationibus regionē infestam redderent, eoq; prædas agerent, expugnâsse.

SEQVENTIBVS verò annis, Conradus, vnà cum Militibus Ottonis Ducis, cepit Ottonem filium Meinhardi Ducis Carinthiæ ductum in castrum Werfen, vbi per 10. Menses detentus est, cuius liberatio pacem firmauit: Ad quam inter ipsos constituendam solicitè laborârunt Dux Bauariæ Ludouicus, & Heinricus Episcopus Ratisponensis, sed pax illa durauit tantùm annos tres, vel paulò plus. Dux enim Austriæ obsedit oppidum Rastat per duos Menses, & discessit ab obsidione, tùm coactus inopia commeatus, tùm quia Otto Bauariæ Dux cum exercitu iam Iuuauiam intrârat.

ANNO 1291. ciuitas Accaron, quam solam Christiani in Palæstina possidebant, obsessa est à Rege Ægyptiorum, quem Soldanum vocitant, & 40. diebus & noctibus impugnata capta est, multaque millia Christianorum capta & occisa sunt; Aliqui nauigio aufugêre; Et rumor fuit, si concordes fuissent Collegiorum fratres hospitum scilicet Templi Teutonum & ciues, ciuitatem non fuisse captam. Pontifex Romanus Nicolaus omnibus Patriarchis, Episcopis & aliis mandauit, vt conuocato Concilio deliberarent, qua ope, quoue Consilio Palæstinæ succurri possit: Concilium Iuuauense rescripsit tria Collegia Templariorum Teutonicorum, &c. commutanda in vnum ordinem, ac meliorem obseruantiam redigenda, & Cæsarem cum Principibus in auxilium vocandum esse. Sed Pontifex mortuus est, antequam hæc Romam nuntiarentur. Auent. aliter de hac Synodo fol. 720.

EODEM ANNO Conradus Archiepiscopus Iuuauensis, à Summo Pontifice confirmatus, venit Roma.

EODEM ETIAM anno, obiit Wernhardus, Episcopus Seccouiensis ad festum natalis Domini.

Anno 1292, 4. Idus Ianuarij obiit Conradus Episcopus Chiemensis Viennæ, qui corpus suum Iuuauium deduci iussit ad Concilium, quod Conradus eò conuocauerat, in quo ab Episcopis honorificè sepultus est.

Eodem anno Heinricus, Præpositus Iuuauensis, factus est Seccouiensis Episcopus, cui successit Fridericus, Decanus de Mitterkirchen, per electionem in Vigilia Palmarum.

Eodem etiam anno datus est ad Episcopatum Chiemensem Fridericus eiusdem Ecclesiæ Præpositus.

Hoc Anno Colloquium fuit habitum ab Imperij Principibus in Linz oppido, in festo Pentecostes, vbi conuenerant Ludouic⁹, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Otto Dux Bauariæ, Albertus Dux Austriæ, Meinhardus Dux Carinthiæ, Conradus Archiepiscopus Salisburgen. Heinricus Ratisponensis, & Bernhardus Patauiensis, Episcopi: Ibidem reconciliati sunt, Albertus Dux Austriæ, Otto Dux Bauariæ, & Conradus Archiepiscopus, & liberatus est Otto Dux Carinthiæ.

Anno 1295. Conradus Episcopus emit ab Heinrico de Berghaim sedem & iurisdictionem in Berghaim, cum omnibus suis pertinentiis, quæ ab Episcopo in feudum habuerat.

Eodem Anno, Domini de Gutradt Otto cum Heinrico filio, Dapiferi Iuuauensis Episcopatus, Castrum Gutradt, & omnes suas ditiones Episcopo Conrado & Capitulo, cum proprietate subiecerunt, ac rursum in beneficium seu feudum receperunt.

Anno 1298. in Comitiis magnis per Albertum Rom. Regem Nürnbergæ habitis, Conradus hic Archiepiscopus in numerum amicorum Regis receptus est, Auentin. lib. 7. fol. 734. †

55. Anno 1306. Albertus Cæsar intrauit Bohemiam, ducens secum Conradum, Episcopum Iuuauensem, & Rudolphum filium suum, Ducem Austriæ, asserens ad imperium ipsius Regni collationem deuolutam; Regnum ipsum filio & suis fratribus hæreditario iure contulit.

Anno sequenti, Conradus Episcopus, iussu Cæsaris Alberti Carinthiam intrauit, & intra spacium vnius Mensis cum dimidio cepit ciuitatem S. Viti, Volckenmarckt, Clagenfurt, Arcem Rabenstain non longè Frisiaco expugnauit, ac solo æquauit; Et in Monte D. Thomæ munitionem construxit.

Eodem anno obiit Ludouicus, Decanus Iuuauensis, cui successit Wickhardus de Polheim, Canonicus ibidem.

Eodem anno obiit Elisabetha, Abbatissa in Nunnberg, cui successit Margaretha de Giebing Virgo Cœnobij D. Petri.

Eodem anno obiit Helmvvicus, Præpositus Iuuauensis, cui successit prædictus Wickardus de Polhaim.

Anno 1309. obiit Vlricus, Episcopus Seccouiensis, circa festum Epiphaniæ, cui substitus est Fridericus de Miterskirchen, Præpositus Iuuauensis, pro quo electus Fridericus de Leibnitz, Canonicus & Camerarius ibidem; cuius confirmationem Conradus Episcopus tres ferè Menses distulit, eò quòd non sit dilata electio in suam præsentiam, licet ad eum electio non spectaret, &c.

Crispinianus in vita Friderici, &c.

Conradus Archiepiscopus vnà cum Abbate S. Lamperti ad Curiã Rom. citati sunt, Summus Pontifex dicebat hoc Monasterium ad ipsum tantùm pertinere, Anno 1310. Dux Austriæ misit Vlricum à Walsee cum Milite armato in Dimoning, contra Ducem Bauariæ, qui coniunctis Episcopi militibus & Bauariam & Diœcesim vastârunt rapina & igne, adeò vt quàm plures frigore & fame perirent mortales, quæ malà tanta est pestilentia subsecuta in tota Bauaria, vt à festo Martini,

Martini, vsque ad festum Purificationis in vno Cœmiterio Ditmoning plus quàm 1300. cadauera condita sint.

ANNO 1311. celebrata est Synodus Salisburgi, in qua Summo Pontifici decimæ omnium annuorum redditLuum Ecclesiasticorum sunt concessæ, ad faciendam expeditionem in terram sanctam: Eo tempore Dux Austriæ cum Conrado Episcopo obsederunt ciuitatem Schärding.

PRÆFVIT iste Conradus annis 24. mortuus est, Anno 1312. in festo annuntiationis Deiparæ Virginis, quo die natus fuerat; sepultus in summo Templo ad Aram S. Andreæ.

FVNDAVIT Sacellum D. Iohannis in Palatio Episcopali; similiter ædificauit Hospitale Mariæ Magdalenæ, & donauit S. Petri Monasterio, &c.

WIEKHARDVS de Polhaim, electus Archiepiscopus, Calend. Aprilis, Anno 1312. eodem anno confirmatus in die sancti Wilibaldi; eodem anno in die Abdon & Sennen, per Clementem quintum, Romæ consecratus; in Vigilia D. Augustini Pallio decoratus; In Vigilia Thomæ Roma discessit, magnis laboribus & expensis. 41.

ISTE Wickardus 13. Calend. Augusti eiusdem anni, aperuit vrnam S. Rudperti, & inuenit ossà cum capite D. Rudperti.

ITEM D. Martini in magna quantitate, D. Vincentij Martyris in magna quantitate, Hermetis, Crisanti, Dariæ, Gislarij; Et eodem anno ostendit easdem Reliquias, in festo natalis Deiparæ Virginis; & deinde proximo festo translationis D. Rudperti, dedicauit nouam Aram D. Rudperto, ibique ossà sacra eius recondidit. Et proximo festo translationis D. Virgilij consecrauit Aram D. Virgilij, cœptam à suo prædecessore Conrado, ibique eius sacra ossà recondidit: At paucis diebus pòst, id est, quinto Non. Octobris, percussus spasmo in toto corpore, & grauissima Lethargia pridie Non. Nouembris obiit. Præfuit annis tribus cum dimidio, & sepultus est ante Aram D. Rudperti.

FRIDERICVS, huius nominis tertius à Leibnitz, Præpositus & Archidiaconus Salisburgensis, Anno 1315. eligitur Archiepiscopus, & sequenti anno in priuato Consistorio Romæ à Pont. Maximo Ioanne XXII. confirmatur, tertio Calend. Nouembris. 42.

OCTAVO autem Calend. Decembris, mandato Pontificis, Berengarius Tusculanus Cardinalis istum Fridericum, & Patriarcham Gradensem & Archiepiscopum Rossen. Græcum Barbatum, cum quinque Episcopis, & quatuor Abbates consecrauit.

IN Octaua Martini, iuramentum pro communi obsequio præstitit, & sequenti die post Elisabetham fuit Pallium petitum & concessum à Pontificè, Anno 1317.

HOC ANNO Fridericus instituit Hospitale S. Blasij.

IDEM Fridericus fœdus iniit cum Friderico de Austria, & illius fratribus, contra inferioris Bauariæ Duces, qui multa damna Episcopo & suis intulerant; Et contra quoscunque, excepto Summo Pont. Imperio, & Ludouico electo Rom. Rege, superioris Bauariæ Duce, ac Rudolpho eius fratre, qui Rheni Palatinatum possidebat, vt mutuo auxilio forent propriis expensis.

IAM antea, Anno 1314. in electione Imperatoris, dissensio orta fuerat inter Principes, Electores; aliis ac maioribus quidem votis, Ludouicum Ducem Bauariæ, aliis Fridericum Austriæ ad Imperium postulantibus: vnde vtrinque graue bellum est natum, quod octo annis durauit; Cui hic Fridericus Archiepiscopus, oblitus primæ Ecclesiæ suæ istitutionis, per Boiorum Principes factæ, pro parte Austriaci postea se immiscuit, ac contra Ludouicum arma sumpsit.

ANNO

ANNO 1322. in Vigilia sancti Michaëlis, Fridericus Dux Austriæ, qui sibi nomen Cæsaris vendicabat, Heinricus ipsius frater, Fridericus Iuuauensis Episcopus, Albertus Dux Saxoniæ, Episcopus Patauiensis & Lauentinensis, Bauariam variarum nationum exercitu intrârunt; Et inter Ottingam (quod oppidum inferioris Bauariæ est, in ripa Oeni situm, æde Deiparæ Virginis à Carolo Magno constructa, & miraculis insigne) & Müldorphium castra metati sunt, apud riuũ Henum: Quibus Ludouicus Cæsar, Iohannes Rex Bohemiæ, Heinricus inferioris Bauariæ Princeps, Fridericus Burggrauius Nornbergensis, atque alij magno exercitu occurrentes sub monte Dornbergio conflixêre; Interfectis vtrinque plus mille viris: Ludouicus Cæsar vicit omnibus prædictis Ducibus captis; Episcopi autem sibi fuga salutem quæsiuêre, audita suorum clade.

MILITAVERVNT sub Friderico Episcopo, Nobiles sequentes, quos pridie illius prælij ense stricto ter in caput percussos, vt animosiores redderet, Equites Auratos designauit, vulgò zu Ritter geschlagen.

NICOLAVS de Tann, Heinricus Oder, miles eius, id est, minister seu famulus, Eckardus à Thann, Conradus Thumbshürn miles eius, Dietherus Velber, Conradus Velber, Conradus Oberndorffer, Ortulphus Moser comes eius, Heinricus Pruninger, Vlrici duo Wispeckij fratres, Hartnidus Wispeck, Fridericus Köpfiman, Fridericus & Conradus filij ipsius, Heinricus Gottfridus, Siboldus de Lampoting, Siboldus & Albero de Nopping, Heinricus Trauner, Nicolaus de Albm, Conradus Trenbeck, Albertus Trenbeck, Iacobus Spör comes eius, Ortulphus Schönperger, Nicolaus & Conradus dicti Ausseer. Marquardus de Vanstorf, Bernhardus Truchsäs, Eberhardus Geier, Iohannes Pfäffinger, Zacharias Pannichner, Albertus Gebinger, comes eius, Iacobus de Turri, Vlricus, Iacobus de Turri fratres, Rudigerus de Radeck, Petrus Gaugsperger eius comes, Vlricus de Wens, Vlricus & Otto de Achdorf, Ioannes Ecker comes eius, Ottmarus Vissler, Gebhardus Trauner, Rapoto Albrechtshammer, Comes de Panichenstain, Tragan de Tegborn comes eius, Otto de Leibnitz, Fridericus Carlsperger, Fridericus de Wolfsavv, Otto de Steir, Rudolphus de Holneck, Luipoldus Frey, Hartnidus Mansperger, Orthulphus & Diethmarus Püscher, Fridericus de Loibnitz, Hertindus Schlosperger, Fridericus de Schrattenperg, Iacobus à Hohenstain, Rudolphus de Vanstorf, Ludouicus de Welkirch comes eius, Ioannes de Neideck, Hermannus de Minendorf, Albertus de Tackenavv, Ludouicus de Ror, Heinricus de Silberberg, Ludouicus Truchsäs, Conradus Stadauer, Nicolaus Püchser, Wulfing Flachpergerius, Conradus de Sachsen, Conradus de Steg, Vlricus de Hoff, Fridericus Reichenburger, Vlricus de Langavv, Hermannus de Lennberg, Henricus de Linn, ein Zwarfer / Conradus Pottendorffer, Gotfridus Chelz, Heinricus Massenperger, Vlricus Nusdorffer, &c.

IOANNES Auent. lib. 7. Annalium, ex quadam Chronica Ludouico quarto Imperatori dedicata sequentes addit.

IOANNES Haunsperger, Petrus Sultzperger, Nicolaus Reinhold, Heinricus Oxel, Vlricus Goldman, Wolfhart Altenburger iunior, Alram Stralenfelser, Eckart & Wolfhart Ouenstetter.] Et isto conflictu magnam Ecclesia Salisburgensis rerum suarum iacturam fecit, eò quòd Fridericus Episcopus à Ludouico Imperatore post hanc victoriam proscriptus fuerat, & quòd oportuerit captiuos Nobiles redimi puro argento: Propterea Duces Austriæ prædicti Ecclesiæ Salisburgeñ. impignorauerunt, propter accepta damna, quatuor arces, perpetuis temporibus possidendas, scilicet, Arenfels, Loschentall, Lauemunde & Neumarckt in Carinthia, quas posteà Anno 1459. Fridericus Imperator, multis priuilegiis Salisburgensi Episcopatui concessis, redemit.

ANNO

ANNO 1323. Fridericus emit à Wulfingo de Goldeck nouum & vetus castrum desolatum, vulgò Burckstal in Dächsenpach, vnà cum Comitatu & iurisdictione, quæ Goldecenses antea ab Ecclesia in feudum habuerant pro 2500. florenis.

EODEM anno, Episcopus Fridericus transegit cum Goldecensibus, de Comitatu in Gastein, de castro Klainstain, & de aliis quibusdam prædiis, quæ Goldecenses ab Episcopo pari modo in feudum possederant.

MARQVARDVS & Fridericus, Nobiles de Perchaim, propter homicidiũ commissum in quodam Iuuene Keuzel, ædificârunt & fundârunt altare S. Erntrudis, in summo Templo Salisburgi.

ANNO 1324. in Octaua assumptionis D. Virginis, oppidum & castrum Titmoning à Ludouico Imperatore occupatum, ac Wulfingo à Goldeck custodiendum traditum est, conniuentia ac fraude, vt putatur, eorum, qui intus & extra oppidum ac castrum fuerant; Inter quos non postremi habebantur aliqui Ministeriales Ecclesiæ Iuuauensis, quorum primus fuit prædictus Wulfingus à Goldeck, Otthonis filius, à quo multa sustinuit Iuuauia.

ANNO 1327. Titmoning, cum toto Comitatu, post magnam deuastationem redemptum est, non sine maximo labore & impensis.

ANNO 1336. Domini à Perkhaim vendiderunt Episcopo Friderico iurisdictionem in Anthering, quam antea in beneficium seu feudum ab Episcopo habuerant.

EODEM anno, Fridericus Episcopus instituit celebrari perpetuam Missam in altari S. Crucis; Item in altari omnium Sanctorum duas, Vnam nomine omnium Sanctorum; alteram nomine omnium Animarum fidelium.

FRIDERICVS Archiepiscopus moritur, Anno 1338. Calend. Aprilis, cùm rexisset Ecclesiam annis 23. sepultus apud altare S. Crucis in muro.

HEINRICVS de Piernprunn ex Bauaria, olim Ludimoderator ad D. Rudpertum, fit Archiepiscopus, Anno 1338. Hoc anno locustæ senas alas habentes innumerabiles, circa festum Afræ ab oriente venientes, Bauariam fœdârunt, quæ vno die 20. millia passuum progressæ, & herbas & arborum frondes depastæ sunt, &c. Rexit Ecclesiam annis 5. moritur Anno 1343. sepultus in Sacello D. Piligrini. 43.

ORTHOLPHVS de Weiseneck Styrius, frater Gotfridi Episcopi Pataniensis, eligitur Archiepiscopus, Anno 1343. vir valde magnificus, curauit fieri Auream crucem, cum pretiosis gemmis, in Choro summo Templi, vnà cum aliis Clenodiis argenteis quàm plurimis, in curia & camera. 44.

ANNO 1345. emit ab Anna Abbatissa in Nunnberg balneas in Müln, 10. libris denariorum.

ANNO 1348. maxima pestilentia penè totum orbem peruagata est, quæ in Asia apud Indos incipiens, tribus pòst annis in omnes gentes deseuit ad extremos vsque Britannos, Bohemos, Noricos, Pannonios, & multa domicilia euacuauit.

ANNO 1359. apud Villacum oppidum, clarissimumque Carinthiæ Emporium terræ motu Mons corruit, & quàm plurimos homines occidit; sic & in Pannonia, & in Italia nonnullæ ciuitates corruêre.

EODEM anno Sibothus à Tetlham vendidit Ortholpho Archiepiscopo arcem Tetlham, cum omnibus ad eam pertinentibus, 4235. Vngaricis Ducatis.

ANNO 1355. Conradus de Kuchel (qui fuerunt Marscalci hæreditarij Ecclesiæ Salisburgen.) legauit Ortholpho Episcopo Abstorf & Abtsee, quæ prius titulo permutationis ad Episcopum spectabant.

ANNO

Anno 1356. instituit Ortolphus celebrari perpetuam Missam in altari S. Trinitatis.

Anno 1362. mediante Rudolpho, Duce Austriaco, Ortolphus Archiepiscopus conuenit cum Erhardo à Tann, super iurisdictione Kestendorf, & Præfectura Altenthann, vt Episcopatui Salisburgensi cederent; Posteà Burckhardus Archiepiscopus arcem & iurisdictionem Altenthann Wolfhardo & Ernesto Vberacker, eorumque hæredibus, masculis titulo Præfecturæ perpetuò possidenda concessit. Ortholphus præfuit annis 22. moritur Anno 1365. sepultus est ante Aram S. Trinitatis, quam ipse suis sumptibus fundauerat & consecrauerat.

45. PILGRINVS de Puechaim eligitur Archiepiscopus, Anno 1366. Iste fundauit Sacellum, cum sex Aris, vbi prius tantùm vna Ara fuit S. Nicolao dicata ab Heinrico de Piernprunn. Idem bella gessit cum Friderico Duce Bauariæ.

Anno 1380. (Chronica S. Petri habet 1386.) Conradus Episcopus Ratisponensis & Capitulum Pilgrino Archiepiscopo vendiderunt arcem Vtter, & turrim Engelsberg; Dominium item in Partnis ad Athesim, pro 18000. Vngaricis Ducatis, sub pacto de retrouendendo: cui pacto posteà Anno 1383. Iohannes Episcopus Ratisponensis, vnà cum Capitulo renunciauit, additis priori precio adhuc 8000. Vngaricis florenis, &c.

Eodem Anno, summum Templum Salisburgense, vnà cum campanis & organis, totoque adeò ornatu igne periit, & ferè media pars ciuitatis versus Chay exusta est.

Anno 1385. fusæ sunt duæ campanæ D. Virgilij & D. Virginis.

Anno 1386. tanta fuit inundatio aquarum Salisburgi, vt ea portam pontis penitùs destrueret; Durauit autem à festo Ioan. Bapt. vsque ad diem Processi & Martiani.

Anno 1387. die S. Virgilij, Fridericus Dux Bauariæ cepit Pilegrinum, Archiepiscopum Salisburgensem, cum aliquibus Militibus, eumque in Cœnobium Raitenhaslach deduxit; sed paulò pòst liberatus est.

Anno 1390. Pilgrinus Archiepiscopus emit à Georgio Episcopo & Capitulo Patauiensi arcem Mattsee, vnà cum Lacu, omnibus prædiis ac redditibus, ad eam spectantibus, pro 7000. pond. Vienennsibus; Iste contractus renouatus est per Georgium Episcopum & Capitulum Patauiense, nimirum quòd Archiepiscopo Gregorio vendiderit castrum Mattsee, cum pertinentiis, 15000. pond. Viennensibus, Anno 1398.

Præfuit Pilegrinus fideliter annis 32. mortuus est, Anno 1396. quinto Mensis Aprilis, ac sepultus in Sacello, quod ipse fundauit.

46. GREGORIVS Schenck de Ostervvitz eligitur Archiepiscopus, Anno 1396. Iste Gregorius Anno 1398. emit ab Hugone Goldecker ius coquendi salis, nomine Goldeck in Hällen, vnà cum officina salinaria, montibus & syluis illuc pertinentibus, quæ antea in feudum ab Episcopo tenebat, pro quibus illi dedit Dâchsenpach, quod posteà Hugo ex singulari beneuolentia in testamento Archiepiscopo legauit. Isti Goldecker fuerunt Pincernæ Archiepiscopatus Salisburgeñ. ipsorum fuit Gastein, & iurisdictio Werffen & Rastat. Præfuit Gregorius annis septem, mortuus est Anno 1403. sepultus ante Baptisterium, curauit etiam organum fieri in summo Templo.

Hoc Anno, sede vacante, facta est Salisburgi confœderatio per Prouinciales & Ministeriales Ecclesiæ Seculares, super aliquibus grauaminibus, quæ ipsis per Pilgrinum & Gregorium, proximos Episcopos, imposita fuerant; nempè ratione æris alieni contracti, steurarum, feudorum, violentiarum, despon-

satio-

ſationum filiarum inuitis Parentibus, malæ adminiſtrationis iuſtitiæ & ſimilium, &c. Ita vt nollent Succeſſori ac futuris Epiſcopis iuramentum fidelitatis præſtare, priuſquàm his oneribus liberarentur, & illis ob id per Epiſcopum & Capitulum caueretur; appenſa etiam ſunt confœderationi 50. ſigilla, inde ipſa Erinaceus, Ygl, vulgo appellabatur, ſequens Epiſcopus Eberhardus confirmat eodem Anno 1403.

EBERHARDVS tertius de Neuhauſen eligitur Archiepiſcopus, Añо 1403. ante ipſum intruſus erat Berchtoldus de Wáching, Epiſcopus Friſingenſis, per Bonifacium nonum conſecratus: Sed eodem anno mortuus eſt Bonifacius; & Succeſſor eius, Innocentius ſeptimus, Eberhardum de Neuhauſen conſtituit Archiepiſcopum, & electionem Capituli de eo factam confirmauit. 47.

ANNO 1417. Eberhardus erexit Aram D. Annæ, ædificauit item ædiculam venerabilis Sacramenti, ordinauitque lumen perpetuum & campanam feria ſexta pulſandam, vulgariter **den Anntleß leütten.**

ANNO 1418. fundatum & ædificatum eſt de nouo Sacellum ſancti Andreæ Salisburgi trans pontem, per Martinum Reiter, Iudicem ciuitatis Salisburgenſis, & Doctorem Iohannem Reiter, fratrem ſuum, & Iohannem Crafftonem, Canonicum ac Cuſtodem apud ſanctum Stephanum Viennæ Auſtriæ. Huius confirmatio facta eſt ab Archiepiſcopo Salisburgenſi Eberhardo, & Iohanne Reiſperger, Præpoſito.

ANNO 1425. confirmauit Eberhardus Miſſam S. Iohannis in Inberg, quam Ludouicus Tänckl, ciuis Salisburgeñ. fundauit.

ANNO 1427. die Priſcæ Virginis, obiit Eberhardus Archiepiſcopus, qui fieri curauit magnã Monſtrantiam, vt vocant, ſanctæ Annæ: In cuius ſuperiori parte tres viſuntur imagines, ex puro auro conflatæ, de Theſauro inuento, vt fama eſt in Inberg. Præfuit annis 24. ſepultus eſt in Sacello D. Annæ à ſe conſtructo.

EBERHARDVS de Starchenberg electus eſt Archiepiſcopus, Anno 1427. fuit vir habitudine corporis, pietate & vitæ caſtimonia inſignis, optimusque gubernator. Præfuit annis duobus, mortuus eſt quinto Idus Februarij, Anno 1429. ſepultus in Sacello S. Annæ. 48.

SCRIBVNT aliqui ipſum vnà cum Camerario ſuo veneno extinctum eſſe, eò quòd reformationem inchoare nitebatur.

IOHANNES ſecundus Reiſperger, electus Archiepiſcopus eſt, Anno 1429. 49.

ANNO 1438. emit iſte Iohannes dimidiam piſcationem in Stagno Zellerſee, ab hæredibus Nobilium de Kuchel, qui etiam, deficiente iſta Nobili familia, vendiderunt ſuam hæreditatem in prouincia Salisburgenſi, Epiſcopatui. Iohannes Archiepiſcopus moritur Anno 1441. vltima Septemb. ſepultus eſt in Sacello D. Martini, præfuit annis 12.

FRIDERICVS quartus, Truchſäs de Emerberg, Ioanni Succeſſit. Poſt obitum Ioannis, domini Capitulares, pretextu cuiuſdam veteris conſuetudinis, interſe diſtribuerant veſtes, & bona quædam defuncti Archiepiſcopi, ad quotidianum vſum pertinentia, & hoc ſede vacante. Quapropter ipſi in pœnas & cenſuras conſtitutionis Bonifacij octaui, Incip. quia ſæpe, de elect. lib. ſexto ignoranter inciderant, diſſenſione poſteà in electione ſuborta inter Capitulares, aliis Sigiſmundum de Volckenſtorf, Præpoſitum Salisburgenſem; aliis Fridericum Truchſäs Decanum eligentibus; Fridericus, ſui electione comperta, ſtatim miſit Baſileam ad Concilium pro abſolutione ſui & ſuæ partis Canonicorum, nec non pro confirmatione, quam non magnis expenſis obtinuit. Nam ſuffragia alterius partis fuerunt irrita, & ſic obtinuit Fridericus Archiepiſcopatum per concordiam. Compoſuit hic Eberhardus litem inter Leonhardum, Epiſcopum Pa- 50.

tauiensem, & Canonicos Patauienses, eorumque adiutores; Nempe Albertum Austriæ Archiducem, &c. propter electionem ortam; circa Annum 1432. de quo sub Leonhardo Episcopo, & apud Auent. lib. 7. fol. 819.

ANNO 1452. Fridericus hic vocatus cum multis aliis Principibus Landshutam ad Nuptias Ludouici Ducis Bauariæ, & Annæ Ducissæ Saxoniæ, Matrimonio eos copulauit, domino Ioanne Grienenvvalder, Episcopo Frisingensi, diuina solenniter celebrante.

EODEM Anno Vlricus Mörs, ciuis Salisburgensis, fundauit Missam S. Thomæ, cum 29. lib. denariorum.

FRIDERICVS Archiepiscopus moritur eodem Anno 1452. 30. die Aprilis, sepultus ante Aram S. Andreæ. Rexit Episcopatum annis decem.

51. SIGISMVNDVS primus à Volckenstorf, Præpositus Salisburgensis, fit Archiepiscopus, Anno 1452 fuit singularis Promotor pauperum, humilitate, vitæ & morum integritate maximè conspicuus; & propterea multis Principibus charus; literarum diuinarum lectioni maximè incubuit, Maximilianum Regem & Georgium Ducem Bauariæ è sacro fonte leuauit.

SVB HOC Episcopo castrum Goldeckerhoff/ post longam iudicialem disceptationem per sententiam adiudicatur Ecclesiæ Salisburgensi.

ANNO 1457. Sigismundus Archiepisc. fundauit, vnà cum Sacerdote Thoma Sintzenhauser, Missam S. Gregorij, in summo templo; Episcopus dedit 14. pond. Sacerdos 12. pond.

FVNDAVIT idem Sigismundus Missam D. Sigismundi & Colmanni. Moritur Anno 1461. 3. Nouembris, sepultus est in Sacello S. Colmanni, quod ipse fundauit, dotauit & consecrauit. Rexit annis nouem cum dimidio, reliquit ingentem Thesaurum in Camera. Monetæ tum pondus per Imperatorem Fridericum, hunc Archiepiscopum & Leonhardum Patauiensem imminutum, septima pars lucrifacta, nigra moneta, vt vocant, in albam permutata. In Boiaria quoque Ludouicus Dux, quintam partem argenti æri miscuit, & denarios, quos Schinderlingos vocant, percussit. In omnium rerum summa fertilitate, vilitateque annonæ, fame laboratum est. Nemo vinum, frumentum, aliúdue hoc ære vendere voluit. Veteres nummi à diuitibus coëmpti seruabantur, vulgus nouos duntaxat habebat & recipere cogebatur: Tandem Ludouicus Dux, abolita noua moneta, veterem ferire coactus est, Auent. lib. 7. fol. 833.

52. BVRCKHARDVS à Weispriach, Præpositus Salisburgensis, cui successit in Præpositura D. Fridericus Prancker, fit Archiepiscopus, Anno 1461. Iste in initio statim sui Archiepiscopatus ordinauit 12. Presbyteros, 6. Religiosos, 6. Seculares, qui præessent Choro Salisburgensi, & omnia ad diuinum cultum spectantia ritè exequerentur, dimissis Choralibus (vt vocant) qui primam Missam soliti erant canere apud S. Vergilium. Impetrauit etiam à Pio secundo, Pontifice Maximo, extinctionem Monasterij Monialium Ord. S. Augustini, prope Parochiam, eique præfecit prædictos Sacerdotes, vt ibi cibum caperent, & habitarent. Redditus annuus singulorum erat 70. floreni Rhenenses: Sed, quia Burckhardus Archiepiscopus non diu vixit, ista fundatio per Capitulum fuit abolita, Presbyteri dimissi & Chorales reuocati: Monasterium verò Monialium manet extinctum, desolatum, & posteà planè dirutum.

ANNO 1462. propter nimias exactiones, quas Burckhardus Archiepiscopus suis imposuit, orta est seditio rusticorum Montanorum, qui sese Archiepiscopo opposuerunt, multasq; arces & munitiones in Montanis locis occupârunt. Rogatus est Ludouicus, Bauariæ Dux, qui ꝑ suos Legatos inducias fecit, vsq; ad proxima Comitia prouincialia, in quibus lis ista integrè sopita est, mediatoribus, domi-

domino Georgio Haunsperger, domino Wilhelmo de Albm, domino Wilhelmo Trauner, Wilhelmo Turner, Hartmanno Nusdorffer, Marco Nusdorffer, rusticorum deputatis Patronis, &c.

EODEM tempore prædictus Burckhardus factus est Cardinalis Tituli S. Nerei & Achillei, qui, vt mos est Cardinalium, ingressus Templum, benedixit populo, postea celebratum est sacrum in Ara S. Rudperti, præsentibus Principibus. Chron. Salisb. p. 129. præsentē fuisse Ludouicū Bauariæ Ducē comemorat.

ANNO 1464. Burckhardus fecit ex Ecclesia filiali in Müln Collegium decē Sacerdotum: Curauit item fieri tabulam argenteam in Choro, ex 440. Marcis argenti, septem Vnciis. Dedit item Aurifici Wolfhardo Faust nouem Marcas & decem Vncias auri optimi, & vniones pretiosissimos ad faciendam Thecam, quam Monstrantiam vocant, pro circumferendo sacratissimo Corpore Christi; sed fuit morte præuentus Burckhardus, antequam absolueretur opus; Posteà eius Successor impignorauit aurifabro illam pro 668. florenis, quæ posteà iussu Capituli redempta fuit per Custodem, & deinde Crux aurea facta, continens auri Marcas decem ad Chorum, Anno 1492.

BVRCKHARDVS Cardinalis & Archiepiscopus, moritur Anno 1466. 16. Februarij, cùm rexisset Archiepiscopatum annis quatuor, sepultus est ante Aram D. Rudperti.

BERNHARDVS à Ror ex Austria, Plebanus Salisburgensis, electus est Archiepiscopus, Anno 1468. in festo S. Matthiæ Apostoli; deinde Dominica, infra octauam Corporis Christi, in ciuitatem introductus, præsente Sigismundo, Duce Bauariæ; Dominica sequenti per Episcopos, Frisingensem, Ratisponensem, & Gurcensem consecratus; & Dominica sequenti, frater Rupertus Keutzl per prædictum dominum Bernhardum in Abbatem S. Petri benedicitur. 53.

ANNO 1467. obiit dominus Fridericus Brancker, Præpositus, cui succedit dominus Caspar de Stubenberg.

ANNO 1471. Fridericus tertius Imperator Conuentum Principum Ratisponæ indixit, cui interfuit etiam Bernhardus Archiepiscopus Salisburgensis, vbi in publica audientia Principum Imperatori dormitanti dixit Orator Apostolicus: Serenissime Imperator, non huc veni, vt te à somno excitem, sed vt tibi currenti calcar adhibeam; minimè alioquin certè in administratione imperij dormitabat hic optimus Imperator.

ANNO 1473. in Vigilia Paschatis, Fridericus Imperator, vnà cum filio suo Maximiliano, Salisburgum venit, Augustæ Comitia celebraturus, de expeditione contra Turcos facienda; vbi tamen nihil actum est, sicut neque antea Ratisponæ. Confluxerunt ad eum quàm plurimi Principes; inter quos fuerunt Georgius, Sigismundus & Christophorus, Duces Bauariæ, qui omnes feria secunda Paschatis Danubio cum Cæsare abierunt.

HOC ANNO in vere tantus fuit æstus, vt circa festum S. Gertrudis, quasi omnes arbores florerent; Deinde in æstate montes ignem spirarent, & ex terra de radicibus arborum exiret ignis.

ANNO 1474. Dominus Iohannes Tulbeck, Frisingensis Episcopus, propter senectutem resignauit Episcopatum domino Sixto Tannberger, Canonico ibidem, & Electo Gurcensi, qui in die S. Paschæ Salisburgi ab Archiepiscopo Bernhardo in Choro consecratus est, astantibus sibi Bernhardo Chiemensi, & Sigismundo. Chron. Salisb. Salinen. Episcopis.

ANNO 1475. obiit Generosus dominus Hadmarus de Laber, Officialis & Decanus Salisburgensis, qui legauit in Testamento Archiepiscopo mille florenos, & Ecclesiæ Salisburgensi omnia sua vasa & Clenodia argentea: Ex quibus

bus posteà imago D. RVDPERTI facta est in pondere 100. Marcarum, & duodecim Vnciarum.

ANNO 1477. Maximilianus, Friderici Imperatoris filius, Archidux Austriæ, Salisburgium venit, profecturus ad nuptias, cum Maria filia Caroli Ducis Burgundiæ celebrandas.

EODEM anno, obiit Reuerendus in Christo Pater, dominus Bernhardus de Kraiburg, Episcopus Chiemensis, Doctor & Pater deuotissimus, cui successit D. Georgius Altorfer, Cancellarius Curiæ Salisburgensis, Landshutæ natus.

ANNO 1478. 24. Octobris, obiit Reuerendus Pater, dominus Casparus à Stubenberg, Præpositus Ecclesiæ Salisburgensis in Muravv, mortuus in itinere, quod susceperat gratia visitandi Imperatorem in Grätz, cuius Consiliarius erat; deportatus est Salisburgum, & sepultus in Capitulo, cui successit Christophorus Ebron, Canonicus Salisburgensis, die 9. Nouembris.

ANNO 1479. Reuerendissimus in Christo Pater & dominus Ansias, Tituli S. Sabinæ montis regalis Presbyter Cardinalis, Salisburgum venit, visitaturus Imperatorem Viennæ, in caussa resignationis Archiepiscopatus, de qua posteà: Vnde reuersus est in Vigilia S. Bartholomæi, & iuit Augustam & Norinbergam ad Principes Germaniæ, cum quibus egit de causa Turcorum.

EODEM anno, in bello quod Archiepiscopus contra Fridericum Imperatorē gessit, impignorauit Matthiæ Vngariæ Regi totum Vicedominatum in Friesach cum castris & vrbibus, quæ ille per vndecim annos tenuit; Redempta posteà tempore Friderici Archiepiscopi, & ad Ecclesiam reuersa præter Gmunden.

BERNHARDVS iste Archiepiscopus fuit homo quietus & tranquillus, propterea onerum ferendorū impatiens, cogitauit de resignatione Archiepiscopatus, eoq; magis, quòd Turci excursionibus deuastarent terras Ecclesiæ Salisburgensi subiectas, & vexaretur ipse etiam ab Imperatore & vicinis Principibus. Elegit itaq; dominum Sixtum à Tannberg, Episcopum Gurcensem designatum, qui posteà factus est Episcopus Frisingensis. Quod cùm Imperator Fridericus intellexisset, vocat Archiepiscopū ad sese in Volckenmarckt, & petiit ab ipso, ne sine suo consensu Episcopatū resignaret. Fuit his temporibus apud Matthiam Vngariæ Regem quidā Archiepiscopus Strigoniensis, nomine Iohannes Vratislauia oriundus, qui paulatim plurima beneficia in Vngaria adeptus fuerat; homo sagax, multarum linguarum peritus & prædiues. Hunc Imperator ad sese Viennā, inscio Rege Vngariæ, allexit, vendiditq; ei magna pecuniæ sum̄a totum Dominium Steir, cum pluribus Castris, perpetuis temporibus possidendum. Interea, post aliquot annos, Bernhardus Archiepiscopus misit ad Imperatorem, D. Gebhardum Peuscher, Equitem & Capitaneum Salisburgensem, vulgariter Landtshauptmann dictum, qui illum certiorem faceret de resignatione Episopatus: Imperator voluit in illius locum substituere Iohannem prædictum, Archiepiscopum Strigoniensem, atq; vt res in occulto maneret, vocauit ad sese Bernhardū in oppidum Grätz, quasi consultaturus de bello Turcis inferendo; ibiq; in præsentia Iohannis Archiepiscopi Strigoniensis, D. Balthasari de Weispriach, & D. Gebhardi Peuscher, exclusis cæteris Consiliariis, cum Bernhardo de resignatione Iohanni facienda egit, quæ omnia Bernhardus in præsentia iam nominatorum scripto confirmauit. Cùm verò Bernhardus posteà mentem Imperatoris suis aliis Consiliariis aperuisset; illi, audita petitione Imperatoris; rem cum magno Ecclesiæ Salisburgensis periculo coniunctam esse dicebant, &, vt negotium priùs cum Capitulo ac statibus Prouincialibus communicaret, sedulò hortabantur: Hic quàmprimùm domum reuersus, conuocatis Capitularibus & Prouincialibus caussam proposuit.

INTER-

INTERFVERVNT Concilio Legati Imperatorij, Comes Schaffridus de Leiningen, Bernhardus de Scherffenberg, M. Iohannes Kelner, Procurator Fiscalis; cumq; maxima pars Prouincialium Bernhardum obnixè rogarent, vt Episcopatu, quem semel susceperat tuendum, diutius fungeretur, eiq; suum obsequium denuo offerrent, Bernhardus ipsorum precibus victus consensit. Imperator per Legatos de tota re certior factus, ob tam insignem contumeliā, omnes munitiones & castra ad Ecclesiā Salisburgen. pertinentia, in Ducatibus Austriæ & Stiriæ occupauit, Tackenpeunt & Vanstorf funditus euertit. Bernhardus Archiepisc. cùm ei resistere non posset, fœdus iniit cum Matthia Rege Vngariæ, tunc hoste Cæsaris, eiq; omnes arces & ciuitates, quæ ab Imperatore nondū occupatæ erāt, in tutelam tradidit. Hinc ex vtraq; parte rapinæ, cædes & vastationes sunt subsecutæ: Tandem Bernhardus, multis acceptis damnis, Viennam iuit ad Imperatorem, & pluribus renitentibus Episcopatum resignauit, & Iohannem Strigoniensem Archiepiscopum secum Salisburgium, in Vigilia Epiphaniæ, adduxit.

ANNO ergo 1482. 14. Ianuar. in præsentia duorum Capitularium & Prouincialium, cessit administratio Ecclesiæ Salisburgensis Iohanni Strigoniensi Archiepiscopo; ita tamen vt recuperaret Ecclesiæ Salisburgensi dominia ac bona, in hac dissensione amissa; & Capitulum vnà cum Prouincialibus à iuramento, quod dederant Regi Vngariæ, per Bernhardum absolutum est, excepto Christophoro ab Ebron, Præposito, qui voluit fidem Matthiæ Regi Vngariæ datam seruare, & propterea exulabat vsque ad finem vitæ suæ in Halmberg & Muldorf, obiitq; Anno 1491. 20. Ianuarij, sepultus in Capitulo Salisburgensi. Per istam cessionem, Bernhardus mitigauit aliquo modo iram Imperatoris: Certè isto casu Ecclesia Salisburgensis magnam rerum suarum fecit iacturam, quæ plus quàm centum mille Ducatorum æstimata fuit.

IOHANNES Strigoniensis pòst Salisburgensis Archiepiscopus factus est, Anno 1482. Iste, vt damna & impensas, quas Salisburgensis Episcopatus antea fecerat, resarciret, nouum vectigal instituit, ex sale, de quo singulis annis plus quàm 4000. florenos sustulit. 54.

EODEM tempore impetrauerunt ciues Salisburgenses ab Imperatore Friderico, consentiente Episcopo Iohanne, ius creandi singulis annis Consules & Magistrum ciuium, quibus anteà carebant. Rex Vngariæ Matthias ex Castris, quæ in tutelam à Bernhardo Archiepiscopo acceperat, præsertim Castro & vrbe Friesach, cum Vicedominatu illius decedere noluit; eò quòd Bernhardus sine ipsius consensu Imperatori reconciliatus fuerit, eique datam fidem fregerit. Idcirco Castra ea retinuit, vsque dum vixit, quæ post ipsius mortem per Fridericum Archiepiscopum demum recuperata sunt, &c. Ipse Bernhardus in Titmoning profectus est, nihilominus priorem titulum vsurpans, & in arce illa reliquum vitæ exegit, in qua Anno 1487. ictus Appoplexia obiit. Auectus est inde Salisburgam, & in summo Templo, coram altari D. Virginis sepultus, cùm rexisset annis 21.

MORTVO iam Bernhardo, Domini Capitulares postulârunt, vigore suprà allegatæ prætensæ consuetudinis, vestes defuncti Archiepiscopi, quas cùm Iohannes iste illis dare recusâsset, maior pars Capitularium, nempe Sigismundus Hohenecker, Rudolphus Kienberger, Christophorus Notthafft, excesserunt vrbe ad Christophorum Ebron, ipsorum Præpositum, qui tùm in Muldorff exulabat, eumq; in Episcopum elegerunt: Nullus itaq; Canonicorum in vrbe remansit, præter Decanum, Andream Mautner de Katzenberg, & Fridericum Comitem de Schaunberg, Plebanum, qui non consenserant in illorum electionem; Sed & Canonici illi vnà cum Præposito electo fuerunt posteà excommunicati.

IOHANNES Archiepiscopus ex mandato Imperatoris duas Legationes susceperat: Vnam in Burgundiam & Brabantiam ad Maximilianum Imperatoris filium; Alteram ad Principes Imperij, pro eiusdem Maximiliani electione, in Regem Romanorum, fecitque tùm magnos sumptus, sine tamen detrimento Ecclesiæ Salisburgensis; Et si ipsi vita suppeditâsset longior, maximo emolumento fuisset eidem Ecclesiæ: Erexit multa ædificia, & collapsa vetera reparauit; Reliquit multa Clenodia & vasa aurea & argentea, quæ secum ex Vngaria attulerat; Dono dedit item Choro summi Templi Crucem auream, valentem septem Marcas auri, pretiosissimis lapidibus ornatam; Item infulam gemmis intertextam. Mortuus est, Anno 1489. Mense Decembri, Ictericus & Hydropicus, sepultus ante Aram S. Rudperti, præfuit Annis septem, Menses vndecim.

55. FRIDERICVS quintus, Comes à Schaunberg, Plebanus Salisburgensis eligitur Archiepiscopus post mortem Ioannis, per venerabiles Patres, D. Rupertum, Abbatem sancti Petri, Iacobum, Abbatem sancti Michaëlis in Beurn, & Magistrum Leonhardum Angerer, caussarum Procuratorem, in quos suprà dicti, Decanus & Parochus Salisburgeñ. soli ibi residentes, reliquis Canonicis, vt dictum est, èxulantibus compromiserant; Confirmatur clementissimè à Summo Pontifice, & Anno 1490. Dominica Iubilate, intrauit ciuitatem, &, vt mos est, benedixit populo; sequenti die accepit iuramentum à suis, à Prouincialibus & ciuibus; Dominica Cantate à Gregorio Episcopo Chiemensi consecratur, in præsentia Seccouiensis, Lauentinensis & Salent. Episcoporum.

ANNO 1493. die 19. Augusti, in funere Imperatoris Friderici, cùm iste Fridericus exequias cecinisset, Viennæ apud sanctum Stephanum, à Maximiliano Romanorum Rege regalia magna cum solennitate accepit, quæ antea ab ipso Imperatore Linzæ bis petierat Archiepiscopus Fridericus, nec tamen impetrauerat.

ANNO 1494. die 4. Octobris, Fridericus Archiepiscopus Hydropicus moritur. Redemit iste Fridericus supradictum Vicedominatum Friesacensem à Stipendiariis Regis Vngariæ Matthiæ, qui Anno 1490. obierat. Rexit Fridericus Annos quatuor, Menses decem, sepultus est in Sacello S. Annæ.

56. SIGISMVNDVS secundus ab Holeneck, Decretorum Doctor, Magister Hospitalis, fit Archiepiscopus, Anno 1495. die 16. Octob. die 15. Nouembris, fuit per Alexandrum sextum confirmatus: Deinde, sexto die Februarij anni sequentis, intrauit ciuitatem, benedixitque populo. Posteà, quinta Dominica post Epiphaniam, à Gregorio Episcopo Chiemensi, præsentibus Episcopis, Patauiensi, Lauentinensi, Seccouiensi & aliis Prælatis, est consecratus.

EODEM ANNO, Sigismundus Wormatiam profectus est, vbi Roman. Rex, & alij Principes Comitiis intererant; habebat secum comitem itineris, D. Gregorium, Episcopum Chiemensem, qui vix Salisburgo egressus, in ponte fluuij Sala Apoplexia ictus, & reductus Salisburgum, mortem obiit: Die quinto pòst, Archiepiscopus de ipsius morte certior factus; die sancti Floriani in Pruck, propè Fürstenfeldt, contulit Episcopatum Chiemensem D. Ludouico Ebmer, Præposito sancti Zenonis, & Officiali Curiæ Salisburgensis, quem postmodum secum Wormatiam duxit: Die autem Corporis CHRISTI, qui fuit 18. Iunij, Maximilianus Romanorum Rex contulit Regalia Ecclesiæ Salisburgensis Sigismundo Archiepiscopo, in camera Curiæ Episcopalis, coram Electoribus & multis Principibus. Finitis paucis diebus, Sigismundus Archiepiscopus, propter debilitatem corporis, iter SALISBVRGIVM versus arripuit, sed inualescente morbo in oppido Müldorff mortem obiit, tertio Iulij, Anno 1395.

Ductus

Ductus est SALISBVRGIVM, & sepultus ante Aram sanctæ Crucis, cùm rexisset Ecclesiam post consecrationem Mensibus quinque, diebus quinque.

LEONHARDVS à Keutschach eligitur Archiepiscopus, Anno 1495. 7. Iulij. Iste Anno 1460. cùm esset adhuc Iuuenis, venit in Monasterium Oberndorff in Carinthia, prope Wolckenmarckt; ibi fuit ab anno probationis vsque ad Annum 1461, factaque professione, mansit in eo statu vsq; ad Annum 1467. ibi fit Oeconomus Monasterij; posteà Anno 1473. creatus est Præpositus ad D. LAVRENTIVM. Eo munere functus est Annis octo, vsque ad Annum 81. Quo Anno electus est, die sancti EGIDII, Præpositus dicti Monasterij Oberndorff: Ei dignitati præfuit Annis nouem, vsque ad Annum 1490. Ibi Monasterium & Præposituram, quæ per ignem cælitus incensa conflagrârant, instaurauit, & ab irruptionibus Turcorum egregiè defendit. Cùm verò Præpositura Salisburgensium, partim dissensione Capitularium, partim bellis intestinis exhausta, in potestatem cuiusdam Cardinalis Galli deuenisset; ipse Leonhardus Romam profectus, eam fauore Imperatoris Friderici tertij 3000. floren. è manibus Cardinalis redemit, eamque multis honorariis & Clenodiis auxit & ornauit; Cumq; Præposituram Annis octo laudabiliter rexisset; tandem consensu Capituli Reuerendo admodum in Christo Patri, D. Rudolpho à Kienburg, Canonico & Plebano Salisburgensi, eam contulit.

57.

ANNO 1498. Leonhardus Archiepiscopus omnes Iudæos, quorum fraude & auaritia pauperes non mediocriter grauabantur, Salisburgo & tota ditione Salisburgensi expulit, & seuerè statuit ne cuiquam Iudæo, vel vsurario commorandi facultas inter suos præberetur; posthabitis etiam vectigalibus, quæ Iudæi singulis Annis Cameræ Episcopali pendebant.

ANNO 1500. quidam ciues primarij Salisburgenses, facta conspiratione, eximere sese conati sunt Iurisdictioni Episcopatus; sed Leonhardus, cognitis ipsorum consiliis, inuitauit illos ad sese, tanquam conuiuio excepturus: Quos cepit, captiuosque iussit in Arcem deduci: statuerat enim ipsos pœna capitis afficere. Sed interuentu & intercessione quorundam Magnatum, qui fortè fortuna aduenerant, certis conditionibus illis vitam concessit.

MAGNIS beneficiis iste Archiepiscopus Ecclesiam Salisburgensem cumulauit, multa prædia ab Episcopatu bellis abalienata & direpta redemit & instaurauit.

DECIMAS & alias possessiones in Vicedominatu Leibnitz, plusquàm 22000. floren. redemit: Similiter & Gmund, solutis Regi Romanorum Maximiliano 30000. floren. in potestatem Episcopatus redegit, vbi & Arcem, quæ incendio perierat, iterum erexit, nouumque Dominatum de Rupa, à generosis Dominis de Weispriach 7000. floren. emptum, Episcopatui adiecit; Castrum item Stall, cum omnibus ad id pertinentibus, Dominis de Graben quondam oppignoratum, à Domino Vergilio de Graben redemptum, Archiepiscopatui denuo incorporauit.

PRÆFECTVRAM Vandorff à Friderico Hofman, Dominium Wildeneck cum omni Iurisdictione, Monasterium Mansee, cum oppido ibidem & S. Wolfgango, à Romano Rege Maximiliano 12000. floren. emit: Dominia Vogtgericht Müldorff, Item Hochgericht prope Müln, Ducibus Bauariæ impignorata, ab Illustrissimo Duce Wolffgango, Tutore Illustrissimorum Ducum Bauariæ, Wilhelmi, Ludouici, Ernesti, &c. 9000. floren. Vngaricis, Archiepiscopatui acquisiuit: Insuper Arces quasdam in Ducatu Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ, vetustate penè conuulsas, reparauit: Ex quibus sunt Traismaur, Frisiacum, Leibnitz, Lanndsperg, Dackenprunn, Stein, Oppidulum ad S. Andream in valle

Laurentina, Altenhouen, Lebenavv, Stauffeneck, &c. Vinaria quoque in Rastat fieri, & montem vulgò Ratstatter Thaurn/vt onustis curribus iter præberet, præparari curauit; vulgò die Werck/prope flumen Salzach ab Hallen, vsque in Ditmoning, noua itinera Hirschpunt/versùs Rauris, Dächsenpach, magnis impensis fieri curauit; signauit quoque florenos Vngaricos & Rhenenses ex auro optimo: Item grossos & obulos argenteos in iusto valore & pondere.

ALTARE S. Rudperti, in Choro summi Templi, multis pretiosis Clenodiis, ex verè Archiepiscopali munificentia & liberalitate decorauit.

ARCEM firmissimam ciuitatis Salisburgensis muniuit fossa, aliaque insignia ædificia in ea extruxit, & duo Sacella ædificauit, quæ ipse consecrauit: Quæ omnia plusquàm 26300. floren. constitere: Castellum & ciuitatem Pettavv, quæ in bello Vngarico Matthiæ Regis Vngarorum & Friderici Imperatoris, in potestatem Friderici & filij Maximiliani venerant, à Maximiliano, singulari visus prudentia 20000. florenis Episcopatui iterum asciuit.

CASTRUM Vter in Comitatu Tyrolensi situm ab Imperatore Maximiliano redemit; Altare S. Hieronymi in summo Templo propriis sumptibus fieri instituit, Missamq; perpetuam in eo fundauit; cui de omnibus necessariis calicibus, patinis & reliquis ornamentis copiosissimè prouidit.

ANNO 1519. Leonhardus Archiepiscopus, cùm laudabiliter & verè paternè Episcopatui præfuisset Annis 24. moritur in Arce Salisburgensi, feria tertia post festum Erasmi, sepelitur in Sacello D. Hieronymi. De Leonhardo isto ac successore eius Matthæo Maximilianus Cæsar facetè admodum fertur dixisse, habere se duos Capellanos, quorum alterum non possit exhaurire, alium verò non replere, alludens ad huius parsimoniam, & alterius sumptuositatem, &c.

58. MATTHÆUS Lang à Wellenburg, peruetusta Patriciorum Augustanorum familia natus, Præpositus primùm Augustensis, deinde Gurcensis Episcopus, factus posteà Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Maximiliani Imperatoris intimus Consiliarius, fit Archiepiscopus, Anno 1519. Fuit Vir singularis prudentiæ & doctrinæ, magnificus, beneficus, & maximè hospitalis, qui de omnibus infimis pariter ac summis benè mereri studuit, & propterea apud omnes Principes Germaniæ, præsertim apud Maximilianum Imperatorem, cuius intercessione ad hunc Episcopatum peruenit, magna valuit authoritate.

ANNO 1523. Dissensio inter ciues & Archiepiscopum facta est, eò quòd ciues noluerint illi debitam obedientiam præstare: Quod cùm intellexisset Archiepiscopus, clàm in Comitatu Tyrolensi conductis militibus, quibus præfecit Leonhardum à Vels, ad Grâding castrametatus est: Quare ciues consternati mittunt ad eum Legatos, orantque veniam & pacem; Archiepiscopus instructa acie ciuitatem ingressus, supplices omnes in fidem recepit: Quod posteà latinum bellum, Germanicè der Lateinisch Krieg dictum est.

SUB hoc Matthæo orta est seditio Rusticorum & Ciuium, qui Episcopatui parebant, propter quendam capitis supplicio affectum, nomine Stöckl, qui vna cum aliis per vim eripuerat Archiepiscopo Sacerdotem, quem aliena à fide Catholica docentem Matthæus Archiepiscopus iusserat perpetuæ custodiæ tradi: Isti tumultus sedati posteà sunt, mediante Ludouico Duce Bauariæ, tt. Anno 1526. †

Hoc Anno, 16. Nouembris, obiit D. Rudolphus à Kienburg, Præpositus, & Archidiaconus Salisburgensis, sepultus in ambitu, Vir omnium virtutū splendore ornatus, diuini cultus & Christianæ religionis diligentissimus obseruator, in oratione feruentissimus, in celebrando frequentissimus; ei substitutus est D. Balthasar à Lamberg, Canonicus, Decanus & Officialis curiæ ibidem.

RUSTI-

RVSTICI iterum violata fide, quam Domino suo dederant, seditionem moliti sunt; sed illis Archiepiscopus 13. signis militum occurrens, dispalauit & prostrauit ipsorum agmen. Multa præclara ædificia in Aula & Arce ciuitatis construxit, plantauit idem vineam, quæ respicit pratum Abbatis S. Petri, eamq; omnis generis exoticis arboribus locupletauit. Mortuus est Anno 1540. feria tertia paschali, cum vixisset Annis 72. & præfuisset Ecclesiæ Salisburgensi Annis 20. & 10. Menses, sepultus est in summo Templo ante Aram D. Rudperti.

59. ERNESTVS Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, Alberti & Kunegundis, Friderici Imperatoris filiæ proles, à Iohanne Auentino Historico rudimenta bonarum literarum percepit, Iasonem Maynum Ticini paucis diebus audiuit, Mathematicas disciplinas amauit: Rerum fossilium & Metallicarum tantam est assecutus notitiam, quantam in tota Germania quiuis alius.

FVIT Patauiensis Episcopatus Administrator; Posteà, Matthæo Lango mortuo, factus est Archiepiscopus Salisburgen. Anno 1540. impetrauit pallium à Paulo tertio summo Pontifice, per suos Nuncios, qui fuerant de Capitulo, Wilhelmum de Trautmansdorff & Eberhardum de Hirnhaim, Canonicos, Christophorum Trauner ex Nobilibus, & Bertholdum Tenn ex ciuibus. Fuit Princeps placidissimus & laboriosissimus, qui die & nocte supplices suorum libellos legit, decreuit, decreta etiam nonnunquam Amanuensibus ipse dictauit, summaque tranquillitate prouinciam, sine exactionibus & grauaminibus, administrauit annis 14. † Cùm verò natura propensior esset ad res domesticas procurandas, quàm spirituales obeundas, maioresque Ordines suscipere nollet, nec longiorem dispensationem à Summo Pont. impetrare posset; tandem Anno 1554. Episcopatum Capitulo Salisburgensi liberè resignauit. uu.

ISTE posteà Ernestus in Comitatum Glatz, in Bohemia, nuper à se ex proprio patrimonio emptum, profectus. Ibi vixit vsque ad Annum 1560. quo mortuus est Mense Decembri: Reuectus posteà Monachium, apud Maiores suos sepultus est. Multis ille pretiosis vestibus & Casellis, ad rem sacram faciendam necessariis, Ecclesiam Salisburgensem, pio erga Catholicam religionem affectu auxit. Auxit item stipem 12. Vicariis & 6. Choralibus; illis 5. his verò duob. florenis singulis Angariis, cum certis ac perpetuis redditibus.

60. MICHAEL à Khienburg, Carinthius, Canonicus Salisburgensis & Patauiensis, Vir pietate, vitæ castimonia, doctrina & beneficentia in omnes, præsertim in pauperes & studiosos insignis, factus est Archiepiscopus, Anno 1554. Eodem Anno impetrauit Pallium Romæ.

ANNO sequenti die Trium Regum, intrauit Vrbem Salisburgensem, more solito: Interfuit binis Comitiis Augustanis, sub eo tametsi multa Nobilitate, aliisque splendidam Aulam haberet; nihilominus res Salisburgensis Ecclesiæ mirum in modum creuerunt, & ex fodinis Metallicis ita auctæ sunt, vt vix multis retro Annis vnquam.

MVLTIS præclaris ædificiis Aulam & ciuitatem illustrauit & ampliauit. Dum autem ex Bauaria à venatione, ad quam ab Alberto Duce Bauariæ Geysoueldam vocatus fuerat, domum properaret, in itinere, non procul ab illo vico in mediis campis, Apoplexia extinctus est 17. Nouembris, Anno 1560. Corpus Salisburgum allatum, cum maximo omnium planctu exceptum, & honorificè sepultum est ante Aram D. Rudperti. Rexit Annis sex.

61. IOHANNES IACOBVS Khuen Tyrolensis, Decanus Brixiensis, & Canonicus Salisburgensis eligitur concordibus votis Canonicorum, 26. Nouembris, eodem Anno 1560. confirmatur, sequenti Anno, ac per Wolffgangum Patauiensem Episcopum Pallio à summo Pontifice misso decoratur. Tentauit,

eodem

eodem Anno in Decembri, Alueum salsæ fluminis, apud Goldingum oppidulum, inter horridas rupes nimis angustum dilatare ac nauigabilem facere, & hoc non sine magnis sumptibus, sed ob loci asperitatem, precipitisque Catharactæ difficultatem frustra, &c. Anno 1562. arcem Werffen loco natura munitissimo, ex antiquis ruinis vindicandam statuit, eamque ita extruxit, ac tormentis bellicis communiuit, vt hostiles etiam maximos impetus sustinere possit. Eodem Anno, conuocatis Episcopis, Frisingensi, Ratisponensi, Patauiensi, Brixinensi, ac cæteris Suffraganeis, cum illorum, nec non Alberti Ducis Bauariæ Legatis Salisburgi de legatione ad Concilium Tridentinum consultatum est, eoque missi sunt in Aprili, Hercules Retinger, Episcopus Lauentinus, Felicianus Ninguarda tùm Theologus, nunc Episcopus Scalensis, & Apostolicus Nuncius, & Iohannes Baptista Ficklerus, eo tempore Secretarius, iam verò I. V. Doctor & Consiliarius Saltzburgen. Vir doctus & Catholicus, qui Annales Salisburgenses sui temporis diligenter colligit, ac mihi quædam communicauit; ex quibus, quæ ad hunc Archiepiscopum pertinent, pro ipsius honore excerpta, & hîc breuibus annotata sunt. Communicauit mihi idem Doctor Ficklerus peruetustum librum, in membranis scriptum, veterum diplomatum ac traditionum Monasterij Admuntensis, cuius in hoc opere etiam aliquando fit mentio, &c.

INTERFVIT hic Archiepiscopus Comitiis Augustensibus Anni 1566. nec non conuentui Electorum Ratisponæ Anni 1576. In quo Rudolphus Rom. Rex electus est, nec non sequentibus Comitiis, in eadem Ratisponensi vrbe, Anno, &c. 77. celebratis, non solùm Austriacis Principibus Rom. Imperatoribus ac Regibus: Verùm Etiam Electoribus ac cæteris, præsertim Augusto Electori Saxoniæ & Alberto Bauariæ Duci, cuius ferè omnes Nepotes ex filio Wilhelmo propria manu baptizauit, acceptissimus. Anno 1567. die 30. Iulij, flumen Salsa duarum noctium vniusque diei imbribus vsque ad vesperam ita excreuit, vt pontem, qui vrbem Salisburgensem suburbio iungit, cubito altiùs superârit, quem aquarum vis, nisi ingenti robore tam arcte connexus ac maximo pondere grauatus foret, planè sustulisset: Ex inundatione ista innumerabilia damna facta, tùm in hominibus, quorum non pauci perierunt, tùm in iumentis, ædificiis, agris, pratis, hortis, lignis, septis riparum, munimentis & aliis, præsertim apud Hallulam oppidum supra Salisburgum; vbi officina Salis coquendi destructa atque ingens copia parati Salis submersa periit, quæ omnia damna vltra valorem centum mille aureorum æstimata sunt; obseruatum tum est, ipsam dictionem DILVVIVM, huius Anni inundationem penè indicare, cùm ex eius literis, quæ omnes numerales sunt, hic Annus 1567. colligatur, &c.

HOC ipso Anno 17. die Octobris, circa meridiem Salisburgi, ventus vehementissimus exortus, per noctem in diei sequentis meridiem durans, non solùm pleraque tecta detexit; verùm etiam ædificia grauiter concussit, aliqua diruit, & cùm flatu turbinoso ac calido niues alpium non pridem proiectæ resoluerentur, concurrentibus vndique torrentibus, flumina, inter quæ & Salsa, iterum adeò excreuerunt, vt riparum aggeres nuper maximis sumptibus ac laboribus refectos denuo deuastârint, deniq; parum minoris damni, quàm superior attulerit inundatio.

ANNO 1569. die 15. Martij, Synodus Salisburgi congregata est, cui interfuerunt, Ernestus Bauariæ Dux, Administrator Episcopatus Frisingensis, Vrbanus Episcopus Patauiensis: Item Brixinensis, Gurcensis, Seccouien. & Chiemensis, Episcopi; præterea multi alij Ecclesiarum Prælati & Abbates.

PORRO 14. Iunij eodem Anno, ob frequentes & grauissimos imbres, à Kastino alpium oppidulo aquis maximo impetu erumpentibus, 51. domus sublatæ ac solo æquatæ sunt, desideratis plus 200. hominibus. ANNO

ANNO 1570. circiter octauum diem Iunij, in quibusdam locis Salisburgensis Archiepiscopatus & Bauariæ de cœlo miraculose frumentum pluit, præsertim in Præfectura Alten Thann tribus milliaribus à Salisburgo, versùs Austriam; Item Maurkirchij, vico Bauariæ, non procul ab Oeno: Item in Vico Riedensi, aliisque non nullis locis, grana frumenti simillima boni saporis, corticis subtilis adeò, vt quicquid substantiæ haberet, totum in se farinam contineret, quod & molendo expertum est: Circa eadem tempora summa fuit annonæ caritas, famesque passim; præsertim in Carinthia, Styria & Austria, terris aliàs feracissimis frumenti.

ANNO 1571. tertia die Augusti, Ditmoning ad Salsam situm oppidum ditionis Salisburgen. noctu fulmine tactum, igne inextinguibili, paucis exceptis ædiculis, in loco excelsiore sitis, ferè totum miserè periit. Pestis quoque tùm Salisburgi, tum aliis eius ditionis locis grassatur, multis hominum millibus absorptis, Archiepiscopus ad Müldorff confugit.

ANNO 1572. 6. Iunij flumen Salsæ iterum inundauit, vt plus quàm viri altitudine inundationum superiorum signa vinceret, nimia scilicet imbrium frequentia maxima damna hominibus, iumentis, ædificiis & aruis inferens; quæ posteà maximis sumptibus instauranda fuerunt.

ANNO 1573. die 26. Augusti, Salisburgi iam secundò collecti sunt Suffraganei ac Prælati prouinciæ ad Synodum, in qua constitutiones illæ compositæ, quæ Typis mandatæ sunt; hæc die 3. Septembris finitur.

DIE 13. Nouembris, Salisburgi Cometa apparuit aspectu grandis & terribilis.

DIE 26. eiusdem ad oppidum Hallense supra Salisburgum, in Mineris salinariis, intra Montis viscera 6300. pedes ex solido salinario lapide excisus est Vir, ex omni parte integer, cum barba, superciliis, crinibus, vnguibus & vestibus quoque in consumptis, capite nonnihil compressus, carne consolidata & exiccata, staturæ nouem spitamarum: Constitutum erat hunc Salisburgum deferri, vt ibi ob rei mirandæ perpetuam memoriam seruaretur; sed cùm Cadauer hoc per aliquot septimanas aëri expositum, diffluere ac corrumpi inciperet, terræ conditum fuit. Coniectum est, hunc ante hominum memoriam inter fodendum casu quodam absorptum huc vsque delituisse.

IDEM Archiepiscopus iam inde propemodum ab initio sui regiminis, montem illum, qui supra Hallulam est, & Dirrenpach appellatur, indicibili sumptu, propter eruendam salis materiam suffodi, atque per aliquot millia pedum spacium, per solida Saxa meatu, vsque ad salis mineras excindi curauit, quo loco Mons Iohannis Iacobi nunc vocatur. Aulam quoque Episcopalem in Vrbe Salisburgensi multis nouis ac splendidis ædificiis exornauit.

VIAS ad Salsam fluuium per angustias inter Goldingum & peruiam, id est, Werfen, & vlterius ad Ferciam flumentum rapidissimũ, qua valle peruia Rastadium itur, per durissima Saxa ampliauit, produxitq; maximis laboribus & expensis. Multo autem maioribus nouam per montes Arulę maioris excindi fecit.

ANNO 1579. in festo S. Matthiæ Apostoli, qui fuit dies 24. Februarij, D. Archiepiscopus apoplexia corripitur, dum à prandio in cœnaculo Aulico comœdiam auscultat.

ANNO 1580. 18. die Iulij vnanimi consensu Capituli electus & datus est Archiepiscopo coadiutor D. Georgius à Kienburg, Canonicus ac Præpositus ibidem, Vir iuxtà pius, doctus ac exemplaris, vt hic quotidianis ac grauioribus negociis præesset, ac decumbens Archiepiscopus minus molestaretur. Confirmata est hæc electio à Sede Apostolica, atq; electus propter maiorem commoditatem in curiam Episcopalem hoc 1581. anno commigrauit, quo ipso anno in autumno

autumno ego vtrumque, cùm Salisburgi essem, officiosè visitaui, deprehēdique in Archiepiscopo defectum quidem sinistræ manus ac pedis; verùm aliâs intellectum integrum ac linguam in respondendo ac interrogando adhuc prò qualitate satis expeditam. Omnipotens vtrique suam gratiam diutiùs viuendi ac benè gubernandi præstare velit. Amen.

XX.

Præpositorum summi Templi Salisburgensis Catalogus.

1. HERMANNVS *primus Præpositus Salisburgensis moritur, Anno 1119.*
2. GEBNO *obiit Anno 1136.*
3. HVGO *obiit Anno 1170.*
4. SIBOTO *obiit Anno 1184.*
5. GVNDACHERVS *moritur Anno 1196.*
6. BERTOLDVS *Romæ moritur Anno 1200.*
7. BERNHARDVS *olim Præpositus de Berchtensgaden, posteà Salisburgensis, eo ipso Anno resignat Præposituram, 5 Idus Augusti in Rastat.*
8. ALBERTVS *Chiemensis Præpositus resignat Præposituram Anno 1212.*
9. OTHO *factus Episcopus Gurcensis, Anno 1212.*
10. ADALBERTVS *moritur Anno 1219.*
11. ADALBERTVS, *Salisburgensis Ecclesiæ Custos & Canonicus, qui Anno 1232. Episcopus Chiemensis creatur.*
12. CHVNO, *Decanus Salisburgensis Ecclesiæ obiit Anno 1242.*
13. OTHO *Canonicus Salisburgensis obiit Anno 1262.*
14. FRIDERICVS *de Wallen factus posteà Archiepiscopus Salisburgensis, Anno 1270.*
15. HEINRICVS *Præpositus Salisburgensis factus posteà Episcopus Seccouiensis Anno 1292.*
16. FRIDERICVS *de Mitterkirchen, antea Decanus eiusdem Ecclesiæ, qui eodem Anno 1292. fit Episcopus Chiemen.*
17. HELMBLICVS *obiit Anno 1307.*
18. WICKHARDVS *de Polhaim factus Archiepiscopus, Anno 1312.*
19. FRIDERICVS *de Leibnitz, Præpositus & Archidiaconus Salisburgensis, factus posteà Archiepiscopus Anno 1315.*
20. IOHANNES *Rechensperger, aliàs Reisperger, Præpositus Anno 1418. Ita habet Chronica Episcoporum.*
21. BVRCKHARDVS *de Weispriach Præpositus, fit Archiepiscopus Salisburgensis, Anno 1461. cui in Præpositura successit Fridericus Pranckher.*
22. FRIDERICVS *Pranckher obiit Anno 1467.*
23. CASPARVS *de Stubenberg obiit Anno 1478. Mense Octobri.*
24. CHRISTOPHORVS *Ebron. Canonicus Salisburgen. Exul in castro Halbenberg, & Müldorffij. Obiit, Anno 1491. 21 Ianuarij.*
25. LEONHARDVS *à Keutschach fuit Præpositus, factus Archiepiscopus, Anno 1495.*
26. RVDOLPHVS *à Kienburg. Canonicus & Plebanus Salisburgensis, moritur Anno 1526. die 16. Nouembris.*
27. BALTHASAR *à Lamberg, Canonicus & Decanus Officialis Salisburgen. obiit Anno 15.*
28. EBERHARDVS *de Hirnhaim, Canonicus Salisburgen. qui Anno Domini 1552. factus est Episcopus Eichstadien Ibidem obiit Anno 1560.*
29. CHRISTOPHORVS *de Lamberg, Canonicus ac Decanus Salisburgen. successit Eberhardo in Præpositura ac obiit Anno 1579.*
30. GEORGIVS *de Kienburg Canonicus, Vir æquè plus doctus ac prudens; qui & nuper Reuerendissimi Archiepiscopi Salisburgen. Ioann. Iacobi Khuen coadiutor ac successor legitimè electus, adeoq; confirmatus est.*

ADDITIONES.

IUVAVIA, in Norico mediterraneo Romanorum Colonia iuxta alias celebris, sicut ex Notitiâ vtriusq. Imperij, & aliunde constat; varijs passim nominibus appellatur. Iuuauium, Iuuauo, Iuauo, in tabul. Peutengeriana, vbi flumen Iuarò: vel Iuuarum authori nostro. alijs Topia; quibusdam Iopia; ad quorum auctoritatem non immeritò haret accuratissimus omnis antiquitatis literatæ indagator & censor, Eugippij Scholiastes, ad cap. XXIV. vitæ S. Seuerini. In Diplomate Leonis PP. supr. pag. 4. inserto, Petena quoq. nuncupari dicitur. Quod verò de Norico mediterraneo mentio habita; sciendum, Noricum vniuersum circumscribi à Ptolomęo occasum versus Oeno, septentrionem Danubio fluuiis, ortum, Cetio, meridiem Caruancis montibus: prouinciis verò ad occasum Retiâ, Germaniâ magna ad septentrionem, ad orientem & meridiem Pannoniâ atque Italiâ. Ea pars, quæ ad Danubium vergit ripensis, reliqua mediterranea dicta est. Posteriori æuo Noricum ferè Boiaria est. & hæc, cùm deinceps frequens vtriusq. Norici mentio fiat, semel ex Eugippij scholiaste monuisse sit satis. a.

Absq. Eugippio esset, ferè nulla rerum tunc gestarum superesset memoria: qui vnus, quàm misera & deplorata illis temporib. harum prouinciarum fuerit condicio, abundè docet. b.

Pontificem eius loci) presbyterum S. Maximum intellige, non Pontificem: de quo, & alijs L.V. martyrib. consule R. P. Matthæum Raderum Tom. 1. de sanctis Bauariæ, pag. 32. c.

Fratres Theodonis) de fratribus Ducis Theodonis Vtone & Thietbaldo, neque ex Arnonis Archiepiscopi adnotatione, neq. ex S. Ruperti vita, sed nec vllo alio probato auctore constat: sed commentitios hos fratres esse, cum alia, tum diuisio Bauariæ quæ inter Theodonem & fratres facta manifestè redarguit. Vide de his Velser. Rer. Boicar: libr. IV. ad annum 616. d.

Inserendam hoc loco censuimus adnotationem Arnonis Archiepiscopi Salisb. ex qua de pietate & amore promouendi cultus diuini tàm Theodonis Ducis, quàm filij Theodoberti & aliorum liquidè constat. e.

ANNOTATIO ARNONIS Episcopi tempore Caroli Magni Regis Francorum.

DE hoc verò quod ad Episcopatum beati Petri primi pastoris Ecclesiæ, sanctorumque Apostolorum principis, quod constructum est infra oppidum SALZBVRG, in pago LABAOCENSIVM, super fluuium IGONTA, qui alio nomine SALZAHA vocatur, vbi & dominus RODBERTVS Episcopus atque Confessor vna cum Socijs corpore requiescit, & inibi traditum fuit, & vbi præest venerabilis vir per diuinam misericordiam & mercedem domini nostri Caroli excellentissimi Regis Arn. Episcopus.

Theodo Dux.

Primum quidem tradidit THEODO Dux, prædictum oppidum simulq; & castrum superiorem domino RODBERTO, cum terminis denominatis & confinibus vel omnibus appendiciis suisque adiacentiis, vna cum campis, siluis, alpes, aquis, aquarumque decursibus, sicut ad supra memoratum oppidũ, vel castro Salzburch & reliqua loca vel possessiones, sicut inferius scriptum esse videtur. Simili modo tradidit idem Dux villa nuncupante PIDINGA, in pago Salzburchoue, iuxta fluuium SALA mansos XXX. inter vestitos & apsos, vel quicquid ad ipsos mansos aspicitur. Simulque & tradidit iam dictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur SALINAS FORNACES XX. & totidem pacellis, & tertiam partem de putiatorio ibidem concessit, quod barbaricè dicitur GALGO. Insuper & iam dicto loco concessit decimam de sale de thelonio quod datur incenso dominico. Nec non & præfatus Dux tradidit Romanos & eorum tributales mansos LXXX. inter vestitos & apsos, commanentes in supra dicto pago Salzburgense, per diuersa loca. Simul & iam factus Dux tradidit in pago ARRAGOE secus torrentem FECHILESAHA romanos & eorum mansos tributales. V. inter vestitos & apsos. Itemq; tradidit supradictus Dux in præscripto pago Salzburgoe duos alpes, qui vocantur GANZO & LADVSA, in quo sunt tantummodo pascua ouium. In pago vero Drunense tradidit memoratus Dux villulam, quæ vocetur Pachman, cum mansos X. inter vestitos & apsos, cum silua & prata vel pascua ad eandem villam pertinentem, & in pago etiam Tonagoe tradidit ipse Dux secus amne Danubio iugeres vinearum duas, prope ciuitatem Reganesburcha dicta.

Theodbertus Dux.

SVCCEDENTE vero filio eius Theodberto Duce, qui tradidit villulam nuncupante Vzelinga in iam dicto pago Salzburchoe, secus fluuium Salzaha mansos XX. inter vestitos & apsos, cum omnibus appendiciis ad eam villulam pertinente. Itemque tradidit ipse Dux in loco qui dicitur Cucullos in supradicto pago Salzburgoe, super fluuio Salzsaha. id est mansos III. vestitos & prata vel pascua ibidem pertinentia. Ipseque Dux tradidit villam nuncupante Vualarseo in eodem pago secus stagnum Vualarseo mansos X. inter vestitos & apsos, & siluam vel aquarum decursionem in fluenta quæ vocatur Vischaha, & quidquid ad eandem villulam pertinere noscunt, simulque & locellum, qui vocatur Talgoe in supradicto pago Salzburgoe in quo est silua, prata, vel pascua. Pari modo præfatus Dux in supradicto pago tradidit villulam nuncupante Titamaninga in qua sunt mansi XXIIII. inter vestitos & apsos, vna cum siluis, campis, pratis, seu farinariis, vel quidquid ad ipsam villulam pertinere videtur. In pago verò Isanagoe super riuulum Isana tradidit idem Dux villa nuncupante Ehardinge cum mansos XV. inter vestitos apsos, cum pratis & campis vel siluas atque farinariis ad eandem villam pertinente. Aliam verò villam in eodem pago tradidit ipse Dux nuncupante Tuzzlinga cum mansis XV. inter vestitos & apsos, vna cum terminis & confinibus suis ad eandem villam pertinente. Tradiditque memoratus Dux in pago Opingoe villam nuncupatam Opinga, in qua sunt mansi XX. inter barscalcos & seruos & inter vestitos & apsos cum campis, pratis & siluis & omnibus appendiciis suis.

Huchbertus Dux.

SVCCESSOR namque filius eius Huchbertus Dux, tradidit in pago Rotagoe villa nuncupante Sauarstedi cum mansos XX. inter vestitos & apsos, & cum terminis vel appendiciis suis. In pago verò Salzburgoe tradidit idem Dux in loco qui dicitur Endorff mansos vestitos III. & apso I. & terminum siluæ, quæ adiacet secus fluenta Fischaha, & in pago etiam Matagoe tradidit præfatus Dux in loco, qui vocatur Icinga mansos tributales IV. apsos.

Post

Post hunc extitit Otilo Dux, qui tradidit in pago Isnagoe villam nuncupatam Metumunhaim secus fluenta Isana & in ea mansos XX. inter vestitos & apsos, vna cum omnibus terminis vel appendiciis suis. Tradidit idem Dux in pago Salzburgoe locillum qui dicitur Ellesnaunans, in quo prata & silua consistitur, vel stagnum qui vocatur lacusculus, simulque & Abriam lacum, in quo constat pascua & prata vel silua, piscatio atque venatio, & inibi aliquanti fratres propriis laboribus viuunt.

Otilo Dux.

POST hunc verò successit filius eius Tassilo Dux, qui tradidit in pago Tonagoe villam nuncupatam Poh cum mansos XXXIX. iter vestitos & apsos, vel cum omnibus appendiciis suis seu terminis ad eandem villam pertinente, seu & territorium in eodem pago, in loco qui dicitur Chruchenperch, qui adiacet secus amne Danubio, in quo nunc sunt plantagines vinearum institutæ. Idemque Dux tradidit in pago Filusgoe, in loco qui vocatur Riute, mansos vestitos duos. Insuper tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe villula nuncupata campus romanos cum mansos tributales XXX. inter vestitos & apsos. Similiter tradidit ipse Dux in pago Isanagoe in fisco dominico qui dicitur Poch mansum vestitum vnum. Itemque tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe, in loco nuncupato Hal vnum puciatorium integrum, quod vulgariter dicitur Galgo. Tradidit siquidem præscriptus in supradicto pago Salzburgoe in loco qui dicitur Regubertum seruum, nec non & presbyterum cum omni domo vel possessione sua, cum omnia, quidquid in ipso loco habuit. Ipseque Dux iam scriptus tradidit cellam quæ vocatur Garoz super ripam Eni fluminis in pago Isanagoe, quam construxit Boso clericus per licentiam iam dicti Ducis in honore Petri principis Apostolorum, & ipse Tassilo ipsum clericum commendauit ad supra dictum monasterium vna cum ipsa cella.

Tassilo Dux.

Item de hoc quod tradiderunt liberi Baioarij per licentiam Tassilonis ad supradictum Episcopatum, quod fuit eis ex causa Dominica beneficiatum, similiter & de illis potestatem non habent de se. BOSO liber qui & presbyter & Iohannes frater eius tradiderunt per licentiam Tassilonis in pago PINNZGOE loca nuncupantes BISONZIO & SALAFELDA, & in alia loco qui dicitur vico Romanisco in pago SALZBVRGOE iuxta fluuio SALA, id est in totum inter tributales & seruiles mansos XV. & inter vestitos & apsos, quod sicut supra memorauimus ex causa dominica eis fuit beneficatum, & ipsa traditione præfatus Dux ab ipso loco plenius & firmius fecit confirmare, & in supra memorato loco Bizanzio ædificata est cella, in qua monachi labore manuum suarum viuunt. ONNO & filius eius Sigivvolff & Sigibaldus iudex tradiderunt per licentiam vt supra, in iam dicto pago Salzburgense, in loco qui dicitur vico romanisco mansos apsos II. simili modo ex causa dominica vt supra MAZZO & APPO & Albertus non potestatem habentibus tradiderunt per licentiam in pago ISANAGOE loca nuncupantes in Amfinga & in Widmbach & ad Hoccinhusin idem in totum mansos VII. inter vestitos & apsos. Hrodgaer & Gortscals & Eparichar tradiderunt per licentiam vt supra in supradicto pago Salzburgoe loca nuncupantes in Wangin & in Walardorf seu ad Straza hoc est in totum mansos VIIII inter vestitos & apsos. Grimbertus Comes tradidit vna cum permissione, vt supra in iam dicto pago in villula quæ vocatur Papinga mansos quatuor. Similiter ex causa Dominica Alexandra & Iacob filius eius tradiderunt per licentiam, vt supra in pago Atragoe, vel in ipso loco qui dicitur Afragoe mansos VI. inter vestitos & apsos, quod & fuit ex causa Dominica eis beneficiatum. Gaerod tradidit per licentiam vt supra in pago Salzburgoe in loco qui dicitur

Liberi Boiarii.

Totenhusir mansos tres, apsos similiter vt supra. Helmcinus per licentiam vt supra tradidit in pago Drungoe in loco qui vocatur Chorinnbach, territorium quantumcunque possidere visus fuit, quod nunc iacet apsum, qui fuit similiter vt supra. Dignoldus tradidit per licentiam vt supra pago Salzburgoe in loco qui dicitur Liueringa mansos III. apsos, qui fuit similiter vt supra: Egilulfus tradidit per licentiam vt supra in pago Matagoe in loco qui nominatur Steinbach mansos V. apsos qui fuit similiter vt supra. Tisa libera tradidit per licentiā Otilioni Ducis in pago Salzburgoe in loco nuncupante monticulus, super fluuio Salzaha mansos VII. vestitos, qui fuit similiter vt supra. Iohannis seruus tradidit per licentiam Tassilonis in pago Salzburgoe, in loco qui vocatur Sura manso I. vestito qui fuit simili modo vt supra ex causa dominica. Ermlint Deo sacrata tradidit per licentiam vt supra in pago Rotagoe in loco qui vocatur Malaking super ripam Eni fluminis mansos vestitos III. simili modo vt supra. Gertlteaoz & Garmunt & Patto vendiderunt res eorum per licentiam Tassilonis ex causa Dominica in pago Salzburgoe villa nuncupata Mûldorff, id est mansos XXV. inter vestitos apsos. Theoderich tradidit per licentiam vt supra in pago Isanagoe, in loco qui dicitur Perinbach mansos II. similiter vt supra ex causa Dominica. Hildolf tradidit per licentiam vt supra in supradicto pago Isanagoe in loco nuncupantes Rota, & ad Perck mansos X. inter vestitos & apsos similiter ex causa dominica. Walco tradidit suum filium Odalhardum per licentiam vt supra, cum omni sua hæreditate in pago Salzburchgoe in loco qui dicitur Dundilabrunna, id est mansos quinq; inter vestitos & apsos simili modo vt supra. Hrodbert tradidit per licentiā vt supra in pago Chimingoe in loco qui dicitur Pontena mansos V. inter vestitos & apsos, qui fuit simili modo ex causa dominica.

Tradidit Willipato clericus, qui & liber per licentiam vt supra in pago Sundregaoe in loco qui dicitur Vrdorff, super riuulum qui dicitur Vrpach mansos IX. inter vestitos & apsos, simili modo ex causa Dominica, quam traditionem præfatus Dux manu sua pleniter confirmauit. Tradidit Hereland per licentiam supra in pago Augustagoe mansos V. inter vestitos & apsos, simili modo vt supra ex causa Dominica.

Cella quæ vocatur Auuæ quam construxit Baldun presbyter in beneficio Dominico simulq; & Rhrobertus presbyter cum licentia Tassiloni Ducis super Ripam Eni fluminis in pago Isanagoe, & quod ibi ex causa Dominica traditum fuit, idem in villa quæ dicitur Garoz in iam dicto pago mansos vestitos IV. similiter & medietate de villa, quæ vocatur Ascaune mansos VI. tres vestitos & tres apsos. Tradidit Tassilo ad Ecclesiam sanctissimi Petri principis Apostolorum quæ est constructa infra oppido Salzburhg.

Reliqua verò quod ibi traditum est, de genere nobilium hominum esse videtur, quam quidem aliqui homines iniuste eam sibi vsurpare volentes, dominus Rex in sua elymosina iterum priorem donationem, ad iam dicto monasterio permissum suum diligenter requisitam studuit reuocare.

Cella quæ vocatur Zottinge quam construxit Gunthariu Comes in iure hæreditario in pago Huñigaoe in honore sancti Stephani protimartyris & quod ei Tassilo Dux concessit in beneficio idem tributarios XIII. inter mansos vestitos & apsos. Secus ipsum locum & villulam quæ vocatur Husir, cum mansos VIII. inter vestitos & apsos in pago Salzburgoe simulque & loco qui vocatur Vsinga, cum mansos VII. inter vestitos & apsos in supradicto pago Chimingaoe secus stagnum qui vocatur Chiminsaoe tradendi ei licentiam concessit iam fatus Dux ad ipsum præfatum locum vna cum permissione iam dicti Ducis suprascriptus Comes ad Ecclesiam beatissimi Petri principis

cipis

cipis Apostolorum ad iam dicto Monasterio Salzburch. Ipsam verò cellam iniuste abstractam dominus Rex pro mercedis suæ augmentum iterum reuocandum absque vlla contradictione concessit.

Istas Ecclesias consistunt in Salzburgaoe & Chimingaoe pagibus. Item de Ecclesijs parochiales, quas in beneficium pertinent, & de Barscalcis vna cum seruis siue de eorum territorio dotatæ sunt. Ecclesia.

Ad Sèe Ecclesia cum manso I.
Ad Iubemdorff Ecclesia cum manso I.
Ad Fischaha Ecclesia cum manso I.
Ad Antheringas Ecclesia cum territorio.
Ad Gethica Ecclesia cum territorio.
Ad Anna similiter.
Ad Liueringa Ecclesia similiter.
Ad Walahamus Ecclesia cũ mansis II.
Ad Marciolas Eccl. cum territorio,
Ad Salinas quod dicitur Hal Eccles. cum mans. II.
Ad Tingihclinga Eccl. cũ territorio.
Ad Chirchaim similiter.
Ad Balchlingas Ecclesia cum mans. III.
Ad Schildarius Eccl. cum manso I.
Ad Bruningas similiter.
Ad Deorlekingas Ecclesia cum mans. III. apsos.
Ad Widaha Ecclesia cum villula, seu cum omni pertinentia ad ipsum vicum tradidit Ragenbertus cum mans. VI,
Ad Taharding medietas quæ ad ipsam Ecclesiam pertinet beneficium est, idem mansos VI.
Ad Erlastedi Eccl. cum territorio.
In pago qui dicitur interualles.
Ad Ratfeld Ecclesia cum territorio.
Ad Prislech similiter.
Ad Buriom Eccles. cum mansis III.
Ad Georgij Ecclesiam.
Ad Achingas Eccles. tantum.
Ad Fuginas Eccles. tantum.
Ad Oriano monte similiter.
Ad Vnzdorff Ecclesia cum territorio.
Ad Hrossulza similiter.
Ad Buronos similiter.
Ad Pohchirch Ecclesia cum territorio.
Ad Rordorff Ecclesiam cum manso II. apsos.
Ad Lutrinpach Eccles. tantum.
Ad Hucinnos Eccles. cum territorio.
Ad Hrodheringas Ecclesia cum mansis II.
Ad Smsa Eccl. cum mansis II.
Item in pago Isnagoe.
Ad Hozzin Eccl. cum manso I.
Ad Cidlar Eccl. cum manso I.
Ad Turtin Eccl. similiter.
Ad Dinpstadum Eccl. II. cum manso III.
Ad Riuolũ Rota Eccl. IV. cũ man. VI.
Ad PohPah Eccl. cum mansis III.
Item ad pohpah Eccl. cum man. II.
Ad Lohkirch Ecclesia cum mans. II.
Ad Panncalas Ecclesia cum mans. III. apsos.
Ad Brixina Ecclesia cum territorio.
Ad Pirohnavvanch similiter.
Ad Caofstain Ecclesia cum territorio & cellula, vbi fratres nostri manibus laborant.
Ad Episas Ecclesiæ II. cum territorio.
Ad Isana Ecclesia cum territorio.
Item Ecclesia ad Pohpah cum mans. III.
Ad Liubin Eccles. cum mans. III.
Ad Rota vbi Boninaha in ipsa Rota egreditur Ecclesia cum mansis VI.
Ad Poizchurdorf Ecclesia cum mansis I.
Ad Wila Ecclesia cum mansis tribus.
Ad Holza Ecclesia cum tribus mansis.
Item ad Holza Ecclesia cum mansis IV.
Ad Perck Ecclesia cum mans. III.
Ad Pohkirch Ecclesia cum mans. V.
Ad S. Stephanum Ecclesia cum mans. III.
Ad Richerihusir de coniectu.
Barscalcis Ecclesia cum man: I.
Ad Aharnovva Eccl. III. cum mans. VII.

 Item

Nunnberg. Item de monasterio puellarum quod constructum est in honore Sanctæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, iuxta ipsum Episcopium, in Castro superiore quem dominus Hrodbertus Episcopus ac confessor primum ædificauit quem & Salzburch appellauit, in quo & neptiam suam Christi famulam Erndrudam constituit cum aliis puellis, in quo loco honorifice requiescit, & quod inibi traditum est à Theodoberto Duce subter annectimus. Tradidit in primis Theodbertus Dux in pago Salzburgoe villa nuncupante Ainheringa cum mansis XXX. inter vestitos & apsos, & execitales viros & quod eandem villam pertinuit, cum farinariis in fluuio qui vocatur Sala. Nec non & tradidit illuc memoratus Dux in prædicto pago locellum qui vocatur Vischaha mansos quinq; inter vestitos & apsos, & farinariis in fluenta Vischaha. Tradidit idem Dux in eodem pago Salzburgoe in loco qui dicitur Talgen, in quo est tantummodo Ecclesia, prata & silua & medietate de lacu piscatione qui vocatur Mannseo. Tradidit idem Dux in supra dicto pago in loco qui dicitur Cucullos, secus fluuio Salzaha, in quo sunt tantummodo prata silua. Tradidit ipse Dux in ipso pago in loco qui vocatur Hal ad Sal coquendum fornaces IX. tres sunt vestitos, & VI. apsos, & hoc decreuit censum dare vnusquisque homo qui in Hal habitaret, quod barbarice dicitur Adalparo, tam hij qui in nana & mona manerent, quam & isti qui in ipsas Salinas manerent. A medio mense Maio vsque ad festum S. Martini omni ebdomata in feria sexta modo de sale dari deberent excepto, IV. manentes. Tradidit enim ipse Dux in pago Salzburgoe secus fluuio Salzaha villa quæ vocatur Titamaninga, & in ea mansos LX. inter vestitos & apsos & inter exercitales & barschalcos, cum omnibus appendiciis atque adiacentiis & cunctis terminis ad eandem villam pertinentibus, nec non & farinariis in ipso loco congruentibus. Similiter ipse Dux tradidit in ipso pago supra scripto tributarios romanos CXVI. inter vestitos & apsos per diuersa loca, & venationem in silua quæ adiacet inter alpes à Gaizliberch vsque ad pontes, quæ nunc vocantur stega, & alpes in eodem pago IV. Ita vocantur Cundicus & Cuculana alpicula & lacuana monte, seu etiam partem de Abriani lacu piscationem; simulque præscriptus Dux tradidit in pago Chimingaoe, villa quæ dicitur Waginga, cum mansis XL. inter vestitos & apsos, farinariisque cum omnibus appendiciis suis, & in ipso pago Chimingaoe tradidit iam dictus Dux villam nuncupatam Chamara cum mansos XIII. inter vestitos & apsos, & inter seruos & liberos, aquis, aquarum decursibus & farinariis, cum omni soliditate, & cum omnibus appendiciis suis. Insuper & in ipso pago iuxta fluenta Druira, tradidit idem Dux romanos & eorum mansos tributales LXXX. inter vestitos & apsos, cum omnia quicquid ad ipsos mansos aspicere videtur. Nec non & in pago Adragaoe tradidit supradictus Dux romanos & eorum mansos tributales III. Siquidem ipse Dux tradidit in pago Drunense tributarios XX. apud mansos eorum. In pago vero Matagaoe tradidit prædictus Dux tributarios IV. cum mansis eorum totidem inter vestitos & apsos per diuersa loca.

Theodobertus Dux.

De cella vero sancti Maximiliani ita contigit, vt construeretur ab initio. Ibant duo fratres in locum qui dicitur Pongavvi, nomen vnius Tonazanus, & alterius nomen Vrso in venatione & ad aurum faciendum, & viderunt illuc multa luminaria pluribus noctibus & alia signa multa, & venientes ad dominū Hrodbertum Episcopum dixerunt ei quod ipsi ibi viderunt, & ipse pergens cum eis vidit ibi similiter. Tunc quoque perrexit dominus Hrodbertus ad Theodonem Ducem, & dixit ei ipsa miracula, rogansque cum licentia sibi dare vt cellam ibi construeret, & ita Dux Theodo ei licentiam dedit. Veniensque dominus Hrodbertus iterum ibidem cum hominibus suis, & cum prædictis fratribus,

bus, & cœpit ibi stirpare & locum mundare & oratorium facere. Facto autem oratorio venit iterum ad Theodonem Ducem & rogauit eum secum ibidem venire, venientes autem ibidem dominus Hrodbertus consecrauit ipsum oratorium, & Theodo Dux tradidit ipsum locum ad sanctum Petrum ad Salzburg monasterium, & ex omni parte miliarios III. & ipsi prædicti fratres cum licentia & cum consensu Theodonis Ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum quamcunque habebant & nepotes eorum comendauerunt ad discendum & ad tendendum ad Salzburch monasterium, nomen vnius Wrmhari & alterius nomen Cissimo, & dominus Hrodbertus misit ibidem suos monachos ad officium DEI faciendum & ad ipsam cellam faciendam. Cum autem Wrmhari & Cissimo literas didicerunt, cœperunt rogare dominum Hrodbertum, vt medietas Episcopi rei quam parentes eorum ibidem tradiderunt eis ad vsum fructuarium præstaretur, vsque ad obitum eorum; & ita fecit dominus Rodbertus, illam aliam medietatem iussit seruire ad sanctum Petrum. Ipsi autem suis nepotibus illam aliam medietatem complacitabant vsque ad obitum eorum, & ita inde fuit hoc in beneficio de monasterio Salzburch vsque ad tempus Otilionis Ducis, tunc quoque Vrso Capellanus Ottonis precit, vt ei ipsas res ex integro daret in beneficium, & ita Otilio fecit, & tulit hoc per vim de monasterio Salzburgoe. Cœpit autem Virgilius Abba hanc ipsam causam querere ad Otilionem Ducem, & Otilio voluit illud comparare cum eo quod habuit ad Lausom, & hoc Virgilius nullatenus consensit, & ita Otilio permansit retinendo iniuste quod de Salzburg monasterio retraxit. n

Otilio Virgilius.

NOTITIAM verò istam ego Arn. vna cum consensu & licentia domini Caroli pijssimi regis, eodem anno quo ipse Baioariam regionem ad opus suum recepit à viris valde senibus & veracibus diligentissime exquisiui à monachis & à laicis, & conscribere ad memoriam feci. Ista sunt nomina monachorum: Vitalis Amandinus præsbyter, Latinus presbyter, Gussulus Zissimo, Benedictus Diaconus, Suido Diaconus, Eno presbyter, Baldo presbyter, Lesso, Kerheri, Regenbrecht presbyter, Maternihus, Arnhelm Tazzus, Emico, Germanus. Laicorum nomina ista sunt, qui per sacramentum factum ab antecessoribus suis ita se audisse testificauerunt, vt supra dictum est: Iumino Comes, Duno Comes, Kerrad iudex, Sigelpald iudex, Eparo, Iulianus Egilolf, Helmuni, Amalger, Luipram, Iurinam, Aro Gisloff, & ego Benedictus Diaconus hanc noticiam dictaui & conscribere iussi.

f. *Consule Velser. Rer. Boicar. lib. IV sub an. 628. vbi diligenter in annum obitus sancti nostri indagat, & ipsum diem Paschæ eruit. Vide etiam P. Rader. in sanctis Bauar. in vita S. Ruperti.*

g. *Anni à transitu S. Ruperti. vsq. ad electionem Flobargisi, iuxta authorem nostrum sunt octoginta nouem. quib. si addantur illi 628. quando nimirum obijt sanctus, conficiuntur à Christo nato anni septingenti septemdecim: ac hoc pacto intercedunt anni propè quatuor: sed potest alicui error aliquis in numerandis annis irrepsisse.*

h. *Vide Nicol. Serar. Moguntiacar rer. lib. 3. cap. 30. & seq. Marc. Velser. libr. 5 rer. Boicar. p 302. vbi commemorat hunc Ioannem Salisburgensi sedi à S Bonifacio, eo ipso tempore, quo Boicas Diœceses diuidebat, Episcopum fuisse datum. P. Rader. in SS. Bauar. Tom. 1. f. 71.*

i. *Vide M. Velser, rer. Boicar. lib. V pag. 282. P. Rader. in SS. Bauar. Tom. 1. fol. 74.*

k. *De Chiemensi sede vid infr. vbi de monasterio* Herren Chiembsee.

l. *Sed certiori calculo an. 788. vid. Velser. Boic. V p. 330. & P. Rader. in SS. Boier. Tom. 1. f. 4.*

m. *Velser. Boicar. VI.*] Anno 807. Concilium Salisburgi XVII. Cl. Decembr. indictum. Affuere Arno Archiepiscopus, Atto Frisingensis, Adalvvinus Reginoburgensis, Henricus Sabionensis Episcopi. de decimis & reliquo sacrorum iure disceptatum definitumque esse annotatum reperio, ipsis Concilij actis nondum erutis.

n. *Huius Theotmari Archiepiscopi & aliarum Ecclesiarum Episcoporum ad Sum. Pont. literæ extant tales.*

SVMMO Pontifici & vniuersali Papæ, non vnius vrbis, sed totius orbis, Domino IOANNI Romanæ sedis gubernatori magnifico, humillimi paternitatis vestræ filij. THEOTMARVS Iuuauensis Ecclesiæ Archiepiscopus. WALDO Frisingensis, ERCHENPALDVS Eystatensis. ZACHARIAS Sæbonensis. TVTTO Ratisponensis. RICHARDVS Pathauiensis Ecclesiæ Episcopus. Necnon & vniuersus clerus, populusq; Christianus per totam Noricam quæ & Bauaria conuersatur. Prosperum in Saluatore nostro profectum, Catholicæ pacis augmentum & regnum optamus æternum. Antecessorum vestrorum decretis & Catholicorum patrum institutis plenissimè instruimur in omnibus nostro ministerio sacerdotali obstantibus & aduersantibus Romanum appellare Pontificē, vt quod ad vnitatem concordiæ, & ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissentione violetur, sed ab ipso summa prouisione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, vt de illa sancta & Apostolica sede a quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis & origo Christianæ religionis, profluxerit quippiam peruersitatis, sed doctrina & auctoritas Ecclesiasticæ rationis. Sed venerunt vt ipsi promulgauerunt de latere vestro, tres Episcopi videlicet IOANNES Archiepiscopus. BENEDICTVS & DANIEL Episcopi in terram Schlauorum qui Maraci dicuntur, quæ regibus nostris & populo nostro nobis quoque cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu Christianæ religionis quam in tributo substantiæ secularis, quia exinde primum imbuti, & ex paganis Christiani sunt facti. Et idcirco Patauiensis Episcopus ciuitatis in cuius diœcesi sunt illius tempore populi ab exordio Christianitatis eorum quando voluit & debuit illuc nullo obstante intrauit, & synodalem cum suis & etiam ibi inuentis conuentum frequentauit, & omnia quæ agenda sunt potenter egit, & nullus ei in faciem restitit, etiam & nostri comites illi terræ confines placita secularia illic continuauerunt, & quæ corrigenda sunt correxerunt, tributa tulerunt, & nulli eis restiterunt, vsque dum incessante corda eorum Diabolo Christianitatem abhorrere, & omnem iustitiam detrectare, belloque lacessere & obsistere sæuissimè cœperunt, adeo, vt via Episcopo & prædicatoribus illò non esset, sed libitu suo egerunt quæ voluerunt. Nunc verò quod nobis graue videtur, & incredibile in augmentum iniuriæ iactitant se magnitudine pecuniæ id egisse, qualia de illa Apostolica sede nunquam audiuimus exisse, neque Canonum decreta sanxisse, vt tantum schisma vna pateretur Ecclesia. Est enim vnus Episcopatus in quinque diuisus. Intrantes enim prædicti Episcopi in nomine vestro, vt ipsi dixerunt, ordinauerunt in vno eodemque Episcopatu vnum Archiepiscopum si tamen in alterius Episcopatu Archiepiscopium esse potest, & tres suffraganeos eius Episcopos absque scientia Archiepiscopi, & consensu Episcopi, in cuius fuerunt diœcesi. Cum in Concilio Affricano cap. XX. decretum sit, vt plebes qui in diœcesibus ab Episcopis retinentur, quæ nunquam Episcopos habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopi à quo tenentur proprios accipiant Rectores, vel Episcopos. Et item in eodem Concilio cap. LXV. vt plebes quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario vnius cuius prouinciæ & primatus, atque consensu eius, ad cuius diœcesim

eadem

eadem plebs pertinebat, Episcopos minimè accipiant. In decretis Papæ LEONIS cap. XV. scriptum est. Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui à prouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio non consecrantur. Item cap. XLIX. si indignis quibusque & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ detur, non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Et in eodem cap. post pauca. Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Et in decreto Papæ CÆLESTINI Antecessoris vestri, cap. XVII. continetur, ne alicui locus concedatur sacerdoti in alterius iniuriam. Antecessor vester ZVENTIBALDO Duce impetrante WICHINGVM consecrauit Episcopum, & nequaquam in illum antiquum Patauiensem Episcopatum eum transmisit, sed in quandam Neophitam gentem, quam ipse Dux domuit bello, & ex paganis Christianos esse patrauit. Cum autem eisdem Schlauis locus familiaritatis apud legatos vestros dabatur, accusabant nos & diffamabant nos in multis, & verbis mendacibus instabant, quia nemo eis vera respondebat, dicentes, nos & cum Francis & Alemannis scandalum & discordiam habuisse, cum hoc falsum esse ex hoc conuincitur, quia amicissimi nostri sunt, & caritatiue cooperatores, & etiam cum ipsis impacatos esse accusabant.

Quod non nostra culpâ exigente, sed sua proteruiâ faciente ita fatemur esse, quia quando Christianitas illis cœpit vilescere, & insuper debitum tributum senioribus nostris regibus, & principibus eorum soluere respuerunt, belloque resistere, & gentem nostram cœperunt lacescere, orta est seditio inter illos, & quoniam armis sibi eos defenderunt, & in seruitium redigerunt. Idcircò iure proprio tributarios habere debuerunt & debent, & siue velint siue nolint regno nostro subacti erunt. Quapropter oportet vos ab alto speculari, & moderaminis temperiem præ omnibus tenere, ne peior pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namque serenissimi senioris nostri LVDVVICI videlicet Imperatoris, & Reges ex Christianissima Francorum gente prodierunt. Moimarij verò Schlaui à paganis & Ethnicis venerunt. Illi potentia Imperiali Romanam rempublicam sublimauerunt. Isti damnauerunt, illi Christianum regnum confortauerunt, isti infirmauerunt. Illi toti mundo spectabiles apparuerunt. Isti latibulis, & vrbibus occultatij fuerunt. Illorum consilio Apostolica sedes pollebat. Istorum persecutione Christianitatis dolebat. In omnibus his Iuuenculus Rex noster, nulli prædecessorum suorum inferior, secundum virtutem à DEO sibi datam, sanctæ Romanæ Ecclesiæ & vobis summo Pontifici, cum omnibus regni sui Principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namque regnum diuinitus sibi commissum ad DEI seruitium, suumque adiutorium vnum vult & operatur. Vnde & pace viget & concordia gratulatur, atq; ad vestram paternitatem sicut patres sui se pertinere lætatur. Quod nos præfati Schlaui criminabantur cum Vngaris fidem Catholicam violasse, & per Canem seu Lupum aliasque nefandissimas & Ethnicas res sacramenta & pacem egisse, atque vt in Italiam transirent, pecuniam dedisse, si vobis coram posito ratio inter nos agitaretur ante DEVM, qui cuncta nouit antequam fiant, & coram vobis qui vicem eius Apostolicam tenetis, eorum falsitas manifestaretur, & nostra innocentia probaretur. Quia enim Christianis nostris longe à nobis positis semper imminebant, & persecutione nimiâ affligebant, donauimus illis nullius pretiosæ pecuniam substantiæ, sed tantum nostra linea vestimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum persecutione quiesceremus. Talia namque vt præscripsimus iuxta malitiam cordis sui argumentantes, & Pontifices vestros ad iniuriam nostram incitantes, adeo, vt directa nobis

epistola

epistola, quasi ab Apostolica sede hæc omnia improperabant, & diuersas iniurias ingerebant, atque inter alia diuino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis quod quidam sapiens ait. *Iustus tulit crimen iniqui.* Ipsi enim crimen quod nobis falsò semel factum imposuerunt multis annis peregerunt. Ipsi Vngarorum non modicam multitudinem ad se sumpserunt, & more eorum capita suorum pseudochristianorum penitus detonderunt, & super nos Christianos immiserunt, atque ipsi superuenerunt, & alios captiuos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame & siti perdiderunt, innumeros verò exilio deputauerunt, & nobiles viros ac honestas mulieres in seruitium redegerunt, Ecclesias DEI incenderunt, & omnia ædificia deleuerunt, ita ut in tota Pannonia nostra maxima prouincia, tantum vna non appareat Ecclesia, prout Episcopi à vobis destinati, si fateri velint, enarrare possunt, quantos dies transierunt, & totam terram desolatam viderunt. Quando verò Vngaros Italiam intrasse comperimus, pacificari cum eisdem Schlauis teste DEO multum desiderauimus, promittentes eis, propter DEVM omnipotentem ad perfectum indulgere omnia mala contra nos nostrosque acta, & omnia reddere, quæ de suis nostros constaret habere, quatenus ex illis securos nos redderent, & tamdiu spatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res sancti PETRI defendere, populumque Christianum diuino adiutorio redimere liceret: Et nec ipsum ab eis obtinere potuimus, & post tanta maleficia haberent beneficia, & sunt falsi accusatores, qui semper fuère Christianorum persecutores. Si quis in toto mundo aliorsum nos oberrasse & iustitiæ restitisse probare conetur, veniat præsens, & eum ludificasse, nosque de hac re sentietis purissimos esse. Idcirco singuli omnesque admonendo precamur, ne vllo modo alicui falsò de nobis aliquam suspicionem referenti creduli sitis, antequam oportunitas exigat, vt huius rei gratia missus de vestra celsitudine nobis aut à nostra paruitate directus appareat vobis. Communis gemitus & generalis dolor angustat, quos Germania & tota tenet Norica, quod vnitas Ecclesiæ diuiditur scissura. Est enim, vt præmisimus, vnus Episcopatus in quinque diuisus. Ideo si quid fraus maligni Schlauorum calliditate adduxerat, iustitia vertat. Vosque virtute ex alto induti, & Apostolica potestate armati iuxta Prophetam: *Quod fractum est alligate, quod infirmum consolidate, quod abiectum reducite*, vt deinceps populus & fidei integritate gratuletur, & sancta Ecclesia tranquillâ deuotione lætetur.

THEOTMARVS indignus Archiepiscopus & Apostolicarum rerum procurator promptissimus. Pecuniam vestro iuri debitam propter infestam Paganorum sæuitiam nec per me poteram nec per alios transmittere, sed quia DEI gratia liberata est Italia, quando citius potero vobis transmittam. Precatur nostra humilitas, vt dignetur vestra sublimitas respondere per singula transmissa cum Epistola.

Alme pater mundi dignus pro nomine PETRI,
Nomine quem sequeris vtinam virtute sequaris.
Sisque tuis famulis protector verus, & impos;
Commendes Domino, cœlo qui præsidet alto.

Hathonis autem primi huius nominis Archiepiscopi Moguntin. ad summum Pontif. literæ eadem de re, eodemq; vt videtur tempore scriptæ sic habent.

DOMNO sanctæ & Apostolicæ & vniuersalis Romanæ Ecclesiæ Papæ HATHO indignus Præsul Moguntinensis Ecclesiæ, cum vniuersis Suffraganeis nostræ exiguitati adiunctis; debitum orationis obsequium, & fidelem seruitutem.

Noue-

Noverit igitur sublimitas sanctitatis vestræ, quod nulla fratrum vnanimitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ potestati subiecta fidelior atque deuotior ac subiectior apparet, quam nos qui vestræ Dominationi & capiti omnium Ecclesiarum omni mentis intentione subijcimur, plurimum gaudentes in Domino, & in dono gratiæ ipsius, quod per vestram sanctitatem & sapientiam magnificè & amplissimè sedes eiusdem Ecclesiæ dilatatur in religione diuina, & in hoc instantissimè precibus incumbimus, deprecantes diuinam clementiam, vt ad altiora semper conscendere vos, & de die in diem meliora sectari atque perficere concedat. De cætero vestræ clementiæ innotescimus, seniorem nostrum ARNOLPHUM Imperatorem de huius vitæ exilio migrasse. Sed quod quam diu in hoc mundo subsistimus per incerta ferimur, nescientes vbi quorundam animæ post hanc lucem mansionem recipiant, vestris quasi prouoluti vestigijs subnixe poscimus, vt animam ipsius vestræ authoritatis potestate à vinculis peccatorum absoluatis, quia *quæcunque solueritis super terram erunt soluta in cælo.* Tali vero Domino Rectore & gubernatore amisso in nostris partibus vacillauit nauis Ecclesiæ. Quem Regem eligeret paruo tempore inscia mansit, & quia timor magnus aderat, ne solidum regnum in partes se scinderet, diuino vt credimus, instinctu factum est, vt filius senioris nostri quamuis paruissimus, communi consilio Principum & totius populi consensu in Regem eleuaretur, & quia Reges Francorum semper ex vno genere procedebant, maluimus pristinum morem seruare, quam noua institutione insidere. Sed cur hoc sine vestra iussione & permissione factum sit, vestram haud dubitamus latere prudentiam, nulla scilicet alia causa actum constat, nisi quia paganis inter nos & vos consistentibus impeditum est iter nostrum ad sanctam matrem nostram Romanam sedem, ita vt nec legati à nostra paruitate ad vestram dignitatem dirigi potuissent. Sed quia tandem occasio & tempus aduenit, quo nostra epistola vestris obtutibus præsentaretur, rogamus nostram communem constitutionem, vestræ dominationis benedictione roborari. Insuper etiam pietati vestræ intimamus, quod fratres & Patres, & Coëpiscopi nostri Bauarienses se apud nos conquerentes, & alta suspiria trahentes gemebant, qualiter Marauenses populi Francorum potestati rebelles, iactent se ab illorum consortio esse diuisos, & seorsum Metropolitano glorientur à vestra concessione esse sublimatos, cum nunquam Metropolitana sedes inter illos haberetur, sed semper illorum prouinciæ & diœcesi cohererent. Dolebant se etiam apud nos, quod quorundam machinatione magna infamia circa vestram celsitudinem essent denotati, scilicet, vt cum paganis fœdus & pacem inirent, & ipsi pagani consilio eorum agerent tam multa nefaria & illicita. De his omnibus consilium à nobis querentibus Bauariensibus Episcopis iustum respondimus esse fratrum solatio semper adhærere: quia propheta inquit: *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Illi vero non in vnum habitant, qui fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant.

Nos illorum tristitiæ compatientes, noluimus illis consilium de talibus obiectionibus præbere, priusquam ad vestram interrogationem per epistolam nostram veniremus. Semper nos scimus carnales spiritales solere persequi, & maliuolos beneuolos infamare & lacerare. Præuidere ergo summopere debent, omnes qui sacerdotes domini persequuntur tam occultè quam manifestè. Ne ad illos pertineat, quod Propheta dicit: *Cogitauerunt malitias in corde suo, tota die constituebant prælia, exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenū aspidū sub labiis eorū.* Et paulò pòst. *Cadent super eos carbones, in igne deijcies eos.* Et iterum. *Vir linguosus non dirigetur in terrâ. Virum iniustum mala capient in interitu.* Et per Ieremiam inquit Dominus: *Omnes in sanguine indi-*

vantur

cantur, vnusquisque proximum suum tribulat. Omnes in malum manus suas praeparant. Non debent enim alieni Episcoporum aut accusatores aut iudices fieri. Vnde de Loth est scriptum. *Ingressus es, vt aduena, nunquid vt iudices?* Accusator autem Episcoporum nullus sit seruus, aut libertus, nullaque persona suspecta, aut infamis, repellantur inimici & omnes laici. Isti fratres & Coëpiscopi nostri Bauarienses veraces DEI cultores & boni pastores peruigili custodia custodiunt gregem sibi commissum, ne lupi rabies aliquam sancti gregis ouiculam rapiat in praedam suam. Stant pro muro domus Israel, ne aliqua vis inimica firmamentum Ecclesiae dissoluat. Qui tales inquietat & sua malitia impugnat, licet praesentem, futuram tamen non euadet poenam, quia scriptum est: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Haec autem omnia per scripta vobis ideo dirigimus, qui estis caput totius sanctae Ecclesiae quacunque per orbem diffunditur, & solamen moerentium quaecunque tristia vobis contigerunt membris vestris, quia ipsi sanctissimi Pastores Christi superius dicti in nulla re à Catholica fide deuiantes, sed eandem sanctis operibus & Ecclesiasticis officiis ornantes apud nos conquerentes postulauerunt, vt vestrae notitiae manifesta faceremus, quia & illi per se ipsos vobis eadem innotescere vita comite promittebant. Vnde poscimus, vt vestra consolatio illorum moerorem ad laetitiam reformet, & semper talia membra summo capiti, quod estis vos se gaudeant adhaerere. Illi autem Marauenses, vt nostris auribus illatum est, in occasionem superbiae suae assumunt, quia à nostra concessione dicunt se Metropolitanum suscipere, & singulariter degentes aliorum Episcoporum consortia refutant, si hac confidentia diutius inflantur, vsque ad sanguinis effusionem, vt multi arbitrantur, prosilient. In quantum praesumimus admonemus, quatenus vestra auctoritas, priusquam hoc contingat, ad humilitatis viam illos corrigendo deponat, vt tandem cognoscant cui dominatui subijci debeant. Nos siquidem debitores esse cognoscimus, si quid à sanctae matris Romanae Ecclesiae scilicet contigerit elabi, vos inde certificari, vt vestra potentia ad rectitudinis lineam perducatur. Quod si vestra admonitio illos non correxerit, velint, nolint, Francorum Principibus colla submittent, & credimus absque effusione sanguinis & mutuâ caede ex vtraque parte tunc posse bene contingere. Iterũ iterumq; vestrae dignitatis auribus replicamus, quod tam Episcopi quam laici Bauarienses in religione Christianitatis nulla gente inferiores esse probantur, neque vnquam Franci absque illorum auxilio, aut in Ecclesiasticis rebus, vel in bellicis negotijs nominatim vel famâ dignum aliquid peregerunt, Sicut neque illi absque istis.

Ex inspectione plurium Diplomatum deprehendi, Theodomarum nostrum huius nominis primũ, Caes: Arnulfi fuisse ArchiCapellanum, & pro recepto more Cancellarium, anno domini 888. regni Arnulfi 1 cui officio deinceps Ludouico Arnolphi filio regnante praefuit, sicut diplomata per annos istos continuos, vsq; ad an 907. testantur.

Carolus Sigon. de regn. Ital. VI. 152. 38. Proximo *(i. e. an: 913.)* diem suum obiit Anastasius Pontifex. cui post biduum Landus est subrogatus, nulla re in Pontificatu gesta nobilitatus: Exinde V. Kal. Ianuarias mortuo, comitiisque Pontifici creando in dictis nihil ex legibus actum est. Siquidem Albertus marchio Theodorae socrus instinctu neque ex ecclesiae Rom. sed ex Rauennati, neque cleri suffragiis, sed propriis opib. IX. Kal. Februarias successorem Ioannem Rauennatem archiepiscopum dedit. Is Ioannes decimus est vocatus. *Sedit hic Ioannes (teste Genebrardo) an. 13. m. 2. d. 3. hunc excepit Leo VI. quo post m. 7. d 15. defuncto Stephanus VIII. dictus VII. rectè igitur animaduertit hoc loco Dominus Hundius errorem Chronici Salzburgen.*

Obijt

Obijt Sergius Pont. ann. 911. eodem anno per mensem Decembrem Ludouicus rex Germaniæ. Sigon. VI. 152. 23, & 29.

In Catalog. Canis. Antiq. lect. Tom. VI p. 1224. non commemoratur inter Episcopos, Vdelbertus hic, vel Hyldebertus Archiepiscopus.

Sequitur Epistola Leonis PP. VII.

LEo Episcopus seruus seruorum DEI Regibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, pari etiam modo EGILOLPHO Iuuauensis ISINGRIMO Ratisponensis, LANTBERTO Frisingensis, WISVNDO Sebonensis Ecclesiæ venerabilibus Episcopis & ceteris per Galliam, Germaniam, Bauuariam, Alemanniam commorantibus. Si instituta Ecclesiastica vt sunt à beatis Apostolis tradita integra vellent seruare Domini sacerdotes, nulla diuersitas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur, sed dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel Ecclesijs aut teneri aut celebrari videntur. Hac de re fit scandalum populis, dum multa in vestra prouincia contra canones Ecclesiasticos decretaque maiorum vsurpare videntur, quæ quidem possent facile resecari, si Episcopi in his non viderentur auctores, qui secularibus intenti humanum fauorem captantes, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Nos siquidem diuinis præceptis & Apostolicis incitamur monitis, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Idcirco fraternitati vestræ cognitum facimus, quod GERARDVS sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus causa orationis ad limina veniens Apostolorũ, nostram Apostolicã præsentiam visitare & benedictionis gratiam à nobis percipere sollicité studuit; multa quæ reprehensione digna sunt nostris auribus lacrymosis vocibus intimauit tota cordis intentione á nostra Apostolica authoritate de his quæ contra canonum regulam & decreta maiorum in vestris geruntur prouincijs quærens consilium. Scitis enim quod ab ipso Domino Beato PETRO Principi Apostolorum eiusque Vicarijs omnium Ecclesiarum cura commissa est, veritatis voce dicente: *Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, cui etiam proprias oues commendauit, dicens: *Si diligis me, pasce oues meas.* Et idcirco pro vniuersis Ecclesiis solicitudinem gerimus & veluti in specula positi, quod per totius orbis prouincias geratur, vigilanti cura insistimus. De quibus ergo Apostolicam sedem consuluit, & qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus. Eius namque interrogatio seriatim talis erat.

De Auguratoribus & incantatricibus & maleficis vario modo mortificatis à populo. Si aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid veteris ac noui testamenti pagina censeat, manifestum est. In lege namque Mosayca scriptum est, maleficos non patiàris viuere: Similiter in Samuelis libro legitur, quia exterminauit Saul omnes Pythonissas de terra, & alia quæ enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, vt magis Ecclesiastico iudicio pœnitendo viuant, quam gladio vindice puniantur, dicente Beato Paulo Apostolo: *Non enim posuit nos DEVS ad iram, sed in acquisitione salutis.* Quod si Ecclesiastica iudicia spreuerint, humanis subiacent legibus: meminisse enim debent; à DEO potestates fuisse concessas, & ad vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & DEI ministrum fuisse datum in huiusmodi vindictam. Et dum in talibus improbis legum exercetur authoritas, dicente beato Innocentio: erit dictator immunis.

Consultum est etiam vtrum Episcopi, *Pax vobis*, an *Dominus vobiscum* pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem vestram prouinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim dieb⁹ & in præcipuis festiuitatibus, atque sanctorum Natalitijs. *Gloria in excelsis* DEO. Et *Pax vobis* pronuntiamus. In diebus verò Quadragesimæ, & in IV. temporibus, siue in vigilijs sanctorum & in reliquis ieiuniorum diebus, *Dominus vobiscum* tantummodo dicimus.

Post hæc consuluit. Si Dominica oratio in benedictione ciborum debeat vsitari. Quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi, hanc solummodo orationem sancti Apostoli decantabant, & in Euangelio legitur, quia post Cœnam à Domino factam Hymno dicto exierunt in montem Oliuarum.

Post hæc interrogauit de eo, qui matrem & filiam spirituales in coniugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur, vt presbytera, diacona, monacha, vel etiam spirituali conmatre aut spirituali filia nullus vtatur. Nam qui huiusmodi opus perpetrauit, sciat se anathematis vinculo innodatum & DEI iudicio condemnatum, atq; à sacro corpore & sanguine Domini nostri IESV Christi alienum, & quicunque sacerdotum eis communicare præsumpserit, eorum iudicio condemnatus sacerdotij sui honore priuetur. Dehinc intulit lamentabile & nimis lugendum, vt Domini sacerdotes publicè ducant vxores, & si filij eorum valeant promoueri. Quod scelus, quia omnis sacra scriptura contradicit, quia sanctum & venerandum Nicenum Concilium vetat, ne sacerdotes cum fœminis habitare præsumant, multo magis ne copulari vel sociari mulieribus debeant, iuxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæsariensi namque Concilio ita habetur. *Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur, & qui in tali scelere fuerint reperti nostra Apostolica authoritate omni priuentur honore.* Filij verò eorum immunes ab eorum peccato sunt, dicente Propheta, *filius non portabit iniquitatem patris*, & in sacro Baptismate omnia dimittuntur peccata. De hinc perquisiuit si à Chorepiscopo Ecclesiæ debeant consecrari, aut presbyteri ordinari vel consignantio chrismatis & manus impositio fieri, quæ omnia à Chorepiscopis ne fiant, interdicimus iuxta Canonum decreta. In Concilio Antiocheno capit. *decimo* sic habetur. Qui in vicis & possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem Episcoporum perceperint, tamen sanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoscant & gubernent subiectas sibi Ecclesias, ordinent etiam lectores & subdiaconos atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant, nec presbyterum nec Diaconum audeant ordinare. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus quo vtebatur honore priuetur.

Perquisiuit etiam, si vir & mulier tertio vel quarto gradu consanguinitatis coniuncti & inscij coniugio copulantur, postea DEI respectu compuncti, ostendunt se sacerdoti secretè confitentes peccata sua, vtrum valeant eleemosynarum largitione, ac bonorum operum exhibitione purgari. De talibus enim personis in veteri & nouo Testamento multa reperiuntur exempla, maximè in Concilijs Gregorij & Zachariæ, in quibus hæc continentur, *vt consobrinam, Nouercam, Neptem, fratris vxorem Nurum, vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus coniugio præsumat sibi copulare. Si quis verò hoc nefario coniugio conuenerit & in eo permanserit, sciat se auctoritate Apostolica anathematis vinculo innodatum, & nullus sacerdos ei tribuat communionem, & si inclinatus diuisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ submittatur, vt sacerdos loci considerauerit.*

De vastatoribus autem Ecclesiarum vnde inquisiuit, nihil aliud scribimus, nisi

nisi quod PAVLVS Apostolus ad Timoth. scribens ait: *Argue, increpa, obsecra cum omni imperio.*

His verò omnibus prælibatis fraternitatem vestram monemus, per hanc nostram Apostolicam iussionem, vt huic GERARDO Archiepiscopo, cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus in omnibus, quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent obedientes & adiutores sitis, quatenus in vna concordia persistentes, vt Ecclesiastica iura & Christianitatis religio in vestris partibus, quæ paganorum incursione, & malorum Christianorum persecutione corrupta & deprauata esse videntur, Domino largiente, & beato PETRO Apostolorum Principe cooperante ad rectitudinis normam valeant reformari, & vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini dicentis. *Euge serue bone & fidelis quia super pauca f. f. super multa T. C. intra in gaudium Domini T.*

Præter hæc EBERARDO Duci Bauariorum nostra authoritate iniungimus, vt præfato GERARDO Archiepiscopo in omnibus auxilium præstet, vt suæ Ecclesiæ status & rectitudo ac proprius vigor ad integrum culmen & priscum decorem suo iuuamine valeat peruenire, si DEI indulgentia & sancti PETRI etiam, suorum delictorum à nobis vult accipere remissionem.

Prudens lector ex Ioannis Pont. Max. diplomate, quod heis inseri curauimus, caussam excæcationis Herolfi Archiepiscopi clarè cognoscit: & mirum nonnullos adeò ineptos reperiri, qui contrarium fingere ausint. De reliquiis S. Martini vide sub Archiep. Hartvvico & sub Archiep. Wickhardo & Canis. Tom VI. antiq. lect. f. 1221.

Diploma Ioannis Pont.

IOANNES SANCTÆ ROMANÆ & APOSTOLICÆ ECCLESIÆ Præsul. Omnibus Archiepiscopis & Episcopis nostris dilectis in Christo fratribus apud sanctam Synodum Rauennæ nobiscum aggregatis, æternæ beatitudinis gaudia.

Sanctitati ac dilectioni notum vestræ esse volumus, quod Heroldus dudũ Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus contra Canonicam & Apostolicam auctoritatem nefaria præsumptione post suorum oculorum amissionem videatur sacrum celebrare mysterium, & quod ridiculum est, pallium gestare solemniter, hoc namque non ad modicam hæreseos vesaniam attinet, & nobis omniumque fratrum Orthodoxorum prudentiæ debet videri execrabile; præsertim cum ipse pro sua culpa & perfidiæ temeritate exoculatus sit, eo quod Ecclesias DEI exspoliauerit, thesaurum paganis erogauerit, seseque eis iunxerit, in Christianorum necem & deprædationem, contra Dominum & pijssimum Imperatorem suum seniorem rebellis & infidelis extiterit, & proindè à decessoribus nostris sanctæ memoriæ Pontificibus omne sacerdotale officium sæpe ei sit interdictum, atq; electione & postulatione omnium pene nobilium Bauariorũ scilicet Clericorum & laicorum, sancta Romana mater Ecclesia suæ authoritatis priuilegio FRIDERICVM virum venerabilem & cunctis laudabilem loco eiusdem Horoldi fieri, esseq; Archiepiscopum omnimodo decreuerit. Quapropter itaque nostrorum decessorum auctoritatem sequentes vestræque omnium fraternitatis assensione roborati ipsius Heroldi hæreticam & temerariam prauitatẽ ammodo ac deinceps damnamus ac penitus confutamus ex vice beati PETRI Principis Apostolorum, nec non omnes sequentes cæcitatẽ corporis ac mentis eius in tali præsumptione: eique comunicantes excomunicamus primo & anathematizamus vsq; ad plenissimã emendationẽ. Insuper iam dicto FRIDERICO per authoritatem sedis Apostolicæ dignissimo Archiepiscopo honorẽ & dignitatẽ Salzburgensis Archiepiscopatus confirmamus & corroboramus & vniuer-

ſos humilitati eius allubeſcentes, benedicimus & Catholicos approbamus. Vnde rogantes hortamur ſanctitatem veſtræ fraternitatis, & in hoc nobiſcum pariter aſſentiatis, & huic noſtræ Apoſtolicæ ſanctioni veſtram confirmationem præbeatis.

IOANNES ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ huic ſanctioni editæ à me in Synodo apud Rauennam ſubſcripſi. Signum Domini OTTONIS TsT. sereniſſimi Imperatoris: RODALDVS Patriarcha Aquilegenſis Eccleſiæ interfui & ſubſcripſi.

Petrus S. Rau: Eccleſiæ. Et Walpertus S. Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus Lannuardus S. Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Otkerus ſanctæ Spirens. Eccleſiæ Epiſcopus. Vuindo ſanctæ Siluæ candidæ Eccleſiæ Epiſcopus & Bibliothecarius Apoſtolicæ ſedis. Martinus ſanctæ Suttienſis Eccleſiæ Epiſcopus. Benedictus ſanctæ Portuenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Euerardus Epiſcopus Aretinenſis. Sichelmus Epiſcopus Florentinæ. Petrus Epiſcopus ſanctæ Volternenſis Eccleſiæ. Ioannes ſanctæ Ariminenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Hubertus ſanctæ Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Honeſtus Epiſcopus ſanctæ Peruſinæ Eccleſiæ. Petrus ſanctæ Camerinæ Eccleſiæ. Ingito Epiſcopus ſanctæ Aſiſinatæ Eccleſiæ. Leo Epiſcopus ſanctæ Aſinatæ Eccleſiæ. Ioannes Epiſcopus S. Callienſis Eccleſiæ. Erſemarius Anconitanæ Eccleſ. Epiſcopus. Aſtingus Epiſcop. Auximanens. Eccleſ. Benedictus Humanatæ Eccl. Epiſcop. Eberardus Eſinatæ Eccleſ. Epiſc. Benedictus Fuliginæ Eccle. Epiſc. Iulianus Lucerinæ Eccleſ. Epiſc. Gregorius Comaclenſ. Eccleſiæ Epiſcop. Ruodo ſanctæ Ceſinatæ Eccleſ. Epiſcop. Arnaldus Popiliens. Epiſcop. Radaldus Roſiliens. Epiſcopus. Martinus Mantuanens. Epiſcop. Stephanus Ficoclens. Epiſcop. Ioann. Bellunens. Epiſcop. Albericus Peruſunenſ. Epiſcop. Rodulphus Vicentin. Epiſcop. Gerhardus Fauentinæ Eccleſiæ Epiſcop. Petrus Metaumaucens. Epiſcop. Hubertus Parmenſ. Epiſcop. Luizo Gremonens. Epiſcop. Ermenald. Regionens. Epiſcop. Gorbold. Polonenſ. Epiſcop. Gauſilinus Patauens. Epiſc. Arnald. Tridentinæ Epiſcop. Teutpertus Feltrenſis Epiſcop. Zenobius Feſulanæ Epiſcop. Gothofredus Aquens. Epiſcop. Roilo Aſtens. Epiſcop. Luido Gloſinenſis Epiſcop. Adalbertus Bonens. Epiſcopus. Vindo Modinens. Epiſcop. Iohannes Vuolenſis Epiſcop. Ratherius Veronens. Epiſcop. Antonius Briſuens. Epiſcop. Vdalricus Bergamens. Epiſcop. Ioannes Iordanens. Epiſc. Aupaldus Nouanens. Epiſc. Lupus Spolentinæ Eccleſiæ Sigihardus Cetens. Epiſc. Rihehard. Fanenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Actum Rau. VII. Kal. Maij, per manum Stephani Scriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. In menſe Aprili & indictione decima in præſentia omniū ſanctorū Epiſcoporū.

Diploma Agapeti PP. tale eſt.

I.

AGAPITVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, fratri dilectiſſimo & reuerendiſſimo GERARDO ſanctæ Lauriacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in Chriſto ſalutem. Petitiones tuas pro renouandis ſiue approbandis Eccleſiæ tuæ priuilegiis, venerabilis Fuldenſis monaſterij Abbas HADEMARVS huc cauſa orationis veniens cum magna beneuolentia noſtræ experientiæ ſuggeſſit, pariterq; iurgia & diſceptationes grauiſſimas inter te & Heroldum Archiepiſcopum pro vtrinq; ſuſceptâ in vna prouincia pallij auctoritate exortas, flebiliter nunciauit, quod & ipſi ex debita paſtorali cura nimio cordis mœrore dolemus, deteſtabiliterq; profanamus. Quippe ſancta & vniuerſalis Eccleſia, cui authore DEO præſidemus à religioſis atque pacatis ſacerdotibus ſuis, & in caritate non ficta ſolidatis, quaſi totidem columnis inniſa fulcitur; diſcordantibus autem & aduerſum ſe hoſtiliter inflante ſuperbia animum tollentibus, præſertim tantis Pontificibus velut euulſis ſuſtentaculis caſura, non ſine magno periculo & vigoris ſui detrimento à proprio ſtatu concutitur. Inſuper etiam dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter huiuſmodi contentio exercetur, agitur vt in fraternâ æmulatione decor ſacerdotij intus euacuetur.

Inde ergo frater Officium noſtrum illud eſſe perpendentes, ne inimicitiarum fomite in vobis ſuccreſcente diſſidium ſanctæ DEI Eccleſiæ atque ſcandalum

lum sine consilij & vtilitatis vestræ respectu diutius nutriatur, ad sequestrandū litē vestram accedimus nos arbitres tā ex sollicitudine à Domino regiminis iniuncti, quam amborum vestrorum amore ad hoc permoti, ita videlicet vt & de prælibata conflictus vestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iustitiæ satisfaciamus, & vos omni explosa controuersia in fraternam concordiam Christo moderante reuocemus.

Notum est igitur, literisque penes nos commendatum, quibus Ecclesiarum locis dignitas pallij ab hac Apostolica sede debeatur. Lauriacensem autem vrbem antiquitus Metropolitanam fore, & Archiepiscopij sedem cui sanctitas tua præesse dignoscitur, sicut in priuilegiis authenticis ad nos vsque à te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartæ: & vetustate admodum attritis in Archiuo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiæ & immanissima Christianorum persecutione à Doctoribus istius sedis Catholicæ fidei nouimus rudimenta percepisse, & exinde à succedentibus prædicatoribus in superioris atque inferioris Pannoniæ prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque Pontificibus vsque ad tempora Hunnorum non alius, quam sanctæ Lauriacensis præfuit Archiepiscopus, quorum barbarica feritas non solum prædictam Lauriacensem Ciuitatem, verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit, atq; funditus desolauit. Inde quidem contigit, vt Episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atque aliò translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno, ARNO primus sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ subrogatur Archiepiscopus. Hæc testatur annosa memorialis sacri scrinij historia. Modo autem mortalibus propitiante Christo ab hostibus sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ quiete, & inhabitandi securitate concessa, non alibi, quam ibidem fraternitatis tuæ cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Ecclesiæ sanctorum Patrum videlicet prædecessorum nostrorum, sed & beatæ memoriæ Domini LEONIS Papæ, à quo Excellentia tua pallio ac priuilegio donata est, sanctiones atq; statuta exequentes, ac sæpedictā sanctā Lauriacensem Ecclesiā potestate & vice beati PETRI Apostolorum Principis absoluimus & Archiepiscopamus & in culmen Metropolitanum sublimamus & priuilegia nobis transmissa manu propria munimus & corroboramus, ad rata esse firmamus, denuoq; tibi pallium cum præsenti præcepto secundū vsum prius concessum, successoribusq; tuis perpetim tenendum tradimus. Hisq; examussi ita ad iustitiā reintegratis, decreuimus rixas vestras, & dissensiones præfata ex causa deriuatas dirimere, atq; in fraternū amorē vos reconciliare, sic vt vtriq; vestrorū modo susceptus seruetur pallij honor illæsus, hortantes quatenus Apostolicè instituti, amodo non in contentione & æmulatione maneatis. Constat quidē quod canonicè singulis prouinciis singuli ordinantur metropolitani, proinde distribuere, atq; determinare ita vobis parochias, bonū & pacificū æstimamus vt diuisis duabus Noricæ regionis prouinciis, Heroldo Archiepiscopo Occidentalis Pannoniæ cura committatur & custodia; tibi autem successoribusque tuis, propter emeritam antiquitatem sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ, cui iure iuniorum reuerentia assurgit in benedictionis & sedis ordine Prælatis atq; Præpositis prouidentiam Orientalis Pannoniæ, regionemque Auarorum atque Marahauorum sed & Schlauorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptisma Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium credimus, nostramque Apostolicam vicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio vestro vbi opus est Episcopos constituendi, omniaq; disponere atque ordinare tali authoritate

atque

atque potestate delegamus, ac si ipsi præsentes affuissemus. Quod si iam dictus Heroldus Archiepiscopus deinceps suorumuè quispiam successorum minime diffinito limite contentus, sed interdictam atq; à sua potestate separatam Diœcesin repetere peruicaciter conatur, nec à prohibitæ contentionis schismate per istas nostras Apostolicas traditiones atque determinationes compescitur: Ipse etiam piè concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum superior Pannonia continuetur inferiori, atque tuæ tuorumque successorum ambæ perpetualiter subiacent ditioni. Allubescentes autem assensumque præbentes istis nostris saluberrimis decretis, benedicimus & Catholicos approbamus, resistentes verò atque infirmare, vel omninò peruertere contendentes anathemate maranatha sanctæ Trinitatis districtè percutimus, & Apostolica sententia, qua multati Anania & Saphira exspirauerunt damnamus, & cum blasphematoribus sancti spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

II. *Diploma Benedicti PP. VI.*

BENEDICTVS diuinâ fauente gratia atque totius populi Romani electione Apostolicus. FRIDERICO Salzburgensis Ecclesiæ Archipræsuli, vna cum suis fratribus, videlicet Noricæ prouinciæ Episcopis mansuram in CHRISTO felicitatem. Protoplasto generis humani atque eius semine serpentina suasione in gemina cadente morte multas DEVS misericordia ductus medicinas misit in hunc mundum, Patriarchas scilicet iustos, Prophetas veridicos, legiferum cum lege. Et his omnibus mundum saluare non valentibus nouissimè filium suum humanâ carne indutum, ad redemptionem generis humani ad terras transmittere dignatus est. Eo itaque inter homines conuersante duodecim elegit Apostolos, quos ad seminandum verbum DEI in corda fidelium per vniuersum transmisit orbem, quorum atque totius Ecclesiæ sanctum constituit PETRVM Principem, cuiq; gregem commisit Ecclesiasticum tertiò ei dicens: *Pasce oues meas.* Cui etiam ligandi atque soluendi tradidit potestatem dicens: *Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Et non solo sancto talis concessa est PETRO potentia, sed etiam suis successoribus, eius vicem in Ecclesia tenentibus, eadem ligandi atque soluendi à Deo tradita est potestas. Sancti itaque PETRI Apostoli successores per loca, prout opus erat atque decuit, constituerunt Archiepiscopos, qui eorum vicem tenerent in Ecclesiis, quia ipsi vniuersas regere non poterant Ecclesias. Nos quoque vicem beati PETRI Apostoli prout hominibus istius temporis possibile est in Ecclesia tenentes statuta illorum Antecessorum nostrorum confirmare quantum possumus libenter desideramus.

Concedimus itaque vicem Apostolicam FRIDERICO Salzburgensis Ecclesiæ antistiti, eiusque successoribus in tota Norica prouincia & in tota Pannonia superiori videlicet & inferiori quomodo sui antecessores eandem potestatem à nostris habuêre antecessoribus, ita scilicet vt nulli liceat in præfatis prouinciis sibi vsurpare pallium, nec Episcopos ordinare, nec vllum officium quod ad Archiepiscopum pertinere debet, præter præfatum Archiepiscopum eiusq; successores. Quicunque autem huic refragari vel contendere voluerit decreto, quam nos vice beati PETRI Apostoli fungentes consensu nostrorum Episcoporum ac totius Cleri Romanæ Ecclesiæ decreuimus, sciat se beato PETRO eiusque vicario esse contrarium atque fore anathema vsque ad satisfactionem, siue sit Episcopus aut Presbyter siue Clericus cuiuscunque ordinis, siue laicus,

f. quod

cuius-

cuiuscunque fuerit dignitatis, quia sancta sanctorum antecessorum nostrorum soluere nolumus neque valemus. Sed quomodo illi consensu suorum Episcoporum ac totius Cleri constituerunt, fiat ex eorum pariter & nostro decreto firmum atque perpetuum. Quicunque autem Episcopi per amicos siue clam per aliquam fraudem aliquando eiusdem dignitatis petierint, siue petierunt priuilegium, illos suspendimus ab ea dignitate, quia illicitum iudicamus, vt aliquis Episcopus sine totius suæ prouinciæ atque suffraganeorum suorum consensu pallium, siue aliquod Archiepiscopatus priuilegium à Romano Pontifice acquirere præsumat.

Ad hunc Fridericum, & alios Archiepiscopos, & Episcopos; Imperatorem quoq; Othonem, & Henricum Bauariæ extant literæ Benedicti PP. VII huius tenoris. X.

DILECTISSIMIS nobis in Christo filijs HRODBERTO sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ & DIOTRICO, sanctæ Treuerensis Ecclesiæ. Atque ADALBERTO sanctæ Magdaburgensis Ecclesiæ. Parique modo GEREONI sanctæ Coloniensis Ecclesiæ, atque FRIDERICO sanctæ Iuuauensis Ecclesiæ. Sed & ADALDAGO sanctæ Premensis Ecclesiæ, Archiepiscopis. Pariterque Domino OTTONI gloriosissimo Imperatori Augusto, atque nepoti suo HENRICO Præcellentissimo Duci Bauariorum. Cæterisque omnibus Episcopis & Abbatibus, Ducibus atque Comitibus Galliæ atque Germaniæ. BENEDICTVS diuina gratia præditus Apostolicæ sedis Pontifex, seruus autem seruorum DEI in Domino salutem. Oportet iustis supplicationum petitionibus nos semper faciles & humiles exhibere, & præcipuè cum fraternis religiosorum consacerdotum precibus sollicitamur, qui passim ab omni mundi termino tenorem & regulam, atque proprij officij vigorem ab hac vniuersali sancta Romana matre Ecclesia, eiusque sortiuntur ministerio, Vicario scilicet beati PETRI Principis Apostolorum cuius quamuis indigni, eiusdem tamen gratia & dono potestati successimus & ordini. Cui voce dominica dicitur. *Tu es PETRVS, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Qua propter dignum æstimabimus, assensum præbere congruis postulationibus Reuerendissimi Archiepiscopi, quas per probabiles personas nobis intimauit, responsalium suorum duorum præsbyterorum, quatenus sibi pallium & Metropolitanum honorem Cathedræ suæ, sanctæ Lauriacensi Ecclesiæ restitueremus confinio Vngrorum adiacenti, quod omninò nos eidem Ecclesiæ debere testantur antiquissima secum apportata priuilegiorum testimonia. In quibus enim continebatur quod ætate Pontificatus beati SYMACHI huius almæ sedis Apostolici Præsulis præfata sancta Lauriacensis habetur Ecclesia Metropolis & in quantum tam exinde quam etiam de passionibus beatorum Martyrum, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi variis sunt tormentis multati colligere possumus ex omnibus Ecclesiarum Diœcesibus Pannoniæ, hæc antiquitate & Archiepiscopij dignitate esse primitiua creditur quæ iam multis retro actis temporibus ex vicinorum frequentia populatione barbarorum deserta & in solitudinem redacta, nullum Christianæ professionis habitatorem meminit: Vsque dum inuictissimus Augustus & pater patriæ genitor quippe Pij Imperatoris nostri, quem adhuc superesse & diu dominari mundus exoptat bellico trophæo eorum vires retundit. Nunc autẽ quamobrem votis exultantibus in laudem omnipotentis DEI erumpimus; non solum sæpe dicta sancta Lauriacensis Ecclesia hostiũ cessante terrorẽ cum accolis suis pace & tranquilitate potitur, verum etiam ipsi dudum inimici, illum quem persecuti sunt more gentili, iam iam Christum baptizati profitentur, & sacerdotes modo habere desiderant, ac prout scire rudes poterunt venerantur, & Ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restaurare

rare videntur. Hac ergo suadente ratione: Quod prænominati sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopi postulatio, antiqua Apostolica authoritate commendatur & præterea, quod cum iustum esset, pariter etiam vtile visum est, vt ad fructificandas DEO gentes, ex nouitiis cultoribus fidei Vngrorum atque Marauorum siue etiam aliis multis prouinciis Schlauorum suæ parochiæ finitimis illic ordinatis Episcopis secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus Archiepiscopum. Quoniam autem Salisburgensis Ecclesia Metropolis abusa est subiectione sanctæ Lauriacens. Ecclesiæ Pontificij obliterata & attenuata sua dignitate ex deuastatione Barbarorum, quam propterea perceptis Apostolicis priuilegijs nequaquam patimur priuari, cum & priora sint Salzburgensibus, & ideo auctoritatiua, vel auctorabiliora. Quæ conditio testimonij etiam apud secularia iudicia viget & præualet. Nos verò in huiusmodi constitutionibus omnem calumniam atque contentionis occasionem Domino adiuuante facilè propulsamus, ambabus parochijs ab inuicem certis limitibus sequestratis, & tamen Apostolicis sanctionibus vbique stabilitis, quas nostrum est semper defendere, & secundum Euangelicam sententiam nihil ex eis soluere sed adimplere. Vnde ergo auctoritate & potestate B. PETRI Principis Apostolorum atque exemplo beatorum Pontificum scilicet prædecessorum nostrorum eandem sanctam Lauriacensem Ecclesiam, eiusque rectores iam Archiepiscopos ammodo, perpetim ab omni Salisburgensis Ecclesiæ eiusque Præsulum subiectione ac ditione absoluimus, & honore Metropolitano sublimamus, & sicut modernis temporibus sanctæ memoriæ AGAPITVS Papa terminos earundem parochiarum ab inuicem distinxit, sic & ipsi diffinimus, ita quoque vt sancta Salzburgensis Ecclesia superioris Pannoniæ Episcopos habeat suffraganeos, quibus vsque huc sui Pontifices præesse videbantur, cum tanta talique diœcesi, quali hactenus in inferiori vsi sunt Pannonia.

Sancta autem Lauriacensis Ecclesia in inferioris Pannoniæ atque Mesiæ regiones, quarum prouinciæ sunt Bauaria atq; Marauia, in quibus septē Episcoporum parochiæ antiquis temporibus continebantur, suiq; antistites Archiepiscopalem deinceps habeant potestatem, cum tanta talique diœcesi, quali hactenus in superiori vsi sunt Pannonia. Quibus vtique in superni præceptis injungimus, vt juxta beati Gregorij propter decretum Anglorum Archiepiscopis directum alter illorum qui prior sit in ordinatione tempore & quoad viuat prioratum teneat in ordine. Penitus enim determinatis vtriusque Ecclesiæ diœcesibus, omnique exclusa altercandi occasione canonicâ sub districtione interdicimus, vt neuter earundem Ecclesiarum Archiepiscopus inuadere alterius parochiam præsumat, vel quibuscunque jurgiis aut disceptationibus super diffinitis à nobis modo rebus alter alterum sollicitare audeat. His igitur stetutis venerabilem confratrem nostrum Pilgrinum Archiepiscopum canonicis literis munitum sedi sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ suæ intronizauimus, palliumque ei secundum antiquum eiusdem Ecclesiæ vsum direximus, atque in prouinciis Bauuariæ & Marauiæ, regionum quoque inferioris Pannoniæ siue Mesiæ, & in contingüis sibi Schlauorum nationibus circumquaque manentium, nostram Apostolicam authoritatem & vicem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more antecessorum suorum sanctæ Lauriacensis Ecclesię Archiepiscoporum habeat potestatem Presbyteros & Episcopos ordinare, atque constituere, & ex prædictis gentibus sua sancta prædicatione parare Domino plebem perfectam.

Vitam huius S. Gebhardi Archiepiscopi fundatoris Ecclesiæ Admuntensis, nec non sedis Episcopalis intra Carinthiam, in loco Gurca dicto, reperiet lector Antiq. lectio. D. Canisij Tom. VI. p. 1227.

Lumen

Lumen præferunt heic D. Hundij dictis, literæ PP. Alexandri II. & Regis Henrici IV. quas ex Tom VI. antiq. lect. huc transcripsimus. 2.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Gebehardo Salzburgensi Archiepiscopo, suisque successoribus in perpetuum. Quotiens ea à nobis petuntur quæ religioni conueniunt, prompta debemus concessione annuere, & fauoris nostri gratanter præbere assensum, quoniam ex consideratione nostri officij cogimur Ecclesiarum vtilitatibus, etiamsi minimè exigantur solicite inuigilare, & animarum saluti solerti studio prouidere. Quapropter dilectissime frater, quia postulasti à nobis, quatenus Apostolica auctoritate concederemus tibi vnum Episcopatum in tua parrochia constituere, quia Ecclesia tua tam amplè diffusa est, quod per te solum non possis eam in chrismate aliisq; pluribus, quibus Episcopali officio indiget, decenter ac rationabiliter regere: pijs precibus tuis inclinati, libenter annuimus, & vt etiam impleatur, satagimus. Apostolica igitur auctoritate, venerande frater, religioni tuæ concedimus, volumus, & firmamus, atque auctoritate beati Petri, Apostolorum principis, in quocunque loco tibi melius visum fuerit, Episcopatum in tua parochia, construe, & ad procurandum salutem animarum, adiutorem tibi tua consideratione ibi præpone. Ita tamen, vt Episcopatus ille Ecclesiæ tuæ, tibiq; vel tuis successoribus nunquam subtrahatur, & nullus ibi Episcopus quandoque siue per inuestituram, vt dici assolet, vel quocunque pacto inibi constituatur, nisi quem tu, vel tui successores prompta voluntate elegerint, ordinauerint, & consecrauerint. Indignum enim atque detestabile est, vt hoc quod studio pietatis à nobis quæsitum, Apostolica auctoritate firmatum, ad detrimentum Ecclesiæ tuæ quolibet modo vertatur. Si quis autem temerario ausu huius nostræ sanctionis priuilegium infregerit, nouerit se Apostolicæ excommunicationis atque anathematis vinculo innodatum. At verò, qui pio intuitu custos & obseruator extiterit, perpetuæ benedictionis abundantia repleatur. Data Lateranis XII. Cal. April. per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis ac Bibliothecarij, Anno ab incarnatione Domini M. LXX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ II. nono Indictione VIII.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Quotiens ea à nobis petuntur, quæ religioni conueniunt, prompta debemus concessione annuere, & fauoris nostri gratanter præbere assensum. Ergo fidelis noster Gebhardus Iuuauensis Archiepiscopus, de commissarum sibi animarum periculis dolens conquestus est, quod Episcopatum suum in Montanis situm, præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, consultu fidelium nostrorum, pro necessitate Ecclesiæ, decreuimus & annuimus, vt infra Parochiam suam, adiutorem sui operis Episcopum & sedem Episcopalem constitueret. Igitur in loco qui dicitur Gurca, apud Ecclesiam sanctæ Mariæ, vbi prius erat congregatio sanctimonialium, placuit nobis vt Cathedram Episcopalem faceret, & eidem nouæ sedi, partem Parochiæ suæ, & de prædiis & decimis, quantum sibi conueniens videretur attribueret, & ad eandem sedem, Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione, vt Episcopatus ille, Ecclesiæ Iuuauensi, & prædicto Archiepiscopo suisque successoribus nunquam subtrahatur, & nullus ibi Episcopus, quandoque siue per inuestituram, siue quocunque modo constituatur, nisi quem prædictus Archiepiscopus, suique successores elegerint, ordinauerint, consecrauerint. Et vt hoc nostrum regale præceptum stabile & inconuulsum omni permaneat æuo, hanc chartam inde conscribi, manuque propria corroboran-

borantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Ego Albero Cancellarius, vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data II. Nonas Februarij, Anno Dominicæ incarnationis M. LXXII. Anno ordinationis Domini Heinrici Regis XVIII. regni verò XVI. indictione X. Actum est Ratisponæ, in DEI nomine, AMEN.

22.

Sequitur passio S. Thyemonis Iuuauensis Archiepiscopi.

GLoriosam Martyris DEI Tyemonis seu Theodamari passionem venerabiliter Ecclesia suscipiat, amplectatur, & celebret, quam nos vltimi seruorum eius ardenter colentes, equidem meritò, vtpote signis in morte, & post mortem illustratam, nostro etiam scripto, posteros eam ex parte agnoscere laborauimus, ne tantum sidus, ignorantia obnubilante, minus in terris, quam sursum coruscaret in cœlis.

Magnitudine, diuturnitate, passio huius B. Martyris inter agones Martyrum adeò mira, adeò eximia, vt nihil suprà. Periculis ex genere, periculis in falsis fratribus, periculis ex gentibus, cum Paulo Apostolo omne quod profuit, tempus exegit.

2. Cor. 11.

Imitabile hinc miseris mortalibus in se procurauit exemplum, hoc præsertim tempore, quando homines sunt seipsos amantes, temporis lucri sectatores, quando in foribus Regum corruit judicium, & justitia ingredi nequit, cum ipsi Domini Pontifices alius per ambitionis, alius p inuasionis assultus, alius per cōspirationis & factionis cuniculos dignitatem arripiunt, trahunt, dilacerant, sedem ambiunt, ante cuius onus succumbere, ad cuius rationem contremere, & subtus fugere indementes magis debuerant. Sed profectò, vt ait quidam, imbecillum est genus humanum ad contemnendam potentiam. Verum etiam væ illis, per quos scandalum venit, & contagium quasi pestilentia ab alio in alium per vniuersum mundum vadens grassatur.

Matth. 18.

Sed jam beatissima passio Martyris, & vitæ eius sub oculis pingatur religio. Hic ergò ingenuis * parentibus Baioariorũ genere oriundus, in primæua ætate * ALTENSI monasterio tam regularibus, quàm scholaribus disciplinis traditus est imbuendus. Huic ab adolescentia sanctitas, innocentia, humilitas, prudentia, omnisque scientiæ genus oblectationi fuit, ibique iuuentutem suam exercuit. Quapropter & bonæ indolis viro diuina vnctione indultum est, vt non modò eas artes, quas liberales appellant, sed & mechanicas vniuersas simul, pictoriam, fusoriam, sculptoriam, carpentariam, omniaque huiuscemodi genera & species, in modis & in formis, instar mollis ceræ, quantum ducere artifex manus, & fingere multiformiter queat, docili ingenio assequeretur & facilius.

** nobilissimus, nam Conradus Comes Medlingensis cognatus erat.*
** in inferiori Altach.*

Inter hæc cum strenuis virtute, cum modestis pudore, cum innocentibus abstinentia certabat, & esse bonus, quàm videri malebat.

Quantæ autem districtionis zelo vitia sua reprimens & triumphans, ea in semetipsis diuinis perinde obtutibus, & tum priuatus, & primo in pontificij culmine, ac deinceps in sanguinis effusione placuit, superna reuelatio & ipsi, & nobis, quousque hodie & reliquum legimus, vel lecturi sumus, indicio infra scripto innotescere voluit. Cum adhuc in ALTENSI monasterio regulariter demoraretur, res incidit quodam tempore, & humanum passus est, vt iracundia fortè commotus, & oneri imparem interim animum gerens, statim de claustro impetuosè recederet. Iamque iuxta siluam contiguam culpatum iter tenebat, cum illicò DEI miseratione stimulus Angeli Sathanæ ab eo recedens, saluum virum reliquit. Tum ad seipsum rediens, mirari factum, & displicere sibi ipse

ipse cœpit, erigensque se contra se benè indignando toruos oculos super vias suas posuit, & melius iter versus, quà venerat ocius relegere cœpit. Et post pusillum sacerdotem obuiam habuit, equo sedentem, à quo sine mora, quod obscura persona non fuit, agnitus & salutatus est. Moueri autem is apud se cœpit, equidem haud indignè, in his eum adorsus est verbis: Vnde versum aut quorsum Dominus meus, tam insolitè, tam præceps rapitur? quid rerum est? Tunc humiliter velut vitæ languidus, & rancido vultu infælicitatis suæ historiam retexuit, & tamen afflicto spirat reuerentia vultu. Qua motus etiam sacerdos equo proprio desilire, & ad cellam vsque commodare velle cœpit, talibus verbis insistens: Noli domine mi, hanc iniuriam tibi facere, non eas, quia temetipsum degeneras, persona tua vilescit. Indulge honori ante homines propter homines, in iumento meo redire consenti, & ero comes itineris tui. Non frangitur, non mulcetur blandientibus verbis beati viri constantia, & immoto pectore virtus dura respondet: sine me. Non æquitas solatium patitur, contra ius bonumq; suggeritur, melius mentem subijt consilium. Reducat pedibus submissa humilitas, vnde superbia furiosa exploserat. Dixit hæc, & ad Monasterium suum tam pernici gressu quodam, prono affectu se rapuit. Lætissimis animis excipitur, salutatur, palpantium studijs etiam inuitè grauatur. Impunitate oblata intrare simpliciter & inseri inter ipsos oratur. Abnuit vir spiritu DEI tactus monitaneum hoc, & præter inane nomen veterum inutile, honoris specimen elegit, quod in æternum conduceret, quod Angelis in cœlo gaudium faceret, & vt par erat, iuxta rigorem non monachicæ tantum, verùm etiam canonicæ, imò Ecclesiasticæ generaliter disciplinæ, ad satisfactionem nudus processit, æmulans factis authoritatem Christi dicentis: *Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non introibitis in regnum cœlorum*. Proxima hinc nocte, cum more suo semper consueto, hora matutina omnes præueniret, adiens capitolium, quendam ignotum, venerabili omnimodis forma & habitu contra se assistentem, corporeis oculis vidit, qui ipsum & Episcopatus apice sublimandum, & deinceps Martyrio consumandum signis apud Monachos vsitatis euidenter edocuit. Quo facto ab oculis eius euanuit.

fert momentaneũ. Luc. 15. Matth. 18.

Ea tempestate apud IVVAVVM Monasterij sancti PETRI Abbatem diutinæ ægritudinis ita confecit molestia, vt nomine officij fungentem administrationis officium penitus feriantem relinqueret. Quocircà Euangelicam pertimescens sententiam: Cui plus committitur, plus ab eo exigitur, nec infirmitati satis confidens, ad excusandas excusationes in iudicio, prudenti humilitate, & humili prudentia onus recusare, cuius opus excusare in tantum foret, satius duxit. Audiens igitur Reuerendissimum, & verè Apostolicum virum GEBHARDVM, in diebus illis sanctæ Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopum, & Apostolicæ sedis Legatum, id quod in re erat aperuit, & absolui ab officio impossibili institit. Nec inani apud pium, apud misericordem instantia laboratum est, vbi ratio necessitatem, fas innuit veritatem. Quod non mortua vita fuit. Absolutionem ergò obtinuit, & in locum illius diuina ordinatione, & libera fratrum electione de ALTENSI monasterio ascitus est venerabilis TYEMO, genere, industria, conuersatione, atque scientia elimatissimus. Tum inuestitus ab eximio Episcopo suo GEBHARDO, iniuncto operi, omni inuigilauit instantia, omnia bona & sancta factis amplius, quàm verbis secundum regulæ scita ingerens, inculcans, indulcans.

Luc. 12. *f. Altensi*

Per idem tempus nauicula PETRI, quasi dormiente interim IESV, tempestatum procella propemodum mergens vexabat, omnesque veritatem & fidem beato PETRO seruantes, eiusque Vicario tunc Apostolicæ sedis Præsuli

GREGO-

GREGORIO septimo, aut in vndas mortis, dirum fremens ac feruens salutem trahebat, aut in longum exilium patria, honoribus, rebus, extorres iactabat. Inter quos GEBHARDVS Archiepiscopus singularis proreta, & principalis columna, cui inniteretur nutans & languens: paulum etiam adhuc spirans mater Ecclesia, ab impijs fauoribus HEINRICI quarti Imperatoris expellitur, aliusq; Episcopus ipso indignior, quo indignis habitus dignior, regia authoritate & inuestitura intruditur verius, quàm intitulatur, executione pro benedictione potitur. Cuius conuentu venerandus & circumspectus Abbas TYEMO impiari formidans, ne communicaret peccatis alienis, concessit in SVEVIAM, ardore sancta monasteria visendi HIRSAVVENSE, atque SCHAFHVSENSE, quorum vtrumque tunc temporis tantæ districtionis fulgore enituit, vt passim quaquauersum relucens, cateruas fidelium lumine suo attraheret, & dulcis theoriæ disciplinis in schola spirituali adprimè imbueret. In alterum horum, id est. HYRSAVVENSE, cuius etiam * Augustinus nomen mansit ac manet, totis animis vir DEI se recipit, priuatimque in scientia, conuersatione & communem se fratribus gerens, in fausti temporis exitum operiebatur, degens in illis quasi vnus ex illis. Post exactum inibi hoc modo triennium, errantis patriæ labyrinthum, suique regiminis locum repetere cœpit. Prædictus inuasor Episcopi sperans arundinem vento agitatam, ad suam peruersitatem inclinare velle, aut inclinari posse delusum animum, erigitur, exhilaratur, dilatatur, blandiens simulatione, satagens beneficijs, indulgens honoribus. Sed in acta re vir DEI contagionem lepræ eius pertimescens, in iunctam heremum sese collegit, vbi ADMONTENSE cœnobium fertur subisse, à præfato GEBHARDO Episcopo nuper fundatum, non sine diuino oraculo. Quod qualiter factum sit, & situm loci, quomodo res obtulit, breuiter pandere ignorantibus libuit. Locus ille inter montana BAVARIÆ, iuxta ANSIM fluuium situs est, aditum difficilem viantibus præbet, adeo ipsa natura munitus per gyrum, vt altissimorum ambitu cœlum proximè dicas circummuratum. Prospectus in montes, aut sursum versus non est. Hoc monasticæ conclusioni, præstruente natura, idoneum, hoc vnum de cæteris, quare locus à strenuis longè lateque amatur, expetitur, ab alijs horretur, fugitur. Necesse est fortia diuersas virtutes aut prouocare, aut reuocare. In hoc ergò loco Monasterium beatus Præsul fundare desiderans, dum esset ibi constitutus, quia fiscus Episcopalis erat, triduum continuum perstitit, non manducans neq; bibens, adeo æstuans discerpebatur cogitationibus suis, dum quod definiret, eligere non poterat. Mulcebat partim facies loci, quod inuictui hominum tunc nullius idoneæ rei materiam in venis montium negaret; angebat è contra non carpento, neque * trabea, verum solis sagmentariis necessaria posse inferri. His distrahentibus animum, postridie etiam dum cunctanti, subitò surdus & mutus quidam in medio exurgens, diuino nutu coram omnibus hæc verba eleganter in Teutonico concinnauit Episcopo, inquiens. Tu debes inchoare, DEVS debet consummare. Qui homo nec postea, nec ante vllas edidit voces, donec post multos annos in depositione ipsius Episcopi, ad sepulchrum eius pleniter aurium & linguæ restitutus est officio. Mirantur vtique vniuersi, studium & gaudium replent Episcopum. Mox quasi diuinitus accepto oraculo intrepida mente, pronissimo studio monasterium cœpit construere, sacris vestibus, & marmore copioso ornare, reditibus ditare. Porrò successores eius, videlicet ipse TYEMO, cui hic stilus famulatur, deinde CHVNRADVS, vir magnæ authoritatis, ac potens in opere & sermone, familiari conuictu locum colentes, quantum supererogauerint, breuiter dici non potest, habet DEVS maiora retribuere illis. Huius CHVNRADI temporibus, nostra iam maiora quasi no-

Marginal notes: *execratione* — * *f. traha* — *Hinc patet authorem S. Tyemoni fuisse æquæuum.*

si nouum & melius intuitum accipiens locus, tum varijs modis, tum principaliter famæ gloria, obseruantiarum rigore, nobilissima monachorum atq; sororũ multitudine, nescio an super omnia Teutonicæ terræ Monasteria non inualuerit. In hoc itaq; cœnobium Iuuauensis Abbas sese interim recipere oportunum perspexit. Non multo post inuictus Christi athleta GEBHARDVS exacto fælicis agonis cursu, ad palmam supernam vocatus XVI. K. * & vltra naturæ concessit, sepultusque apud ADMONTENSE Cœnobium, ipso die depositionis surdum & mutũ quem prędiximus, ad sepulchrum proprium curauit, quo primo alijsque deinceps miraculis viuere se in regnis cœlestibus testatur.

Verum proh dolor ijsdem diebus, vt ait olim quidam, perdita damnato nocuerunt tempora mundo. Etenim mala abundabant in terra. De quibus omnibus vt taceam, is quem viuenti Gebhardo superpositum ante retulimus, arrepto tempore quasi vacuã sedem occupare post eum liberius cœpit. Quod videntes, ad quos pertinebat, ineunt prout res monebat, consiliũ, ordinare dignũ gubernatoré matrici Ecclesiæ. In partes primo discedunt, vt in tali negotio assolet, vti cuiusq; natura & mores erant, alij benè, alij secus consulentes. Vnusquisq; in suo sensu mox abundat. A spiritualibus & diuino sensu super cæteros homines vigentibus venerabilis TYEMO, dictante id eis spiritu sancto, honestissima suffragatione vocatur Episcopus; alij quendã ADALBERONEM, Frisingensis Ecclesiæ Decanũ asciscunt antistitem. At supernus arbiter medium se partibus interponens, qualiter huius posterioris electionem approbarit, celeris animaduersionis sorte aperuit. Dies enim colloquio decernitur, vt exhibita electi vtriusque præsentia, in vnum ex his quoquo pacto ab omnibus consentiretur. Conueniunt eo Pataviensis Episco. Altmanus Apostolicæ sedis legatus, dux, comites, simul de vtroq; ordine grandis Ecclesia. Quo dum simul nauigio prædictus Decanus pergeret, medio amne sub oculis admirantiũ pauentiumq; imergitur, taleq; omnis controuersia compendium Iudicis DEI sortitur. Continuo enim concordatis partibus ab vniuersis quasi diuinitus declaratus TYEMO in Cathedrã Pontificalem * laudatur, consecratur, omniq; plenitudine metropolitani iuris firmatur. Satis agebat pro principatu suo ipse Phylochristus, quantũ in ipso fuit, prouidens bona, non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Verum omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Tredecim namq; annis, quibus præfuit, bellis, obsidione, gladijs, captiuitate, omnia extrema perpesso, instar beatissimi Athanasij Alexandrini Episcopi nunquam pene liberũ corpus, ne dum libera authoritas fuit. Grauis eadem res, eadem causa, quæ & prædecessorem suũ vrgebat. Diuisum enim inter se ea tempestate regnum, & summum sacerdotium, diuisa cum his iniustitia atq; iustitia, fasq; nefasque, mediam inter se Ecclesiam trahebant, conuulsam & dilaceratam variè, alijs alij morem gerentibus. Planè cum pluribus * diu moris consilium factum, hic Præsul in reuerentia & obedientia sanctæ Romanæ sedis permansit, vsq; ad finem fidelis. Propterea præ participibus suis, hæc omnia, quæ præmisimus mala, eum apprehenderunt. Denique & æmulam sedem contra eum tenebat ille ipse, quem ei superpositum viuente GEBHARDO ante latius docuimus, spectabilis planè persona, & tantæ dignitati idonea, nisi aliunde quam per ostium ascendens, teste veritate, fur esset & latro. BERTHOLDVS hic erat, infælicitatis suæ satis notus elogio, cuius intrusi, magis verò HEINRICI quarti Imperatoris, qui per Italiam & Alemanniam, heu totius mali materia videbatur & forma, huius iniqui conspiratores eo vsque venerabilem virum persequendo deducti sunt, vt grege facto bellum adorientes, sanguinem eius quam omnia mallent. Aderat is per se cum quibus poterat copijs, pugnatum est à duobus propinquis suis æquè

* [margin]

* [margin: *illegible*]

2. Tim. 3.

* [margin]

F nobi-

nobilibus atque magnificis viris, quos adiuuabant sanctæ Ecclesiæ ministeriales, plena fide, igneo studio, si quando diuina voluntas annueret Ecclesiam ab inuasoribus eripi, iniurias vltum iri. At verò placet sapientiæ Dei electos proprios, hic interim premi à reprobis. Vincitur ab aduersa parte acies Præsulis; fusi sui partim, alij fugati, spolia direpta, simul cum pallio suo, intactus ipse fuga euasit. Non multo post cum per THAVRVM montem in Carinthiam iter legeret, ecce VDALRICVS Comes partium Cæsaris, dum vult malam virtutem secula futura narrare, ausus est manum sacrilegam mittere in Christum Domini, & in ipso monte nil minus suspicantem circumuenit Dominum suum, & cepit. Nullum genus ærumnarum, quod tempore, quod miserum esset, in ea captiuitate per quinquennium expertus non est. De quibus singulatim si parem differere, incertum habeo, piget magis, an pudet. Nam & maximus locorum Episcopis subiacentium scilicet FRISACENSIS, vti cum ipso antistite, vel deleretur funditus, vel in fiscum publicum redigeretur, quinquennali obsidione tentatus est atque vexatus. Affuit loco quoddam diuinum præsidium, ne per tantum temporis subijci possit. Cumque inceptum tardius procederet, Reuerendum Pontificem cum prædictis cognatis eò deducentes, primitus eum ligauerat, proh pudor, ad machinam extructam, quam vulgò mangonam appellant. Non sint, inquiunt, manus nostræ super eum, sed manus oppidanorum, vt occidatur. Verum quia nequitiam inaniter tantum flagitij intenderant, Agnouerunt enim oues pastorem suum. Tum proximos eius, quos supra cum eo captos adduxerant ante ora statuentes, subinter minatè optionem dederunt, aut loco mox tradito obsidionem soluere, aut imminenti gladio cognata colla exponere. Respondet Episcopus: Res Ecclesiæ sunt, res sunt RVDBERTI, de quibus agitur, quas in cautionem meam tutandas ad tempus, & fideliter dispensandas suscepi. Non mihi contingat earum distractione, fluxum & fragilem vitam, seu cognatorum, seu meam suspendere. Non facio animam meam pretiosiorem quàm fidem. Innocenter hi itaque capite truncati sunt. Quod in pectus antistitis alto dolore ascendit, dixitque obsidionis principibus, VDALRICO scilicet Comiti, quem ante latis commemorauimus, cum germanis suis duobus. Quomodo, inquit, viros justos, & sine querela pro Ecclesiæ tantum defensione interemistis? Maledicti eritis super terram, nec peccatum vestrum à facie Domini delebitur, sed infœlices ex hoc in reliquum, & decrescentes viuetis, donec dignas animas inferno reddatis, æterno igni pascendas. Perhiberi vsque hodie solet omnium prouincialium famine, scelestos Comites nunquam prosperatos, in aduersis dedecorem vitam, in ærumnis duram mortem luisse, juxta viri DEI sententiam. Qui ab eisdem post hæc in aliam munitionem translatus, militi cuidam deputatur custodiendus, vbi pro regno Dei & justitia eius, tam dura angaria, quàm diutina agonizabat.

Iamque multum temporis fluxerat, nec flecti à rectitudine statuti sui tenax animus quibat. Quare tædium Cæsarianis faciente, gladio finiendum decreuerunt. Ad quod piaculum custos pro se alium militem conducere maluit, quasi per alterum ipse rem agens, immunior foret. Sed mentita est iniquitas sibi. Spiculator ergò ingrediens, vbi fortis agonista DEI seruabatur, rem prius, pro qua venit, aperit. Respondit intrepidus Episcopus: Domini voluntas fiat. Surgensque dicto symbolo cum oratione procubuit, ceruicem super lignum extendit. Accedens lictor totis viribus fulmineum ensem adegit, sacram verò ceruicem, ac si ferrum ac lapidem secare non potuit; Tantum summa cutis, vix tenuem velut lineam ictus, & quod solum ictus agnosceretur accepit,

accepit, quod signum vlterius obduci, quam diu in corpore vixit non potuit. Relinquere per hoc voluit omnibus audiris Dei omnipotentia, & suæ virtutis indicium, & humani flagitij. Quo semel cepto minister diaboli frustratum ictum suum imputans, quod negligenter fecisset, denuò cum cura & enixius ferire parabat. Age, cernere erat vim viribus exire conantem. Tum in altum vibrans gladium, vt ab alto grauiori ingereretur in gulam, trabem super verticem, dum non prouideret, valido prius ictu signauit, erat enim in æstuario, fractusque continuò ensis in partes dissilijt. Indicium fuit Pontifici, quod nondum venerat hora eius. Non in tenebris, neque sub tecto, verum inter confertissimos hostes apud Corozaim triumphus illum manebat. Equidem & armiger sathanæ casu credens rem factam, sed manifestam Dei manum expauescens, tum virtute, tum authoritate viri permotus, flexit animum suum, & eiusmodi preces effundit, coram sancto prostratus: Confiteor pater Domine, omnipotenti Deo; quia infœlix ego homo peccaui multipliciter, in sanctum & honorabile caput tuum, non vniformiter: sed per illum, qui te saluauit, obtestor & flagito, vt veniam rei indulgeas per tuam clementiam. Ad hæc tam pia facilitate quàm prudenti discretione in hunc modum respondisse Episcopum accepimus: Quoniam pœnitet delicti in nos admissi, ex parte mea cordetenus illud indulgeo; si quid verò in DEVM perinde constat flagitiosè commissum, notum à seculo est Domino opus suum, quod reddere oporteat. De hoc aliter videas conuenit. Sed jam dicta etiam atque etiam mente versantibus, quàm prudenter in re vna eademque inter nostram discreuit & Dei justitiam, certo certius erit. Etenim accipere iniuriam, reddere bona pro malis, justitia Christiana est, aut sine effectu est. Per se homo, vel ex sui parte ignoscat gratuitò, neglectum iri apud conditorem impia causa non poterit. Noluit ergo verus doctor, quæ vera, quæ sana, non etiam reo huic innotescere; quod suum erat fecit ei, & egressus est homo. Nec defuerunt inter hæc monstra quàm plurimi longè lateque, qui miserandos casus antistitis profundè dolentes, subueniendi animos auidos gererent, sed horum alios jus factionis, alios alia impedimenta repulerant. Principes conducere potuissent, sed eos partim similis ærumna ijsdem de causis vexabat, alij cum Rege talia faciente Principes erant. Pauperes contra violentiam assisterent? sed pauperes erant. Paupertas indiga opis, inops auxilij est. Patrem Apostolicum appellassent? sed hoc exemplum calamitatis, his tempestatibus erat, proscribebatur, cædebatur, exterminabatur, humnarum rerum spectaculum præbens. Adeò implacita vrgebant, & deformia tempora.

Attamen fuit secundum genus seculi honesto loco natus quidam religiosus ex illis, qui apud Canonicos & Monachos exteriores fratres in cappa vocantur, cuius scema ordinis & habitus is etiam NORICÆ regioni omnium primus intulisse narratur. Equidem ab Abbate HIRSAVVENSI Reuerendissimo Wilhalmo per idem tempus humili officio, humili institutione illud genus ortum susceperat. Prædicti autem fratris * CHVNRADVS ferebatur. Hic solus dignus inuentus est, cui præstaret in fructum perennem omnipotens, liberare famulum suum de manu potentiæ. Et oportunam rem videns, quia pecuniæ obediunt omnia, sumptibus componere negotium parat. Itaque inter cognatos & notos communes collatione facta, militem custodem 40. * corrupit, & præsulem de captiuitate saluum secum abduxit. Erat autem vir DEI etiam ingenti fortitudine præditus, adeò vt militem cum omnibus armis de ponte fluminis vna manu sustolleret & sine onere pendulum in aëre palpitantemq; teneret. Et vt breuiter concludamus, omni gratia,

* nomen

* talentis

omnibus bonis, super alios mortales insignis enituit, præter pacem mundi, si benè hæc dicenda pax est. Verum ipsa media est, nec fugere omnes bonos, nec omnes amplecti videtur, quam nemo bonus benè vnquam concupiuit, dum premere magis bonitatem nonnunquam consueuit. Quantum verò ad præsens attinet, Werra, sanguis, iniquitas sic tempora illa fœdauerat, vt quietum nihil, tranquillum nil merito esse posset; pacem verò bonis fore nec saltim deceret, vnde minus mirandum de nostro antistite. Qui post captiuitatem, vt dixi, solutam, in terra sua iam fructum suum non sperans, in Sueuiam se contulit, & cum venerabili GEBHARDO Constantiensi Episcopo tempus redimens, sanctis & DEO seruientium monasterijs, quæ in circuitu erant, suam commansionem indulsit.

Secundus autem venerat annus post eum, quo sancta ciuitas Hierusalem de subiugo gentium ceruicem erexerat, nec dum tamen, aut bella omnia pacata, aut armis parta pax & securitas fuerat. Initium illud misericordiæ stillauit DEVS, sub Duce GOTFRIDO, qui cum alijs quos idem Spiritus repleuerat, primoribus 70. millia expeditorum adduxerat, acceptaque victoria, Rex Hierusalem creatus ex sententia omnium & vnctus est. Horum opus adiuuare pro nomine Christi conflagrauerunt ex Almannia Bauari, Sueui, tam proceres nonnulli, quàm populares, tradentes in hoc mundo animas suas, vt in resurrectione vitæ sumerent eas. Caput horum & sydus vt ita dicam, quo cuncti regerentur per mare, sacer TYEMO factus, simul cum Duce WELFONE Hierosolomitanæ peregrinationis iter inuadit, præsertim quia non fructus in agricultura sua, sed fœda omnia euenerant atque acerba. Sic mala res, peior spes, procul & vsque in Sueuiam cultorem de vinea sua eiecerat. Veniunt ergò cum eo omnes constantes corde, vsque ad terram repromissionis; cum subitò antequam sanctam vrbem attingerent, innumera Ethnicorum multitudine circumfusi, & constricti sunt. Etenim in ciuitate Corozaim tres fratres principabantur, sæuitia DIOCLETIANO paganiores, DECIO tyranniores, qui aduentu nostrorum comperto, ante quidem pro recenti amissione Hierusalem & victoria Christi nimium venenum vix continentes, & tunc euomere totum in peregrinos auentes, instructi pro tempore copijs quàm maximis intentissime obuiam ruunt. * Cernens vim viribus exisse pugnantes. Hinc late strage nostrorum facta, paucis elapsis quo ad desiderata loca tantum peruenerunt, reliquos omnes in captiuitatem duxerunt.

Dux Welfo apud Paphum seculo excesserat. Episcopus autem inter eos Christianos, permittente Deo, qui capi propter nos & ipse non renuit, capitur, trahitur; nec repugnauit, sed indignos pedes ferrea boga religatus subigitur. Eo quippe modo quoquo versum, illic pagani Christianos, Christiani paganos, vinctos angariare ad seruitia quotidiana consuerunt, ligna, lapides, aquam de procul baiulare. Cumque postmodum inter se prædicti fratres diuiderent spolia rerum & hominum, præcipuus ipsorum proprio Episcopum peculio vendicans, venundare quasi vile mancipium cum alijs venalibus statuit, infelici mercimonio suum cupiens sarcinare sacellum. Veruntamen concaptiui Christicolæ, qui initia fœlicia, & ordinem viri minimè nesciebant, omni reuerentia nihil remissum, nihil tardum obsequentes agebant, vt patrem obibant, vt sancto humiliabantur.

Nec latuit paganos quid agitur, inspectant, quæ persona, aut quid intra suos fuisset, nostros sciscitantur. Respondetur, conditione illustrem,

vita

vita puriſſimum, dignitate Epiſcopum eſſe. Hi venientes Regi ſuo, quæ audierant, intimare non differunt. Ille accerſito Pontificem, & ſuis aſpectibus aſſiſti præcepit. Quem huiuſmodi alloquio adorſus eſt: Quis es? aut cuius artis peritus? Ad hæc Epiſcopum talibus verbis locutum accepimus: Deo meo largiente diuerſarum quidem artium diſciplinam profiteor, ſed præcipuè vt ſapiens architectus fundamentum fidei firmiter in cordibus hominum ponere ſcio, ſuper quod ſi quis bona opera ædificauerit, neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus ſubruent hominem fundatum ſupra petram, quæ eſt CHRISTVS. Clericum autem ſe & Prædicatorem figurabat. Reſpondit ei Rex: De ædificio huiuſmodi nihil mea intereſt, ſed tabulæ artem ſi noſti, ſeu pictoriam, vel aliquid tale, noſtræ vtilitati accommoda. Si artificem, inquit, noſſe deſideras, optimè vetuſta renouare & ſcio & poſſum. Ille non capiens quæ Dei ſunt, cum indignatione reſpondit: Quid ambagibus garrulis circumſcribendo laceſſis? Ait ad eum Epiſcopus: Verè, vt dixi, nutantia & vetera renouandi diſciplinam accepi, quia legem veterem in nouam Chriſto Deo meo auctore commutare noui; inſuper & operatorias artes, quas quæris, ſcilicet aurariam & huiuſmodi, omnes profiteor. His auditis in gaudium magnum, & vocem erumpens ait Rex: Gratias dijs noſtris vberrimas ago, quod ſeruum cunctis vſibus idoneum dignati ſunt deſtinare, & conuerſus ad Epiſcopum, Age nunc artificum optime, inquit, da operam, DEVM meum manus truncatum, aut noua effigie ex integro, aut nouis manibus reſtaurare, vt propitium diuina prouidentia * penſius tuo beneficio mereamur ſentire. At ille gentilem inter ſe, & miſerans & irridens errorem ait: Iube Deum truncum huc afferri ad me. Accelerant ſeruientes Regi, & ecce inter manus præſentatur laruale ſimulachrum, verè laruale, cuius alia forma exterius, alius habitator interius, ſcilicet Diabolus, quem in eodem demens vitio paganorum, diuino adorabat ritu, & coluit. Intuitu eo, ſubiunxit Epiſcopus: Malleo inquit, opus eſt; ni fallor, emendare potero Deum veſtrum. Credunt deludenti, gratulantur, malleus grandis defertur, ſicut præcepit. Quem manu arripiens, acceſſit ad ſimulachrum. Cumque ſtetiſſet ſuper illud, hoc ſermone exorſus eſt: Immunde ſpiritus, qui in iſta effigie habitas, ad deludendos miſeros homines, qui non credunt DEVM in vnum & verum, & loquens & ſeducens, ſicut per ſerpentem ſeduxiſti Euam, tibi præcipio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt de omnibus quæ voluero, accipias verba & reddas. Confeſtim verba contulit ad diuini nominis obteſtationem diabolus. Cumque diutius ſermocinarentur, dæmon in Chriſtum quandam blaſphemiam proferre auſus eſt, quam concuſſans aures vir DEI ſuſtinere contumaciam noluit, ſed blaſphemum monſtrum inſiliens ſoletenus illud proſtrauit, & malleo, quem manu tenebat, cum vires etiam bonus furor incitaſſet, particulatim ingentem ſtatuam, DEI virtute in breui comminuit. Quid plura? videntes pagani qui circumſtabant, rem geſtam, mutuò ſemet hortari, & quadam quaſi freneſi capti, ſacrilegum clamitare cœperunt, & impetu facto in eum nil aliud mox, quàm necem mortis vindictam anhelauerunt. Verum Rex alijs inſanis ipſe inſanior, peiori conſilio ſuſpendere interim lethi celeritatem malebat, & prolocutus eſt dicens, Nolo hercle, nolo vno, ſed multimodis tormentis contumacem laniatum finiri. Per me inſuper id nec volo, nec poſſum, par eſt Deos conſulere, eorumq; placito & poſteris digna decernere. Vinculis ferreis interim & carceri infernali damnetur. Amplectuntur ſententiam iniqui ſatellites, fitque vti ille cenſuerat, & catenatus ad carcerem Præſul importunè impellitur.

* propitiſſime

Vid. Otton. Friſingen. Lib. 7. Chron. Cap. 7. & Caniſ. Not. ad Lector. antiq. Lect. Tom. IV. Pag. 664

Ibat autem exultans & laudans DEVM in hymnis & canticis, agonemq; suum omnipotenti DEO commendans. Rex autem contrito simulachro, nesciens diabolum suum vnde viuere requireret, ad aliud vicinum idolum statim missos suos cum hostijs direxit, dans in mandatis vti sacrificantes velociter, de agendis consulta referrent. Sed quemadmodum dispensatione diuina beato Iob olim Sathan volentissimus quidem in facultate, & in carne eius pugnam inflixit, sed nolentissimus de pugna occasionem in cæteris præbuit gloriæ, pari modo nec aduersarius noster diabolus, dictare potuit, quot, quibusue modis homo DEI laniatus enecaretur, non autem prouidit quem fructum patienti pro constantia operaretur. Nobis satis constat, hæc sicut & præcedentia ideo cuncta fieri in eum permissa, quatenus titulis eius, nec martyrij triumphus deesset, & concaptiuis Christianis robur eius æmulatione accresceret. Sacrificantibus ergò ministris Regis, & consultantibus, dæmon articulata voce emugire auditus est dicens: Licet meo fratre & Collega amisso, miserijs cuius deiectus, vix edere voces sufficio. Quid dignum super temaritate consulam, aut quæ pœna respondebit tanti sceleris reo? Illi non satis eueniet, quicquid eueniet. Ite ergò, domino vestro meis verbis dicentes, vt flagellatum primò, sacrilegum in spaciosum pertrahi campum præcipiat, ibique cum sacrilegium corrigendo, dominum vestrum reparare, numina simul adorare noluerit, varijs & sæuissimis actis pœnis de viuentibus auferatur. Ad hoc verò spectaculum omnis globus Christianorum, velit nolit conueniat, vt eius pœna magistra, cultum diis terror, reuerentia dominis timorem incutiat. Accepto huiusmodi oraculo ex sententia animi sui, Rex alacer & lætabundus, cuncta vti doctus erat, mandauit effectui.

Solet verò nefanda confici arte vnguenti quædam species, contusa viperæ ac lacertæ aruina cum aliis eiusmodi bestijs, eoque vnguento impij homines ad pessima opera, pagani verò ad supplicia nostrorum vti consueuerunt. Talis enim naturæ est, vt oblitam cutem desuper ossibus & carne statim auellat. Hac ergò letifera specie contra sanctum die postera efferati, primo soleam inde perliuère: quam baculo appendentes, nudum præ se Martyrem super asino in campum agebant, infectaque tali solea verberantes, cutem corporis, vbicunque tacta fuisset, detrahebant. Sic in campum agitur venerabilis Episcopus, & in eundo ad DEVM ex imo corde huiusmodi preces effudit: Domine IESV Christe, qui pro nobis passus es, nobis relinquens exemplum, cui seruio ab infantia mea, cum sis iustitia & veritas: pro te omnibus ærumnarum generibus, vsque in exilium deueni, & ecce ad mortem pertrahor, vt compleam ea, quæ desunt passionum tuarum in corpore meo. Hic dies autem victoris, omnesque calamitates fœliciter consumabit, aut victo perpetuæ miseriæ initium cumulabit. Præsta ergò seruo tuo viriliter agere, ne timeam tyrannum hunc, & quæ ab eo inferuntur tormenta, fortiterque pro te sanguinem fundens, liber deinde à peccatis, & doloribus, tecum exultem in sæcula.

Cumque ad aream certaminis venisset, iubentur spectatum adesse omnes nostræ professionis, & in modum circuli authorem suum circumstare, vt de prope videntes, & audientes recogitent & timeant, & exemplo disciplinam accipiant. Leuatur impio regi tribunal in medio campi, adsunt prospectum cum omnibus oppidanis funesti satellites, & de proximis castellis magna frequentia. Iudicium sedit tyrannus, & iussit exhiberi Episcopum. Quem intrepidum & alacri vultu accedentem vt vidit, hoc sermone adorsus est: Tu es ille contumax qui in DEVM meum mittere manus impias non timuisti, nec nostri respectum, nec Deorum reuerentiam habere voluisti? Respondit Episcopus: Turpis est

Deus

Deus & fine deitatis virtute, qui conteri potuit, prohibere non potuit. At non est reuera lignum Deus, sed miro modo rationabiles homines fine ratione sunt, fine cerebro, & veri frenetici, qui nesciunt qui dicant vel faciant, qui de rebus putant, contra quam est, DEOS fore lapides ligna, Vulcanum claudum, Iouem (vt ex presse loquar) ipsum scelus & crimen mundi abominandum, & cætera risu digna. Ego autem vnum Dominũ habeo, vnum Regem cœlis atq; terris imperantem, visibilium & inuisibilium creatorem, hunc adoro, huic deseruio, à quo, donec superest in me halitus, auelli non potero. Dixit ei Rex: Depone miser insaniam tuam & audaciam, quia nisi acquiescens deos adoraueris; Christus tuus te saluare non poterit de pœnis paratis.

At ille non respondit ei verbum, sciens studio secus viam semen non esse perdendum, quod diabolus tollit de corde, ne fidem fructificet. Tunc Rex imperans militibus ait: Accedite nunc, omniumque digitorum vtriusque manus summos articulos secantes præcidite. Initium dolorum hoc, factumque est ita. Deinde Rex funestus dixit Episcopo: Ad huc per te tibi consulere expedit, vt sacrificans reliqua mortium superuadas, & vitam reserues. Respondit Episcopus: Tua doctrina non est tua, sed diaboli, opera eius non habeo, per me salubria sapio. Qui enim vitam Christo offenso volet seruare, hoc est planè perdere illam.

Ad hæc tyrannus commotior militibus suis, etiam iniunxit partes digitorum omnium, quæ sequuntur supremos articulos truncare atrociter. Placet pertinacem pertinaciter per singula membra concidi, fecerunt vt iusserat, omnique flexura digitorum sensim resecta, tum ipsas manus, postremò brachia detruncantes insultauerunt. Tunc omnes nostræ professionis tam captiui, quàm incolæ regionis, mos enim in partibus illis obtinuit Christianos compluplures, cum pacis conditione inter paganos pariter habitare, pariter negotiari, qui cuncti spectaculo horrendo astantes, quod solum poterant, questibus & lachrymarum vndis modum exierant. Ad quos in ipsis doloribus Martyr conuersus, blanda consolatione allocutus est dicens: Nolite boni commilitones, & ciues Hierusalem supernæ, si fidem vsque ad finem vitæ teneatis, nolite super me flere, nolite non dolendum dolere; ipse enim ego tametsi corpore in præsentiarum deficiens, sublimiter spei robore gaudeo, quem eleuandum iam iam ab imis ad superos per gratiam Christi confido. In quo magis etiam gloriæ nostræ congaudere vos decet, simul & gratias agere DEO, qui vestris diebus, vestris finibus me suam eligere dignatus est in hostiam suauitatis, vobis in formam beati certaminis. Eniti cum omni virtute post obitum meum vos hortor ac moneo, vt fide inuicta, conuersatione perfecta, gentibus irreprehensibiles, Christo accepti perstetis; & si paupertas, pressuræ, exilium, imminent, memineritis vos in manibus palmam, regnum, gloriam portare. DEVS remunerator ea omnia victoribus præmia posuit. Quanta cuique fuerit virtus in vita, tantum erit receptus in prœmio. Sæuiat tyrannus quoad potest, moriar, mors vltima linea rerum. Alia vita, alia gloria subsequetur. Talia perstabat memorans fixusque manebat in agone fœlici. Quo iusso, ad pedes secandos iussit Rex impius conuerti carnifices. Iamque per ordinem functura, ab iunctura sensim decisa, tunc demum ipsa crura detruncare insanientes cœperunt. Quid amplius facias ò insatiabilis semper crudelitas? Cur beatus Præsul iam iam spectaculo fœdo, miserabili, horroris pleno, nonne quod insanis mentibus semper crudelitas sit suauis, impietas iocunda, sanguis voluptas, sæuitia stimulus est? Rex enim scelestissimus sanguinem bibens, in siti sanguinis permanebat, & similis hydræ illi famosæ, cui numerosa capita pro vno surgebant, sic cepta semel rabie

crescebat magis ac magis, non minuebatur. Iussit denique post prædicta omnia sancti Episcopi vmbilicum ferro aperiri, & intestina illius inde inhumaniter extrahere, & extracta circa lignum, vti fila quælibet tenuata in susum glomerari. Cumque diu sancta viscera tali modo extraherentur, dolorum extrema vitalia cordis pulsauit. Iamque in vltimo spiritu constitutus, suspiria quanta poterat, oculosque in morte natantes, sursum eleuans ait: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Quæ verba simul cum vita finiens, beatum spiritum reddidit. Verè bono certamine certato, cursu consummato, fide seruata, repositam scilicet coronam iustitiæ Dominus reddidit in die illo, quemadmodum subiecto probatur indicio.

Hinc patet fides Historiæ, & auctorem fuisse æquæuum.

Quidam namque Christianorum, qui omnem postea eius passionis historiam, nostris partibus retexuit, testabatur, se sub ipsa hora transitus martyris de corpore vidisse angelicum chorum cum hymnis cælestibus venientem, & assumptam animam ad superos cum exultatione visibiliter ferentem. Vbi quanta gloria triumphans communi super cœlestium spirituum fauore suscepta sit, in corpore etiam extincto super terram declarare diuinitus voluit. Particulas quippe membrorum negligenter hinc inde disiectas, decreuit barbarica sæuitia, equorum pedibus conculcandas proijcere, ne, quod futurum erat, sic eum deuotio Christiana posset Martyrem facere. Accedentes ergò & tollere vbiuis sparsa nitentes, quod mirum dictu est, nec minimum aliquid eorum valebant, quamlibet multi, à terra mouere. Pondus sanctitatis motibus grauiora membra reddebat, magnitudo meritorum maiorum erat, quàm vt ferret iniuriam, quæ honoris digna, quæ obsequij exigens. Multa cura, multisque modis opus tentatur, frustra inceptum Deo resistente ostenditur. Neque enim vltrà canum quilibet aut auium, seu bestia de saltu accedere propius, & contingere de corpore sacro præsumpsit. Mirati omnes tum demum quid, cui, fecissent; ponere super cor, & pauere cœperunt. Super omnes ipse Rex quid ageret dubius, quodue consilium caperet, vultu, colore, motu corporis pariter & animo varius agitabatur. Ad vicinum tandem idolum, MACHMIT nuncupatum, quod & suprà consuluerat, misit properè, qui acta indicantes, oraculum, quin totis de agendis referrent. Quibus dæmonem hoc modo locutum accepimus: Fateor magnus est, & fortis potentiæ DEVS Christianorum, qui præstat diligentibus se omnia cooperari in bonum. Ecce quem morti atroci addiximus, quia fidelis in modico perstitit, super omnia bona domini sui constitutus est. Sua patientia, crudelitate nostra, id lucratus est viuens, vt in mortuum nihil possimus. Veruntamen quoquo pacto desuper terra auferatur necesse est. Sepeliatur vel ab ipsis suæ sectæ hominibus. Nec diutius spectetur sub aëre feris, auibusque vitandis quasi sacrum aliquod maximum, vnde gloria contra nos indies crescat, vnde fama in populos longè lateque se porrigat. Erepto aspectibus corpore, solet sensim & mentibus elabi memoria. Permitti ergò partes sui corporis Christianis censemus. Postquam loquela cessauit dæmonum, reuersi ab eo legati, quæ audierant, quæque in mandatis acceperant, perferre ad dominum suum non differunt. Acquieuit ille placito, & datis dextris securitatis, cunctos Christiani tituli in vnum confluere, & patrem suum, vbi vellent, sepelire præcepit. Quæ creatori gratiarum actio, quanta exultatio, demersos pios vniuersorum animos erexerit, nos insufficientes dicere, legentium sensibus metiendum relinquimus.

Cumque conuenisset copiosa multitudo nostrorum, leuantes sanctissima membra Christi Martyris, cum hymnis & laudibus deuotissimis in Ecclesiam deportauerunt, tribusque diebus ac noctibus impendentes excubias, ita demũ

ipsius

gloriosæ sepulturæ tradiderunt. Continuè autem Christicolæ prouinciales ipsius titulo & nomini, aliam in honore Christi super corpus eius condere cœperunt Ecclesiam magnifico opere, digna amplitudine, augusto decore, quin à DEO merita eius incontaminata conseruant, vt idolum aliquod introferri aut poni in ea nunquam permittant, aut enim prophanatæ sub ipsis liminibus dæmone exagitante repellitur, aut simulachrum in frusta comminutum, stratenus, vti Dagon olim ante arcam deijcitur.

Eodem verò die depositionis suæ, ac deinceps multa DEVS signa & mirabilia ostendere dignatus est, non solum in Catholicis, verum etiam in ipsis paganis, sicut grandæuo quodam & religioso quodam valde probo referente didicimus, in præsentia sua cæcorum, claudorum, leprosorum, dæmoniacorum tot in breui curatos, vt numerum computare, celeritatem verò in oculis testibus credere non posset. Ea propter impensissimi amoris affectu, omnis paganorum grex, Martyrem amplecti non cessat. Vrget frequenter obmittentes necessitas, compellunt eos experta pericula. Si quis enim Ethnicorum aliquando aut præsumptuosiorum, aut virtutum eius expertiorum, effringere sepulcrum Martyris, aut violare aliquatenus præsumpserit, sine mora aut spiritu pessimo repletus punitur, aut morte repentina extinguitur. His sæpius comprobatis, tanta dudum reuerentia gentiles cuncti martyrium eius honorant, vt omnes Christianos ad sepulchrum eius de longè vel propè tendentes, in eundo ac redeundo pacis immunitate saluos dimittant. Videat nunc primò ipsa mater Romana pro cuius fide & charitate omnia extrema percurrit, videat hæc, inquam quæ proprio athletæ præmia debeat; sua idem ipsius propria Ecclesia IVVAVENSIS in pectoris alta demittat, qui cultus, quod studium tanti patris ac propugnatoris natalicia deceat, tantò certius, tantò impensius, quantò signis continuis dempta dubietas, commendata merita, addita gloria est. Videri potest non mediocri intus gloria præditus, cuius tanta miracula foris coruscant. Passus est autem egregius Christi Martyr 4. Kalend. Octobris, adiuuante & coronante Domino nostro IESV Christo, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. AMEN.

Et hinc fides huic Historia accedit.

Lapsum Auentini, Henrico IV. tribuentis, quod huius filio Heinrico V. imputandum est, pronum est corrigere, tum ex ipsa Chronologia Cæsarum; tum ex Ottonis Frisingen. narratis libr VII. cap. XIV. Neq; verò obliuioni tradenda sunt, ea quæ de hoc ipso Archiepiscopo Chuonrado, Reicherspergense Chronicon commemorat. sub ann. MCXI. bb.

Heinricus rex iunior, cum multo Episcoporum, aliorumque Principum comitatu ad vrbem Romam tendit ad acceptionem Imperialis coronæ, quam etiam veniens ingreditur præstitis ante iuramentis, ac data fide de pace Romano Pontifici, atque vrbi integrè conseruanda. Iamque ventum erat in medium Ecclesiæ beati Petri, vbi de iustitijs hinc inde conseruandis ac tenore concordiæ inter sacerdotium & regnum tractare conuenit: cum sellis hinc inde prolatis concessum est circumstante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium litteræ de parte regni ad Romanum Pontificem directæ, & quæsitum per Cancellarium Domini Papæ à Domino Rege eiusque Cancellario, an eas suas, & à se missas recognoscerent.

f. consessum

Cumq; responsum ab eis fuisset, etiam eædem in palam literæ lectæ, scilicet promissa Domini regis ad Dominum Papam continentes, similiter & ex parte regis literis, quæ à Domino Papa directæ fuerant, in medium prolatis, responsum est, itemque literæ in publico recitatæ, quæ Domini Papæ ad regem promissa continebant, vt superius paulò dictum est. Dumq; promissa eatenus inaudita Episcoporum aures percellerent, cognoscentes se & Ecclesias suas occa-

sione

sione imperialis coronæ regis capiti imponendæ spoliandos antiquis possessionibus, quasi ex vno ore contra dicebant: aientes se regi coronam Imperialem tanto suarum Ecclesiarum detrimento emere nolle. Cumque & armati circumstantes eos minis & terroribus perurgerent, quasi jam interficiendos, nisi consensissent; Chuonradus Iuuauensis Ecclesiæ Archiepiscopus quasi signifer inter Episcopos, vtpote nobilior & honoratior cæteris, etiam caput potius amputandum, quàm vt ad ea, quæ petebantur, consensum præberet, porrexit. Et dum clamor hinc inde confusus aliquandiu percrebuisset, rex cum indignatione & motu animi surgens, abire cœpit. Sed & Domnus Papa ex præcepto militum cum rege & post regem abire compulsus est. Hinc præda grassatur, hinc cædes ciuium Romanorum pro pastore suo, quem liberare cupiebant, morientium; captiui quoque Domini Cardinales & Clerici trahuntur. Omnia siquidem ostia Ecclesiæ obseruata fuerant, ne quis liberè effugere potuisset. Episcopi videntes quæ fiebant, gemere & facinus detestari, sacrilegium clamitare. Multa verò & inenarrabili cæde in ciues Romanos perpetrata, rex abijt & Domnus Papa cum eo. Clerici autem tenerè educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi, vt poterant, sequebantur per plateas luto profundo ac tenaci vix emergentes. Quidam etiam inter manus trahentium, & ad currendum hastis transuersis cogentium spiritum exhalauerunt. Qui verò superfuissent, per nocturna tempora vel saccis inclusos, vel catenis, vel alijs vinclis, ne fuga laberentur, inclusos seruabant, donec eis pecunias aliquas extorsissent. Et Domnus quidem Papa ducebatur, & seruabatur in custodia. Honorabant verò eum nihilominus Episcopi, alijque timentes DEVM; donec ei rex multis minis & terroribus coronæ Imperialis benedictionem in ipsa captiuitate extorsit, & donec obtinuit in ipsis tentorijs priuilegium de retrahendis omnibus regalibus ad Imperium, quale voluit. Pro qua re vniuersi penè Franciæ Episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum Paschalem Papam, tanquam Ecclesiæ hostem & destructorem: nisi priuilegium idem ipse, qui dedit, damnasset, quod & fecit. Nam in generali Concilio præsidens postea jam absolutus, adstipulante ei multitudine Episcoporum cum Dominis Cardinalibus, idem priuilegium quod ei captiuitate fuerat extortum, damnauit, omnibus regibus, qui eodem priuilegio ad dehonestandam Ecclesiam, vel aporiandam vterentur aliquando, maledictionem pro benedictione firmissimè ac terribiliter inducens.

Et ann. M.CXVI. Ecclesia Domini Werenheri Antesen ad S. Martinum dedicata est à venerabili Vdalrico Patauiensi Episcopo IV. Non. Martij Domino Beruuino adhuc Præposituram Richerspergens. Ecclesiæ vtiliter & honestè procurante. Nam per eum & sub eo res & possessiones atque facultates eidem Ecclesiæ per Archiepiscopum Chuonradum benè augmentatæ jam erant, multaque religio ibi cœperat florere, plurimis nobilibus & honestis Clericis in seruitio DEI, illic manentibus, alijsque personis religiosis ibidem confluentibus. Non multò verò post, crescente persecutione, & rursus inualescente schismate, multis se à communione Imperatoris propter sententiam excommunicationis subtrahentibus, nonnullisque Clericis eum non solito fauore ac laudibus excipientibus ingressum quasdam ciuitates regni sui; Chuonrado quoque Archiepiscopo jam de Ecclesia sua Salzburgensi pulso, multis rapinis & varijs alternisque obsidionibus ipso Episcopatu ex magna parte deuastato; eodem Episcopo in Longobardia & in Saxonia exulante, tunc & ipse Dominus Beruuinus, quia nec defensorem, nec, ad quem refugeret, habebat, super eum & super Ecclesiam suam crescente iniquorũ persecutione & infestatione, clam

& om-

& omnibus ferè insciis, recessit in Saxoniam, permittente Archiepiscopo, sicq; omnis decor Richerspergensis loci immutatus est, nullis, vel paucissimis habitatoribus illic remanentibus.

Item an. MCXXII. Chuonradus Archiepiscopus ad sedem suam iam reuersus post septem ferè annos quibus exulauerat, (Pertholdo schismatico iam eiecto & disturbato excommunicationis sententiâ, qui eum & antecessores suos sanctos viros, multis iniuriis afflixerunt, auxilio amicorum suorum qui etiam ex eo tempore in aduersis semper decrescebant, & vt hodie quoq; perspicuum est, iudicio DEI non dimidiant dies suos, nec aliquis ferè de posteritate eorum) & ad Episcopatum suum, quem vt ipse in priuilegio suo fatetur, pauperrimum & valdè vastatum tunc inuenit: cœpit in ipsa Episcopali sede Salzburgensi Canonicam vitam instituere, quam & ipse professus erat, regularibus vel magis secularibus Clericis, qui vsque ad illud tempus in eadem sede fuerant ordinati, quique canonicam vitam profiteri apud se non deliberauerant aliás ab eodem Episcopo cum bono charitatis constitutis.

Priuilegia Chuonradi huius Archiepiscopi, Monasterio Richerspergen: liberaliter collata infra suo loco lector reperiet.

cc. *Vide Chron: Salisburg. Tom. VI. antiq. lect. pag. 1257. Chronicon Richersperg. annum 1147. reponit; cui adstipulatur Eugenij PP. III (qui an. 1145. sedem apostolicam conscendit) Priuilegium precib. huius Chunradi Archiepiscopi inclinati prædicto Monasterio concessum anno 1146.*

dd. *Vitam S. Eberhardi, de qua heic agitur, & post mortem miracula reperire est Tom. V. Antiq. lectio. Canis. f. 1194 cum seqq. nec scitu indigna sunt, quæ in Chronico Richerspergen. de eodem passim commemorantur. Nec verò duo duntaxat Boiorum Episcopi partes Alexandri fouerunt (sicut hic ex Auentino refert Hund. verum etiam alij, & in his Eberhardi successor Chunradus II. Episcopus Patauiensis, de qua re consule Hundium, & Chron. Richersperg an. MCLXIV. pag. 216.*

ee. *Verum S. Eberhardi successorem Cunradum hunc Archiepiscopum sese demonstrasse, testatur Chronicon Richersperg. An. MCLXIV. his verbis.*

Eodem quoque anno sanctæ memoriæ Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus feliciter migrauit ad Dominum apud Rounam Cœnobium X. Kal. Iulij. Corpus eius ad Episcopalem sedem delatum cum luctu omnium honorabiliter tamen in monasterio III. Kal. eiusd. mensis est humatum. In cuius locum successit Dominus Chuonradus Patauiensis Episcopus ab omni clero & populo vnanimiter electus cum gaudio omnium, ea cautione, vt cum Alexandro staret, sicut prædecessor suus. Qui statim in mense Septembri ad Imperatorem fratruelem suum pro regalibus ab eo suscipiendis Papiam profectus est cum prosecutione literarum Episcoporum suffraganeorum.

Quò perueniens cum benignè ab Imperatore susceptus esset, post multa, quæ ibi ab Imperatore in secreto & in publico dicta sunt, quæ & scripto comprehensa sunt à Præposito Richerspergensi, qui cum Episcopo venerat illuc, qualiter scilicet eum imperator ad habendum Papam Paschalem prouocauerit, quem ipse tanquam Catholicum Catholici successorem modis omnibus commendabat, seque effecturum in breui, vt omnes eum reciperent, minabatur: Sed electus Episcopus ad partem illam nullo modo flecti poterat. Tandem sine regalibus, cum gratia tamen & pace ab Imperatore dimissus est.

Nota contrarietatem apud Hund. qui f. 10. scribit Chunradum sepultum, ante Altare S. Andreæ; & f. 131. eundem in Monasterio Admonten. tumulatum commemorat.

ff. *Haud probæ fidei hoc sese loco ostendit Auentin. à quo isthæc D. Hundius mutuatus fuit. Rem gestam, accuratius veriusq. persequitur Chron. Richerspergen. author synchronus, heis verbis.*

Anno

Anno MCLXXVII. Post multas tribulationes, multaque grauamina, quæ peccatis exigentibus perpessa est Ecclesia in illa nota dualitate per annos ferè viginti duos, tandem repropitiato Domino, quia non in æternum obliuiscetur misereri, facta est concordia inter Domnum Papam, & Dominum Imperatorem, mediantibus quibusdam magnis regni Principibus. Tunc ex vtraque parte Domni videlicet Papæ Synodus Episcoporum, & Imperatoris curia Principum collaudata & indicta est. Quâ per aliquot tempus exspectatâ tandem apud Venetiam congregata est IX. Kal. August. præsentibus Domno Papa, & Domno Imperatore: qui & ibidem pacificati, & pax inter eos firmata est. Domnus quoque Adalbertus Salzburgensis Archiepiscopus vocatus per literas Apostolicas, venit illuc. Sed Domnus Apostolicus nimium tunc primum credulus verbis aduersariorum eius, statim, vt curia Imperatoris haberi cœpit, persuasit & iussit eum cedere loco: illeque reniti non poterat: quia non erat qui adiuuaret. Tunc missæ sunt literæ à Domno Papa, & à Domino Imperatore omnibus in Episcopatu Salzburgensi constitutis, quarum textus ita se habebat.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Choro Salzburgensis Ecclesiæ, Prælatis Ecclesiarum, & ministerialibus præscriptæ Ecclesiæ extra montana constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Adalbertus, quondam Archiepiscopus vester, videns & considerans necessitatem Ecclesiæ vestræ, cum gratiam charissimi in Christo filij nostri Friderici illustris Romanorum Imperatoris recuperare non posset, maluit cedere, quàm contendere, & Ecclesiam vestram, & administrationem ipsius in manu nostra liberè, & sine contradictione qualibet resignauit. Postmodum venerabiles fratres nostri, Gurcensis & Patauiensis Episcopi & Prælati Ecclesiæ vestræ, qui apud nos præsentes erant, de celebranda electione, mandato nostro recepto, in venerabilem fratrem nostrum Chunradum Moguntinum quondam Archiepiscopum, virum vtique literatum, prouidum, industrium, & discretum & charum admodum nobis & acceptum, & moribus & genere nobilem vnanimiter conuenerunt, ipsumque elegerunt in vestrum Archiepiscopum & magistrum. Nos autem quanto Ecclesiam vestram ampliori charitate diligimus, pro illius gratissimæ deuotionis feruore, quàm huius turbationis tempore circa nos & Romanam Ecclesiam immobiliter conseruauit, tanto facilius eorum electioni nostrum fauorem præstitimus & assensum, ipsumq; non subtracto sibi honore vel dignitate, quam hactenus habuit, in Archiepiscopum vobis concessimus, & cum obtentu & consideratione ipsius eandem Ecclesiam feruentius animo volumus diligere, & propensiori studio eius intendere commodis & augmentis, & per industriam, nobilitatem ipsius & potentiam credimus, auctore Deo, præscriptæ Ecclesiæ grata commoda prouentura. Vnde, nolumus vos ægrè ferre, vel habere vllo modo molestum, quod hi, qui apud nos erant, non exspectato consilio vestro, fecerunt electionem, cum de voluntate & mandato nostro ad electionem processerint celebrandam. Inde est, quòd nos & vos omnes ab obedientia, quam prædicto Adalberto, vel illi, qui supra impositus fuerat, promisistis, & eos, qui ex vobis alterutri eorum fidelitatem iurauerunt, à iuramento illo, auctoritate, qua licet immeriti præeminemus, penitus absoluentes vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatenus memorato Chunrado Archiepiscopo, omni contradictione & appellatione cessante, debitam obedientiam & reuerentiam impendatis, & eius salubribus monitis & mandatis humiliter & deuotè parere curetis. Et hi, qui ex vobis consueuerunt, & debent Archiepi-

scopo

ſcopo fidelitatem iurare, ei fidelitatem facere non poſtponant. Et quicunque Dominicalia Salzburgenſis Epiſcopatus quolibet titulo à tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam Archiepiſcopi veſtri occupata detinent, memorato Chunrado vel nuncijs eius, omni occaſione & excuſatione ceſſante, ſine difficultate reſtituant, & feuda, quæ de nouo ſunt data, quicunque ea detineant, libera & abſoluta relinquant. Si qui autem prædicta Dominicalia & feuda de nouo data, infra XV. dies poſt harum ſuſceptionem literarum iuxta mandatum noſtrum eidem Archiepiſcopo non tradiderint, eos contradictione omni & appellatione poſtpoſita, ſicut excommunicatos vitetis. Sane nos de conſilio fratrum noſtrorum, & Imperator ex ſententia Principum ſuorum vniuerſas alienationes Dominicalium & feudationes de nouo factas, omninò caſſauimus, eaſque irritas eſſe decreuimus & inanes. Sententiam autem ſuſpenſionis, interdicti vel excommunicationis, quam prædictus Chunradus Archiepiſcopus in contumaces canonicè tulerit, vel rebelles, ratam nos auctore DEO, & firmam habebimus, eamque faciemus non aliter obſeruari, quàm ſi à nobis ipſis lata fuiſſet, cum eundem Archiepiſcopum ita feruenter & ſyncerè diligamus in Domino, vt ſibi ſicut chariſſimo fratri noſtro in omnibus, quæ cum DEO poſſumus & iuſtitia, prompto animo deferre velimus. Datum Venetijs in riuo alto V. Idus Auguſti.

Fridericus DEI gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus dilectis ſuis omnibus Prælatis ac miniſterialibus Salzburgenſis Eccleſiæ, & vniuerſo Clero & populo ipſius Eccleſiæ, per Karinthiam & Marchiam conſtitutis gratiam ſuam & omne bonum. Cum DEO pacis auctori & amatori placuit, Romanum Imperium in vnam vocare concordiam cum Romana Eccleſia, & pacis iocunditate poſt diutinos labores vniuerſam reſpirare Eccleſiam, ſubijt animum, pro Salzburgenſis Eccleſiæ ſtatu ſolicitos eſſe, & eius reſtaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos ſibi inuicem oppoſitos Eccleſia grauiter diſtracta fuerat, nec aliqua ſpes ſupererat, vt manus quæ diſtraxerant, in integrum poſſent diſtractă reſtituere, tam Domno Papæ, quam fratribus eius Dominis Cardinalibus, nobis quoque & maioribus Imperij Principibus viſum fuit vtile, vtroſque remoueri; & alium, per quem facilius reformari poſſet Eccleſia, ſubſtitui. Poſt multam igitur deliberationem in gratia & beneplacito Domni Papæ, ac noſtro, vterque ſuper hoc verbo ſe poſuit, ſuoque iuri quod in Salzburgenſi Eccleſia quiſque videbatur habere, in manus Domini Papæ ac noſtras penitus abrenunciauit. Vacante ſic Eccleſiâ, Prælatos Salzburgenſes & alios qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione diligenter conuenimus. Sed, licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, vt ad veſtram vſque omnium præſentiam differretur electio, tamen Domni Papæ mandato ac noſtro, & omnium Principum conſilio, quoniam ſæpe nocet differre paratis, ad electionem acceſſerunt, & de gremio Eccleſiæ Romanæ, Domnum videlicet Chunradum conſanguineum noſtrum Palatinum, in Eccleſia veſtra enutritum, in Paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum concorditer & vnanimi voto elegerunt. Quam vtique electionem Domnus Papa totaque curia ratam habuit & confirmauit, noſque de regalibus ipſum inueſtiuimus cum ea integritate, qua Archiepiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dinoſcitur. Nam generali principum ſententia iudicatum eſt, quidquid vel per nos dum eiuſdem Eccleſiæ bona in noſtra teneremus poteſtate, vel per quoslibet alios infeudatum, vel quocunque modo ſub hoc tempore eſt alienatum, inane prorſus eſſe debere & irritum. Quamuis ergò maieſtas noſtra ſæpenumero à vobis grauiter læſa ſit, & acriter vltra, quam vellemus, prouocata, ta-

men diuini timoris intuitu, ac beati Ruodberti reuerentia, & ex consueta Imperialis mansuetudinis clementia, tam vos quàm Salzburgensem Ecclesiam serena pietate proponimus respicere, & in antiquum statum nostræ auctoritatis munimine reuocare. Vniuersitatem igitur vestram diligenter commonitam esse cupimus, vt, quod tam à Domno Papa, quàm à nobis ad honorem & restaurationem Ecclesiæ Salzburgensis in spiritualibus & in temporalibus modo factum est, debita reuerentia & alacritate recipiatis, ac ratum teneatis; & Domno Chunrado Archiepiscopo vestro, dilecto consanguineo nostro, ea fide & deuotione & obedire & seruire studeatis, vt nostræ benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Si quis verò, quod non credimus, his, quæ magna consilij maturitate ad vtilitatem & reformationem Salzburgensis Ecclesiæ nunc ordinata sunt, contra ire præsumpserit, & à Domno Papa excommunicationis sententiam recipiet, & nostræ maiestatis indignationem procul dubio sentiet. Datum Venetiæ.

Anno M.C.LXXVIII. Synodus valdè celebris habita est in Kal. Februarij à Domno Chunrado Salzburgensi Archiepiscopo & Apostolicæ sedis legato, & ab omnibus suffraganeis eius Episcopis, multisque Principibus, de rebus Ecclesiasticis. Habita est autem in Episcopatu Salzburgensi, in loco qui Hohenavv dicitur.

gg. *Nequaquam fuisse intrusum Archiepiscopum Salisburgen. hunc Chunradum, Comitem de Wittelspach, Ottonis M. Boiorum Ducis fratrem germanum, supra recitatæ literæ tàm PP. Alexandri III. quàm Imp. Friderici I. euincunt.*

Cathedralem sedem Salisburgen. Conradus an. MCLXXX. adhuc obtinens, Moguntinam recuperauit; tuncq; Adalberto Salisburgen. Ecclesia denuo restituta est, sicut docet Chron: Richerspergen. p. 257. his verbis.

Anno MCLXXXIII. Dominus Otto Palatinus Comes, qui ducatum Bauariæ tenebat, obijt. Eodem quoque anno mortuus est Moguntinus Archiepiscopus Christan dictus, & Dominus Chuonradus Apostolicæ sedis legatus in sedem suam pro eo restitutus est. Archiepiscopus etiam Dominus Adalbertus ex præcepto Imperatoris, & vnanimi omnium Salzburgensium electione Cathedram suam recepit, & in XIII. Kal. Decembris rursus Ecclesiæ suæ cum fauore omnium reinthronizatus est. Dominus Richerus resignauit Præposituram Richerspergen. Ecclesiæ Episcopo Dietpoldo Patauiensi VIII. idus Decemb. rursumque Dominus Philippus vnanimiter electus est à congregatione XVII. Kal. Ian. *Annales quoque Steron. an. 1183. Chunradum Moguntinum, & Albertum Salzburgensem Episcopos restitutos expresse docent. Iidem annales An. MCXCVIII. de Alberto Salisburg. ita referunt:* Albertus Archiepiscopus Salzburgensis, circa fluuium qui dicitur Lamer, à ministerialibus capitur, & in castro Wuren (*leg. Werfen*) per dies XIV. captus tenetur; propter quàm enormitatem facti, diuina in Salzburgensi Ecclesia, alijsque Episcopatibus vicinis interdicta sunt. Liberasti nos ex affligentibus, cantatum est ei dimisso.

De Conrado Archiepiscopo Moguntinen. & Salisburgen. vide P. Nicol. Serar. Moguntinar. rer. lib. V. pag. 821. & pag. 826. & notand. error qui (pag. 822.) ex M.S. minori irrepsit, qui pro Salzburgensi, Sabinensem vult accipiendum: sed historiæ veritas aliud persuadet; fuitq; Conradus noster extrà omnem controuersiam Cardinalis Sabinen. nec non Archiepiscopus Moguntinen. & Salisburgen.

Priuile-

Priuilegium Philippi II. Rom. Regis Adalberto Archiepiscopo Salisburg. Anno MCXCIX. concessum. hh.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Philippus diuina fauente clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Si rationabiles ecclesiasticorum petitiones Prælatorum ad ecclesiarum suarum tendentes proficuum, clementer admittamus, speramus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vitæ meritum & temporalis imperij prosperiorem decursum proficere, & eos quos benigna exauditione honoramus, de cætero nobis deuotiores ac magis beniuolos fore. Nouerit igitur omnis Christi & Imperij nostri fidelium præsens ætas & futura, qualiter dilectus consanguineus noster Adelbertus Iuuauens: idem Salzburgens: Ecclesiæ Ven: Archiepiscopus honori & vsui Ecclesiæ sibi creditæ stabilitatis & incrementi profectum addere intendens nostram adijt celsitudinem, & proferens diuorum Augustorum nostrorum prædecessorum Regum scilicet, ac Imperatorum vetera & recentiora priuilegia, secundum diuersa regnantium tempora Ecclesiæ Salzburgen: ab eis collata, postulauit instanter, vt eadem priuilegia nostri munere præcepti renouaremus, iura quoque & possessiones quibus eisdem fauentibus præfata Ecclesia munita videbatur & aucta, ei per nostram auctoritatem concederemus atque confirmaremus. Hunc itaque vt clarum principem Imperij religionisque & prudentiæ dono venerabilem, & nobis naturalis affectu dilectionis familiarem in suis tam congruis & honestis petitionibus honorare cupientes, nostræque saluti & parentum nostrorum consulentes, perspectis diligenter & intellectis præfatis antecessorum nostrorum priuilegijs, traditiones, indulta, præcepta, quæ illis sunt scriptis reperta, sicut ibi continebantur, ita nos ea præsenti nostræ Maiestatis priuilegio inseri iussimus, ac ea secundum benignitatem & instituta prædecessorum nostrorum prænominato Archiepiscopo, eiusque in perpetuum successoribus, & Ecclesiæ Salzburgensi tradimus, concedimus & nostræ auctoritatis robore confirmamus, inter quæ principaliter constituimus, quod ex præcepto Ludouici Imperatoris agnouimus, cuius præcepti exemplum ipse quoque à sui genitoris sacratissimæ memoriæ Domini Caroli præcepto traxerat, vt scilicet Ecclesiam Salisburgens: ipsam sedem quæ est in honore sancti Petri Apostolorum Principis, in qua etiam sanctus Rubertus corpore requiescit, cum cellulis, Ecclesiis, personis Ecclesiasticis & cæteris hominibus & rebus ac possessionibus ad ipsam pertinentibus, sub nostra tuicione constitutam speciali patrocinio propensius defendere debeamus. Quod constanter obseruare intendentes & successoribus nostris in Imperio Romano pro lege imponentes eandem immunitatis gratiam, qua illi inclyti Imperatores sedem illam honorare & sublimare dignati sunt, eidem sedi & Ecclesiæ nostri vigore edicti in perpetuum confirmamus, statuentes vt videlicet ea, quæ prætaxata Ecclesia hactenus recto titulo possedit & tenuit, & ea quæ nostris diebus possidet ac tenet, & quæ in futurum DEO annuente rationabiliter acquiret, in quibuslibet pagis vel territorijs infra ditionem Imperij nostri constitutis, per hanc confirmationem nostram, absque alicuius contrarietate de cætero possideat ac teneat, ita libere ac cum iurisdictione, quod nullus iudex publicus, nec quisquam iudiciaria fungens potestate ad causas audiendas, vel ad freda, aut tributa, aut telonea (quæ à vulgo dicuntur muta) exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tàm ingenuos

Ludouicus Imperator

quàm seruos, super terram ipsius commanentes iniustè distringendos nec ad vllas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris aut futuris temporibus prædictæ Ecclesiæ possessiones ingredi audeat. Sed hæc iura & cætera similia emolumenta, quæ fiscus regalis inde sperare poterit aut exigere, in vsum & facultatem Archiepiscopi, qui cunque prædictæ sedi præfuerit, in integrum cedant, vt ipse eo quietius res Ecclesiæ suæ valeat dispensare, & nostro imperio fideliter parere & quod pro nostra incolumitate & bono Imperij statu delectet eum impensius orare, & orationes in commisso sibi Clero constituere. Item secundum exemplar præcepti, quo Diuus Augustus OTTO prædictam Salzburgen: Ecclesiam muniuit ac ditauit, nos donationes eidem Ecclesiæ factas, & quoslibet contractus, quibus aliquid possidere cœpit, legitime per nostræ auctoritatis clementiam renouamus & confirmamus, inter quæ possessiones in ipsius Regis OTTONIS priuilegio proprijs expressas vocabulis, nos quoque ipsum in hoc sequentes, huic fecimus paginæ annotari. Primitus castellum sanctæ Erndrudis cum omnibus eidem castello iuste & legaliter attinentibus cum curtibus, venationibus, piscationibus, id est ab Ecclesia sancti Martini, quæ respicit contra monticulum, qui vulgo Nochstain nuncupatur, sursum ex vtraque parte fluminis Luaris, vsque in riuulum Quartinesbach. Insuper etiam de riuulo, venatione, piscatione, ex vtraque parte præuocati fluminis ad sanctum Maximilianum, vsque dum Tunta ex aquilonari parte perfluit in prædictum flumen, atque riuulus Gastuna ex Australi parte: Item Forestum à termino qui in Pisoncia incipit, hoc est de riuulo Erilipach, vsque ad montem Wassenburg propè Iscalam in illo loco, vbi terminus Foresti Rapotonis quondam comitis ab isto se disjungit, & in aquilonari parte de riuo Tinnilmbach vsque in summitatem montis Cirnencus nominati, & iam dicto monte Wassenburch vsque ad præfatum monticulum Nochstain illa montana omnia, quæ in potestate antecessorum nostrorum fuerunt. Item Kiemse Præposituram Regularium cum omnibus iuste ei attinentibus. Curtem quoque Bischoffesdorff cum omnibus iuste ad eandem Curtem pertinentibus atque piscationem in lacu Atersee, sine omni contradictione illos quondam Imperio pertinentes XII. priuatos tractus sagenarum sicut Dominicalis terra in Paumgartem ipsi lacui se adiungit sine alia communi piscatione Atersee ad Atterhof pertinente, in illis quoque curtibus quæ olim inibi in feudo siue ex parte Imperatoris, siue aliunde beneficiatæ fuissent proprietatem, quarum hæc nomina sunt. Staforeuelt, curtem & Ecclesiam cum decima, & sicut terminus ille in Australi parte incipit, qui Wachrein dicitur vsque Ibisam, & in Occidentali vsque dum dicitur vbi Vrula se dimittit in præfatum amnem, & quidquid in Orientali parte iam dicti fluminis regalibus attinere videbatur. Insuper ad Magelike tertiam partem ciuitatis, & sicut ille terminus se disiungit de illis rebus in occidentali parte quas quondam ad sanctum Emmerammum antecessores nostri dederunt, exceptis tribus huobis: Præterea Arnesdorff idem in Wochavva, quidquid illis imperium habebat in vineas & saginatione & monte querceato, pratisque inter ipsum Querceatum montem sitis & inter siluam paltam, & ipsam siluam cum omnibus ad eam pertinentibus. Adhæc apud Grunzuitam quidquid superfuit quinque hubis, quod fideli suo cuidam Dietero Antecessores nostri dederunt, hæ sunt hubæ L. Insuper Lubinam & ad Holumburg tertiam partem ciuitatum cum vineis XXX. & hubis XV. sine curtili terra. Item Treysiniam ciuitatem & Ecclesiam sancti Martini, cum decima, & sursum in australi atque orientali parte fluminis Treysine vsque ad Potilinesprunnen, & sicut Dieterichspach fluit contra duos aceruos exteriores

Otto Imperator.

Hæc omnia in literis Arnulphi Imp. similiter continentur.

al. Ciuitatum.

res qui in orientali parte campi sunt positi, & exinde vsque ad Danubium in illum locum, qui Triboltz dicitur & ita sursum prope Danubium cum agris cultis & incultis, pratis, auijs, locis piscationum, quæ Teutonice Arichstette vocantur, & ita sursum vsque ad illam marcham, quæ inter Treysinam & Holemburg vtrasque res discernendo diuidit ad Bennenvvanch quidquid prædecessores nostri Reges habuerunt illic ad Ecclesiam Ansonis quidquid illic habuerat ad Witenesberch, quidquid illic habuerunt excepto quod cuidam Mosogoboni datum est, hoc est hubæ centum, Ellodis Ecclesiam, Ecclesiam Mutigonis presbyteri ad Gumpoldesdorf quidquid ibi reges habuerunt. Præterea Rapam Sabariam ciuitatem, & Ecclesiam cum decima & teloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, forestis, montibus cunctis ad eandem ciuitatem legaliter pertinentibus. Insuper siccam Sabariam & Pennichaha & Mosaburch Abbatiam, vbi sanctus Adrianus requiescit, nonam quoque de omnibus curtibus regalibus inibi cum theloneo in ciuitate & piscina ad Salabingam curtem, cum trecentis mansis & totidem mansis & quidquid illic Reges attinebat Ecclesiam de Quartinacha, Ecclesiam ad Ghensem, Ecclesiam ad Therenberch, Ecclesiam Gundoldi, locum quem vocant quinque Ecclesias cum Theloneis, forestis, & cum proprietate omni, quæ ab antecessoribus nostris ibidem ante beneficiata erant. Ad Rugincsfeld quidquid ibi regalibus pertinuit. Ad Turnavva Ecclesiam quæ est constructa in honore sancti Rodberti cum monte Barvvoz dicto cum vineis, pratis, siluis, & cum omnibus quæ ibi sunt circa montem sita. Ad Pettavva Ecclesiam cum decima, & totam ciuitatem cum Bannis, Theloneis, & ponte, & omnibus ad illum locum pertinentibus. In Cistenesfeld sicut duo acerui prope Trauum positi sunt ex summitate superioris & exterioris termini qui Wachrein dicitur, & sicut ille Wachrein tendit vsque dum Treuina fluit in amnem Trauum. Ad Sulpam ciuitatem & Luip omnia quæ iuste & legaliter eo pertinent. In querceis campis, sicut illa fossa incipit à Mura, & tendit vsque ed Louizkuick, & vt Louczvvita & Sulpa de alpibus fluunt & Forestum Susel cum Banno, sicut in potestate Antecessorum nostrorum hæc fuerunt. Venationem quoque in Suezzental, quam populus cum sacramentis in potestatem antecessorum nostrorum firmauit, ad venandos apros illic, & vrsos per tres ebdomadas ante æquinoctium autumnale, & postea vsque ad festum sancti Martini. Ad Luimingga iuxta Rapam quidquid illic prædecessores nostri habuerunt. Item Nezzilinpach & ad Sabinzam Ecclesiam & curtem cum mansis L. Item Rapam ad Iudlerben ad Labanda Ecclesiam sancti Andreæ cum decima, vt ibi consuetudo est, & de curtibus quas antecessores nostri ibi habuerunt decimas, vt in canonibus habetur, nec non sanginationem in omni Labandæ valle excepto monte Forst nominato. Ligna quoque secanda ad Ecclesiam, & ad aliud seruicium Episcopi, tam in ipso monte, quam in alijs montibus omnibus, & vnam fossam lapidum in monte Gamanar semper per totum annum habendam. Item ad Garczczam beneficium Engilbaldi ad Karantanam Ecclesiam sanctæ Mariæ cum decima sicut Ecclesiasticus ordo præcipit de omnibus curtibus quæ ad Carantanam ciuitatem pertinent imdem Trahof, Garumdorf, Guriennz. Ad Strelcz operarios seruos duos in monte cum hubis eorum. Ligna secanda in ipso monte sine contradictione omnium hominum cum saginatione. Item Trebenam, Ostervvix, Grabenhuelt, Vittinga, Friesach, Gurca, Grazluppa, Longavv, Sublick, Teufenbach, Katsche, Peliza, Gumbenza, Vndrima, Luita, Liczinga, Brugga, Murza Luibena. Ad Strazmulam duo loca.

PRAETAXATAS itaque possessiones, quemadmodum in priuilegio regis Ottonis Augusti signatæ reperiuntur, & ea lege ac ratione Salzburgensis Ecclesiæ confirmatæ, vt nullus Imperij Romani successor, nec Dux, nec Comes, nec vlla alia potestas aut persona de prædictis rebus audeat quicquam subtrahere, sed iure perpetuo ad sanctum Petrum sanctumque Rudbertum stabiliter absq; omni contradictione permaneant, ita nos quoque nostri auctoritate præcepti confirmamus, considerata tamen temporum & euentuum varietate, vt sua cuique iustitia salua permaneat; quod ideo adiungendum decreuimus, vt si quis hoc forte nostro moderno tempore aliquid vsquam de præfatis bonis contra iustitiam Salzburg. Ecclesiæ præscriptam videatur tenere, is eidem Archiepiscopo & Ecclesiæ Salisburgē. recognoscat & restituat, aut ea se legitimo contractu aut iusto possedisse titulo rationabiliter ostendat. Præterea ex priuilegio Ludouici regis Augusti patenter intelleximus, quod idem Ludouicus Augustus præfatæ Salzburgen: Ecclesiæ, amore Dei, & beati Petri Apostoli & sancti Rudberti in pago Salzburgoe dicto curtem Salzburghouen, quam Pilgrinus Archiepiscopus antea in ministerio ab eo tenere visus est, in proprietatem & plenam potestatem contradidit integraliter cum curtilibus omnibus, ædificijs, campis, pratis, agris, pascuis, siluis, lacubus, aquis, aquarum decursibus, venationibus, molendinis, piscationibus, vijs, inuijs, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipijs quoque pluribus vtriusque sexus, parscalcis, cum omnibus censibus in salina & extra salinam inter fluuios Sala & Salczaha, vocatos in auro & sale, ac pecoribus cum Theloneis duobus, qui vulgo muta vocantur cum omnibus adiacencijs & rebus ad eandem terram pertinentibus.

Ludouicus Rex.

Hanc igitur traditionem & donationem, quam & post ipsum Ludouicum Augustus Otto Imperator suo priuilegio super hoc dato confirmauit: nos quoque præsenti nostræ auctoritatis scripto confirmamus Salzburgensi Archiepiscopo & suæ Ecclesiæ, statuentes & firmissime præcipientes, vt prædicta cum omnibus pertinentijs eiusdem curtis & quæcunque vtilitas in huiusmodi catenis seu fodinis salis vel metallorum in quibuslibet fundis Ecclesię & fluminibus fluentibus per fundos Ecclesiæ meantibus, perpetuis temporibus à Salzburgensi deinceps Ecclesia & eius Archiepiscopo absque omni obstaculo inconuulso vestitu quiete possideatur.

Dignum præterea duximus præsenti inserere priuilegio, qualiter ex scripto domini ALEXANDRI Papæ huius nominis secundi, insuper ex priuilegio HEINRICI Regis venit nobis in cognitionem quod GEBEHARDVS IVVAVEN: idem Salzburgen: Archiepiscopus de commissarum sibi animarum prouisione solicitus, eo quod Episcopatum suum in montanis situm præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, ab vtraque dignitate, Apostolica scilicet & regia impetrauit, quod liceret ei infra parochiam suam, adiutorem sui operis Episcopum & sedem Episcopalem constituere. Placuit igitur eidem Archiepiscopo GEBEHARDO vt indulto Apostolico & regio vtens, in loco qui dicitur Gurca apud Ecclesiam sanctæ MARIÆ Kathedram Episcopalem faceret, & concessum est ei per vtriusque potestatis Ecclesiasticæ scilicet ac sæcularis clementiam, vt eidem nouæ sedi, potestatem parochiæ suæ & de prædijs ac decimis, quantum conueniens videtur attribueret, & ad eandem sedem Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione vt Episcopatus ille Salzburgensi Ecclesiæ, & eius Archiepiscopo nunquam subtrahatur, & nullus ibi vnquam Episcopus siue per inuestituram, siue alio quocunque pacto constituatur, nisi quem Archiepiscopus Salzburgen:

Henricus Rex. Gebehardus.

Gurcen. Episcopatus

burgen: quicunque pro tempore illic fuerit, eligat, inuestiat & consecret, quod quomodo sacra prædicti Papæ Alexandri & Regis Heinrici auctoritate firmatum dinoscitur: Nos idipsum, est* præmissæ conditionis integritate, nostra quoque Imperiali auctoritate confirmamus, ac ita ratum ac inconuulsum omni deinceps æuo permanere iubemus, vt contra hunc honorem & commoditatem Salzburg. Archiepiscopi nulli vnquam Ecclesiæ, aut personæ liceat se erigere, aut scriptum aliquid huic rei aduersum impetrare vel proferre.

*fort. ex

Hæc igitur vniuersa & in præsenti pagina conscripta Salzburg. Ecclesiæ & eius Archiepiscopo perpetua stabilitate, per nostram auctoritatem inuiolabiliter confirmamus, statuentes, vt si quis, quod absit huius nostri præcepti violator apparuerit, & Ecclesiam Salzburg: vllo supra positorum inuiolenter grauare attemptauerit, Banno Imperiali subiaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fisco nostro, medietatem Salzburg: Archiepiscopo persoluat, præsumptionis tamen ausu in irritum cessuro. Vt autem omnia supradicta memoriter sciantur, & inconuulsa de cetero firmitate obseruentur, priuilegij paginam fecimus conscribi, & appensa maiestatis nostræ Bulla roborari. Huius rei testes sunt, Treueren: Archiepiscopus; Augustens: Episcopus; Constantiens: Episcopus; Argentinens: Episcopus; Hermannus Landgrauius Turingiæ, Rudolfus Palatinus de Tuvvingen, Sifridus Comes de Orlamunde, Fridericus Comes de Zolre, Vlricus comes de Berge, Emicho Comes de Liningens: Godefridus de Eppenstein, Calochus de Kirchberg, Hartdus de Merenberch, Heinricus Marscalcus de Chalandin, Vlricus Marscalcus de RECHBERG, CHVNO de MINZENBERCH, Warnherus de Bolanden, Tiedo de Rauenspurch, & alij quamplures.

Signum Domini Romanorum Regis inuictissimi PHILIPPI SECVNDI

EGO CHVNRADVS HILDENSHAIMEN: Episcopus Erbipolensis Electus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Chunradi Maguntini Archiepiscopi totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis M. C. XCIX. indictione II. Regnante gloriosissimo Romanorum Rege Philippo II. Regni eius anno II. Datum Maguncie III. Kalend. Octobris.

ii. *De S. Chunegunde vid. P. Gretser. in Diuis Bambergen. pag. 107. cum seqq. & P. Rader. Tom. 1 SS. Bauar. pag. 109.*

kk. *Vid infr. in Monaster. Chiembsee.*

ll. *Annales Steron. annum MCCXXVIII. reponunt.*

mm. *P. Rader. Tom. 1. SS. Bauar. pag. 74. b.*

nn. *Chronic. Salisburgen. (Tom. VI. Antiq. lect.) pag. 1263.* Anno MCCXLVII. Papa ignorans electione in Salzburgensi Ecclesia esse factam, quendam Burchhardum de Zigenhagen. nescientib. Canonicis & ministerialibus Archiepiscopatui præfecit & consecrauit, qui post modicum tempus non adepta potestate, vel inthronizatione diem clausit extremum. Vnde Papa ad petitionem & instantiam tam Parentum & amicorum D. Philippi, quam Capituli & ministerialium, electionem à D. Philippo factam confirmauit.

oo. *Chronic. Salisb. pag. 1269. pro Ratisponensi, habet Patauien. & sic legit.*

Anno M.CCLXVII. ordinationes Clericorum celebratæ sunt in choro Salzburgensi à Domino Patauiensi Episcopo cooperantibus sibi Frisingensi, Ratisbonensi, Chyemensi Episcopis in Sabbato Pentecostes, vbi Dominus Archiepiscopus recepit ordinem sacerdotalem, & die sequenti ab eisdem Episcopis recepit consecrationem Episcopalem, breui vero facto interuallo à Domino Clemente Papa pallio honoratur.

pp. *Ottokarum Boëmiæ Regem Rudolpho I. Rom. Reg. semper aduersatum fuisse nemo est qui nesciat. De Henrico vero Bauariæ Duce, contra Auentinum, ex quo author Metropolis hac narrat, ipse Cæsar Rudolphus credere & tenere persuadet literis publicis An. M. DCCLXXV. quas, quamuis alibi à nobis recitatas, heic tamen repetere multas ob causas voluimus.*

RVDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis presentia inspecturis, in perpetuum declaramus, quod presidentibus nobis Curie apud Augustam Idibus Maij solemniter celebrate, & constitutis ibidem in presentia nostra Illust. Principum Ottokari Regis Bohemie nuncijs, & Henrici Ducis Bauarie procuratoribus, subortaque inter eos questione super quasi possessione iuris eligendi Romanum Regem, per Procuratores predicti Ducis H. & Illust. Ludouicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bauarie, filium nostrum charissimum fuit propositum, ratione Ducatus Bauarie, hoc eis competere ex antiquo. Idemque noster filius L. coram nobis, cunctisque Principibus, Prælatis, Baronibus, Militibus, & vniuerso populo, qui eidem Curie assidebant, extitit publice protestatus quod predictus Dux H. frater ipsius olim electioni. Inclyti Richardi Romanorum Regis nostri predecessoris, vna cum ipso presentialiter cum ceteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum vterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanum Regem, vna cum alijs comprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde verò electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebrate, per Nuncios & Procuratores eiusdem Ducis Henrici videlicet Henricum Prepositum Oetingen. & Fridericum Rectorem Ecclesiæ de Lantshud, ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitime excusantes, presente venerabili Berchtoldo Babenbergen. Episcopo procuratore predicti Regis Bohemie, & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione à Principibus Electoribus omnibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus non admissa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, vna cum alijs Principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout iam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum huiusmodi in se recipiens, suo, & dicti H. Ducis fratris sui, ac omnium aliorum Principum ius in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem solemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bauarie Comitum palatini Rheni ratione Ducatus pro vna in septem Principum ius in electione Regis Romani habentium numero computatis, prout etiam in predicta Curia Augusten. viue nostre vocis eloquio, vtrique ipsorum in presentia nunciorum prefati Regis Bohemie, videlicet venerabili Wernhardo Seckouien. Episcopo, Magistro Henrico Preposito Werden. N. Commendatore Domus Theutonice per Austriam, & Wolfingo Magistro Hospitali S. Iohannis de Murperge, ac omnium ibidem presentium Principum, Prelatorum, ac Baronum recognouimus, & recognoscimus manifestè, in huius rei testimonium, & perennem memoriam predictorum, presentes eis literas donauimus, nostro Regali sigillo, nec non subscriptorum testium sigillis munitas. Qui sunt Hartmannus August. Episcopus, Hiltprandus Eisteten.

Henri-

Henricus Tridentinus Episcopus. N. de sancto Gallo, de Augea Abbates. Rudolfus Cancellarius noster. Ex Laicis verò filius noster Ludouicus Comes palatinus Rheni Dux Bauarie. Philippus Dux Karinthie. Meinhardus Comes Tyrolen. Fridericus Burgrauius de Nürnberg. Henricus Marchio de Burgaue. Vlricus de Helfenstain. Ludouicus de Oetingen. Albertus & Burchardus de Hohenberg. Henricus de Fürstenberg. Tybaldus de Pirreto & Ludouicus de Honberg, Comites, Henricus & Berchtoldus de Niffen, Albertus de Pruckperch. Hermannus de Häginberch, Volckmarus de Chemnaten & Marquartus filius suus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Prisingen, & alij quam plures. Actum & Datum Auguste, Anno Dominice incarnationis Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo quinto, Regni verò nostri Anno secundo.

Clarius hæc enarrat Chron. Salisburg Tom. VI. Antiq. lect. pag. 1273. qq.

Dominus Rudolphus diem indicit ad colloquendum cum Domino Henrico Duce Bauariæ, vbi recitatæ fuerunt litteræ continentes omnes tractatus inter Dominum Fridericum piæ memoriæ Salzburgensem Episcopum, & Dominum Henricum Ducem Bauariæ habitos, & iuramentis, sigillisque eorum firmatos. Vbi de treugis inter eos firmatis vsque ad octauam Michaëlis nondum elapso termino: Ciuitas Müldorf nescitur vtrum machinatione vel fortuitu, exuritur, quam statim Dux Henricus cingit obsidione, & quia Dominus Rudolphus Archiepiscopus nullos sinistros euentus timuit, cum Dux in defensionem eum & Ecclesiam recepisset, in Marchiam iter arripuit, scilicet in Gretz, intellectis huiusmodi euentibus reuertitur cum armatis, & facto insultu in terram Ducis, largos districtus eius incendijs deuastauit. Cui etiam Dux tanquam munitus exercitu copiose se exponit, & ciuitatem Müldorf in deditionem accepit. Tandem Dux Ludouicus partes ad colloquendum inuitat, tanquam medius, & pacem inter eos vsque ad purificationem sanctæ Mariæ reformat.

Sub Horologio) vbi loci nimirum mox ab obitu sepultus fuerat; sicut habetur suprà p. 13. heis verbis: Eodem hoc anno 1246. IV. Non Decembr. obijt hic Eberhardus, sepultus in summo Templo propè S. Virgilium, sub Horologio, qui antea Lauatorium in ambitu fieri curârat. rr.

Fabulam suis Annalib. An MCCC.nn. XXII. adnectit, fabulator ille Abrahamus Bzouius Polonus, contrà omnem & historiæ, & Chronologiæ veritatem scribens. Conradum Gibbosum, Stinauiensem Ducem, Præpositum Collegij Ecclesiæ Cathedralis Vratislauiensem, cum ad Archiepiscopnm Salisburgensem euocatus fuisset, & in itinere apud Viennam accepisset, cereuisiæ vsum ibi non esse, repudiata Archiepiscopa reuersum esse; homo stolidus, si nihil aliud eum mouit. Quasi verò ne frumentum quidem ibi nasceretur, nec posset illuc tantopere concupitæ cereuisiæ coquendæ artifices deducere, &c. *Quis verò eiusmodi Bzouianas stoliditates non rideat?* ss.

Anno Domini MCDXLII. per transactionem inter Archiepiscopum Salisb. Fridericum & Bauariæ Ducem Heinricum in festo D. Martini commutatio facta dataq; est portio aliqua Præfecturæ Tiitmaning pro parte aliqua territorij Bauarici ad constituendum Limitem (Burgfridt) *oppidi Müldorff*

Rescribendus est annus 1525. quo isthæc contigerunt. Sed nec subsequente proximè anno Archiepiscopus, & Ecclesia ac Prouincia Salisburgen. extra summum periculum fuêre, Testantur hoc publicæ Archiepiscopi literæ; quas ex autographo descriptas, in cautelam generationis quæ ventura est, hic loci inserere voluimus. tt.

Wir

WIr Mattheus von Gottes Gnaden / der heiligen Römischen Kirchen Cardinal / Ertzbischoff zu Saltzburg / Legat deß Stuls zu Rom / etc. Thun kund menniglich / den diser vnser Brief fürkombt / in was Würden / Standts oder Wesens die seyn / Als deß verschinen Jahrs im Monat September ein vertrag vnd frid zwischen vns / * vnser / dazumal abgefallen Vnderthonen durch den Hochgebornen Fürsten / vnsern besonder lieben Herrn vnd Freund / Hertzog Ludwigen in Bayrn / etc. auffgericht worden / den wir vnsers theils gäntzlich gehalten / vns auch versehen / vnsere Vnderthonen solten gleicher weise demselben gelebt haben / aber vnangesehen daß in demselben Vertrag außgetruckt ist / daß die bemelten vnsere Vnderthonen / vns gebürlich gehorsam leysten / sie aller bündtnus / Bruderschafft / Empörung / Rottierens vnd dergleichen handlungen / darauß vnfrid vnnd vngehorsam erwachsen möchten / gäntzlich entschlagen / vnd hinfüran nicht mehr gebrauchen solten / so haben doch etlich auß denselben vnseren Vnderthonen / beuorab in dem Gebürg bald nach dem vertrag in vil weeg / wie hernach vernommen würdet / demselben vertrag fast in allen Artickeln zu wider gehandlet / darunder wir / sambt dem Außschuß / vnd den Räthen / die von vnser Landtschafft / in krafft deß Vertrags / darzu verordnet gewesen / das am meisten behertzigt / daß durch etwo vil derselben vnser Vnderthanen deß Gebürgs / vil verloffen / vnd auffrürig Personen / Rädelführer vnnd Auffwigler / auch die bey der bösen that zu Slauming gewesen / vnnd andere frembde Knecht / den gantzen vergangnen Winter enthalten vnd gelifert worden seyn / vnd das insonderheit dieselben vnser Vnderthanen / die Slauminger vber vnnd wider / deß Durchleuchtigen Fürsten / vnsers besonder lieben Herrn vnnd Freundts / Ertzhertzog Ferdinanden in Oesterreich ernstliche Mandat vnnd ersuchung / vnnd darzu vber vnsern befelch vnnd offen Mandat / derhalben mit Raht / deß obberürten Außschuß / vnnd Räthen in all vnsere Stätt / Märckt / Flecken vnnd Gericht auff seiner lieb ersuchen / außgesandt / gwaltigklich auffenthalten / vnnd sich derselben keins weegs haben entschlahen wöllen / welches kein anzeigen / daß sie zu frid vnnd ruhe genaigt weren / noch der vollziehung deß vertrags / sonder ein offenbare vngehorsam gewesen / dardurch wir verursacht worden seyn / dieselben vnsere Vnderthanen / hernach durch allerley offen Mandat vnnd etlich trefflich / vnser vnd deß Außschuß vnser Landtschafft Botschafften zu mehrmalen / gnedigklich Vätterlich / ernstlich vnd getrewlich zuwarnen / zuerjnnern vnd zuersuchen / damit sie obgemelter erzeigung der vngehorsam abstünden / frid / ruhe vnd einigkeit liebten / vnd was dem zuwider wär / vnnd beuorab sich der frembden / vnruhigen Leut / bey denen nichts dann newe auffruhr zuuermutten / gäntzlich entschliegen / daß aber bey jhnen gar kein ansehen hat haben wöllen / wiewol wir auch bald / vnd gleich nach dem obbestimbten vertrag / vnnd laut desselben in den vermeinten vnserer Vnderthanen beschwerungen / durch vnsere Räht / auch den Außschuß der Landtschafft / vnnd insonderheit durch vnserer lieben Herren vnd Freundt / der Fürsten von Bayrn trefflichen Botschafften / Räht vnd Gesandten darzu wir auch obbemelten vnsern lieben Herrn vnd Freundt / den Ertzhertzogen vns etlich Räht erbetten / die sein lieb zuschicken auch bewilligt / aber auß Ehehafften vrsachen / herzu kommen verhindert worden seyn / mit allem fleiß vnnd ernst haben handlen lassen / welcher gstalt sie aber dasselb befunden / daß wir kein beschwärdte nie verursacht noch angefangen / deß ziehen wir vns auff berürter Fürsten Gesandte / aber es hat in etlichen gmeinen beschwärdung / derselben zeit nichts fruchtbarlichs noch stattlichs gehandlet werden mögen / ausserhalb einer guter Landtsordnung / die auch on einer gmeinen Landtschafft nit auffzurichten gewesen ist. Auß solchen oberzehlten vnnd andern vrsachen / haben wir im nechstuerschinem Winter / vmb Conuersionis Pauli allhie zu Saltzburg ein gemeinen Landtag gehalten / darauff dann alle Ständ / von vnser vnd vnsers Stiffts Landtschafft / nämblich vnser Capittel / die von Prælaten / vnd die vom Adel in aignen Personen / vnd die von Stätten vnd Märckten / deßgleichen auch die von

* vnd

den

den Gerichten / durch jhr Gesandte gehorsamlich erschinen seyn / haben wir dazumal im eingang vnnd anfang deß Landtags / gemeiner vnser versambleten Landtschafft in beywesen Römischer Keyserlicher Mayestat / vnsers Allergnedigisten Herrn / auch Churfürsten / Fürsten vnd ander löblichen Ständt deß Bundts zu Schwaben / auch der obbemelten vnsern besonder lieben Herren vnd Freundt / Ertzhertzogen Ferdinanden zu Osterreich / etc. vnd der Fürsten von Bayrn Botschafften / durch vnser treffenlichen Rähte an vnser statt / vnder anderm fürtragen lassen / daß wir den vertrag vnnd friden so hieuor inn dem vergangen Herbst / obgemelter vnser lieber Herr vnnd Freundt / Hertzog Ludwig wie oben angezeigt / auffgericht vnnd gemacht / biß auff dieselb zeit / vnsers thails gehalten haben / vnnd den hinfüran zuhalten auch willens seyen / daß sich auch deß all vnser Vnderthanen zu vns also nichts anderst versehen / vnnd wer jhnen anders einbilden wolt / demselben keinen glauben geben sollen / daß wir auch denselben Landtag allein darumben / vnnd auß keiner andern vrsachen fürgenommen / damit daselbs von solcher handthabung deß vertrags vnnd bestendigen fridts / auch erhaltung ruhe / ainigkeit vnnd gebürliche gehorsam stättlich gehandlet / dazu darneben / ein gute Landtsordnung auffgericht / vnd in der Vnderthanen beschwärungen / souil der noch nit erlediget / vnnd auff demselben Landtag geschoben gewesen / gebürliche einsehung fürgenommen wurde. Dagegen hat sich gemein vnser Landtschafft von allen Ständen / nach gehorsam vnd dancksagung / dergleichen auch vernemmen lassen / mit dem Anhang / mit sambt vns all ander die solchen vertrag nicht halten wolten / auff vnsern vnnd jhren kosten / helffen darzu halten vnnd handthaben / vnnd die vngehorsamen zu gehorsam zubringen / damit frid / ruhe / vnnd gebürliche gehorsam in vnserm Stifft erhalten wurden / sie haben auch ferner Mündtlich vnd durch Briefflich vhrkunden vns entschuldigt / daß wir mit vnserer Regierung / vnsern Vnderthanen zu der auffruhr in dem vergangen Jar nit vrsach gegeben / vnd auch an derselben nit schuld haben / darzu auch / daß alles das vns in derselben auffruhur / durch vnser widerwertig vnehrlich zuzogen worden / vnwar sey / vnnd vns darinnen vnrecht geschehe / mit vil andern vnderthenigen vnnd gehorsamen erbieten vnd erzeigen. Daneben ist auch in derselben vnserer Vnderthanen vermeint beschwerungen / so / wie obsteht / vorgehalten Landtag nit erledigt worden / gehandelt / vnnd in etlichen gebürlich einsehung vnd wendung beschehen / vnnd etlich derselben beschwerungen / seyn auff ein gemeine Landtsordnung die auff demselben Landtag / wo die verhinderung der vngehorsamen bey vnsern Vnderthanen nit fürgefallen / erledigt worden were / aber dannoch daß die kürtzlich vnd auffs ehist / auffgericht werden solt / angestelt / vnd derhalben bald darnach ein andern Landtag zuhalten fürgenommen worden. Vnnd ist also das alles vnnd vil anders / mit gemeiner vnser Landtschafft in beyseyn auch mit wissen vnnd raht obbemelter Botschafften / gehandlet vnd beschlossen worden / als auch in obgedachtem vertrag vnder anderm außgetruckt / daß vnser der zeit widerwertig vnnd abgefallen Vnderthanen vnd Landtschafft an dem auffgeloffnen Kriegs kosten / den Ständen deß Bundts zu Schwaben vierzehen tausent gulden Reinisch bezahlen / daß auch vmb den vberigen vnsern auffgeloffnen Kriegskosten / wir vnnd dieselben vnsern Vnderthanen bey erkandtnuß obgedachter vnsern lieben Herrn vnd Freunden / Ertzhertzogen Ferdinanden vnd beeder Fürsten von Bayrn / auch gemelter Stände deß Bundes vngewaigert bleiben solten. So haben wir doch / die vnd ander vnser forderungen / so vns vermelter vertrag außtrucklich zugibt / zuruck gesetzt / vnnd den Landtag damit keins weegs verhindern / noch deßhalben an vnser Landtschafft gar nichts suchen / noch ichts dauon / sonder allein die obbestimbten Artickeln deß bestendigen fridens / auch der gehorsam vnd einsehung der beschwerden durch ein gute Landtsordnung fürsetzen vnd betrachten lassen wöllen. Nichts weniger / hat vns gemeine vnser Landtschafft von allen Ständen / wie obstehet / zu mehrmaln auffs höchst ersucht / vnnd gebetten / daß wir

solch

solch vnser forderung vor berürten Fürsten / vnd den Bundtsständen fürzubringen vnderlassen/vnd sunst in gütliche handlung vnd vertrag derhalben vnß mit jhnen einlassen wolten/ daß wir mit erzehlung etlicher trefflichen vrsachen/nit allein vns / sonder vil mehr jhnē zu gutem gewaigert/aber zu lest/als sie vermeint/daß one das in den anderen genötigē Articklē durch sie nit bestendig gehandlet noch beschlossen werden möchte/haben wir auf das vilfältig jhr ansuchen / wiewol etwaß wider vnser gutmainung vnd fürnemmen vnß derhalben mit jhnen/neben den anderen vorbemelten Hauptarticklen in handlung begebē dergestalt/daß sie auß gutem willen benantlich ein Summa gelts zu etlichen fristen vnd zihlen / darunder sich das erste zihl erst auff Liechtmessen negst künfftig anfaht / vnd doch nit vns zu vnseren handen / sonder zu erledigung der verpfändten vnd verkumerten vnser / vnd vnsers Stiffts Flecken / Gült / vnd Güter bewilliget haben zubezahlen / aber vmb dz alles haben wir von der zeit derselben jhrer bewilligung biß auff heutigen Tag nie kein anhaltung bey niemandts auß vnser Landtschafft hohes oder niders standts nie gethon. Noch von deßwegen nichts gehandelet / oder zuhandlen beuohlen. Abermals in Betrachtung das vnß vnnd vnser Landtschafft/am meinsten vnd am höchsten an dem bestendigen Fried/erhaltung gebürlicher Gehorsam vnd guter erbar Landts Ordnung darinnen kein vnderthan beschwert/gelegen wer. So haben wir auch seyther deß obbemelten Hertzog Ludwigs Vertag alles mit rath eines außschuß vnnd etlicher verordneten vonn vnser Landtschafft / vnnd auch nach gehaltnen Landtag bißher mit vnser gemeiner Landtschafft vollmächtigen Außschuß / den dieselb vnser Landtschafft hinder jhr bey vns gelassen hat / rath vnd wissen/vnd nichts anders gehandlet. Aber zwischen disen Handlungen allen/ habē etwa vil Person/an vilenden der Gericht vnsers Stiffts im Gebirg/vber jhre gethane Pflicht vnd Ayd/von der Zeit desselben Vertags / auch inn vnnd nach gehalten Landtag kein Gehorsam thun wöllen/nit allein das wie obsteht/den gantzē Winter hinnumb ein grosse Anzahl böser vertribner Leuth/ auch die verloffnen Slauminger vnd ander auffwigler/bey jhnen vnangesehen vorbemelter vnser vnd vnser Landschafft verordneten Außschuß / ermahnung vnd verbott gelissert vnd enthalten / sondern haben sich auch für vnd für zusammen rottirt / vnd in sonderheit/ bald nach dem Vertrag/vnd gleich als bemelter vnser lieber Herr vnnd Freundt Ertzhertzog Ferdinand seiner Lieb vngehorsam Vnderthonen zu Slauming gestrafft / vnderstanden / zu Alten Marck nahend bey Radstatt / vnnd auff zwo Meil bey Slauming / ein freyes Fäudlin auffzuwerffen/vnd seiner Lieb vnd anderer Freund/auch etlich vnser Leuth niderzuwerffē vnd zu berauben / auch die Statt Radstadt vnnd vnser Vnderthonen zu Alten Marck zuuergwältigen/ vnd zubezwingen/ darzu haben sie dazumal vnnd hernach zumehrmalē verdächtig vnd verbottene Versamblung gehalten / Kriegsämpter besetzt / den Glocken sturm bestellt/auch ein besonder peen darauff benennt/mit jhren Kriegswehren zusammen geloffen / die Leuth auff freyer Strassen auffgehalten/ etlich von der Obrigkeit inn jhren Häusern geschetzt vnnd geplündert / darzu auch sich mit außsenden vil falscher Posten vnd Feindgeschrey fast bemühet/vnd sich in den anstossenden Landen vnd Fürstenthumben/ vnd sonderlich durch jhre geschrifften zu Schwatz vmb Hülff vnd anhang beworben / Sie haben auch nicht allein jhr Anlag in die vierzehentausent gulden/ so sie nach laut deß Vertrags/den Ständen deß Bunds wie oben angezeigt schuldig gewesen seyn / zu den angesetzten fristen nicht bezahlen wöllen/sondern auch etlich gantze Gericht betröhet/daß sie inn dieselbe vierzehen tausent gulden / den Ständen deß Bunds nichts geben noch zahlen/ noch sich gegen vorgedachten vnsern lieben Herrn vnd Freund Ertzhertzog Ferdinand/vnd denselben Oesterreichischen Landen der vorderungen halben von wegen der Slaumischen that in nichten einlassen sollen/vnd also/ damit den auffgerichten Vertrag augenscheinlich verbrochen/ auch daß alles zuuor / vnd ehe keiner gegenwer that oder straff gegē jnen/von vns oder vnser Landtschafft/je gedacht worden ist/trutzlich gehandelt. Sie haben auch ferner sich in werendem angesetztem gemeinen Landtag/eines

eigen

tigen Landtags angemaſt / vnd ein ſondere verſamblung zu Dachſenpach / ſo vnder der Rauriß ligt / da dann diſer gegenwärtiger auffſtandt durch böß auffrürig Leut practiciert vnnd beſchloſſen worden ſeyn ſollen / gehalten / vnnd als auß dem Landtag / von der gantzen Landtſchafft: nemblich vom Adel / Stätten / vnd Märckten ein treffliche Botſchafft daſſelb hin gen Dachſenpach / ſie von jhren böſen fürnemmen gütlich abzuweiſen / zu jhnen verordnet vnnd geſchickt worden / haben ſie dieſelben oder etlich auß jhnen ſpöttlich gehalten vnnd trölich abgefertigt / darzu auch einen vom Adel auß denſelben Geſandten / vnnd bald darnach ein trefflichen vermehrten Ritter / auß dem Landt zu Crain / ſo durch vnſere Stifft / ſeinen geſchäfften nach gezogen / mit ſelbs zündeten Büchſen vñ in ander betrohung weiſe vergweltigt / vnd darneben ſich vernemmen laſſen / daß ſie allen Adel vnd Herrſchafft / ſo bald die ſtauden Rauch / oder grien werden / vertilgen wolten / vnd darzu vnſern Richtern vnnd nachgeſetzten Obrigkeiten an etlichen orten vil dergleichen betrohung erzeigt / ſie gefängknuſt / vnd verjagt / vnnd etlich mal mit Büchſen auff ſie abgeſchoſſen. Wir geſchweigen daneben / daß ſie ſeydt deß vertrags / vns vnd anderen jhren Gültherren jhre Zins / Zehendt / vnd ander gült / auch zum theil mit betrohung vorgehalten / darzu in verboten Waſſern gefiſcht / vnd das Wildtbret allenthalben freuenlich gejagt / geſchoſſen vnd nidergeſchlagen / vnnd vil ander mutwillig vngehorſam thaten begangen / alles vber vnnd wider den obgemelten Hertzog Ludwigs vertrag / vnd gemeiner Bundtſtänden vnnd vnſer Mandata / gebott vnnd verbott / mit raht der verordneten von vnſer Landtſchafft darwider außgegangen / alles vor / vnd in wehrendem Landtag vnd darnach. Es haben auch vil derſelben böſen verführiſchen Leut / vber jhr gegeben verſchriben gewalt / das fürnemmen vnd beſchluß deß gehaltenen Landtags nit allein gar nit annemmen wollen / ſonder ander gehorſame Vnderthonen auch dauon gewiſen / auch ſich daneben / in dem vnd andern für vnd für erzeigt / daß ſcheinbarlich abzunemmen geweſt / daß jhr ſinn vnd gemüt dahin geſtanden iſt / daß ſie zu den ſchieriſten Wettertagen / ſich widerumb auffrührig erzeigen vñ empörẽ wöllen. Deß alles dann meniglich auff dem Landtag mercklich mißfallen tragen / vñ nit anders hat außlegen noch verſtehn mögen / dann für ein vhedliche / thätliche handlung vñ vngehorſam / auch erzeigung zu newer Empörung / derhalben ſich all Ständt vnſerer Landtſchafft / auch die Geſandten von den Gerichten / auff jhr verſchriben gewalt erboten haben / zuuerhelffen / damit ſolches in künfftig zeit nohttürfftigklich vnnd endtlich abgeſtellet / auch frid vnnd ruhe im Landt beſtelt vnnd erhalten werden möge. Es iſt auch darauff / neben anderen Articklen vnſer auch gemeiner Landtſchafft / ehre / nutz vnd wolfahrt berührendt / bewegen / vnd ein Rahtſchlag vnnd fürnemmer durch gemeiner Landtſchafft vollmächtigen Außſchuß gemacht worden / dem wir auch gefolgt haben / nämblich / dieweil ſich wie oben angezeigt / vil böſer frembder Leut im Landt vnd Gebürg enthalten / vnd new auffſtände Practicieren / daß in allweg noht ſeyn wölle / daß zuuor wir vnd vnſer gehorſame Landtſchafft vns dagegen auch verfaſſen vnnd bewerben / damit vns dieſelben böſe vnnd auffrührigen nit vbereilen / vnd daneben den frommen vnd gehorſamen zu troſt verſuchen / ob man die frembden Rädelführer auß dem Landt weiſen / vnd die Landteſſen / ſo jhnen verwandt oder anhangen / auch ſtillen vnd zu gehorſam bringen möcht / vnnd nämblich / alle Gericht / auff jhr verſigelt gewaltsbrief / durch jhr Geſandten in ſolch fürnemmen vnd beſchluß / auch nemmen / vnd als die gehorſamen die gern frid vnd ruhe haben / vnnd mit gemeiner gehorſamer Landtſchafft / heben vnnd legen / bedencken wolt / vnnd iſt doch daneben auch fürgenommen worden / am erſten alle weeg vnnd mittel der gütigkeit zuuerſuchen / vnd die thätlich gegenwöhr zuuermeyden / damit ſterben vnnd verderben der Vnderthanen verhüt / vnnd ſo die gütigkeit nit erſchieſſen wolt / daß dannoch ſolch fürnemmen der thätlichen gegenwöhr / ohn ein groſſe menig oder anzahl frembdes Kriegsvolck vnnd ohn verderben deß Stiffts vnnd der Vnderthonen gericht wurde. Demnach

nach auß anzeigen vnnd raht deß obbemelten Außschuß von vnser Landtschafft etlich Personen / auß vnsern trefflichen Räthen von der Ritterschafft vnnd sonst von anderen Ständen der Landtschafft in etlich der verdächtlichen Gericht außgesandt worden seyn/ Allein die gehorsame in jhrem guten willen zu bestetten / vnnd die vngehorsamen Landtsässen von jhren vngegründten vnd widersässigen fürnemmen vnnd handlungen mit besterckung vnd hilff der gehorsamen abzuwenden/ vnd daneben die obgedachten frembden vnnd mutwilligen auffwigler abermals mit der hilff auß dem Landt zubringen / darauff dann aller Gericht in der gemein / vnnd mit den mehren stimmen sich vernemmen lassen/ daß sie darzu trewlich verhelffen / vnnd auß jhnen ein anzahl Volck darzu außschiessen wöllen / vnd damit aber solch fürnemmen dester stattlicher vnnd sicherer vollzogen werden möcht / so ist durch den berürten vollmächtigen Außschuß mit vns berahtschlagt vnnd beschlossen worden / den bemelten Gesandten vnnd vnsern gehorsamen Gerichten vnd Vnderthonen mit etlichen Kriegsknechten ein zusatz vnnd besterckung zuthun / auff vnsern vnnd gemeiner vnser Landtschafft gleiche kostung / vnnd ist dises fürnemmen auff solch bewilligung / sambt den beschluß der gemeinen Landtschafft auß keiner andern vrsach auch zu keiner raach noch straff / sonder allein zu handthabung fridens / ruhe vnnd gebürlicher gehorsam / wie obsteht / beschehen. Es ist auch in solcher handlung vnnd fürnemmen mit den Gerichten keiner ergötzligkeit vnserer schaden vnd Kriegskosten / noch einigs Gelts oder ander anlag von vnsertwegen je gedacht vnnd fürgewendt / sonder allein ein bestendigen frid / erhaltung gebürlicher gehorsam vnnd guter Landtsordnung nach getrungen worden / vnd insonderheit / daß solches ohn Blutvergiessen / sterben vnd verderben geschehen möcht / also daß sich kein frommer gehorsamer Vnderthon deß het bedörffen entsetzen noch besorgen. Dann man hat sich zu demselben fürnemmen mit raht / wissen / willen / bitt vnd beger der Gerichtsleut vnd Gesandten / der Ende da solch auffwigler gewesen seyn / also verfast vnd keiner vntrew versehen. Aber die obgemelten vngehorsamen / auffrührigen vnnd auffwiglern / haben sich vber das ohn alle noht vnd redlich vrsach / auß aignem mutwillen vonstundan in offenwaren auffstandt vnnd empörung wider vns vnd vnser gehorsamen Landtschafft begeben / vnnd durch jhr vergiffte vnd böß Practicken / jhnen auch für vnd für bey den gehorsamen ein grossen anhang gemacht / vnd seyn also jhr etlich hundert von Püssendorff / vnnd auß andern orten derselben gegen / so in dem obern Pintzgew ligen / mit gewaltiger versamblung / gewörter hand vnnd fliegendem Fändtlein / vnserm Hofmarschalck getrewen lieben Wigileusen Turner / den wir vnd der obberürt vnser Landtschafft vollmächtiger Außschuß / also zu vollziehung obgemelts fürnemmen / vnd Hertzog Ludwigs vertrags / vnnd keiner andern vrsach halben / mit etlichen wenig Pferdten vnsers Hofgesindts sambt etlich besoldten Knechten von vns vnd gemeiner vnser Landtschafft auff der Gerichtsleut begeren / vnnd beschluß wie obstehet in das Pintzgew geschickt / vnnd der mit sambt demselben vnserm Hofgesindt vnd der Landtschafft vnsers Gerichts Saluelden jetz bemelts vnsers vnd gemeiner vnser gehorsamen Landtschafft bsoldten Knechten gegen Zell in das vnder Pintzgew verruckt ist / vnuersehner sach zwischen Zell vnnd Saluelden vnder Augen gezogen/ vnnd jhne gwaltigklich von seinem befelch abgewendet / vnnd vns vnnd vnser gehorsame Landtschafft dermassen / vnd mit einer solchen grossen macht / so vnuersehenlich vnd vrbering vbereylt / daß vns nit müglich gewest ist / solchen jhren newen auffstandt dazumal so bald zubegegnen / vnnd dem widerstandt zuthun. Sie haben auch darauff im Fußstapffen vnsere Gericht im Gebürg eins nach dem andern / vnd die gehorsamen vnnd vnschuldigen vnnd frommen Vnderthanen auch nachmals die Bergwercks verwandten / mit gwaltigen vberzug zu sich in jhr Bündtnuß vnnd Bruderschafft / vnder dem schein
„ deß heiligen Euangelij bewegt / benöttigt vnd gedrungen / mit erdichtung vil vnwarhaff-
„ tigen vrsachen vnnd falscher posten / die sie den gehorsamen zu bedeckung jhrer vergifften
„

vnd

vnnd boßhafftigen handlungen ohn allen grundt fürgeben vnnd eingebildet / vnnd sonderlich als hetten wir vnnd der Außschuß das gantz Landt gewaltigklich wöllen vberziehen vnnd verderben / vnnd sie also zu diser Empörung verursacht / daß sie auch den obbemelten Hertzog Ludwigs vertrag jhres theils gehalten haben / das doch alles gantz erdicht ding vnd vnwahr / auch durch sie der obberürt Hertzog Ludwigs vertrag fast in allen Artickeln nicht gehalten worden ist / daß dann auch jhr offenbar that bißher erzeigt hat / vnnd noch täglich mehr erzeigt / Es wirdt sich auch in vnsern / auch vnsers Marschalcks schreiben / so die Rädelführer vnnd Auffwigler zuhanden bracht / vnnd dem gemeinen Mann fürhalten / nichts erfinden / vnnd sonderlich darab jemandts frommer muß entsetzung oder einig sorg empfahen / vnd sie haben also in jhrer Empörung vnnd Feindtlichen angriff gegen vns vnd vnserer gehorsamen Landtschafft bißher verharret / vnnd lassen sich auch noch keins gebürlichen vnnd erbarn gemüts vnnd willens nit mercken / darauß bißhero dann nit allein vns / vnsern Stifft vnnd gehorsamen Landtschafft grosser abfall vnnd verderben / sonder auch den löblichen Ständen deß Bundts zu Schwaben / den wir als ein Bundtsverwanter nach solcher vergwaltigung / so vns die vnsern bewisen / vmb stattlich hilff haben außsuchen müssen / grosser vnkosten zu widerstandt den bemelten auffrührigen erfolgt vnnd zugestanden ist / vnnd mag auch menigklich wol gedencken vnnd abnemmen / mit was grosser beschwärung vnnd hertzenleyd wir solchen vnsers Stiffts grossen abfall / zerstörung vnnd verderben also zusehen / vnnd wir darzu vnuerschuldt / durch dieselben vnser widerwertigen Vnderthanen / Rädelführer / vnnd Auffwigler / bey den frommen schlechten Leuten / mit vnwahrhafftig fürtragen / auffs höchst eingebildt werden müssen / vnnd wir hetten nie nichts liebers gesehen / begern auch noch nicht anders / dann das vnser frommen getrewen Landtschafft vnnd Vnderthanen bey dem löblichen alten Stifft in gutem frid vnnd gebürlicher gehorsam / wie jhr vor Eltern / vnnd sie lange zeit gewesen / hinfüran auch beleiben vnnd diser verderblicher Krieg / mit dem wenigisten verderben zum beldisten abgestelt werden möcht / wie wir das auch jetzo gern vnnd wol verhütet wolten haben / wo vnser Vnderthanen den bösen verführischen leichtfertigen Leuten / nicht mehr als vns jhrem Herren vnnd Landtsfürsten auch gemeiner Landtschafft von allen Ständen glaubt vnnd vertrawt hetten. Wir mögen aber vber solch vnserer widerwertigen verharren inn jhrem verstockten willen vnnd fürnemmen / gar kein wendung thun / anders / dann was die löblichen Ständt deß Bundts zu Schwaben darinnen mit der hilff Gottes zuthun fürnemmen vnnd verordnen / nicht destminder so wolten wir doch gern grossen schaden so vns / vnserm Stifft vnnd gehorsam Landtschafft / auch den angesessnen Leuten der obberürten Gericht vnsers Stiffts im Gebürg noch fürder durch gewaltig vberzug entstehn mag / souil jmmer müglich verhüten / damit auch sonderlich die vnschuldigen vnnd frommen / so an diser Auffruhr vnd Empörung kein schuld haben / sonder darein gewaltigklich genöt vnnd gedrungen worden / die auch disen Auffstandt noch nicht gern sehen / deren dann als wir deß glaublichen Bericht / inn den bemelten Gerichten gar vil vnnd mehr dann der andern seyn / nicht also mit sambt jhren Weib vnnd Kindern neben vnnd mit sambt den schuldigen vnnd auffrührigen durch solchen gewaltigen vberzug verderbt / vnnd von Hauß vnnd Hof endlich vertriben wurden / daß aber durch keinen andern weg baß beschehen vnnd verhüt werden kan vnnd mag / dann daß dieselben angesessnen vnschuldigen vnnd frommen Vnderthanen vor dem vberzug der löblichen Ständt deß Schwäbischen Bundts Kriegsvolck / sich der bösen vnnd auffrührigen / bey welchen dann als lang die im Landt seyn kein ruhe noch frid erhalten werden mag / entschlagen / vnnd sich nit mit der Kriegs-

übung vnnd thätlichen gegenwöhr / sonder mit einer demütigkeit / daß den Vnderthanen baß anstehet / sich inn gnad vnnd vngnad derselben Bundtsständ zu Schwaben ergeben / vnnd sich also zu gehorsam / frid vnnd ruhe schicken / wie dann sonst all ander deß Schwäbischen Bundts vnnd anderer Fürsten vnnd Stände im heiligen Römischen Reich Vnderthanen allenthalben thun / vnd niendert auffrührig seyn / darzu wir auch sie all vnnd jeden hiemit nochmalen genedigklich ermahnen / vnnd erbieten vns auch / welche sich also ergeben wöllen bey gemelten Bundtsständen mit fleiß deßhalben von jhren wegen zuhandlen / damit sie also ohn einen gwaltigen vberzug auffgenommen / vnnd nicht also an Leib vnnd Gut schwerlich gestrafft vnnd gar verderbt werden. Sie sollen auch solches zuthun von wegen der auffrührigen vnnd Rädelführer die bey jhnen seyn / gar kein entsetzen noch forcht haben / dann die bemelte Bundtsstände / vnd wir / mit vnserm Kriegsvolck so nahent bey jhnen seyn / daß sie von vns vor dem auffrührigen bösen Leuten wol geschirmbt werden mögen / darinn sie also sich selbs vnnd jhr Weib vnnd Kinde billich ansehen vnnd bedencken / vnnd nicht so blind seyn sollen / sich ferrer von der wegen die nichts zuuerlieren haben / dermassen inn gantzes verderben an Leib vnnd Gut zugeben / dauor wir sie dann hiemit als jhr Herr vnnd Landtsfürst nochmals genedigklich gewarnet haben wöllen. deß haben wir also menigklich vnnd einem jeden hiemit wahrhafftigklich anzeigen vnnd nicht verhalten wöllen. Datum in vnser Statt Saltzburg am Sambstag nach S. Veits Tag / Anno Domini, &c. im Sechs vnd zweintzigisten.

Causam exortæ seditionis in Archiepiscopatu Salisburgensi præmissæ Archiepiscopi Cardinalis Matthiæ litteræ, disertè ostendunt: nempe prætextum Sancti Euangelij, hoc est, HÆRESIN; vt, quod res est, clariùs exprimatur. Hæresis nempe mater est, & ianua omnium vitiorum; quâ nihil pestilentius vnquam Reip. accidere potest. Speciem quidem pietatis habet, sed virtutem eius, teste Apostolo, abnegat: fidelitatis præuaricationem gignit: vrbes, populos & prouincias perfidiæ suæ contagio maculat, labefactat, euertit. Quæ quidem infanda mala omnia, quam certissimè hæresin comitentur, indubitatè, ne priscorum temporum vulnera refricemus BOHEMIA ab Hussi exortu; GERMANIA à Lutheri; HELVETIA à Zuinglij; GALLIA à Caluini ingressu, aliæq; plures prouinciæ, olim, dum sanctæ sedis Apostolicæ subderentur magisterio, florentissimæ, tam superiori quàm nostro etiam hoc æuo, maximo eheu malo suo aliorumq; testatum reddunt.

2. Tim. 3.

VII. *Erant hæc tempora, ob innumeras vndique succrescentes in Germania hæreses periculosissima: Ernestus igitur Archiepiscopus, congenitæ sibi & maiorib. suis à tot seculis, & ab vberibus haustæ pietatis auitæ Catholicæ minimè oblitus; ne officij sui partes desugeret, atque velut seruus fidelis domini sui, ab ouili sibi commisso lupos arceret, oues defenderet, pasceret, foueret: Anno 1549 Synodum Prouincialem Salisburgum indixit. Quæ in Synodo, die 18. mensis Februarij celebrata comparuere.*

Ipsemet Ill.mus & R.mus Archiepiscopus.
Præpositus ac Archidiaconus Salisburgensis.

Abbas

Abbas ad sanctum Petrum.
Abbas in Admundt.
Abbas in Peyrn.
Abbas S Viti cũ Rotam.
Abbas in Vitring.

PRÆPOSITI.

Præpositus { *in Perdesgadn.* *apud Zenonem.* *in Polling.* *in Bãmburg.* *in Gars.* *in Aun.* *in Hegelberdt.* *in Rottenman.* }

Totum capitulum Salisburgen.

Archidiaconus superioris & inferioris Styriæ Marchiæ.
D. Ioannes Fein.
D. Benedictus Heufilder. nomine communis cleri.
Archidiaconus Charinthiæ superioris.
Dn. Georgius Schwindl / *Decanus in alten öting.*
Sigismundus Holner *pastor in* Khay.
Fridericus Greisel Vicarius in Puechpach.
D. Christophorus Diether pastor in Deisendorff.
Wolfgangus Hofer Vicarius in Perckhaim.
D. Ioannes Hirschawer *pastor in* Obern Perckheim.
Christophorus Goldner *commissarius in Lungau.*
Dominus Petrus Granmeister / *pastor in* Hausen.
D. Wolfgangus Ridtmann *Vicarius in Salfelden.*

Ex Episcopatu Frisingensi.

Nomine Reuerendissimi Episcopi ibidem orator.
D. Antonius de Albendorff, Decanus & Vtriusq. Iuris Doctor.
Doctor Ioannes Weyer *Canonicus & à consilijs.*
Nomine Capituli Cathedralis.
Mauritius à Sandizell.
Georgius Würtenberger *Licentiatus.*
Nomine Collegiatarum.
M. Michaël Graiser *Decanus S. Viti extra muros.*
Nomine Prælatorum.
Benedictus Abbas in Rodt.
Nomine totius Cleri, & Decan. Rural.
Dominus Michaël Zarter Decanus in nider Rodt.
Dominus Wolfgangus Dinckl *Decanus in Dorfn.*

Ex Episcopatu Ratisponensi.

Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps in propria persona.
D. Wolfgangus à Closen Decanus, à Consilijs.
Nomine Capituli.
Laurentius Hochwart / *Canonicus, Doctor,*
Nomine Prælatorum.

Abbas in Weltenburg.

Nomine Collegiatarum Ecclesiarum.

Sigismundus Pender Decanus Veteris Capellæ.

Nomine communis Cleri.

Ex Episcopatu Patauiensi.

Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps in persona propria.

Doctor Bernardus Schwartz *Decanus, à Consilijs.*

Doctor N. Huber *Officialis à Consilijs.*

Ioannes à Schonwurg *Canonicus.*

Nomine Capituli.

Michaël à Künburg.

Nomine Prælatorum.

Abbas in Farmpach.

Abbas in Gäst.

Præpositus in Churstein.

Nomine communis Cleri.

Petrus Sepacher Decanus in Bursleink.

Leonhardus Panschober.

Georgius Neuhofler pastor in Pürckhaüsen.

Christophorus Rosenaüer Decanus & Plebanus in Haüsleüten.

Ex Episcopatu Chiemensi.

Reuerendissimus in propria persona.

Præpositus in Chiemsee.

Nomine communis Cleri.

Ex Episcopatu Secouiensi.

Reuerendissimus in propria persona.

Ex Archidiaconatu.

Missus Domini Præpositi.

D. Vuielmus Schenck.

Iacobus Weschel *nomine Capituli.*

Loco Capituli.

Stambs. *Andreas Weiss loco Præpositi & Capituli in Staintz.*

Benedictus Neüselder.

f. Archidiaconatus. *Fabianus* Schaffer *loco Cleri eiusdem Archidiaconus.*

Ex Episcopatu Lauantinen.

Reuerendissimus in propria persona.

Nomine communis Cleri.

D. Georgius Conradi.

Ex Episcopatu Brixinensi.

Reuerendissimus dominus Ambrosius à Lamberg Decanus Salisburg.

D. Vuielmus à Drautmansdorff nomine Capituli.

Nomine Prælatorum.

Præpositus in der Newstifft.

Nomine collegiatarum Ecclesiarum.

Irk. *Ioannes Sebastianus Pfauser loco capituli in Irck vallis Busirissæ & Isaci.*

Nomine Cleri.

Decanus superioris vallis Oeni.

Decanus inferioris vallis Oeni.

Ex Episcopatu Gurcensi.

D. Siluester Peck loco Reuerendissimi.
D. M. Petrus Schlaitel/ *assessor, nomine Præpositi & Capituli.*

Die Herrn deß Außschuß vber die grauamina.

Herr Wilhelm von Trautmanßdorff.
Herr Abt von Admundt.
Herr Erhart Hueber *Official. Patau.*
Herr Abt von Viteich.
Herr Siluester Peck.
Herr Propst von Bamburg.
Herr Abt von Weltenburg.
Herr Propst von Polling.
Herr Propst von der Newstifft.
Herr Jerg Schreindl.
Herr Bernhart Schwartz.
Herr Johann Fein.
Herr Peter Sebacher.
Herr Sigmund Holtzer.
Herr Johann Sebastian Pfauser.
Herr Peter Graumaister.
Herr Michael Zerrer.

Pfauser.

Reuerendissimi Principis Archiepiscopi à Consilijs Ecclesiasticis fuere sequentes.
Præpositus Salsburgens.
Abbas ad S. Petrum.
Abbas in Admundt.
Præpositus in Perdesgadn.
Præpositus ad S. Zenonem.
D. Christophorus à Lamberg.
M. Georgius Schvvindl.
Archidiaconus marchiæ.
Magister Ceremoniarum.
M. Ioann. Mannus Rudpertinæ scholæ præses.
Syndicus huius synodi.
Magister Georgius Schvvindl.
Duo promotores.
Nomine Reuerendissimi Metropolitici vnus.
Dominus Præpositus Salzburg.
Nomine Coepiscoporum.
D. Ioannes in Schonwurg.
D. Laurentius Hochwart *Canonicus Patauien.*

Ratisbon.

Duo Referendarij.
Electus à Metropolitico.
Dominus Præpositus in Pozn.
Electus à Coepiscopis.
Domini Notarij metropolitici.
Matthæus Schmeckenpfeil.

Coepiscoporum.

Hilarius Perger Canonicus S. Viti Frising.

Tertius notarius apud tertiam classem grauaminum.

Dominus Hieronimus Anfang.

Reuerendiss. à consilijs & prothonotarius.

Adiunctus magister Sebastianus Rheindel Reuerendiss: Episcopi Patauiensis à Secretis.

XX. *Anno Domini 1583. institutus fuit conuentus Episcoporum in Bauaria, auctoritate & iussu Summi Pont Gregorij XIII. & tractatum Monachij de Concordatis inter Episcopos, & Bauariæ Ducem, quemadmodum subsequentes literæ summi Pont: & Recessus partium consensu vtrinq, confectus & auctoritate sedis Apostolicæ roboratus ostendunt.*

Literæ Gregorij PP. XIII. ad Episcopos Bauariæ.

Venerabilibus fratribus Episcopis Bauariæ congregatis.

GREGORIVS PP. XIII.

VEnerabiles fratres salutem, & Apostolicam ben. vestra singularis prudentia, & pietas spectatissima facit, vt in isto conuentu omnia à vobis expectemus, quæ quidem possunt expectari à pastoribus optimis, & Christi gloriæ, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatis studiosissimis, nec dubitamus, quin vtrique causæ omni cura & vigilantia inseruituri sitis, neque vlla in re vestro officio & muneri defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, vt tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, vt Venerabilis fratris Feliciani Episcopi Scalensis Nuncij nostri verbis omnem fidem tribuatis, vtque ea decernatis, quæ negociorum ipsorum grauitas flagitat, quæque vestra caritas pollicetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

Literæ eiusdem Pont. ad Ser.mum Bauariæ Ducem Guilielmum.

Dilecto filio nobili viro Guilielmo Bauariæ Duci.

GREGORIVS PP. XIII.

DIlecte fili, nobilis vir, salutem, & Apostolicam ben. Negotium susceptum à Venerabili fratre Feliciano, Episcopo Scalense Nuncio nostro de Episcoporum istius regionis Conuentu istic Bauariæ habendo, grauissimum est, pertinetque magnopere ad Christi gloriam, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatem, cuius vtriusque causæ nobilitatem tuam semper studiosissimam cognouimus, quo maiore etiam cum spe hortamur, & rogamus, vt velis rem confici, optima omnia ab illorum prudentia, & pietate expectanda erunt, vbi eorum decreta cognouerimus, facile perspicies nostram paternam, tibique vt speramus hactenus non incognitam erga te caritatem, & studium laudis tuæ. Datum Romæ apud sanctum Petrũ sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

Recess-

Recessus Monachiensium Concordatorum cum Ordinarijs Bauariæ, Anno MDLXXXIII.

IN DEI NOMINE.

NOTVM SIT VNIVERSIS, ET AD FVTVRAM MEMORIAM PAteat euidenter. Cum superioribus annis per Reuerendissimos in Christo Patres ac Dominos Archiepiscopum Salisburgen. Metropolitanum, cæterosque per Bauariam Episcopos, grauamina ijs de rebus, quæ Iurisdictionem Ecclesiasticam, Clerique immunitatem concernerent, ad Sedem Apostolicam fuissent explicata, vnde adductus S. D. N. Gregorius XIII. Pontifex maximus, per Reuerendissimum in Christo patrem, Dominum Felicianum, eo tempore Scalensem, nunc S. Agathæ Episcopum, qui tum ad superiores germaniæ partes suæ S. Nuncius, cum potestate legati à Latere destinatus erat, primum apud Serenissimum Principem Albertum Bauariæ Ducem, piæ memoriæ, anno Christi Saluatoris nati M. D. LXXVIII. deinde ab eius obitu, cum successore filio Serenissimo Duce Guilielmo, de ijs grauaminibus variè hucusque egisset, dictusque Serenissimus Dux Guilielmus, pro sua in Deum pietate, in religionem Catholicam studio, & erga Ecclesiasticum statum amore & beneuolentia singulari, ad se maxime pertinere iudicaret, curare & efficere, vt ea ipsa, quæ sic controuersa viderentur, per Prouincias ac ditiones suas, ad æquas ac honestas rationes componerentur: facile probauit, vt ad ipsum Reuerendissimum Dominum Nuncium Apostolicum Ordinarij Bauariæ huc conuenirent. Itaque vbi ad præscriptum tempus, nimirum ad festum Assumptionis Deiparæ virginis matris, Reuerendissimus in Christo pater. D. Georgius à Kuenburg Coadiutor ac Præpositus Salisburgen. in propria persona, & huius alij metropolis Episcopi, per honestissimas legationes comparuissent, de omnibus & singulis, in quibus grauari visi sunt, mediante Reuerendissimo D. Nuncio Apostolico, ordine propositum est, & cum deputatis Sereniss. Ducis Consiliarijs collatum ac deliberatũ, donec hincinde concordatis sententijs, ac animis, per Dei gratiam, omnia ista in septem capita redacta placidè & amicabiliter componerentur, ordine ac modo sequentibus.

Nuncius Apostolicus. Sereniss. Dux Albertus. Sereniss. Dux Guilielmus. Assensus.

Reuerendiss. dominus Coadiutor Salisburgensis.

I.

DE VISITATIONIBVS ET IVRIBVS D. D. Ordinariorum in Bauaria.

PRimum. De Visitationibus ac Iuribus Episcoporum. Vt visitatio cum præscitu Principis, & adiunctis Ducalibus siue Commissarijs, siue Consiliarijs instituatur, Ipseque Princeps de tantæ molis negotio intra prouinciarum suarũ fines conficiendo, certior fiat, æquum iudicatur in tribus casibus. Primo, vbi laici simul cũ clericis visitandi & examinandi erunt. Secundò, vbi in visitatione temporalium rerum tractatus suscipiatur. Tertiò, si quando solius etiam Cleri visitatio, tamen generalis, seu vniuersalis instituenda videbitur. Ac tum Commissarij Ducales, qui examini Ecclesiasticarum personarum interfuturi sunt, vt ipsi quoque sint Ecclesiastici status, conueniens erit, nisi vrgentes causæ postulent, vt propter rerum temporalium maximè concurrentiam sæculares quoque personæ addantur. Quartò vero casu, vbi reuerendissimi Domini Ordinarij visitationem frequentabunt particularem, ac pro sui officij ratione in clerum, ac vtriusque sexus religiosas personas, circa religionis negotium ac disciplinam Ecclesiasticã inquisituri sunt, rem per se soli, suo suorumque arbitratu administrabunt: atque in omnibus supradictis visitandi casibus, Sereniss. Dux promotionis studiũ, & brachij sæcularis auxiliũ benignè prompteque offert.

Visitatio Laicor. simul cum Clericis. Visitatio temporalib. Visitatio Cleri generalis. Frequentatio visitationis particularis Cleri.

Quod

De administratio temporalium in Monasterijs sit suspecta. Sumptibus parcendũ. Rectores Ecclesiar. & Hospitalium quomodo visitandi. Subsidia charitatiua. Vitricorum Ecclesiarũ ratiocinia.

Quod si Prælati de mala rerum temporalium administratione suspecti fiant, Principes pro interesse suo, ab ijs, vigore immemorabilis vsus, ac indulti specialis, sicut etiam ipsi ordinarij quoque, vel visitationis tempore vel alio, rationes exigere possunt. Vt sic communi consilio & opera Ecclesiarum commodum procuretur. At loca illa à neutra parte, itineris expensis grauentur. Itidem curetur pari opera circa Rectores seu Parochos Ecclesiarum siue Hospitalium, de bonorum temporalium dissipatione accusatos, scilicet visitationis vel alio tempore.

Haud prohibetur etiam Clerus ordinarijs subsidia charitatiua, & alia Iura Episcopalia tribuere: dummodo non fiat insolita exactio, aut præter antiquarum transactionum formulam.

Vt ne vero Vitrici Ecclesiarum, aliorumq; piorum locorum Præfecti redditus ac prouentus eorundem pro libitu dissipent, in ijs obseruabitur, quod in Ratisponen: reformatione, Anno Domini M. D. XXIV. publicata decimo octauo prouisum legitur in hunc mundum. Vt autem Christi fidelium Eleemosinæ in vsum, quo erogantur, vertantur, non liceat procuratoribus seu vitricis fabricarum in singulis Ecclesiis, quicquam de pecunijs ad fabricam prouenientibus distribuere, aut in ædificiorum, seu alterius rei vsum dispensare, sine Rectoris scitu, sed ad armaria fabricæ reponantur, vt hactenus seruatum est, duobus vel tribus clauibus, pro loci consuetudine tenendis, quarum vna ipsi Rectori seruanda tradatur, obseruato vsu in clauibus, & rationibus reddendis à Principibus & superioribus hactenus recepto.

II.

DE ELECTIONIBVS ET CONFIRMATIONIBUS PRÆLATORUM.

Obitus Prælatorum. Electionis tractatus.

SEcundò. Quo ad Electiones Prælatorum, mortuo Prælato ad vtrumq; & Ecclesiasticum & sæcularem magistratum referatur, qui inter se conueniet de die electioni constituenda. Cuius elections tractatui intererunt Ducales Commissarij, ipsi autem electioni non aliter quàm si in compromissarios seu scrutatores assumantur, atq; vbi Electio Canonicè processerit, & electus statim confirmari debebit. Principis nomine, qui adsunt electioni factę assensum præstabunt.

Assensus Principis confirmando necessarius. Administrator Monasterio quomodo dandus.

Si verò ex interuallo Confirmatio seu institutio petenda erit, tum electus & confirmandus approbationis seu assensus literas Ducales secum feret. Nec etiam vacanti alicui Monasterio Principis nomine dabitur, aut imponetur administrator sine ordinarij consensu.

III.

DE PERSONARVM ECCLESIASTICARUM DELICTIS & PŒNIS.

Pecunia pœnales Clericorum quomodo collocanda.

TErtiò. De personis Ecclesiasticis, ita est conuentum, quod Clerici delinquentes ad ordinarium quisq; suum, vel deputatum ab Episcopo remittantur, quod si ijs ab Episcopis pecuniaria pœna fuerit irrogata, parte eius aliqua notarijs causæ, ac pedellis cessura, residuũ in Ecclesiarum fabricas, vel similes pios vsus, intra Bauariæ fines collocetur, ideoq; significabunt Ordinarij Præfectis in quanto mulctauerint, ne intercipiantur istæ pecuniæ. Deprehensi vero Clerici cum prohibitis armis, in amissione eorum à magistratu sæculari plectentur.

Arma non permissa Clericis. Comparitiones Laicorum in consistorijs.

Laici quoque prouinciales, vbi ex causa citationi inserta, spirituale negotium esse constiterit, comparere non prohibebuntur: sed contumaces in comparendo pœnis potius coercebuntur, & adigentur.

Ac de Clericis percussoribus, vbi conueniendi puniendiq; ij sint, iam supra commemoratum est.

Laici percussores

Laici verò percutientes Clericum, vt vltra pænam à seculari magistratu irroga-

rogatam, etiam absolutionem Canonicam petere teneantur, tanquam iuri consonum recipitur.

clericorum absoluendis.

Clericus porro delinquens, nisi criminis atrocitas exigat aliud de sistendo se apud suum Ordinarium, vel eius delegatum suæ promissioni, vel vbi fugæ aliqua suspicio est, fideiussoriæ cautioni committetur. Ac si delicti qualitas capturam postulet, in traductione tamen superfluus sumptus ac quantum diligentis custodiæ ratio ac necessitas patitur, ordinis irreuerentia vitabitur. Interim autem prouidendum, ne captiuus in ædibus suis aut bonis iacturam vel damnũ patiatur, nisi ipse per suos prospiciat.

Clerici delinquentes quomodo Ordinariis sistendi.

IV.
DE COLLATIONE BENEFICIORUM Ecclesiasticorum.

Quartò, Circa beneficiorum collationem. Omittetur primum Ducale examen, quod subierunt hucusque Sacerdotes, quibus animarum cura commendata fuerat, si finem in eo examine quæsitum præstabit Episcopalium examinum rigor ac frequens visitatio. Ita quoq; vt Sacerdotes ad animarum curam admittendi pro respectu ac necessitate loci, ad quem mittendi fuerint, denuò ab Episcopis examinentur, suæq; sufficientiæ testimoniũ inuesturis inseratur.

Examinis Curatorũ.

Iam vbi per Ecclesiasticam personam ex Episcopi delegatione beneficiatus in possessionem inducitur, Præfectus loci sæcularis adhibetur (quod vulgariter den Einsatz vocant) vt Principis loco assensum temporalis administrationis sicuti hactenus consueuit, præstet. Ad quam rem ex regimine cuiuscunque loci permissionis literas (quas Possess Brieff dicunt) beneficiati requirent. Præfecto tamen ipsi pro impertita opera vltra taxam statuti Prouincialis recentis nihil prorsus præstabunt.

Possessionis quomodo impertienda beneficiatis.

Vt autem Clerici vel resignent dignitates & beneficia Ecclesiastica sæcularibus absque præscitu & consensu Ordinariorum, alijque ad eandem promoti ante Ordinarij confirmationem & inuestituram administrationem eorum suscipiant: vel vacanti beneficio aut dignitati magistratus sæcularis sua quadam authoritate prouideat, id verò nunquam admitti debet.

Resignationes dignitatum & beneficiorũ quatenus valeant.

Pontificij quoque mensis Ius præscriptum non extendet Serenissimus Dux ad ea beneficia, in quibus alteri Ius patronatus competit. Et quia de paucioribus forte adhuc disceptari contingit, inibitur vtrinque talis controuersiæ sopiendæ commoda aliqua ratio.

Ius mensis Pontificij, quomodo intelligendum.

V.
DE PERSONIS ET BONIS CLERICORUM.

Qvinto, de personis ac bonis Clericorum: Primùm angariarum vsus ita temperabitur, vt in grauius Ecclesiarum dispendium non cedat.

Angariæ Clericorum moderandæ.

Deinde in contractibus super rebus Ecclesiarum celebrandis, pro eorum legalitate vtriusq; superioris consensus requirendus est. Et si sæculares per Bauariam de offertorijs, eleemosinis, & alijs rebus ad Ecclesias oblatis, per se simpliciter disposuerunt, vel Præfecti, Iudices, Prouincialesque sæculares, cum possessio daretur Clericis, aut annui celebrantur rusticorum conuentus, quos Ehehafft appellamus, sacerdotibus & parochis graues fuerunt huc vsque, id vt in posterum ne fiat: Et tales conuentus in parochialibus ædibus non amplius celebrentur, per Serenis: sedulò curabitur.

Legalitas contractuũ sup: rebus ecclesiarũ. Dispositio circa oblationes & eleemosinas Ecclesiarũ. Conuentus rusticorum annuus in ædibus parochialibus nõ habẽdi.

Sic etiam in causarum Decimalium cognitione, Ordinarijs ius suũ conceditur. Eæ tamen in certis casibus à Iure permissis, ad sæcularem quoq; magistratũ spectant,

Causæ decimarum à quibus sint decidendæ.

ſpectant, puta in ijs decimis, quæ iam effectæ ſunt Iuris Laici: ac vbi vel vterq; vel reus tantum Laicus eſt: item in contractibus decimalibus temporariis, ſcilicet vbi fructus tantum decimarum ad tempus venditi locatiuè ſunt, atque etiã in caſu ſoluti, vel non ſoluti, & in poſſeſſoriis vbi nuda facti quæſtio eſt, nihilq; proprietatis admixtum continetur, & ſimilibus caſibus, de quibus ad Ius eiusq; interpretes relatio habeatur.

Sigillatio ſuper fundis eccleſiaſticorum, quibus & quomodo competat.

Quærelæ denique circa ſæcularem ſuper bonis Eccleſiaſticis ſigillationem remedium adhibet nouum Statutum Prouinciale, vt ſcilicet Prælatis & Clericis ſuper fundis ſuis ſigillandi Ius regulariter competat. At vbi Præfecti Ducales, vel alij ab antiquiſſimo tempore hoc Ius præſcripſerunt, vt tamen indemnitati Eccleſiarum conſuleretur, nec tunc ſolis ſigillare licet, ſed fundi Dominus pro conſigillando ſemper eſt requirendus.

VI.
DE TESTAMENTIS CLERICORVM.

SExto ſuper Teſtamentis Clericorum tranſactum eſt ſuperiori tempore nimirum à CHRISTI Natiuitate M.D.XXXIX. inter Epiſcopum Ratiſponenſem Pãcratium & Ludouicum Bauariæ Ducem, quæ quidem formula cum Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Cardinali Tridentino, Legato nuper in Comitiis Auguſtanis atque ipſi quoque Reuer. Domino Nuncio Apoſtolico viſa ſit diſcreta, & æquitati conſona huc quoque accepta eſt ab omnibus æqualiter obſeruanda, eaque ſic habat.

Tranſactio Ratiſpon. ſuper teſtamentis Clericorum obſeruanda.
Clerici teſtati.
Clerici inteſtati.

Clerici qui legitimo teſtamento confecto mortem obeant, bona relicta teſtamentarij ſiue Eccleſiaſtici ij ſint ſiue ſæculares, deſcribant, ipſum teſtamentum Vicario Ratiſponen. pro confirmatione offerant, illudque deinceps exequantur, nec tamen id alio quam eo loco, vbi Sacerdos vita functus eſt, bonaq; iſta relicta ſita ſunt: vbi verò quis inteſtatus decedat, tum vel Vicarij Ratiſpon. vel Officiarij ducales ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obſignent etiam abſente altera parte: ad quam tamen de eo ſtatim referatur, vt deinceps communi conſilio diem ſtatuant in qua Inuentario ſimul ab ijs confecto Creditoribus ante omnia ſatiſfiat, cum reſiduo id agatur, quod Ratiſpon. Vel Officiarij ducales, ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obſignent, etiam abſente altera parte: ad quam tamen de eo ſtatim referatur, vt deinceps communi conſilio, diem ſtatuant, in qua Inuentario ſimul ab ijs confecto, creditoribus ante omnia ſatisfiat, cum reſiduo id agatur, quod Ratiſponen. reformatio iam ante edita, præſcribit, ſumptuſque maiores & grauamina hæreditati minimè imponantur, nec creditores, aut alij moleſtentur, aut impediantur diutius; hæc ex tranſactione illa, in reliquis ſtetur diſpoſitioni Iuris communis, & conſuetudini loci.

Bona legitimorum Clericorũ ex patrimonio vel industria deuenientia, priuilegiata.

Et ne quid deſit hoc loco, etiã reformationis Ratiſponen. caput hic allegatũ, quod XXIII. eſt, addere libuit, quod ita habet: Inhibemus inſuper ne in poſterum Epiſcopi Clericis legitimis, ab inteſtato decedentibus, in patrimonialibus bonis ſeu induſtria propria acquiſitis, ſuccedere poſſint ac debeant.

VII.
DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS.

Iudiciũ circa matrimonia & iniunctiones pœnitẽtiarũ ad ordinarios ſpectat.
Pecunia pœnales vbi collocanda.

VLtimo Cauſæ matrimoniales æquè ac aliæ liquidò conſiſtoriales foro Eccleſiaſtico liberè committuntur, ſic etiam pœnitentiarum iniungendarum iudicium ordinarijs, eorumque deputatis in populo Catholico liberum ſemper erit: Si tamen delicti qualitas, & perſonæ conditio ſatisfactionem pecuniariam imponendam ſuaſerint, curabunt ij, vt ea pecunia ad pios vſus intra Bauariæ fines collocetur.

Atque

Atque hæc sunt de quibus inter Reuerendissimos Dominos Coadiutorem Salisburgen. Metropolitanum, aliosque istius prouinciæ Episcopos, ac Serenissimum Bauariæ Ducem Guilielmum, amicabiliter & placidè conuentum est, in ijs, quæ Ecclesiasticæ Iurisdictionis esse censebantur. In quæ quidem concordata eatenus consentit pientissimus Princeps, vt tamen in casibus non expresè specificatis, sibi Ius suum reseruet, ac, quod iam testatissimum esse vult, etiam in expressis casibus eousque conuentis stabitur, dum Reuerendissimi Domini Ordinarij, quod liberaliter pièque pollicentur, & sua Serenitas planè confidit, ita rem per se vel suos administrabunt, vt Catholicæ Religionis profectus, ac circa Clerum Ecclesiasticæ disciplinæ neruus conseruari possit: sin quid secus ipsi, aut remissius egerint, vel etiam aliquas prætactarum conuentionum iam supra memorato instituto, ac proposito fini minime deseruire, ostenderit sequens vsus certissimus legum & consiliorum explorator, Princeps tunc pro sua pietate, & publicæ salutis cura, de oportunis & efficacibus remedijs vigilantissimè curabit semper.

Protestatio Serenissimi.

Atque hæc quoque ea ratione Reuerendissimi Domini Ordinarij admittunt, vt in casibus tamen hic non expressis, vel declaratis, atque in ijs in quibus aliqui ex Dominis Ordinarijs peculiares habent cum Serenissimis Bauariæ Ducibus transactiones, Ius suum sibi conseruant, & dato quod absit casu, quo Ordinarij, etiam admoniti, officio suo minus fecerint satis, tunc hæc Iuris communis, & sacrorum Canonum dispositioni relinquantur. Quibus tamen protestationibus vtrimque factis non obstantibus, ijsque quo de Iure valere possunt modo, vel non, in suo vigore relictis, in supra specificatis negotium hoc in præsentiarum amicabiliter compositum sit & maneat.

Protestatio Ordinariorum.

Acta sunt hæc Monachij & concordata penitus, quinto die Septembris, Anno Christi Saluatoris nati, M. D. LXXXIII. Præsentibus Reuerendissimis in Christo, Reuerendis, Generosis, Nobilibus, Doctis, & Clarissimis viris sequentibus.

Primum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgen. nomine, tum ipso Reuerendissimo D. Coadiutore sæpedicto, D. Sigismundus Fridericus Fuggerus, Baro in Kirchberg & Weissenhorn, Decanus. P. Sebastianus Cathaneus Dominicanus, Theologus, & D. Balthasar Hofinger I. V. D. Consiliarius.

Salisburgenses.

Ex Frisingen. Ecclesia. D. Bartholomæus Schollius, S. Theologiæ L. Episcopus Darien. Suffraganeus, &c. D. Ludouicus Schrenckius I. V. D. Canonicus, Vicarius, & Officialis, ac S. Andreæ Frisingæ Præpositus.

Frisingenses.

Pro Ratisponen. Ecclesia D. Sbinco Bercka Baro de Duba & Leippa, &c. Administrator Episcopatus Ratisponen. Præpositus Vuissegraden, & Oettingen. Protonotarius Apostolicus & S. D. N. Cubicularius. D. Ioannes Baptista Pihelmair S. Theologiæ D. Episcopus Almiren. Suffraganeus.

Ratisponenses.

Cum Patauien. Ecclesiæ mandatis, Hector Wegman S. Theologiæ L. Episcopus Symbalien. Suffraganeus & Officialis, Præpositus Ilcen. D. Antonius Fabricius, S. Theologiæ D. Decanus. D. Wolffgangus Mollius I. V. D. Consiliarius. D. Casparus Heldius, congregationis Notarius.

Patauienses.

Chiemen: quoque Episcopi vice, supradicti D. Fuggerus, Decanus, & P. Cattaneus.

Chiemenses.

Ex parte vero Serenissimi Ducis Bauariæ, D. Georgius Lautherius, S. Theologiæ D. Præpositus Monachien: & Canonicus Patauien. D. Christophorus Elsenhaimer in Hampersperg I. V. D. Supremus Bauariæ Cancellarius, Præfectus in Traunstein. D. Sebastianus Francius S. Theologiæ L. Decanus Monachien: & Canonicus Frisingensis.

Monachienses.

D. Antonius Welserus, Canonicus Monachien: D. Ioannes Chrysostomus Kraisser. I. V. D. Cancellarius Burckhusen: D. Casparus Lagus in Erlhouen. I. V. D. & Professor Ingolstadij. D. Theodorus Peisser in Megersdorff. I. V. D. Et Erasmus Vendius, omnes Consiliarij Ducales.

Et in horum omnium perpetuam memoriam istorum concordatorum pro singulis partibus singuli scripti sunt libelli, quibus Reuerendissimus Dominus Coadiutor & Præpositus Salisburgen. ac Serenissimus Dux Guilielmus, ad propriæ manus subscriptionem sigilla quoque sua secreta appendi curarunt, atque ipse Reuerendissimus D. Nuncius Apostolicus manum sigillumq; suum addidit. Quod fœlix faustumq; accidat & Religioni & Reipub. Bauaricæ. Amen

XX. *Anno Domini 1580. mense Aprili Wilhelmus à Trautmansdorff Iudicis sententia Decanatu, Canonicatu, & omnibus Ecclesiasticis beneficijs priuatus, ab ordinumq; sacrorum executione suspensus, ad perpetuos carceres damnatus est. In eius locum, libera Capituli electione 24. Aprilis præsente D. Feliciano Episcopo Scalensi. Nunc. Apostolico instituta & habita, consentientibus votis Dn. Sigismundus Fridericus Fuggerus fuit suffectus.*

62. GEORGIVS à KIENBVRG, *Ioan. Iacobi Khuen Archiepiscopi Coadiutor ac successor legitimus electus, eo IV. Non. Maij An. 1586 mortuo, Archiepiscopale fastigium conscendit. Vir vltrà natalium splendorem, pietate in Deum, religionis Catholicæ feruore, prudentiâ, rerum gerendarum dexteritate, subditorum charitate, humilitate, & vitæ sanctimonia nulli secundus. Sed nescio quo fato Salisburgen. Ecclesiæ non benè fauente decem mensibus regiminis sui nondum expletis, ad cælestia regna euocatur.*

63. WOLFGANGVS THEODORICVS, *ex nobili familiâ de* RAITTENAVV *natus, eligitur Archiepiscopus An. 1587. die vndecima Martij: excelsi animi vir: in quem fortuna omnia contulisse visa est: si modo concessis moderatè vti nouisset. Præposituram Berchtesgaden. à prima eiusdem fundatione, quæ ad spiritualia Summo Pont. sediq; Apostolicæ subiectam; in temporalibus verò immediatam Sacr. Rom. Imperij statum, suæ iurisdictionis efficere conatus, per sententiam causâ cecidit: qua de re alibi fusius dicendum erit.*

Anno 1598. die XI. mensis Decembr. inter horam noctis duodecimam & primam, subito exortus fuit ignis in Oratorio Archiepiscopi in Ecclesia Cathedrali per incuriam ministrorum cubiculariorum: quo præualescente, tectum plumbeum, quinq; turres, omnesq; campanæ, nec non nauis templi Ecclesiæ perierunt. Et nisi ciues alijq; incolæ omni curâ & industriâ adlaborassent, actum quoq; fuisset de aula Archiepiscopali, ac domibus Præpositi, Decani atq; Capitulari. nec verò tota ciuitas tanti periculi immunis extitisset.

Idem hic Archiepiscopus, non attenta decisione summi Pontificis, subsequentib. annis ausus fuit Ecclesiam Berchtesgaden contrà ius fasq;, nec non in graue præiudicium tam sacri Imperij, quàm Serenissimi & Reuerendissimi Administratoris istius Ecclesiæ, moderni Electoris Colonien. &c. hostili manu aggredi: adeoq; ipsum Sereniss. Vtr. Bauariæ Ducem Maximilianum, secus quàm Sacri Imp. Constitutiones sanciunt violenter appetere: insuper etiam Capitulum Cathedrale in plurimis offendere & grauare. Quibus de causis sanè vrgentissimis, & ad instantiam dicti Cathedralis Capituli, simul etiam tàm Ser.mi fratris, suiq; juris, ac subditorum suorum defendendi: quàm Salisburgen. Ecclesiæ, à sua Ser.te laudatissimis maioribus Baioariæ Ducibus iam olim fundatæ, amplificatæ, plurimisq; insignibus beneficiis cumulatæ, deinceps sartæ tectæ conseruandæ gratia arma legitima (præmonitis de re gerenda Summo Pont. & Imp. Rudolpho II. & quia negocium moram haud pateretur, relatione expeditionis subsequutæ ad Sacr. Imp. Electores tunc temporis Norimbergæ congregatos factâ) nemine penitus improbante mouit: oppidum & arcem Dietmaning prima obsidionis die per deditionē cœpit. aliis vltrò se offerentibus, & Capitulo annuente Salisburgum perrexit. Archiepiscopus autem cognito Ser.mi aduentu corraso insigni Ecclesiæ thesauro cum familia sua fugam celerem inijt: ex qua retractus, faciente Capitulo, Sum-

mo

mo quoque Pontifice, eiusque Legato ad hanc causam cognoscendam & turbam sedandam specialiter deputato, ex vrbe in has prouincias misso, annuente, ac resignationem Archiepiscopi Capitulo Cathedrali vltrò oblatum, ratam habente, in summa arce ciuitatis Salisburgæ custodiæ mancipatur. In qua custodia per annos quinq., menses duos & aliquot dies detentus, & tamquā Princeps liberaliter habitus vixit: ac tandem Anno 1617 die 16. mensis Ianuarij piè in Domino obdormiuit. Rexit Archiepiscopatum An. 24. mens. 7. dies 26. Epitaphium ipse sibi multis ante, quàm fato concederet annis in Sacello S. Gabrielis Archangeli apud S. Sebastianum à se constructo, (in cuius Sacelli medio sub mausoleo marmore sepultus requiescit) in tabula ærea ac aurata, fecerat, quod ibidem visitur legiturq. tale.

WOLFGANGVS THEODORICVS RAITTENAVIVS SALISBVRGENSIVM ARCHIEPISCOPVS ET PRINCEPS SACELLIQVE HVIVS ET COEMITERII FVNDATOR: PLEBEM SVAM DVM VIVERET, ENIXE FOVENS AMANSQVE, INTER EANDEM PARITER IN HAC ÆDICVLA MORTVVS, SEPELLIRI DEO SIC PERMITTENTE PLACVIT; IDEOQVE ET EOS, PENES QVOS POST IPSIVS OBITVM SVPREMA RERVM HVIVS PROVINCIÆ ERIT, VIVVS HOC EPITAPHIO, ET IN DOMINO ROGAT, VTI DEFVNCTI CADAVER NE EXENTERENT, NEVE VLTRA VIGINTI QVATVOR HORAS SPECTANDVM PVBLICE PROPONANT: SED STATIM CONDITIONIBVS HISCE SEPVLTVRÆ MANDENT. NIMIRVM NON ALIIS QVAM QVOTIDIANIS VIVENTIS VESTIBVS INDVVNTO: FAMVLI A CVBICVLO OBSCVRIORIS SORTIS, QVOD VIVVM CVRABANT CORPVS, TERRÆ INFERVNTO: FERETRVM VNIVS SIGNVM CRVCIS, CVM QVATVOR TANTVM CEREIS PRÆCEDVNTO; ILLVD IPSVM SEX OMNINO RELIGIOSI ORDINIS D. FRANCISCI DE OBSERVANTIA NEC ALII COMITANTOR: IDQVE NON INTERDIV SED NOCTV, ABSQVE CAMPANARVM PVLSV, EXCEPTA EA, QVÆ PROPE SACELLVM DEFVNCTI APVD S. SEBASTIANVM EST, COMITANTOR. NEMO VESTEM LVGVBREM FVNERIS HVIVS CAVSA SVMITO; SED POTIVS D. O. M. PRO DEFVNCTI ANIMA PECCATISQ. EXORANTO ET DEPRECANTOR. SINGVLA HÆC ITA INTEGRA OBILLÆSAQVE SVNTO, ET A POSTERIS CVSTODIVNTOR ATQVE CONSERVANTOR: SICVT D. O. M. ET IPSI POST FATA SIBI PROPITIVM ORANT EXOPTANTQVE.

Post resignationem Archiepiscopi Wolfgangi Theodorici, de quâ supra dictum, Capitulum Cathedrale de suo gremio libera electione surrogauit Illustrissimum & Reuerendissimum Dn. Marcum Sitticum ab Altaemes &c. cuius in prædecessoris funere pro dignitatis tanti Antistitis & Imperij Principis Ecclesiastici ordinis, curando, licet is circa quædam secus disposuerat, insignis pietas & obseruantia apparuit. Ipse vero diem clausit extremum 9 die Octobris intra secundam & tertiam horam matutinam; hoc ipso anno 1619. 64.

PARIS Comes à Lodron &c. eligitur Archiepiscopus Salisburgen. die 13. mensis Nouemb. An 1619. Faue Numen optimæ exspectationis Principi optimo; & quod pij omnes ex animo vouent, pro solita pietate tua perfice. 65.

yy.

MICHAEL Baro de Wolckenstein & Rodeneck, Decanus Brixinensis & Canonicus Salisburgen. Præpositus eligitur 23. Iulij Anno 1586. obiit Anno 1604. mense Iun. sepultus apud S. Petrum in Capella S. Sebastiani Salisb. 32.

BALTHASAR à Raunach Canonicus Salisburgen. & Senior successit An. 1604. mens. Iulio. Ob. vlt. Decembr. an. 1605. sepultus in Ecclesia parochiali, in Capella Textorum. 33.

ANTONIVS Comes à Lodron, Dominus Castellani, Senior, Salisburgen. & Passauien. Canonicus, sufficitur Antecessori suo in mense Februar. An. 1605. ob. 15. Decemb. an. 1615. sepultus ad S. Petrum in Sacello S. Crucis; quam sepulturam viuus adhuc sibi pararuerat. 34.

PARIS Comes à Lodron Dn. de Castelnoro Canonicus Salisb. Tridentinus & Ratispon. præficitur in Præpositum & Archipresbyterū Salisburgen. 30. Ianuarij an. 1616. Viuat ad multos annos vir magnæ & præclarissimiæ spei. 35.

FRISINGENSES EPISCOPI.

FRISINGA.

FRISINGENSE oppidum, medio ferè itinere inter Monachium & Landshuetum, ædificatum putatur eo tempore, quo Romani Bauariam per præsides Prouinciarum regebant. Locus ille elegantem & amœnum in colle situm & prospectum habet, agrum ex vna parte satis fertilem, ex altera, iuxta flumina, Mosacum & Isaram, prata amœnissima.

IN libro maiori traditionum vocato, ibidem (cuius autor Conradus Frisingensis Sacrista & Canonicus, Anno Domini 1187. sub Episcopo Ottone tertio, sed per alios posteà continuatus vsque ad tempora Hermanni Episcopi, qui obiit Anno 1421. ex quo pleraque, quæ sequuntur, sumpta sunt, &c.) de institutione huius Episcopatus ita scriptum reperio.

BEATVS Corbinianus à Gregorio tertio Pontifice Episcopus ordinatus, accepto Pallio, in Bauariam Legatus missus à Thassilone, Sororio Pipini Regis, qui maior domus dicebatur, & Theodone filio ipsius benignè susceptus, Montem istum, qui Frisinga dicitur, accepit, vbi primò Ecclesiam, quæ vsque hodie cernitur, in honorem beati Benedicti construxit, & Monachorum Conuentum ibi coadunauit, dotans eam Ecclesiam cum prædiis Maise, aliàs Maies ad Athesim, propè Tyrolim & Meran, vnde ipse oriundus erat (licet vita seu legenda sua, vt vocant, aliter habeat) Charzes, Camina & aliis, quæ pro 900. Solidis Auri à Pipino Rege acceptis emerat. Confirmauit hæc Pipinus Rex, concedens conuentui facultatem liberam eligendi Episcopi, quæ confirmatio sub Walthone Episcopo, vnà cum aliis Ecclesiæ diplomatibus & ornamentis, incendio periit. Auentinus de institutione huius Episcopi, & de S. Corbiniano, in Annalibus lib. 3. fol. 283. & seq. 285. discrepat in tempore; † nempe, quòd hoc sub Theodone 7. Patruo magno Thessalonis, & sub Grimoldo fratre ipsius sit factum, qui ipsum S. Corbinianum Fruxinensi Ecclesiæ præfecerunt, vbi de insidiis ab Vxore Grimoldi S. Viro factis, ac de fuga eius: Item quomodo post mortem Grimoldi, per Hugobertum Ducem Bauariæ, fratrem Grimoldi, & Auum Thessalonis ex Italia, in Bauariam sit reuocatus, Frisingæ in Arce sua collocatus, ibique mortuus, ac iussu Hugoberti, sicut Testamento suo statuerat S. Corbinianus, Maias in Patriam relatus, ibique sepultus sit, &c. fol. 286. Rursum iussu Tessalonis Frisingam translatus, idem Auent. fol. 303. Aduocatos habuit hæc Ecclesia olim Comites Schyrenses, quos Otto Episcopus, in libro sexto Chronicorum † cap. 20. non valde commendat, cum tamen Radeuicus, continuator Othonis, Otthonem de Witlspach, Signiferum Friderici primi, nunquam satis laudare queat, lib. 3. cap. 18. & 20. Et lib. 4. cap. 63. Ottho quartus Palatinus, prædicti Otthonis Signiferi Pater, renunciauit huic iuri aduocatiæ †, prædicto Episcopo Otthoni, pro se & suis successoribus, in præsentia Conradi Imperatoris, Auentinus in Annalibus suis.

a

b

c

HABET Episcopatus hic, sicut & cæteri in Germania suos, quos vocant, quatuor Officiales hæreditarios, Magistrum coquinæ, quem aliàs Dapiferum, vulgò Truckfässen, nominant, Nobiles de Freuntsperg, nunc imperij liberos Barones, Marschalckos olim nobiles de Perckhaim, Conradus Marscalckus de Perckhaim, Anno Domini 1229. quibus defunctis successere Nobiles de Pi-

entzenavv, Camerarios nobiles de Waldeck, qui habebant in Vrbe Frisingensi multa iura, ab Episcopis partim pecunia redempta, partim deficiente illa familia ad Episcopos reuersa, vt de hac re in libro genealogiarum familiæ de Waldeck latiùs habetur. Cessauit hoc officium vsque ad Annum 1569. quo substitutus est à Domino Ernesto, Episcopo Frisingensi Christophorus Raindorffer, Guilhelmi Ducis Bauariæ Aulæ Magister, & Præfectus in Kelheim, vir bonus ac doctus. Pincernæ officium olim tenebant Nobiles de Richolfestorf, Anno 1224. Conradus Pincerna & Ministerialis Ecclesiæ Frisingensis Anno 1277. successère his Nobiles Iudmanni; his posteà Nobiles de Preising de Kopfsperg, qui hodie adhuc hoc officium tenent.

In quodam diplomate Wessesprönnensi reperio de Ministerialibus Ottonis Episcopi de Anno 1212. Hainricus Liber de Paing, Hainricus Camerarius, Hainricus Pincernarius, Guntherus Marscalcus, Sighardus Dapifer.

Habuit quoque Ecclesia Frisingen. olim multos Ministeriales, quos hodie vasallos vocant, familiarum hæc ferè nomina sunt, Waldeck, Woluerstorf, Fromesl, Gebolspach, Levvtner, Turtenfeld, Haldenberg, Iudman, Pitlpach, Pholing, Seligkind, Buobenhausen, Dornpach, Werd, Richoluestorf, Pasing, Kaste, Schvvebing, Truchsas, Marscalck de Perckhaim, Grunershausen, Hütenfurt, Höchenrain, Aufhouen, Hetnkaim, Ezzenhusen, Erpfenprunn, Ferting, Elpach, Herpreching, Wacharing, Herprechshausen, Reickerspuirn.

NVNC AD EPISCOPOS.

d. 1. SANCTVS CORBINIANVS †, natione Tyrolen. Frisingæ erexit Episcopatum. Circa Annum Domini 710. permittente Pipino Rege, & Bauariæ Ducatum tenente Grimoaldo, præfuit Episcopatui à se erecto 20. annis; vide huius sancti Viri vitam, seu, vt vulgò e. vocant, legendam scriptam ab Aribone successore in Episcopatu quarto. †

f. 2. ERIMBERTVS †, frater Corbiniani. gessit Episcopatum 28. annis, sub Vtilone Duce Bauariæ, iuxta lib. Trad. ibi actum in castro Frisinga, &c. Frisinga enim tùm caput & Regia erat Principum in superiore Bauaria, Auent. lib. 3. fol. 294. Hic consecrauit Monasterium Tegernsee, feruntque suo æuo Diœceses Bauariæ suis limitibus distinctas † inuicem à sese. g. Pipinus Pater Caroli Magni, postquam Frisingam & superiorem Bauariam contra Vtilonem Regem occupâsset, habitâsse dicitur aliquotannis, in alio excelsiore Castro prope Frisingam, in Monte Tethmons dicto, ibidem Sacellum construxisse in honorem S. Stephani: Quod in hunc vsque diem appellatur Weichenstephan Monasterium, &c. latinè quasi consecrati Stephani, de quo latiùs infrà de Monasteriis Bauariæ. Hic Episcopus sua pietate multos commouit ad benefaciendum Ecclesiæ Frisingensi: Inter alios quendam Mandebertum, qui cum coniuge sua Gothane tradidit Zollingen; ita habet quædam Chronica Frisingen. Episcoporum, per Ioannem Freyberger, Licenciatum & Canonicum ibi, Anno Domini 1520. edita, ac Lantzhuotæ impressa: In qua vita S. Corbiniani ad longum posita, aliorum verò Episcoporum succinctè relata. Hunc Erimbertum solùm annis 13. præfuisse ponit, in aliis quoque pluribus locis à libro traditionum supra citato discrepat. Cui ego propter vetustatem, licet eius nullam mentionem faciat, plus credendum censeo.

h. 3. IOSEPH electus est ad Episcopatum Anno 758. Præfuit annis tribus. † Hic ope Vtilonis Ducis Collegium Mystarum instituit, cui flumen Isenicus, in cuius Ripa situm est, nomen fecit in honorem S. Zenonis Episcopi quondam

Vero-

Veronensis, ibidem in ysn sepultus. Hunc Episcopum prædicta Chronica dicit Italum Veronensem fuisse, annis 13. præfuisse, emisse Erching, Fering & Putlpach, &c.

ARIBO, † egit iste antistem annis 23. hic vitam sancti Corbiniani conscripsisse dicitur, interfuit Synodo Dingolfingen. secundùm aliquos Anno 775. habitæ, Consilio huius Aribonis Episcopi Tessalonus Dux Bauariæ Diuum Valentinum Tridento Patauiam, & Diuum Corbinianum Maiis (Vrbs est ad Athesim fluuium in Tyrolen. Comitatu) Frisingam transtulit, ac dum illius, necnon D. Vergilii Episcopi Salisburgensis consiliis obsequens fuit, optimum Principem præstitit, post quorum mortem prauis vsus consultoribus à Carolo Magno defecit. Auent. lib. 3. fol. 302. & 303. Sub hoc Episcopo Ecclesiæ Frisingen. multæ donationes factæ sunt. i. 4.

ATTO † electus Anno 782. præfuit Annis 30. secundùm prædictam Chronicam solùm annis 27. & quidem optimè, qui Ecclesiam multis bonis ac redditibus ditauit. Obiit Anno 810. sepultus ibidem. De huius fide in Carolum Magnum Auent. lib. 3. fol. 306. Idem fol. 349. de controuersia Attonis contra Abbatem Chiemensem, iubente Carolo Magno, in vico Aybling per delegatos suos, Arnonem Episcopum Salisburgensem, & alios pro Episcopo decisa, adiudicatis tribus Ecclesiis in Willing, Hegling & Berg. Idem interfuit Synodo Salisburgensi, iussu Caroli Magni circa Annum 806. vel 7. indictæ; vbi ob decimas ac bona Ecclesiastica litigatum, dicisumque in quatuor partes diuidenda; quarum vna Episcopo, altera Parocho, 3. pauperibus, quarta refectioni Templorum cederet, de quo idem Auent. fol. 356. k. 5.

HITTO, † hic translationem sacrorum Bibliorum in plerisque locis corruptam pro virili correxit, & constituit, mandato Lotharij Regis Boiorum, filij Ludouici Pij, in Ecclesia Weichenstephen sex Canonicos, cum Præposito Anno 830. gubernauitque Episcopatum annis 24. seu 25. Sepultus in Crypta Cathedralis Ecclesiæ, habens super sepulchro ciborium de lignis. Hic Episcopus emit Ismaning, Eyting, Allershausen, Holtzhausen, Schoflorn, &c. ex prædicta Chronica. l. 6.

ERCTENBERTVS, † Nepos prioris Hittonis ex fratre, administrauit Episcopatum annis 18. De hoc Episcopo vide Brusch: in Monasteriis sub Campidonen. Mo. &c. Quo anno obierit incertum est; dicitur autem sepultus in Capella S. Petri in monte, &c. m. 7.

ANNO † Episcopus, iuxta librum traditionum, Anno Domini 855. Hyldescalcus Episcopus Tridentinus Vineas Episcopi Fruxinensis apud Pisonium Coloniam Boiorum ad Isaci & Athesis confluentes, occupat. Anno Episcopus rem ad Ludouicum Regem defert. Is Pontificibus diem dicit apud Aibling, in publico Boiorum Conuentu, vico superioris Boiariæ, in Ripa Mangualdæ, iure disceptare iubet. Qui causam cognouère Iudices, Vineas Fruxinensi Templo addixère. Auent. lib. 4. fol. 412. Chronica habet hunc Annonem Episcopum ex Hall infra Inspruck oriundum, patri absque aliis liberis defuncto successisse: hinc multa bona in Runn & circa Hall Ecclesiæ Frisingensi attulisse, præfuisse annis 21. obiisse Anno 875. sepultum ibi. n. 8.

ARNOLPHVS † electus est Anno 854. ad Pontificatum. Ipse ampliauit Ecclesiam Cathedralem, iuxta librum traditionum. Præfuit solùm annis octo, sed annus electionis concordat cum superiori numero Annonis Episcopi. Chronica habet, hunc circa diuinum officium valde occupatum & sollicitum fuisse. o. 9.

p. 10. WALTHON, † hic vixit in Pontificatu annos 22. passaque est Ecclesia Cathedralis suis temporibus à Barbaris graue incendium, Anno scilicet 883. At donatione Arnolphi imperatoris, qui concessit Episcopo Walthoni sal in Salina, siue cum nauigiis, siue cum carris, sine mutha vehendi, & alia multa dona dedit: Anno 898. omnia sunt resarcita: Constitutumque tunc fuit Pontificia authoritate, vt deinceps nullus per Capitulum eligeretur in Episcopum, nisi esset Canonicus eiusdem Ecclesiæ.

LVDOVICVS Imperator, filius Arnolphi, dono dedit VValthoni Episcopo, cuius disciplinæ Ludouicus septennis traditus fuerat, iuxta Auentinum, libro quarto fol. 475. Curtem Regiam in Veringa cum pertinentiis ad restauratione, Anno 920. Confirmat Ottho primus Imperator Anno 940. Idem tradidit domum Lac, Anno 974. Idem Ottho condonat Iuditæ, fratris sui beatæ memoriæ Viduæ, Salinam, quod Vulgo Hall vocant, in pago Salisburgi sitam, Anno 984. Numerus hic non quadrat cum Otthone primo, qui Anno 974. obiit, ex libro traditionum & ex diplomatibus ibi.

SVB hoc Walthone nono seu decimo Episcopo Frisingensi, scriptus est insignis ille Liber Euangeliorum Francicis hoc est Germanicis versibus seu Rythmis, cuius Titulus est, Liber Euangeliorum in Theodiscam linguam versus: Putatur, quòd tunc editus, quando Franci Orientales primùm Christiani facti sunt; ex quo beatus Rhenanus in Germania sua colligit veteres Francos, qui, transito Rheno, nobile in Galliis regnum constituerunt, Germanica vsos fuisse lingua, incipit autem præfatio illius libri hoc modo:

Nun wil ich scriban vnser Heyl. Euangelion / so wir nun hier beginnen / in Frenckisga Zungan / etc.

EXTAT liber aliquandiu desideratus, sed per Reuerendissimum ac Illustrissimum Principem, D. Ernestum, &c. forté fortuna in quadam cista iterum repertus; antiquitatis ergó venerandus ac videndus.

q. 11. VITTO †, successor Walthonis, vixit tantùm vno Anno in Episcopatu, ante confirmationem mortuus; aliás Ottho; qui interfuit expeditioni Magni Ludouici Romani Regis, contra Vngaros Anno 907. Auent. fol. 480.

r. 12. DRACOLPHVS electus est Episcopus Anno 908. qui non solùm Cathedrali, sed etiam aliis Ecclesiis collegiatis noxius fuit, immensas faciens expensas; exactisq; 28. annis submersus fuit in Danubio. Secundùm Chronicam præfuit solùm 20. annis, Vngaricæ expeditioni dicitur interfuisse, ac de tribus Cœnobiis, Mospurch, Isn, & Schefftlorn multa Clinodia, ornamenta ac pecunias abstulisse.

f. 13. WOLFRAMVS, hic quantum potuit, anno vno, quo præfuit, instaurauit, quod Antecessor suus dilapidauit. Interfuit hic Episc. Conuentui Dingolfingen. per Arnoldum Ducem Bauariæ, circa Annum 919. habito, cum aliis Bauariæ Episcopis, In quo Maias & Caminas, item vicos, vineas, aliaque prædia prope Tyrolios, in Vennonum Athesisque valle, quæ adhuc ibi Mystæ Fruxinenses possident, Wolframo huic reddidit, de quo Auent. libro 4. folio 487. Chronica habet hunc 19. annis præfuisse, quod verisimilius est, nam quomodo vnico anno Antecessoris sui leuiter profusa resarciret? Tempore huius Episcopi fuit schisma in Ecclesia Frisingensi, tres paribus votis electi, hinc inter Canonicos tantæ inimicitiæ ortæ, quæ longo tempore posteà vix sedari poterant, donec iuramenti vinculo in concordiam redirent fratres. Obiit hic Episcopus, ac Frisingæ sepultus. Anni huius præcedentis ac sequentis Episcoporum malè conueniunt, & hoc propter antiquitatem, & scriptorum eius temporis tam penuriam quam incuriam.

LAM-

LAMPERTVS factus est Episcopus, anno 938. functus officio suo annis 31. Huius tempestate irrumpentes Vngari, & omnia deuastantes in Austria & Bauaria Ecclesias S. Stephani & Viti combusserunt: Ecclesiam verò Cathedralem, propter nebulam omnia obducentem, nullo loco violare potuerunt. Chronica habet hunc præfuisse annis 19. obiit anno 954.

c. 14.

ABRAHAM factus Episcopus; annis 37. cum magno commodo Ecclesiæ suæ præfuit. Hunc quidam putant fuisse Palatinum Carinthiæ, qui posteà Comites de Görtz vocati sunt, fundator Præposituræ in Werd, ad Lacum Werdsee quinq; præbendarum vnà cum Decano, sicuti legi in Elencho quodam scripto veterum familiarum Carinthiæ; cuius tamen Lazius in commentariis Reip. Rom. non meminit.

u. 15.

Hic etiam Episcopus Abraham impetrauit ab Otthone, primo Imperatore, anno 972. Gudigen, ab Otthone 2. Chrenia anno 974. ab Otthone tertio Creiner March, extant diplomata in libro traditionum. Ipse quoq; alteram Turrim summi Templi construxit, multa Clinodia & Tapetas Ecclesiæ dono dedit. Sepultus in Capella S. Thomæ à se ædificata. Ottho secundus in bello contra Patruelem Heinricum, Ducem Bauariç: Item contra Heinricum, Ducem Carinthiæ, & contra hunc Abrahamũ Episcopum Frisingam obsedit, cepit, & Episcopum captiuum tenuit, circa annum 980. Auentinus lib. quinto folio 503. 504. Meminit huius rei ac Episcopi Abraham Chronica Hirsuelden. sub anno Domini 974. Hic Episcopus Abraham circa Parochiales Ecclesias suæ Diœcesis & earum ædificia, valde vigilans & attentus fuit, quòd superesset largitus pauperioribus: itaq; Parochiales Ecclesiæ sub ipso creuerunt, quarum se Collatorem fecit. Obiit anno 992. secundùm Chronicam.

GOTSCALCVS successit Abrahamo, anno 995. secundùm librum trad. extat ibi diploma, quod Ottho tertius Imperator tradidit Gotoschalcko Episcopo sex Huobas regales, in loco, qui dicitur in Dulmarfeld, iuxta fluuium Ipsa cum venationibus, piscationibus, saginationibus, molendinis, pro prędio prope Krembs anno 995. Chronica ponit hunc 12. annis præfuisse, redditus Ecclesiæ valde auxisse. Cùm autem ad ipsum & Capitulum spectaret præbendas conferre, concluserunt, vt nullus aliquod beneficium cum præbenda possideret, neq; fratres super alios extollerent ac superbirent. Ita erant vnanimes, vt nemo aliquid suum esse diceret; & quidem rectè, sicut D. Augustinus Monasterio nouo Clericorum instituit. & secundùm regulam viuere cepit. Rursum anni Præ[illegible]tionis, quàm regiminis huius Episcopi cum sequenti Episcopo monasteriis munt[illegible] [illegible]a ac decisa

16.

FRIDERICVS Episcopus, idem Ottho tertius Imperator h[illegible]nis, Heinri[illegible] tradidit 30. regales Huobas, in regione vulgari vocabulo Ostecem, per Fricha, in Comitatu Heinrici Co. filij Leopoldi Marchionis, in loccatus separatus terris cultis & incultis, aquis, aquarumue discursibus, sub sigill Leoni adiudica[illegible] diploma ibi. [illegible] oris, super ponte

IDEM Imperator eodem anno concedit ciuitati Frising[illegible], inter hunc Otto[illegible] centiam monetandi & teloneum. [illegible] oniæ, &c. quorum te[illegible]

HEINRICVS sanctus Romanorum Rex, donat Ecc[illegible] & Lintha, anno &c. 1007. Hunc Episcopum Fridericus fuerit, ac de eius laudi[illegible] tit, & pro eo Engelbertum ponit, qui anno 1065. facta Friderici Imperat. lib. 4.

ENGELBERTVS Comes Mospurgensis ann[illegible] Conradum Regem Roman. que ex patrimonio suo non parum eundem piscopum Frisingensem, Anno Canonicorum in Weihenstephen fundatum 637. Episcopo, commutauit in Monasterium [illegible]

ALBER-

ſpectant, puta in ijs decimis, quæ iam effectæ ſunt Iuris Laici: ac vbi vel vterq; vel reus tantum Laicus eſt: item in contractibus decimalibus temporariis, ſcilicet vbi fructus tantum decimarum ad tempus venditi locatiuè ſunt, atque etiã in caſu ſoluti, vel non ſoluti, & in poſſeſſoriis vbi nuda facti quæſtio eſt, nihilq; proprietatis admixtum continetur, & ſimilibus caſibus, de quibus ad Ius eiusq; interpretes relatio habeatur.

Sigillatio ſuper fundis eccleſiaſticorum, quibus & quomodo competat.

Quærelæ denique circa ſæcularem ſuper bonis Eccleſiaſticis ſigillationem remedium adhibet nouum Statutum Prouinciale, vt ſcilicet Prælatis & Clericis ſuper fundis ſuis ſigillandi Ius regulariter competat. At vbi Præfecti Ducales, vel alij ab antiquiſſimo tempore hoc Ius præſcripſerunt, vt tamen indemnitati Eccleſiarum conſuleretur, nec tunc ſolis ſigillare licet, ſed fundi Dominus pro conſigillando ſemper eſt requirendus.

VI.
DE TESTAMENTIS CLERICORVM.

SExto ſuper Teſtamentis Clericorum tranſactum eſt ſuperiori tempore nimirum à CHRISTI Natiuitate M.D.XXXIX. inter Epiſcopum Ratiſponenſem Pãcratium & Ludouicum Bauariæ Ducem, quæ quidem formula cum Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Cardinali Tridentino, Legato nuper in Comitiis Auguſtanis atque ipſi quoque Reuer. Domino Nuncio Apoſtolico viſa ſit diſcreta, & æquitati conſona huc quoque accepta eſt ab omnibus æqualiter obſeruanda, eaque ſic habat.

Transactio Ratiſpon. ſuper teſtamentis Clericorum obſeruanda.
Clerici teſtati.
Clerici inteſtati.

Clerici qui legitimo teſtamento confecto mortem obeant, bona relicta teſtamentarij ſiue Eccleſiaſtici ij ſint ſiue ſæculares, deſcribant, ipſum teſtamentum Vicario Ratiſponen. pro confirmatione offerant, illudque deinceps exequantur, nec tamen id alio quam eo loco, vbi Sacerdos vita functus eſt, bonaq; iſta relicta ſita ſunt: vbi verò quis inteſtatus decedat, tum vel Vicarij Ratiſpon. vel Officiarij ducales ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obſignent etiam abſente altera parte: ad quam tamen de eo ſtatim referatur, vt deinceps communi conſilio diem ſtatuant in qua Inuentario ſimul ab ijs confecto Creditoribus ante omnia ſatiſfiat, cum reſiduo id agatur, quod Ratiſpon. Vel Officiarij ducales, ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obſignent, etiam abſente altera parte: ad quam tamen de eo ſtatim referatur, vt deinceps communi conſilio, diem ſtatuant, in qua Inuentario ſimul ab ijs confecto, creditoribus ante omnia ſatisfiat, cum reſiduo id agatur, quod Ratiſponen. reformatio iam ante edita, præſcribit, ſumptusque maiores & grauamina hæreditati minimè imponantur, nec creditores, aut alij moleſtentur, aut impediantur diutius; hæc ex tranſactione illa, in reliquis ſtetur diſpoſitioni Iuris communis, & conſuetudini loci.

Bona legitimorum Clericorũ ex patrimonio vel induſtria demerentia privilegiata.

Et ne quid deſit hoc loco, etiã reformationis Ratiſponen. caput hic allegatũ, quod XXIII. eſt, addere libuit, quod ita habet: Inhibemus inſuper ne in poſterum Epiſcopi Clericis legitimis, ab inteſtato decedentibus, in patrimonialibus bonis ſeu induſtria propria acquiſitis, ſuccedere poſſint ac debeant.

VII.
DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS.

Iudiciũ circa matrimonia & iniunctiones pœnitẽtiarũ ad ordinarios ſpectat.
Pecunia pœnales vbi collocanda.

VLtimo Cauſæ matrimoniales æquè ac aliæ liquidò conſiſtoriales foro Eccleſiaſtico liberè committuntur, ſic etiam pœnitentiarum iniungendarum iudicium ordinarijs, eorumque deputatis in populo Catholico liberum ſemper erit: Si tamen delicti qualitas, & perſonæ conditio ſatisfactionem pecuniariam imponendam ſuaſerint, curabunt ij, vt ea pecunia ad pios vſus intra Bauariæ fines collocetur.

Atque

Atque hæc sunt de quibus inter Reuerendissimos Dominos Coadiutorem Salisburgen. Metropolitanum, aliosque istius prouinciæ Episcopos, ac Serenissimum Bauariæ Ducem Guilielmum, amicabiliter & placidè conuentum est, in ijs, quæ Ecclesiasticæ Iurisdictionis esse censebantur. In quæ quidem concordata eatenus consentit pientissimus Princeps, vt tamen in casibus non expressè specificatis, sibi Ius suum reseruet, ac, quod iam testatissimum esse vult, etiam in expressis casibus eousque conuentis stabitur, dum Reuerendissimi Domini Ordinarij, quod liberaliter pièque pollicentur, & sua Serenitas planè confidit, ita rem per se vel suos administrabunt, vt Catholicæ Religionis profectus, ac circa Clerum Ecclesiasticæ disciplinæ neruus conseruari possit: sin quid secus ipsi, aut remissius egerint, vel etiam aliquas prætactarum conuentionum iam supramemorato instituto, ac proposito fini minime deseruire, ostenderit sequens vsus certissimus legum & consiliorum explorator, Princeps tunc pro sua pietate, & publicæ salutis cura, de oportunis & efficacibus remedijs vigilantissimè curabit semper.

Protestatio Serenissimi.

Atque hæc quoque ea ratione Reuerendissimi Domini Ordinarij admittunt, vt in casibus tamen hic non expressis, vel declaratis, atque in ijs in quibus aliqui ex Dominis Ordinarijs peculiares habent cum Serenissimis Bauariæ Ducibus transactiones, Ius suum sibi conseruant, & dato quod absit casu, quo Ordinarij, etiam admoniti, officio suo minus fecerint satis, tunc hæc Iuris communis, & sacrorum Canonum dispositioni relinquantur. Quibus tamen protestationibus vtrimque factis non obstantibus, iisque quo de Iure valere possunt modo, vel non, in suo vigore relictis, in supra specificatis negotium hoc in præsentiarum amicabiliter compositum sit & maneat.

Protestatio Ordinariorum.

Acta sunt hæc Monachij & concordata penitus, quinto die Septembris. Anno Christi Saluatoris nati, M. D. LXXXIII. Præsentibus Reuerendissimis in Christo, Reuerendis, Generosis, Nobilibus, Doctis, & Clarissimis viris sequentibus.

Primum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgen. nomine, cum ipso Reuerendissimo D. Coadiutore sæpedicto, D. Sigismundus Fridericus Fuggerus, Baro in Kirchberg & Weissenhorn, Decanus. P. Sebastianus Cathaneus Dominicanus, Theologus, & D. Balthasar Hofinger I. V. D. Consiliarius.

Salisburgenses.

Ex Frisingen. Ecclesia. D. Bartholomæus Schollius, S. Theologiæ L. Episcopus Darien Suffraganeus, &c. D. Ludouicus Schrenckius I. V. D. Canonicus, Vicarius, & Officialis, ac S. Andreæ Frisingæ Præpositus.

Frisingenses.

Pro Ratisponen. Ecclesia D. Sbinco Bercka Baro de Duba & Leippa, &c. Administrator Episcopatus Ratisponen. Præpositus Vuissegraden, & Oettingen. Protonotarius Apostolicus & S. D. N. Cubicularius. D. Ioannes Baptista Pihelmair S. Theologiæ D. Episcopus Almiren: Suffraganeus.

Ratisponenses.

Cum Patauien. Ecclesiæ mandatis, Hector Wegman S. Theologiæ L. Episcopus Symbalien. Suffraganeus & Officialis, Præpositus Ilcen. D. Antonius Fabricius, S. Theologiæ D. Decanus. D. Wolfgangus Mollius I. V. D. Consiliarius, D. Casparus Heldius, congregationis Notarius.

Patauienses.

Chiemen: quoque Episcopi vice, supradicti D. Fuggerus, Decanus, & P. Cattaneus.

Chiemenses.

Ex parte vero Serenissimi Ducis Bauariæ, D. Georgius Lautherius, S. Theologiæ D. Præpositus Monachien.; & Canonicus Patauien. D. Christophorus Elsenhaimer in Hampersperg I. V. D. Supremus Bauariæ Cancellarius, Præfectus in Traunstein, D. Sebastianus Francius S. Theologiæ L. Decanus Monachien: & Canonicus Frisingensis.

Monachienses.

D. Antonius Welserus, Canonicus Monachien: D. Ioannes Chrysostomus Kraiffer. I. V. D. Cancellarius Burckhusen: D. Casparus Lagus in Erlhouen. I. V. D. & Professor Ingolstadij. D. Theodorus Peisser in Magersdorff. I. V. D. Et Erasmus Vendius, omnes Consiliarij Ducales.

Et in horum omnium perpetuam memoriam istorum concordatorum pro singulis partibus singuli scripti sunt libelli, quibus Reuerendissimus Dominus Coadiutor & Praepositus Salisburgen. ac Serenissimus Dux Guilielmus, ad propriae manus subscriptionem sigilla quoque sua secreta appendi curarunt, atque ipse Reuerendissimus D. Nuncius Apostolicus manum sigillumq; suum addidit. Quod foelix faustumq; accidat & Religioni & Reipub. Bauaricae. Amen

XX. *Anno Domini 1580. mense Aprili Wilhelmus à Trautmansdorff Iudicis sententia Decanatu, Canonicatu, & omnibus Ecclesiasticis beneficijs priuatus, ab ordinumq; sacrorum executione suspensus, ad perpetuos carceres damnatus est. In eius locum, libera Capituli electione 24. Aprilis praesente D. Feliciano Episcopo Scalensi. Nunc. Apostolico instituta & habita, consentientibus votis Dn. Sigismundus Fridericus Fuggerus fuit suffectus.*

62. GEORGIVS à KIENBVRG, *Ioan. Iacobi Khuen Archiepiscopi Coadiutor ac successor legitimus electus, eo IV. Non. Maij An. 1586 mortuo, Archiepiscopale fastigium conscendit. Vir vltrà natalium splendorem, pietate in Deum, religionis Catholicae feruore, prudentiâ, rerum gerendarum dexteritate, subditorum charitate, humilitate, & vitae sanctimonia nulli secundus. Sed nescio quo fato Salisburgen. Ecclesiae non benè fauente decem mensibus regiminis sui nondum expletis, ad caelestia regna euocatur.*

63. WOLFGANGVS THEODORICVS, *ex nobili familia de* RAITTENAVV *natus, eligitur Archiepiscopus An. 1587. die vndecima Martij: excelsi animi vir: in quem fortuna omnia contulisse visa est; si modo concessis moderatè vti nouisset. Praeposituram Berchtesgaden. à prima eiusdem fundatione, quo ad spiritualia Summo Pont. sediq; Apostolicae subiectam; in temporalibus verò immediatum Sacr. Rom. Imperij statum, suae iurisdictionis efficere conatus, per sententiam causâ cecidit: qua de re alibi fusius dicendum erit.*

Anno 1598. die XI. mensis Decembr. inter horam noctis duodecimam & primam subito exortus fuit ignis in Oratorio Archiepiscopi in Ecclesia Cathedrali per incuriam ministrorum cubiculariorum; quo praeualescente, tectum plumbeum, quinq; turres, omnesq; campanae, nec non nauis templi Ecclesiae perierunt. Et nisi ciues alijq; incolae omni curâ & industriâ adlaborassent, actum quoq; fuisset de aula Archiepiscopali, ac domibus Praepositi, Decani atq; Capitulari. nec verò tota ciuitas tanti periculi immunis extitisset.

Idem hic Archiepiscopus, non attenta decisione summi Pontificis, subsequentib. annis ausus fuit Ecclesiam Berchtesgaden contrà ius fasq;, nec non in graue praeiudicium tam sacri Imperij, quàm Serenissimi & Reuerendissimi Administratoris istius Ecclesiae, moderni Electoris Colonien. &c. hostili manu aggredi: adeoq; ipsum Serenis. Vtr. Bauariae Ducem Maximilianum, secus quàm Sacri Imp. Constitutiones sanciunt violenter appetere: insuper etiam Capitulum Cathedrale in plurimis offendere & grauare. Quibus de causis sanè vrgentissimis, & ad instantiam dicti Cathedralis Capituli, simul etiam tàm Ser.^mi fratris, suiq; iuris, ac subditorum suorum defendendi; quàm Salisburgen. Ecclesiae, à sua Ser.^tis laudatissimis maioribus Baioariae Ducibus iam olim fundatae, amplificatae, plurimisq; insignibus beneficijs cumulatae, deinceps sartâ tectae conseruandae gratiâ arma legitima (praemonitis de re gerenda Summo Pont. & Imp. Rudolpho II. & quia negocium moram haud pateretur, relatione expeditionis subsequutâ ad Sacr. Imp. Electores tunc temporis Norimbergae congregatos factâ) nemine penitus improbante mouit: oppidum & arcem Dietmaning prima obsidionis die per deditionē coepit: aliis vltrò se offerentibus, & Capitulo annuente Salisburgum perrexit. Archiepiscopus autem cognito Ser.^mi aduentu corraso insigni Ecclesiae thesauro cum familia sua fugam celerem inijt: ex qua retractus, faciente Capitulo, Sum-

mo

mo quoque Pontifice, eiusque Legato ad hanc causam cognoscendam & turbam sedandam specialiter deputato, ex vrbe in has prouincias misso, annuente, ac resignationem Archiepiscopi Capitulo Cathedrali vltrò oblatum, ratam habente, in summa arce ciuitatis Salisburgæ custodiæ mancipatur. In qua custodia per annos quinq., menses duos & aliquot dies detentus, & tamquã Princeps liberaliter habitus vixit: ac tandem Anno 1617 die 16. mensis Ianuarij piè in Domino obdormiuit. Rexit Archiepiscopatum An. 24. mens. 7. dies 26. Epitaphium ipse sibi multis ante, quàm fato concederet annis in Sacello S. Gabrielis Archangeli apud S. Sebastianum à se constructo, (in cuius Sacelli medio sub mausoleo marmore sepultus requiescit) in tabula ærea deaurata, fecerat; quod ibidem visitur legiturq. tale.

WOLFGANGVS THEODORICVS RAITTENAVIVS SALISBVRGENSIVM ARCHIEPISCOPVS ET PRINCEPS SACELLIQVE HVIVS ET COEMITERII FVNDATOR: PLEBEM SVAM DVM VIVERET, ENIXE FOVENS AMANSQVE, INTER EANDEM PARITER IN HAC ÆDICVLA MORTVVS, SEPELLIRI DEO SIC PERMITTENTE PLACVIT; IDEOQVE ET EOS, PENES QVOS POST IPSIVS OBITVM SVPREMA RERVM HVIVS PROVINCIÆ ERIT, VIVVS HOC EPITAPHIO, ET IN DOMINO ROGAT, VTI DEFVNCTI CADAVER NE EXENTERENT, NEVE VLTRA VIGINTI QVATVOR HORAS SPECTANDVM PVBLICE PROPONANT: SED STATIM CONDITIONIBVS HISCE SEPVLTVRÆ MANDENT. NIMIRVM NON ALIIS QVAM QVOTIDIANIS VIVENTIS VESTIBVS INDVVNTO: FAMVLI A CVBICVLO OBSCVRIORIS SORTIS, QVOD VIVVM CVRABANT CORPVS, TERRÆ INFERVNTO: FERETRVM VNIVS SIGNVM CRVCIS, CVM QVATVOR TANTVM CEREIS PRÆCEDVNTO; ILLVD IPSVM SEX OMNINO RELIGIOSI ORDINIS D. FRANCISCI DE OBSERVANTIA NEC ALII COMITANTOR: IDQVE NON INTERDIV SED NOCTV, ABSQVE CAMPANARVM PVLSV, EXCEPTA EA, QVÆ PROPE SACELLVM DEFVNCTI APVD S. SEBASTIANVM EST, COMITANTOR. NEMO VESTEM LVGVBREM FVNERIS HVIVS CAVSA SVMITO; SED POTIVS D. O. M. PRO DEFVNCTI ANIMA PECCATISQ. EXORANTO ET DEPRECANTOR. SINGVLA HÆC ITA INTEGRA OBILLÆSAQVE SVNTO, ET A POSTERIS CVSTODIVNTOR ATQVE CONSERVANTOR: SICVT D. O. M. ET IPSI POST FATA SIBI PROPITIVM ORANT EXOPTANTQVE.

Post resignationem Archiepiscopi Wolfgangi Theodorici, de quã supra dictum, Capitulum Cathedrale de suo gremio libera electione surrogauit Illustrissimum & Reuerendissimum Dn. Marcum Sitticum ab Altaemes &c. cuius in prædecessoris funere pro dignitatis tanti Antistitis & Imperij Principis Ecclesiastici ordinis, curando, licet is circa quædam secus disposuerat, insignis pietas & obseruantia apparuit. Ipse vero diem clausit extremum 9 die Octobris intra secundam & tertiam horam matutinam; hoc ipso anno 1619. 64.

PARIS Comes à Lodron &c. eligitur Archiepiscopus Salisburgen. die 13. mensis Nouemb. An 1619. Faue Numen optimæ exspectationis Principi optimo; & quod pij omnes ex animo vouent, pro solita pietate tua perfice. 65.

yy.

MICHAEL Baro de Wolckenstein & Rodeneck, Decanus Brixinensis & Canonicus Salisburgen. Præpositus eligitur 23. Iulij Anno 1586. obiit Anno 1604. mense Iun. sepultus apud S. Petrum in Capella S. Sebastiani Salisb. 32.

BALTHASAR à Raunach Canonicus Salisburgen. & Senior successit An. 1604. mens. Iulio. Ob. vlt. Decembr. an. 1605. sepultus in Ecclesia parochiali, in Capella Textorum. 33.

ANTONIVS Comes à Lodron, Dominus Castellani, Senior, Salisburgen. & Passauien. Canonicus, sufficitur Antecessori suo in mense Februar. An. 1605. ob. 15. Decemb. an. 1615. sepultus ad S. Petrum in Sacello S. Crucis; quam sepulturam viuus adhuc sibi pararuerat. 34.

PARIS Comes à Lodron Dn. de Castelnoro Canonicus Salisb. Tridentinus & Ratispon. præficitur in Præpositum & Archipresbyterũ Salisburgen. 30. Ianuarij an. 1616. Viuat ad multos annos vir magnæ & præclarissimiæ spei. 35.

I 2 FRI-

FRISINGENSES EPISCOPI.

FRISINGA.

FRISINGENSE oppidum, medio ferè itinere inter Monachium & Landshuetum, ædificatum putatur eo tempore, quò Romani Bauariam per præsides Prouinciarum regebant. Locus ille elegantem & amœnum in colle situm & prospectum habet, agrum ex vna parte satis fertilem, ex altera, iuxta flumina, Mosacum & Isaram, prata amœnissima.

In libro maiori traditionum vocato, ibidem (cuius aucor Conradus Frisingensis Sacrista & Canonicus, Anno Domini 1187. sub Episcopo Ottone tertio, sed per alios posteà continuatus vsque ad tempora Hermanni Episcopi, qui obiit Anno 1421. ex quo pleraque, quæ sequuntur, sumpta sunt, &c.) de institutione huius Episcopatus ita scriptum reperio.

BEATVS Corbinianus à Gregorio tertio Pontifice Episcopus ordinatus, accepto Pallio, in Bauariam Legatus missus à Thassilone, Sororio Pipini Regis, qui maior domus dicebatur, & Theodone filio ipsius benignè susceptus, Montem istum, qui Frisinga dicitur, accepit, vbi primò Ecclesiam, quæ vsque hodie cernitur, in honorem beati Benedicti construxit, & Monachorum Conuentum ibi coadunauit, dotans eam Ecclesiam cum prædiis Maise, aliâs Maies ad Athesim, prope Tyrolim & Meran, vnde ipse oriundus erat (licet vita seu legenda sua, vt vocant, aliter habeat) Charzes, Camina & aliis, quæ pro 900. Solidis Auri à Pipino Rege acceptis emerat. Confirmauit hæc Pipinus Rex, concedens conuentui facultatem liberam eligendi Episcopi, quæ confirmatio sub Walthone Episcopo, vnà cum aliis Ecclesiæ diplomatibus & ornamentis, incendio periit. Auentinus de institutione huius Episcopi, & de S. Corbiniano, in Annalibus lib. 3. fol. 283. & seq. 285. discrepat in tempore; † nempe quòd hoc sub Theodone 7. Patruo magno Thessalonis, & sub Grimoldo fratre, ipsius sit factum, qui ipsum S. Corbinianum Fruxinensi Ecclesiæ præfecerunt, vbi de insidiis ab Vxore Grimoldi S. Viro factis, ac de fuga eius: Item quomodo post mortem Grimoldi, per Hugobertum Ducem Bauariæ, fratrem Grimoldi, & Auum Thessalonis ex Italia, in Bauariam sit reuocatus, Frisingæ in Arce sua collocatus, ibique mortuus, ac iussu Hugoberti, sicut Testamento suo statuerat S. Corbinianus, Maias in Patriam relatus, ibique sepultus sit, &c. fol. 286. Rursum iussu Tessalonis Frisingam translatus, idem Auent. fol. 303. Aduocatos habuit hæc Ecclesia olim Comites Schyrenses, quos Otto Episcopus, in libro sexto Chronicorum † cap. 20. non valde commendat, cum tamen Radeuicus, continuator Othonis, Otthonem de Witlspach, Signiferum Friderici primi, numquam satis laudare queat, lib. 3. cap. 18. & 20. Et lib. 4. cap. 63. Ottho quartus Palatinus, prædicti Otthonis Signiferi Pater, renunciauit huic iuri aduocatiæ †, prædicto Episcopo Otthoni, pro se & suis successoribus, in præsentia Conradi Imperatoris, Auentinus in Annalibus suis.

a. b. c.

HABET Episcopatus hic, sicut & cæteri in Germania suos, quos vocant, quatuor Officiales hæreditarios, Magistrum coquinæ, quem aliàs Dapiferum, vulgò Truckfaßen, nominant, Nobiles de Freuntsperg, nunc imperij liberos Barones, Marschalckos olim nobiles de Perckhaim, Conradus Marscalckus de Perckhaim, Anno Domini 1229. quibus defunctis succeßere Nobiles de Pientze-

entzenavv, Camerarios nobiles de Waldeck, qui habebant in Vrbe Frisingensi multa iura, ab Episcopis partim pecunia redempta, partim deficiente illa familia ad Episcopos reuersa, vt de hac re in libro genealogiarum familiæ de Waldeck latiùs habetur. Cessauit hoc officium vsque ad Annum 1569. quo substitutus est à Domino Ernesto, Episcopo Frisingensi Christophorus Raindorffer, Guilhelmi Ducis Bauariæ Aulæ Magister, & Præfectus in Kelheim, vir bonus ac doctus. Pincernæ officium olim tenebant Nobiles de Richolfestorf, Anno 1224. Conradus Pincerna & Ministerialis Ecclesiæ Frisingensis Anno 1277. successère his Nobiles Iudmanni; his posteà Nobiles de Preising de Kopfsperg, qui hodie adhuc hoc officium tenent.

In quodam diplomate Wessespronnensi reperio de Ministerialibus Ottonis Episcopi de Anno 1212. Hainricus Liber de Paing, Hainricus Camerarius, Hainricus Pincernarius, Guntherus Marscalcus, Sighardus Dapifer.

Habvit quoque Ecclesia Frisingen. olim multos Ministeriales, quos hodie vasallos vocant, familiarum hæc ferè nomina sunt, Waldeck, Woluerstorf, Fromesl, Gebolspach, Levvtner, Turtenfeld, Haldenberg, Iudman, Pitlpach, Pholing, Seligkind, Buobenhausen, Dornpach, Werd, Richoluestorf, Pasing, Kaste, Schvvebing, Truchsas, Marscalck de Perckhaim, Grunershausen, Hûrtenfurt, Hôchenrain, Aufhouen, Hetnkaim, Ezzenhusen, Erpfenprunn, Ferting, Elpach, Herpreching, Wacharing, Herprechshausen, Reickerspuirn.

NVNC AD EPISCOPOS.

d. 1. Sanctvs Corbinianvs †, natione Tyrolen. Frisingæ erexit Episcopatum. Circa Annum Domini 710. permittente Pipino Rege, & Bauariæ Ducatum tenente Grimoaldo, præfuit Episcopatui à se erecto 20. annis; vide huius sancti Viri vitam, seu, vt vulgò e. vocant, legendam scriptam ab Aribone successore in Episcopatu quarto. †

f. 2. Erimbertvs †, frater Corbiniani. gessit Episcopatum 28. annis, sub Vtilone Duce Bauariæ, iuxta lib. Trad. ibi actum in castro Frisinga, &c. Frisinga enim tùm caput & Regia erat Principum in superiore Bauaria, Auent. lib. 3. fol. 294. Hic consecrauit Monasterium Tegernsee, feruntque suo æuo Diœceses Bauariæ suis limitibus distinctas † inuicem à sese. Pipinus Pater Caroli Magni, g. postquam Frisingam & superiorem Bauariam contra Vtilonem Regem, occupâsset, habitâsse dicitur aliquot annis, in alio excelsiore Castro prope Frisingam, in Monte Tethmons dicto, ibidem Sacellum construxisse in honorem S. Stephani: Quod in hunc vsque diem appellatur Weichenstephan Monasterium, &c. latinè quasi consecrati Stephani, de quo latiùs infrà de Monasteriis Bauariæ. Hic Episcopus sua pietate multos commouit ad benefaciendum Ecclesiæ Frisingensi: Inter alios quendam Mandebertum, qui cum coniuge sua Gothane tradidit Zollingen; ita habet quædam Chronica Frisingen. Episcoporum, per Ioannem Freyberger, Licenciatum & Canonicum ibi, Anno Domini 1520. edita, ac Lantzhuotæ impressa: In qua vita S. Corbiniani ad longum posita, aliorum verò Episcoporum succinctè relata. Hunc Erimbertum solùm annis 13. præfuisse ponit, in aliis quoque pluribus locis à libro traditionum supra citato discrepat. Cui ego propter vetustatem, licet eius nullam mentionem faciat, plus credendum censeo.

h. 3. Ioseph electus est ad Episcopatum Anno 758. Præfuit annis tribus. † Hic ope Vtilonis Ducis Collegium Mystarum instituit, cui flumen Isenicus, in cuius Ripa situm est, nomen fecit in honorem S. Zenonis Episcopi quondam

Vero-

Veronensis, ibidem in ysin sepultus. Hunc Episcopum prædicta Chronica dicit Italum Veronensem fuisse, annis 13. præfuisse, emisse Erching, Fering & Putlpach, &c.

ARIBO, † egitiste antistem annis 23. hic vitam sancti Corbiniani conscripsisse dicitur, interfuit Synodo Dingolfingen. secundùm aliquos Anno 775. habitæ, Consilio huius Aribonis Episcopi Tessalonus Dux Bauariæ Diuum Valentinum Tridento Patauiam, & Diuum Corbinianum Maiis (Vrbs est ad Athesim fluuium in Tyrolen. Comitatu) Frisingam transtulit, ac dum illius, necnon D. Vergilii Episcopi Salisburgensis consiliis obsequens fuit, optimum Principem præstitit, post quorum mortem prauis vsus consultoribus à Carolo Magno defecit. Auent. lib. 3. fol. 302. & 303. Sub hoc Episcopo Ecclesiæ Frisingen. multæ donationes factæ sunt. i. 4.

ATTO † electus Anno 782. præfuit Annis 30. secundùm prædictam Chronicam solùm annis 27. & quidem optimè, qui Ecclesiam multis bonis ac redditibus ditauit. Obiit Anno 810. sepultus ibidem. De huius fide in Carolum Magnum Auent. lib. 3. fol. 306. Idem fol. 349. de controuersia Attonis contra Abbatem Chiemensem, iubente Carolo Magno, in vico Aybling per de legatos suos, Arnonem Episcopum Salisburgensem, & alios pro Episcopo decisa, adiudicatis tribus Ecclesiis in Willing, Hegling & Berg. Idem interfuit Synodo Salisburgensi, iussu Caroli Magni circa Annum 806. vel 7. indictæ; vbi ob decimas ac bona Ecclesiastica litigatum, dicisumque in quatuor partes diuidenda; quarum vna Episcopo, altera Parocho, 3. pauperibus, quarta refectioni Templorum cederet, de quo idem Auent. fol. 356. k. 5.

HITTO, † hic translationem sacrorum Bibliorum in plerisque locis corruptam pro virili correxit, & constituit, mandato Lotharij Regis Boiorum, filij Ludouici Pij, in Ecclesia Weichenstephen sex Canonicos, cum Præposito Anno 830. gubernauitque Episcopatum annis 24. seu 25. Sepultus in Crypta Cathedralis Ecclesiæ, habens super sepulchro ciborium de lignis. Hic Episcopus emit Ismaning, Eyting, Allershausen, Holtzhausen, Schoflorn, &c. ex prædicta Chronica. l. 6.

ERCTENBERTVS, † Nepos prioris Hittonis ex fratre, administrauit Episcopatum annis 18. De hoc Episcopo vide Brusch: in Monasteriis sub Campidonen. Mo. &c. Quo anno obierit incertum est; dicitur autem sepultus in Capella S. Petri in monte, &c. m. 7.

ANNO † Episcopus, iuxta librum traditionum, Anno Domini 855. Hyldescalcus Episcopus Tridentinus Vineas Episcopi Fruxinensis apud Pisonium Coloniam Boiorum ad Isaci & Athesis confluentes, occupat. Anno Episcopus rem ad Ludouicum Regem defert. Is Pontificibus diem dicit apud Aibling, in publico Boiorum Conuentu, vico superioris Boiariæ, in Ripa Mangualdæ, iure disceptare iubet. Qui causam cognouère Iudices, Vineas Fruxinensi Templo addixère. Auent. lib. 4. fol. 412. Chronica habet hunc Annonem Episcopum ex Hall infra Inspruck oriundum, patri absque aliis liberis defuncto successisse: hinc multa bona in Runn & circa Hall Ecclesiæ Frisingensi attulisse, præfuisse annis 21. obiisse Anno 875. sepultum ibi. n. 8.

ARNOLPHVS † electus est Anno 854. ad Pontificatum. Ipse ampliauit Ecclesiam Cathedralem, iuxta librum traditionum. Præfuit solùm annis octo, sed annus electionis concordat cum superiori numero Annonis Episcopi. Chronica habet, hunc circa diuinum officium valde occupatum & sollicitum fuisse. o. 9.

p. 10. WALTHON, † hic vixit in Pontificatu annos 22. passaque est Ecclesia Cathedralis suis temporibus à Barbaris graue incendium, Anno scilicet 883. At donatione Arnolphi imperatoris, qui concessit Episcopo Walthoni sal in Salina, siue cum nauigiis, siue cum carris, sine mutha vehendi, & alia multa dona dedit: Anno 898. omnia sunt resarcita: Constitutumque tunc fuit Pontificia authoritate, vt deinceps nullus per Capitulum eligeretur in Episcopum, nisi esset Canonicus eiusdem Ecclesiæ.

LUDOVICUS Imperator, filius Arnolphi, dono dedit VValthoni Episcopo, cuius disciplinæ Ludouicus septennis traditus fuerat, iuxta Auentinum, libro quarto fol. 475. Curtem Regiam in Veringa cum pertinentiis ad restauratione, Anno 920. Confirmat Ottho primus Imperator Anno 940. Idem tradidit domum Lac, Anno 974. Idem Ottho condonat Iuditæ, fratris sui beatæ memoriæ Viduæ, Salinam, quod Vulgo Hall vocant, in pago Salisburgi sitam, Anno 984. Numerus hic non quadrat cum Otthone primo, qui Anno 974. obiit, ex libro traditionum & ex diplomatibus ibi.

SUB hoc Walthone nono seu decimo Episcopo Frisingensi, scriptus est insignis ille Liber Euangeliorum Francicis hoc est Germanicis versibus seu Rythmis, cuius Titulus est, Liber Euangeliorum in Theodiscam linguam versus. Putatur, quòd tunc editus, quando Franci Orientales primùm Christiani facti sunt; ex quo beatus Rhenanus in Germania sua colligit veteres Francos, qui, transito Rheno, nobile in Galliis regnum constituerunt, Germanica vsos fuisse lingua, incipit autem præfatio illius libri hoc modo:

Nun wil ich scriban vnser Heyl. Euangelion / so wir nun hier begunnen / in Franckisga Zungan / &c.

EXTAT liber aliquandiu desideratus, sed per Reuerendissimum ac Illustrissimum Principem, D. Ernestum, &c. forte fortuna in quadam cista iterum repertus; antiquitatis ergó venerandus ac videndus.

q. 11. VITTO †, successor Walthonis, vixit tantùm vno Anno in Episcopatu, ante confirmationem mortuus, aliás Ottho, qui interfuit expeditioni Magni Ludouici Romani Regis, contra Vngaros Anno 907. Auent. fol. 480.

r. 12. DRACOLPHUS electus est Episcopus Anno 908. qui non solùm Cathedrali, sed etiam aliis Ecclesiis collegiatis noxius fuit, immensas faciens expensas, exactisq; 28. annis submersus fuit in Danubio. Secundùm Chronicam præfuit solùm 20. annis, Vngaricæ expeditioni dicitur interfuisse, ac de tribus Cœnobiis, Mospurch, Isn, & Schefftlorn multa Clinodia, ornamenta ac pecunias abstulisse.

f. 13. WOLFRAMUS, hic quantum potuit, anno vno, quo præfuit, instaurauit, quod Antecessor suus dilapidauit. Interfuit hic Episc. Conuentui Dingolfingen. per Arnoldum Ducem Bauariæ, circa Annum 919. habito, cum aliis Bauariæ Episcopis, In quo Maias & Caminas, item vicos, vineas, aliaque prædia prope Tyrolios, in Vennonum Athesisque valle, quæ adhuc ibi Mystæ Fruxinenses possident, Wolframo huic reddidit, de quo Auent. libro 4. folio 487. Chronica habet hunc 19. annis præfuisse, quod verisimilius est, nam quomodo vnico anno Antecessoris sui leuiter profusa resarciret? Tempore huius Episcopi fuit schisma in Ecclesia Frisingensi, tres pàribus votis electi, hinc inter Canonicos tantæ inimicitiæ ortæ, quæ longo tempore postea vix sedari poterant, donec iuramenti vinculo in concordiam redirent fratres. Obiit hic Episcopus, ac Frisingæ sepultus. Anni huius præcedentis ac sequentis Episcoporum malè conueniunt, & hoc propter antiquitatem, & scriptorum eius temporis tam penuriam quam incuriam.

LAM-

LAMPERTVS factus est Episcopus, anno 938. functus officio suo annis 31. Huius tempestate irrumpentes Vngari, & omnia deuastantes in Austria & Bauaria Ecclesias S. Stephani & Viti combusserunt: Ecclesiam verò Cathedralem, propter nebulam omnia obducentem, nullo loco violare potuerunt. Chronica habet hunc præfuisse annis 19. obiit anno 954. 14.

ABRAHAM factus Episcopus; annis 37. cum magno commodo Ecclesiæ suæ præfuit. Hunc quidam putant fuisse Palatinum Carinthiæ, qui posteà Comites de Görtz vocati sunt, fundator Præpositurae in Werd, ad Lacum Werdsee quinque præbendarum vnà cum Decano, sicuti legi in Elencho quodam scripto veterum familiarum Carinthiæ; cuius tamen Lazius in commentariis Reip. Rom. non meminit. 15.

Hic etiam Episcopus Abraham impetrauit ab Otthone, primo Imperatore, anno 972. Gudigen, ab Otthone 2. Chrenia anno 974. ab Otthone tertio Creiner March, extant diplomata in libro traditionum. Ipse quoq; alteram Turrim summi Templi construxit, multa Clinodia & Tapetas Ecclesiæ dono dedit. Sepultus in Capella S. Thomæ à se ædificata. Ottho secundus in bello contra Patruelem Heinricum, Ducem Bauariæ: Item contra Heinricum, Ducem Carinthiæ, & contra hunc Abrahamū Episcopum Frisingam obsedit, cepit, & Episcopum captiuum tenuit, circa annum 980. Auentinus lib. quinto folio 503. 504. Meminit huius rei ac Episcopi Abraham Chronica Hirsuelden, sub anno Domini 974. Hic Episcopus Abraham circa Parochiales Ecclesias suæ Diœcesis & earum ædificia, valde vigilans & attentus fuit, quòd supererat largitus pauperioribus: itaq; Parochiales Ecclesiæ sub ipso creuerunt, quarum se Collatorem fecit. Obiit anno 992. secundùm Chronicam.

GOTSCALCVS successit Abrahamo, anno 995. secundùm librum trad. extat ibi diploma, quod Ottho tertius Imperator tradidit Gotoschalcko Episcopo sex Huobas regales, in loco, qui dicitur in Dulmarfeld, iuxta fluuium Ipsa cum venationibus, piscationibus, saginationibus, molendinis, proprędio prope Krembs anno 995. Chronica ponit hunc 12. annis præfuisse, redditus Ecclesiæ valde auxisse. Cùm autem ad ipsum & Capitulum spectaret præbendas conferre, concluserunt, vt nullus aliquod beneficium cum præbenda possideret, neq; fratres super alios extollerent ac superbirent. Ita erant vnanimes, vt nullus aliquid suum esse diceret; & quidem rectè, sicut D. Augustinus Monasterium Clericorum instituit. & secundùm regulam viuere cepit. Rursum anni tàm electionis, quàm regiminis huius Episcopi cum sequenti Episcopo malè conueniunt. 16.

FRIDERICVS Episcopus, idem Ottho tertius Imperator huic Episcopo tradidit 30. regales Huobas, in regione vulgari vocabulo Osterriche, in Marcha, in Comitatu Heinrici Co. filij Leopoldi Marchionis, in loco Weithouen, cū terris cultis & incultis, aquis, aquarumúe discursibus, sub sigillo anno 996. extat diploma ibi. 17.

Idem Imperator eodem anno concedit ciuitati Frisingensi mercatum & licentiam monetandi & teloneum.

Heinricus sanctus Romanorum Rex, donat Ecclesiæ Frisingensi, Weltz & Lintha, anno &c. 1007. Hunc Episcopum Fridericum Chronica planè omittit, & pro eo Engelbertum ponit, qui anno 1005. factus sit Episcopus.

ENGELBERTVS Comes Mospurgensis annis 34. Episcopatui præfuit, atque ex patrimonio suo non parum eundem ditauit, quin & Collegium Canonicorum in Weihenstephen fundatum ante 200. annos, à Hittone Episcopo, commutauit in Monasterium ordinis S. Benedicti, & sic quasi 18.

iis

iis fundator huius Monasterij fuit. Cui de rebus Ecclesiæ maioris ac S. Corbiniani, ad sustentationem Monachorum, aliquot Pagos ac decimas dedit. Præpositum autem cum sex Canonicis transtulit ad Ecclesiam S. Viti in vmbilico illius montis, prope Frisingam sitam, ac ab ipso institutam, circa Annum 1029. &c. vel 1021.

Hvic Engelberto Conradus Imperator secundus, seu Salicus dictus, multa bona & priuilegia dedit; inter alia, ius seu facultatem monetandi Aurum & Argentum, item Mineras Anno 1029. Commisit quoq; illius fidei filium suũ Heinricum educandum & informandum. Sic testatur diploma illius, quod & Heinricus Rex cum Patre Conrado subsignauit anno 1033.

Sancta Kunegundis, Vidua Heinrici sancti Imperatoris, dedit Ecclesiæ Frisingensi, tempore huius Engelberti, cum consensu fratris sui Heinrici Ducis Bauariæ, & statuum Prouincialium, sequentia propria bona, prædia Rantestorff siue Ranteshouam, Hochperchach, Ostermutinga, Veltkirch cum Ecclesiis & decimis; cum foresto Wilihart ac forestarijs, cultis, incultis, mancipiis, vtriusq; sexus vineis, Molendinis & cum omnibus pertinentiis, scilicet demum post mortem Imperatricis pleno iure deuoluenda. Insuper tradidit ei omne ius, quod habuit in loco Hall dicto cum sartaginibus. Econuerso Episcopus dedit Imperatrici, precario ad dies vitæ possidenda, & tenenda de rebus Ecclesiæ suæ, curtem Ysena, curtem Burckreina, ac curtem, quæ dicitur Dorsa, curtem etiam Tegirnvvanc, cum terris cultis & incultis, cum ipso Monasterio & congregatione sancti Zenonis in Isen, ac reliquis Ecclesiis, & decimis, cum mancipiis, syluis & Molendinis. Ex lib. traditionum refert Vitus Arnpeck in Chronica folio 137.

Permvtavit hic Engelbertus cum Gebhardo 1. Episcopo Ratisponen. in loco, qui dicitur vulgò Gruoba, vbi sanctus Dei Martyr Emmeranus obiit, iugera quinq;, in Episcopatu Frisingense sita: Et ab illo accepit curtile vnum de parte hæreditatis Gebhardi, intra Vrbem Ratisponam situm, & alia curtilia de Ecclesia extra ciuitatem sita, &c. vt habetur in libro traditionum Ecclesiæ Ratisponen.

Obiit Engelbertus anno 1039. cùm annis 34. præfuisset, sepultus in Cathedrali Ecclesia ante aram S. Spiritus. Brusch. de Monast. Weihenstephen.

19. NICERVS, aliàs Nitgerus, functus est Episcopali officio annis 13. & Canonicos è Weichenstephen semotos confirmauit in Ecclesia S. Viti; fuit homo superbus ac sæuus, obiitq; subita morte Rauennæ, secundùm Herman. contractum. Hunc Iohan. Auentinus lib. 5. Annalium fol. 524. Reginoburgij obscuris crepundiis natum, fratrem Bernulphi ac Machtuni dicit, qui propter fidem violatam per Cæsarem Heinricum 3. cruci affixi miserè suffocati sunt. Anno Domini 1044. Nitgerus ob necem fratrum ignominiosam erga Cæsarem nimis proteruus Rauennam relegatus, ibidem obiit Anno 1052. Auent. fol. 537.

20. ELLENHARDVS electus est Anno 1053. in Episcopum, fundauit Collegium Canonicorum apud S. Andream, in monte Frisingensi, haud procul à Cathedrali Ecclesia: Interfuit Conuentui ab Heinrico 4. Anno Domini 1076. Wormaciæ celebrato, & exactis 25. annis sui Pontificatus mortuus est. Heinricus Rex tradidit Abbatiam in Beurn, in Pago Sundergou, in Comitatu Sigmari Comitis sitam, cum Villis vineis, &c. Anno 1065. extat diploma.

21. MEGINVVARDVS electus est Anno Domini 1078. multaq; passus à VVelphone, qui Brunonem Augustanum Episcopũ bello fatigabat; redactis verò rebus in tranquillitatem, profectus est in Bohemiam, vt infideles ad Christi conuerteret fidem. Mortuusque est Pragæ, & sepultus, cùm Ecclesiæ Frisin-

Frisingensi præfuisset annis 31. Meginvvardus Episcopus emit ab Adalramo de Schmittehusen, quem Virum Nobilem vocat, castrum Buttenberch cum pertinentiis, Anno 1080. Testes, Comites, Arnold & Ernestus, Vdalscalcus de Helisund, Gotscalcus de Manchph. de familia Machtuni & frater eius Fritilo, Adalbrecht & Dietricus de Potenper. Ita habet liber traditionum. Interfuit hic Meginvvardus Conuentui Episcoporum Germaniæ & Galliæ, Moguntiæ habito, super schismate inter Regnum ac Sacerdotium, Anno 1085. vel circa. Auent. lib. 5. fol. 585.

HEINRICVS † ab Eberstorff, hunc Chronica per errorem ab Eberstain vocat, factus Episcopus Anno 1098. Episcopali munere functus est 39. annis. Sub eo Welpho vastauit ciuitatem Frisingensem. Quin & ipse non parum incommodauit Episcopatui, quòd Heinrico V. adhæreret contra Rom. Pont. quam ob causam Conradus Salzburgeñ. Archiepisc. partium Pontificiarum Frisingam venit, Heinricum Pascalis, Sum. Pontificis decreta refellentem depositurus, sed re infecta coactus discedere. Auent. lib. 6. fol. 617. Idem 624. ponit hunc Heinricum obiisse Anno 1137. quo & Lotharius Imper. ac alij quidam Principes. Legauit autem omnia bona sua, quæ habuit in Eberstorff & Gries, ad Episcopatum Frisingensem. dd. 22.

OTTO, † filius diui Leopoldi, Marchionis Austriæ, vir doctus & pius, factus est primus Præpositus Neoburgi in Austria, Monasterio à S. Leopoldo Patre fundato; Inde studiorum causa Parisios profectus, ingressus est Morimundense Cœnobium cum 16. Sodalibus, vbi facta professione euocatus est Frisingam ad Episcopatum, Anno 1138. ita vetus Austriæ Chronica habet. Ioann. Cuspinianus in Austria, in vita S. Leopoldi ponit Ottonem se ad Concilium Cisterciense, quod Morimundi agebatur, contulisse, ibi morbo & senecta oppressum oppetiisse sanctissimè ac religiosissimè; ibique sepultum. Anno M. C. LVIII. paulò post discessum Ottonis, Frisinga cum Sede Cathedrali, omnibus Templis & ornamentis incendio grauissimo periit. Hic Otto non tam instaurator quàm fundator Ecclesiæ Frisingensis extitit: Bona enim distracta recuperauit, collapsa Palatia & ædificia restituit; Religionem Monasteriorum reparauit. Hic ipse Otto, ope fratris sui Heinrici Ducis Bauariæ, tùm temporis Monasterium Scheftlarn per Hungaros vastatum restaurauit, ac in locum Benedictinorum Præmonstratenses substituit, Anno Domini 1140. pariter de nouo instituit Monasterium nouæ Cellæ, prope Frisingam, pro eodem ordine Præmonstrateñ. necnon Schliersense Collegium, de quibus infrà de Monasteriis latiùs. Sub hoc Ottone Episcopo, ac ipsius præsentia & consilio sopita ac decisa est grauis illa contentio, super Ducatu Bauariæ, inter fratrem Ottonis, Heinricum Marchionem Austriæ, ac Heinricum Leonem, Saxoniæ Ducem, per Fridericum I. Rom. Imper. in Comitiis Ratisponeñ. Austria fit Ducatus separatus à Bauaria cum accessione prouinciæ supra Anassum, Bauaria Leoni adiudicatur, extat diploma. Item aliud eiusdem Friderici I. Imperatoris, super ponte foro teloneo in Veringen, infra Monacum, ac supra moneta, inter hunc Ottonem Episcopum, & Heinricum, Ducem Bauariæ & Saxoniæ, &c. quorum tenorem inuenies in fine horum Episcoporum, litera A. B. ee. 23.

IN QVO statu Ecclesia Frisingensis sub hoc Ottone fuerit, ac de eius laudibus, vide Radeuicum Continuatorem Ottonis, in vita Friderici Imperat. lib. 4. cap. 12. cum sequenti. Auent. lib. 6. fol. 626. ponit Conradum Regem Roman. hunc Ottonem fratrem suum vterinum, creasse Episcopum Frisingensem, Anno 1138. Obiit hic Otto Anno 1168. Auent. folio 637.

ALBER-

ff. 24. ALBERTVS † functus est officio Pastorali 24. annis. Fuit suo tempore Ecclesia Frisingeñ. ornata doctis Canonicis, excellebatque reliquas Germaniæ Cathedrales Ecclesias, in diuitiis & pretiosis iocalibus: Sed orto incendio vno quasi momento omnia amisit bona, de quo Auent. lib. 7. fol. 654. ita scribit: Albertus Fruxineñ. Pontifex, ope atque consensu Ottonis, Boiariæ Ducis, Ottonis à Witlspach dinastæ, Theodorici à Wasserburg Comitis, sacram ædem, scilicet Frising. quæ irato Vulcano perierat, reficit. Et cùm Albertus iste suam Ecclesiam reædificare vellet, in fundamentis inuenit corpora sanctorum Martyrum, Alexandri & Iustini. Hic Albertus totum ferè suum Patrimonium ad Ecclesiam Frisingensem legauit, fratrem habuit Vlricum, Sororem Gerburgim, Anno Domini 1181. ex libro tradit. Familia ipsius non nominatur. Fridericus primus Imperator proscripto Heinrico, Duce quondam Bauariæ & Saxoniæ restituit huic Adalberto Episcopo forum in Veringen cum Ponte, quod Dux illi per vim abstulerat, & in villam München transtulerat. Diplomatum copiam quære in fine, litera C.

gg. 25. OTTO † secundus, vir pius, & Canonicus Magdeburgensis, factus Episcopus Frisingensis, præfuit illi Ecclesiæ annis 38. Iste fabricam Ecclesiæ rursum instaurauit: multaque bona in eam contulit. Fuit hic filius Diethpoldi, Comitis de Perg in Sueuia, & Gisalæ, Cò. in Diessen, frater Vlrici & Diethpoldi, Episcoporum Patauiensium, Ita habet liber 2. traditionum. Et Auent. in Annal. fol. 693. in principio. Hic Otto secundus, vno die, quod mirum est, Veronæ à Sum. Pontifice spiritualia, & ab Imper. Friderico regalia suscepit, Anno 1183. Otto hic Ottenburgium, arcem superioris Boiariæ, contra Ludouicum Bauariæ Ducem construxit, præsidio firmauit; ob salinarium portorium vectigalque Duci Boiorum & Monacensibus bellum indicit, sal deuehentes Veringen vicum suum, atque Ottoburgium petere cogit, cætera itinera præcludit atque obsidet, quæ res posteà per Philippum Regem Rom. transacta. Monacenses quotannis è portorio 57. Drachmas auri Frisingensibus pensitare iussi, quod in hodiernam diem obseruatur, ác quotannis ex Telonei Monacēn. redditibus soluuntur 50. Talenta vsualium denariorum, Auent. lib. 7. fol. 459.

hh. 26. GEROLDVS † electus in Episcopum Anno 1220. iuxta tenorem Epitaphij sui præfuit 11. annis, sed sine laude.

GEROLDVS iste 26. Episcopus, cuius familiæ fuerit, ignoratur. In quodam Latino diplomate Schireñ. mo. de Anno 1224. quod ibi sepultus sit Otto de Richolzestorff, & Heinricus filius eius, Pincerna Geroldi Episcopi Frisingensis; & quòd ille Episcopus dederit Monasterio aliqua bona in Vaitzenavv, &c. Hinc conicio, eum fortè illius familiæ fuisse, &c. In illo diplomate citantur multi testes, inter quos Frisingensis Ecclesiæ Ministeriales, Eberhardus de Schvvabing, Fridericus frater suus, Sighardus Truchsas, Conradus Marscalckus de Perckhaim, Rapoto de Grunershusen, Sighardus de Huttenfurt, Heinricus de Perckhaim, Altman & Heinricus de Hohenrain, Conradus & Heinricus de Aufhouen, Albero de Hettenkhaim, Arnoldus de Ezzenhausen, Rapot & Heinricus de Erpfenprunn.

ii. 27. CONRADVS † Töltzner non parum profuit Episcopatui Frisingensi, quin & ex patrimonio suo quatuor instituit Canonicos, in Sacello S. Pauli. Huic vnà cum Eckperto Bambergensi, & Rudigero Patauiensi Episcopis, Fridericus II. Imper. expulso Friderico, Duce Austriæ, commisit Viennam atque Austriam gubernandam, at post mortem Eckperti per Fridericum Ducem occupata & recuperata Vienna cum Patauiensi captus, (Auent. lib. 7. fol. 669. 675.) & Viennæ diu in captiuitate detentus. Vixit in Pontificatu annis 27. obiit Monaci, sepultus Frisingæ, in Capella S. Pauli.

CON-

CONRADVS Comes Syluester, Wiltgrauius, præfuit annis 20. Obiit Anno 1278. Hic Conradus Episcopus, defunctis absque Masculis hæredibus Berchtoldo, Diethpoldo, Ottone & Ludouico, Marchionibus de Hohenburg in Norico, omnia feuda, quæ ab Ecclesia Frisingeñ. tenuerant, eidem Ecclesiæ aperta, concessit Ludouico Duci Bauariæ, Consanguineo suo, ob merita ac defensionem, Anno Domini 1261. extant diplomata Monachij, &c. Idem quoq; mortuo Gebhardo de Tôlntz, Nobili viro, feuda quæ ab Ecclesia Frisingeñ. habuit, vnà cum decimis Parochiæ Guntzstorf, & bonis in Entzelhausen, concessit Ludouico Duci Bauariæ, Consanguineo suo charissimo, ob sua merita ac defensionem, testes, Fridericus de Monte Albano, Præpositus maioris Ecclesiæ, Conradus Abbas de Weihenstephen, Arnoldus de Mallenhausen, Berchtoldus Testudine, Vlricus de Wolfoltstorf, Conradus Notarius & alij, Anno 1266. extat documentum Monachij. Eundem quoque Ludouicum Ducem Bauariæ, vocat dilectum suum Consanguineum in quodam alio diplomate, quod extat in Monast. Vnderstorff, de Anno 1272. Hic impetrauit ab Ottocaro Rege Bohemiæ, multas Aduocatias in Austria, & alia plura bona, iuxta lib. trad. Aliqui putant hos Co. Syluestres, qui vltra Rhenum adhuc extant, dicti, die Wild vnd Rheingrauen / ab Ottone Wittlspachio, occisore Philippi Rom. Regis descendere, vt habet liber tradit. Vnderstorfeñ. Mona. & notat Auentinus lib. 7. fol. 661. quod supradictis diplomatibus aliquo modo confirmatur, ego in re dubia nihil assero. Conradus hic partiam Friderici II. Imp. opera Eberhardi Archiepiscopi Saltzburgeñ. & Burckrain Episcopo tributum, Auent. fol. 675. & 683. pariter posteà cum Heinrico Duce Bauariæ, Ottonis filio, Autore Philippo, Archiepiscopo Salisburgeñ. in concordiam venit. Auent. fol. 695. — kk. 28.

FRIDERICVS Montalbanus factus est Episcopus Frisingeñ. Anno 1278. fuit antea Præpositus Frisingeñ. Mortuus est anno quarto post electionem, Anno Domini 1282, iuxta lib. tradit. sepultus Frisingæ in Capella S. Leonhardi. — ll. 29.

EMICHO, Comes à Mospurg, vir sanctus, electus est Episcopus Frisingeñ. post Fridericum Montalbanum, præfuit annis 29. Mortuus Viennæ, Anno 1311. relatus Frisingam, ibi in Capella S. Georgij sepultus est, secundum lib. trad. Fuit hic quoque Comes Syluester. Rudolphus Dux Bauariæ, frater Ludouici Imper. huic inpignorauit castrum Tôlntz cum pertinentiis, intra certum tempus redimendum, quo elapso, Gottfridus, Successor Rudolpho adhuc triennium concessit, Anno 1312. intra quod puto factam esse reluitionem: Nam ab eo tempore fuit in manibus Ducum Bauariæ. — mm. 30.

CONRADVS tertius huius nominis, Monacen. Doctor Canonum, factus Episcopus, instituit Ecclesiam Ioannis Baptistæ, & sex Canonicos vnà cum Præposito, quæ priùs dotata & fundata fuit, per Albertum Episcopum. Hic Conradus anno 7. suæ administrationis veneno est sublatus, Anno 1322. — nn. 31.

GOTFRIDVS, Ecclesiæ Frisingeñ. Decanus, factus Episcopus, tribus annis Pontificatum gessit; Ipse instituit Sacella S. Trinitatis, & S. Catharinæ, Anno 1315. Quod non conuenit cum præcedenti numero Conradi Episcopi: Imò præfuit Anno 1312. vt suprà, & hoc anno obiit secundùm Auent. l. 7. fol. 747. — oo. 32.

IOANNES, Doctor Canonum, & Canonicus Bambergeñ. & Brixieñ. postulatus Episcopus Frisingensis, quinque duntaxat septimanis officio functus est. Obiit Anno 1324. Auent. lib. 7. fol. 750. hunc Ioannem inuitis Canonicis à Ioanne XXII. impositum dicit, illumque, vt Canonicos placaret, Parochias ipsis fecisse pensionarias, tùm hospitalitatem imminutam, quod in pauperum alimenta antea distributum, in alios vsus versum esse, tum etiam incorporationes, vt vocant, & absentias inualuisse. — pp. 33.

qq. 34. CONRADVS quartus de Klingenberg, Sueuus, Episcopus Frisingensis, magna illi contulit dona, præsertim Infulam pretiosam & argenteam Crucem. Vngari & Bohemi suo tempore profecti contra Ludouicum quartum Imper. miserè perdiderunt Bauariam & Diœcesim Frisingensem. Conradus hic de Klingenberg, Episc. Frisingensis, adhærebat Austriacis Principibus, & Sum. Pontificibus, contra Ludouicum IIII. Imperatorem: Capitulum autem adhærebat Ludouico, &c. nolens hunc Conradum admittere, sed constituens interim Vicedominum & Vicarium. Vnde habitabat Conradus in Austria, in castro Vlmerfelden, Anno 1335. vbi etiam mortuus est, Anno 1337. sepultus in claustro Lyrenfeld prope Viennam.

rr. 35. IOANNES secundus, Medicus doctus, antea Verdensis Episcopus, obtinuit Romæ Episcopatum, Anno 1337. absensque duodecim annis possedit. Obiit Anno 1349. Auinioni. Contra hunc Ioannem Verdensem Auinioni exulantem, per Capitulum, electus est LEOPOLDVS de Schaunberg, qui Episcopa-

ſſ. 36. tum possedit. Hic Margaritham dictam Maultasch à Matrimonio Ioannis Bohemi absoluit, quæ deinde Ludouico Marchioni Brandeburgensi, filio Ludouici quarti Imperatoris nupsit, Anno 1342. Auent. lib. 7. fol. 782. in veteri eiusdem Marchionis Ludouici Registratura Leutoldus appellatur, Anno 1388.

tt. 37. ALBERTVS Comes Hochenbergensis & Haigerloch, Doctor Decretorum, translatus est per Clementem sextum ad Frisingam, septemque annis Episcopum egit. Ipse in propria persona interfuit expeditioni cum Alberto Duce Austriæ, contra ciuitatem Tigurensem. Obiit Anno 1359. sepultus in Rotenburch ad Neccarum.

uu. 38. PAVLVS, antea Gurcensis Episcopus, electus fuit Anno 1359. Hic multa, quæ erant Episcopatus, vendidit & impignorauit, rursumque redemit. Mortuus est Anno 1377.

xx. 39. LEOPOLDVS difficulter propter schisma Romanorum Pontificum confirmari meruit, trienioque exacto Lactis è Ponte in subiectum fluuium cadens, submersus est, Anno 1381. ibidem sepultus in Monasterio S. Claræ.

yy. 40. BERCHTOLDVS Wechingensis, Viennensis Scholæ creatus Magister, electus fuit Anno 1381. in Episcopum Frisingensem, &c. Berchtoldus iste fecit confœderationem cum Alberto & Wilhelmo, agnatis Ducibus Austriæ, nec non cum Ioanne & eius filio Ernesto, Ducibus Bauariæ, cum omnibus suis Castris, Dominiis ac bonis ditioni prædictorum Ducum subiectis, pro meliori pace ac securitate, ad decennium, Anno 1394. Anno sequenti rursum confœderatus cum prædictis, Ioanne & Ernesto, contra Stephanum & eius filium, Duces Bauariæ in Ingolstat, &c. Anno Domini 1406. Ernestus, Wilhelmus & Heinricus, Duces Bauariæ obtinebant castrum Frisingense, promittentes inuicem, bona fide illud possessuros, & nemini vllo pacto sine omnium consensu tradituros, &c. Ob quam causam occupatio ista facta, non legi; puto tamen hoc in fauorem Episcopi & Ecclesiæ factum fuisse, contra Ludouicum Angelostadiensem, ne ille occuparet, tùm agnatis suis ex eo castro, tùm ipsi Frisingensi Ecclesiæ noceret.

IPSE Episcopus fuit bonus Paterfamilias, instaurauit omnia Castra, quæ habet Episcopus in Austria, Carinthia, Styria & Carnia; auxit quoque Canonicis præbendarum prouentus, Anno 1403. Bonifacius IX. Sum. Pont. contulerat huic Berchtoldo Archiepiscopatum Salisburgen. contra Eberhardũ electũ Archiepiscopum per Capitulum; sed eodem anno defuncto Bonifacio, Innocentius VII. Successor Eberhardi electionem confirmauit, &c. Auent. fol. 804. Mortuus est anno administrationis suæ 30, Anno Christi 1410. In Austria sepul-

sepultus in claustro Neuburg. hic instituit, vt processio in festo Corporis Christi longius, per ipsam nempe ciuitatem Frisingensem, deinceps progrederetur, iuxta Calendarium præsentiarum. Ibi reliquit Mitram pretiosam, quam propinqui ipsius, quorum Nobilis familia apud Tyrolios adhuc extat, sibi vendicantes vendiderunt Abbati Arelacensi, pro 4200. Vngaricis Ducatis.

DEGENHARDVS à Weix, Præpositus Augustanus, fuit electus Anno 1410. in Præsulem Frisingensem, sed per Sum. Pont. alius promotus est; Nempe Conradus quidam Episcopus Gurcensis, qui præualuit; tamen pòst à suis Camerariis in Lack strangulatus, nunquam venit ad sedem. Post 31. annos, re comperta, exhumatus, & in Parochiali Ecclesia Lacensi sepultus per Nicodemum Episcopum; ita habet liber mag. tradit. zz. 41.

HERMANNVS, † Comes Cyliæ, secundum lib. tradit. sed illegitimus, at secundum Auent. Com. Artenbergensis, quem in illa familia non reperio, electus in Episcopum, ruptus grauiter obiit Anno 1421. Wolffgangus Lazius de Repul. Roman. lib. 12. folio 1176. ponit hunc ex Ioanne, Comitæ Cyliæ, & ex N. Comitissa Montisfortis natum fratrem Catharinæ, Iohannis Dapiferi à Waltpurg, Sueui, Coniugis, &c. aaa. 42.

IOANNES tertius, † Grienvvalder dictus, Iohannis Ducis Bauariæ in Monachio Nothus filius, factus est Episcopus Anno 1422. fuit Doctor Decretorum & Theologus, restitit Iohanni Huss in Concilio Constantiensi, paulò pòst Nicodemus se ingessit, vt sequitur. bbb. 43.

NICODEMVS de Scala familiæ Veroneñ. & Vincentiæ dominorum, consentiente Martino V. Rom. Pont. sese ingerens Episcopatui, excluso Ioanne, 20. annis illum potenter tenuit. Eo mortuo, Anno 1443. Auent. ponit Anno 1446. Viennæ in Austria, ibique apud Augustinianos, quos multis donis ornauit, sepulto, Grienvvalderus rursum adeptus est Episcopatum, præfuit annis 10. Hic alium quoque intrusum habuit per Fridericum tertium Imperatorem, nempe Heinricum Schlick, de quo apud Æneam Syluium in Epistolis suis. Auent. hunc Stiliconem vocat, lib. 7. fol. 831. propter quam causam Iohannes magnas fecit impensas; Tandem 3. anno, quo pacificus est factus, obiit Viennæ, corpus Frisingam delatum, sepelitur in Capella S. Thomæ. ccc. 44.

IOANNES quartus, Tulbeck dictus, Monaceñ. Præpositus ad S. Vitũ, & Plebanus Monacensis, factus est Anno 1453. Episcopus. Præfuit annis 20. senectutis ac quietis causa resignauit Episcopatum Cancellario suo, Sixto Tañbergensi. Sepultus Monachij, apud diuam Virginem in Capella Maiorum suorum, sub altera Turri Septentrionali, vbi & Missam fundauerat, & plura alia bona fecerat. ddd. 45.

SIXTVS de Tannberg, Canon. Præpositus Ileneñ. electus Gurcensis, Bernhardus de Ror Archiepiscopus Salzburgeñ. pertæsus regiminis, statuerat huic Sixto cognato suo Archiepiscopatum resignare, quod Fridericus Imperator impediuit, significans ei, vt sine suo consensu nemini resignaret, ex Chron. Salisburgeñ. Sixtus posteà factus est Episcopus Frisingeñ. Anno 1473. instituit 12. Chorales: Natum est graue dissidium inter ipsum & Ducem Bauariæ Albertum, propter translationem & vnionem duarum Collegiatarum Ecclesiarum, in Schliers & Illmunster, ad D. Virginem Monacum, cui se hic Sixtus Episcopus tanquam Ordinarius vehementer opposuit: Sed Albertus Dux autoritate Pontificia obtinuit. Obiit Anno 1495. in Comitiis Wormatieñ. Frisingam portatus in medio summi Templi sepultus, quod ipse testudine ornauit, nec non arcem montis Frisingensis muro cinxit. eee. 47.

PHILIPPVS Palatinus Rheni, filius Philippi Electoris, &c. factus est Episcopus post mortem Sixti, repudiato propter iuuentutem eius fratre Ruperto electo fff. 48.

electo seu postulato Episcopo, & hoc per dispensationem Pontificiam, Anno 1499. Eodem Anno Heinricus Prueschinck Comes de Hardeck, vendidit Ecclesiæ Frisingen. castrum Massenhausen cum suis Hofmarchiis ac pertinentiis, cum ratificatione Alberti Ducis. Rupertus autem duxit vxorem, filiam Georgij Ducis Boiariæ. Præfuit Philippus vsque ad annum Christi 1540. factus est quoque Episcopus Naumburgensis in Misnia, Anno 1517. optimus ac prudentissimus Princeps, nec non bonus Oeconomus, amplior ac electorali dignitate dignus. Qui castrum Frisingense multis nouis ædificiis, ac fonte saliente ornauit, atque infra Castrum, versus vrbem, egregiam domum de nouo extruxit, Neupavv dictam, animo cedendi fratri suo Heinrico, & ibidem reliquum vitæ quietè transigendi, sed præuentus est morte, &c. Anno 1540.

ggg. 49. HEINRICVS † Comes Palatinus, Administrator Wormatiensis, & Præpositus Ellvvangensis, Coadiutor Philippi fratris, post cuius mortem factus est Administrator Frisingensis, vir probus ac perbenignus erga omnes, quæ ferè omnibus Palatinis peculiaris ac innata virtus est. Obiit Anno Domini 1554.

hhh. 50. LEO, † Augustini Leschij, I.V.D. & Cancellarij quondam Monaceñ. ex Francia oriundi, & Annæ Nobilis de Tann, Altmülensis filius; Ipse quoque. I.V.D. Canonicus Frisingeñ. fit Episcopus post Heinricum, vir industrius, ac in negotiis Frisingeñ. Ecclesiæ valde exercitatus ac peritus, Principibus Bauariæ, Wilhelmo, Ludouico ac Alberto charus, quorum fauore ad hanc dignitatem non leuiter promotus. Cùm annos quinque quietè gubernâsset, obiit Anno 1559. 15. Aprilis, sepultus ibi in Ecclesia Maiori.

iii. 51. MAVRITIVS, † Nobili Sandizellorum familia natus, maioribus votis Capituli electus, cùm æmulum haberet Vitum à Fraunberg, Præpositum Frisingensem. Hic bonum Oeconomum præstitit, vltra 30. Millia aureorum æris alieni persoluit: Turrim alteram summi Templi igne vnà cum campanis exusta, vnà cum Capitulo refecit: Tandem, cùm annis sex gubernâsset, resignauit Episcopatum Capitulo, retenta sibi annua pensione. In eius locum electus est Illustrissimus Princeps Ernestus, Dux Bauariæ, filius Ducis Alberti, inter fratres suos iunior. Accidit autem, vt pridie eius diei, quo Mauritius Ernesto ex arce cedere, ac in quandam Episcopalem domum, in vrbe Frisingensi inferius sitam, commigrare proposuisset, ipse in balneo arcis Apoplexia tactus, repentè moreretur, non in leue Successoris, ac Ecclesiæ commodum. Nam & pensione annua, & ea quidem satis graui liberati aliquot Millia aureorum, vnà cum non spernenda suppellectili in arce relicta, Duci Ernesto ac Capitulo ex more veteri cesserunt, quæ, si in alteram domum fuissent translata, ad propinquos suos ac hæredes pertinuissent, &c. Obiit Anno Domini 1565. 16. Octob. sepultus in Ecclesia Maiori.

52. ERNESTVS, † Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, filius Alberti, post resignationem Mauritii Episcopi, fit Administrator Frisingensis; paucis pòst annis postulatur ad Ecclesiam Hildesianam in Saxonia, &c. Princeps egregiè doctus, Italicæ linguæ (nam per biennium ferè Romæ egit) nonminus quàm Latinæ peritus; Præest adhuc hoc 1581. anno, quo etiam Leodiensis Episcopus electus ac confirmatus est. Omnipotens & animum & conatus suos, ad gloriam sui nominis, ad vtilitatem Catholicæ Ecclesiæ, ac animæ suæ, diuina sua gratia, dirigere velit. AMEN, &c.

IN NO-

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS, Amen. FRIDERICVS, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus; Quanquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea, quæ legitimè geruntur, nulla valeant refragatione conuelli, ne qua tamen rei gestæ possit esse dubietas, nostra debet Imperialis auctoritas præcauere. Nouerit igitur omnium Christi Imperiique nostri fidelium præsens ætas, & successura posteritas, qualiter nos, eius cooperante gratia, à quo cœlitus in terram pax est missa hominibus, in Curia generali Ratisbonæ, in natiuitate S. Mariæ celebrata, in præsentia multorum religiosorum & Catholicorum Principum, litem & controuersiam, quæ inter dilectissimum Patruum nostrum Heinricum, Ducem Austriæ, & charissimum Nepotem nostrum Heinricum, Ducem Saxoniæ, diu agitata fuit, de Ducatu Bauariæ, hoc modo terminauimus: Quòd Dux Austriæ resignauit nobis Ducatum Bauariæ, quem statim in beneficium concessimus Duci Saxoniæ. Dux autem Bauariæ resignauit nobis Marchiam Austriæ, cum omni iure suo, & cum beneficiis omnibus, quæ quondam Marchio Lupoldus habebat, à Ducatu Bauariæ. Ne autem in hoc facto minui videatur honor & gloria dilectissimi Patrui nostri, de consilio & iudicio Principum, Vladislao, Illustri Duce Bohemiæ sententiam promulgante & omnibus Principibus approbantibus, Marchiam Austriæ in Ducatum commutauimus, & eundem Ducatum, cum omni iure, præfato Patruo nostro Heinrico, & prænobilissimæ vxori suæ Theodoræ in beneficium concessimus, perpetuali iure sancientes, vt ipsi & liberi eorum post eos, indifferenter filij & filiæ, eundem Ducatum Austriæ hæreditario iure, à regno teneant, & possideant. Si autem prædictus Dux Austriæ, Patruus noster, & vxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eundem Ducatum affectandi, cuicunque voluerint. Statuimus quoque, vt nulla magna vel parua persona, in eiusdem Ducatus regimine, sine Ducum consensu vel permissione, aliquam iustitiam præsumat exercere: Dux verò Austriæ de ducatu suo aliud seruitium non debet Imperio; nisi quòd ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bauaria euocatus veniat; nullam quoque expeditionem debeat, nisi fortè quam Imperator in regna vel prouincias Austriæ vicinas ordinauerit. Cæterùm vt hæc nostra Imperialis constitutio omni æuo rata & inconuulsa permaneat, præsentem inde paginam conscribi, & Sigilli nostri impressione insigniri iussimus; adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hæc: Pilginus, Aquilegiensis Patriarcha, Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, Otto Episcopus Frisingensis, Cunradus Episcopus Patauiensis, Eberhardus Episcopus Babenbergensis, Hartmannus, Episcopus Brixinensis, Hartvvicus Episcopus Ratisbonensis & Tridentinensis, Dominus Welpho, Dux (Spoletæ) Conradus frater Imperatoris, Fridericus, filius Regis Cunradi, Heinricus Dux Carinthiæ, Marchio Englbertus de Istria, Marchio Albertus de Baden, Diethpoldus Marchio de Voheburg, Heinricus, aliàs Hermannus, Comes Palatinus Rheni, Otto Comes Palatinus (scilicet de Witelinespach) & frater eius Fridericus, & alij quàm plures. In teutonico priuilegio verò quoque sequentes testes inscripti sunt, Gebhart/Graf von Sulzbach/Engelbrecht/Graf von Hall/Gebhart/Graf zu Burckhausen/vnd vil anderemehr. Signum Domini Friderici Imperatoris inuictissimi.

EGO RHEINALDVS, Cancellarius vice Arnoldi Moguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarij, recognoui, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore in Christo. Datum Ratisbonæ 15. Calendas Octobris, Indictione quarta, Anno Dominicæ incarnationis M.CLVI. Anno Regni eius quinto, Imperij secundo. Amen.

B. IN NOMINE SANCTÆ & indiuiduæ Trinitatis. FRIDERICVS diuina fauente clementia, Romanorum Rex, & semper Augustus, dilecto Patruo suo OTTONI Frisingensi Episcopo, eiusque Successoribus canonicé substituendis in perpetuum; Ex quo diuina benignitate Romani Imperij gubernacula tenemus, dignum est, vt eius opitulatione, quantum possumus, quieti temporum, & paci Ecclesiarum curemus prouidere; Ita enim & in præsenti commissum orbem pacificè gubernari, & in futuro à Rege Regum sempiternæ retributionis præmio donari speramus.

INDE EST, quòd controuersiam, quæ inter te, charissime Patrue, qui in præsentiarum Frisingensis Episcopatus geris dignitatem, & Nobilissimum Consanguineum nostrum HENRICVM, Ducem Bauariæ & Saxoniæ, super foro apud Fergen & München, dignoscitur agitari: Ita coram nostra & Principum præsentia decidere curauimus, vt deinceps omnis contentionis, quæ ob hanc rem inter vos haberi posset, sublata credatur occasio. Huius autem transactionis, vtriusque vestrum assensu & voluntate celebratæ, talem fuisse tenorem, præsentibus innotescat & futuris; forũ, quod esse solebat apud Veringẽ & Pons, ad Teloneum, de cætero iam ibidem non erit, neque moneta; in eius autem rei recompensationem, Consanguineus noster HEINRICVS Dux Ecclesiæ Frisingensi contradidit tertiam partem totius vtilitatis, quæ peruenire poterit, de Teloneo fori sui apud München, siue in tributo salis, siue aliarum rerum magnarũ vel minutarum; seu venientium, seu inde redeuntium; Telonearium verò, aut suum habebit vterque vestrum pro beneplacito suo, aut si hoc visum fuerit, ambo vnum, qui teneatur vtrique vestrum ad respondendum, de moneta similiter erit tertiam, quod partem eius pensionis Episcopus accipiat, duæ in vsus Ducis concedant. Hoc autem fideliter ex parte Ducis laudatum est, vt sine dolo & malo ingenio singula hæc Ecclesiæ Frisingensi in perpetuum absque contradictione persoluentur; moneta tamen ad arbitrium Ducis locari debebit. Deniq; monetam Frisingensem ad voluntatem suam locabit Episcopus tertiam tantum suæ redditionis partem Dux habebit nomine feudi, concessurus, sicut & modò concessit, cuilibet. Hoc ipsum siue multum siue parum ad petitionẽ Episcopi. Statuimus ergo, & præsentis instrumenti pagina roboramus, vt huius conuentionis hinc inde pari conniuentia factæ ratum & inconuulsum, omni tempore manceat firmamentum, & vterq; vestrum, quod accipit, teneat & quietè possideat, vestris vestrorumque Successorum vsibus iugiter profuturum.

PORRO ne huius facti memoria futuris quibusque temporibus obliteretur, scripto Notarij ac Sigilli nostri impressione muniri, manuque propria, vt infrà apparet, corroboramus; Testes quoque, qui aderant, subternotari fecimus, quorum nomina hæc sunt; Arnoldus Maguntinensis Archiepiscopus, Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, Gebhardus Wirtzbergensis Episcopus, Hermannus Varden Episcopus, Conradus Augustensis Episcopus, Eberhardus Babenbergensis Episcopus, Fridericus Dux Sueuorum, Hermannus Marchio de Lusitz, & frater eius Heinricus. Signum domini Friderici Romani Imperatoris inuictissimi. Ego Reinaldus Cancellarius, Vicedomini Moguntineñ. Archiepiscopi, & Archicancellarij recognoui.

DATVM Augustæ 18. Calend. Iulij, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo, centesimo, quinquagesimo octauo, Indictione sexta, regnante Friderico Romanorum Imperatore Augusto, Anno Regni eius septimo, Imperij verò tertio, &c.

In

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, FRIDERICVS, Dei gratia, Romanorum Imperator, & semper Augustus; Quæ imperiali statuuntur auctoritate, literis competit annotari; Ne vel transeuntium temporum antiquitate in obliuionem deueniant, vel prauorum hominum, fraudulentis machinationibus, indignam sui mutationem incurrant. Nouerint igitur vniuersi tam præsentis, quàm post futuræ ætatis fideles imperij, qualiter dilectus noster Adilbertus, Frisingen. Episcopus, ad Maiestatis nostræ præsentiam accedens, humiliter nobis conquerendo significauit: Quòd Nobilis vir, Heinricus de Brunsvvick, quondam Dux Bauariæ & Saxoniæ, forum in Vergen cum ponte, quòd Ecclesia sua à longè retractis temporibus quietè possederat, destruxerit, & illud in villam München violenter transtulerit. Cuius siquidem rei veritas, & si nostræ constaret Serenitati; ipse tamen eam septem legitimis testibus, in nostra comprobauit audientia; sunt autem hi, Conradus Salzburgen. Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Episcopus, Berchtoldus Marchio Istriæ, Gebehardus Comes de Sultzpach, Otto Palatinus Maior, & frater eius Otto Minor, Fridericus Burggrauius. Consequenter igitur super eadem causa à Principibus Curiæ nostræ requisita sententia, iudicatum est; Quòd præfati Heinrici factum temerarium in irritum ducere imperialis deberet auctoritas. Quocirca secundùm iuris tenorem, translationem prædicti fori in vacuum reuocantes, ipsum forum cum ponte memorato fideli nostro Episcopo Frisingen. suisque Successoribus restituimus, & præsentis scripti priuilegio eis & suæ Ecclesiæ in perpetuum confirmamus. Item ad instantem prætaxati venerabilis Episcopi postulationem ex indulgentia Imperialis Clementiæ permisimus, & beneuolo approbamus assensu, vt prædia quæcunque sumptibus suis ipse conquisiuit, pro libitu suo Ecclesiis, vel aliis religiosis locis, seu ad Altaria qualibet possit contradere, & de eorundem prædiorum redditibus pro suo arbitrio ordinare. Et vt hæc nostra constitutio in omne æuum rata permaneat & inconuulsa, præsentem paginam in memoriam facti conscribi fecimus, & Maiestatis nostræ Bulla communiri: Testes huius rei prædictus Conradus Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Episcopus, Berchtoldus Marchio Ystriæ, Otto Palatinus Maior, Otto Palatinus Minor, Gebhardus Comes de Sultzbach, Fridericus Burggrauius. Item alij testes, qui eidem negotio intererant, Diethpoldus Patauiensis Episcopus, Heinricus Curiensis Electus, Gaffiodonius Mantuensis Episcopus, Gottfridus Cancellarius, Ruodolphus Notarius, Romanus Præpositus Haluerstatensis, Heinricus Burggrauius, Siboto Comes de Nuivvenberg, Heinricus de Altendorff, Degenhart de Halonstain, Chunrad Burggrauius de Nürenberg, Fridericus de Druchendingen, & frater eius Albertus, Amelbrecht de Lochhusen, Heinricus Marschalck de Pappenhaim, Burckhardus Camerarius, Atzo Camerarius, Regilo Camerarius, Rudolphus de Waldecke, Heinricus Fœlix puer, Adilolt de Dornbach, Englvvan de Achdorff, & frater eius Heinricus, Ruodolphus de Ried, Hartuicus Marscalcus, Berchtoldus de Reichershausen, Sibot de Holtzhausen, Wolpherus de Holtzhausen.

EGO Gotfridus Imperialis Aulæ Cancellarius, Vicedomini Christiani Maguntinæ Sedis Archiepiscopi, Germaniæ Archicancellarij, recognoui, &c.

SIGNVM Domini Friderici, Romanorum Imperatoris inuictissimi, &c. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXX. Indictione XIII. regnante Friderico, Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni eius XXIX. Imperij verò XXVI. Datum Ratisponæ in solemni Curia 3. Idus Iulij, fœliciter. Amen.

ADDITIONES.

EPISCOPI FRISINGENSES.

a. *Certiora Auentini commentis scituque digniora tradidit Dn. Marc. Velserus, Boicar. rerum. l. p. 256. quæ paulò post recitabuntur. Vid. etiam P. Rader. de SS. Bauar. Tom I. pag. 62. b. Non potuerunt nebulones scelestissimi, Magdeburgenses, inquam, Centuriatores ab hoc sancto linguis suis petulantib. & spurcissimo calamo temperare. Cent. VIII. col. 787 & col. 883 sed nil vnquam damni inferent Erebi ergastulis constricta mancipia aut S. Corbiniano, aut cuiuis alteri cælitum consorti.*

b. *Non Ottonis Frisingen. Episcopi hæc esse, sed eidem ab alio quopiam assuta fuisse, manifestè arguit diuersitas Codicum, tàm MM SS. quàm typis excusorum; de qua re consulat, qui volet, editionem nostram.* Ottonis.

c. *De hac renunciatione dicentur infrà suo loco plura.*

d. *Catalogus M S. Episcoporum Frisingen. de S. Corbiniano inter cætera isthæc habet.* Notum sit omnibus, quod quamuis vir ille Dei S. Corbinianus Episcopus Frisingen. Ecclesiam primus irradiauit sanctissimæ vitæ suæ exemplis ac documentis: attamen in ipso monte Frisingen. dudum circa annum 444. Ecclesia in honorem B. Virginis constructa fuisse dinoscitur. ex quo consequitur eandem in Frising. fuisse primam; & non Capellam S. Petri, vt quidam simplices asserunt; quam Erchembertus qui ibidem sepultus est, construxit. S. autem Corbinianus à B. Gregorio III. Vrbis Romæ Episcopo præsul ordinatus ad gentes destinatur. Hic itaque Bauariam veniens, à Thassilone Duce, eiusque filio Theodone benignè suscipitur: montem Frisingen. accepit, qui tamen syluis circumseptus, quasi Venatorum specula fuisse asseritur, vbi primò Ecclesiam, quæ vsque hodie cernitur in honorem B. Benedicti construxit, ac Monachorum ibidem sacrum conuentum habitaculaque idonea adunauit.

e. *Non abs re videtur, Vitam S. Corbiniani, à doctissimo Velsero IV. Rer. Boicar. libro delineatam, hic inserere. Sic verò habet.*

CORBINIANVS ea ætate (THEODONE quinto, huiusque filiis, THEODIBALDO, aut Theodoaldo nimirum, GRIMOALDO, & HVGIBERTO Baioariam moderantibus) pietatis studiis apud Gallos floruit. In Melitonensi agro natus, quem nomen à Meloduno Senonum vrbe, vt est apud Cæsarem, corruptè traxisse suspicor, monasterium ad sancti Germani ecclesiam condiderat; vbi cum annos quatuordecim vixisset, crebrescente sanctimoniæ fama; quotidianis omnium ordinum adibatur concursibus, quà consilium & orationes poscentium, quà munera inter egenos partienda afferentium, nam & Pipinus Heristallus Equitum magister, cuius maxima secundum Reges apud Francos auctoritas, miserat hominem ex suis primarium, qui Corbiniani precibus illum submissè suppliciterque commendaret. Vt ex quietis tranquillitatisque portu, quem secessu petierat, in medios iam hominum negotiorumque æstus videretur reuectus. Offensus ea re, & interpellantium frequentiam impedimentum ad beatiorem vitam interpretatus, Romam abit, solum aliquem ad diui Petri basilicam angulum à Pontifice impetraturus, quo cum suis latitans, vita sanctè instituta, vni Deo vacaret. Votis ad Apostoli ædem factis, sese ad pedes Pontificis abiicit, copiosa oratione rationem itineris, quidque quas ob caussas petitum venisset prosequens. Gregorius, ab homine quantumuis diserto, in quam partem rogabatur flecti non potuit, in aliam vltrò motus est; animaduer-

Cæs. l. 7. de bel. Gall.

Falsum est Otho Frisi. l. 5. c. 24. Corbinianum ad tempora Pipini Regis referens.

& sim-

so enim, quam mirifica contentione omnibus pietatis exemplis exercitus, pura & simplici mente in Deum ferretur, cum ea exterius accederent adminicula, quibus omnis & ætas & sexus caperetur, insignis oris facundia, morum incredibilis candor, faciles suauesque congressus, intellexit eum altius euectum, egregios & vberes fructus esse laturum. Nec mora, promotum per sacrorum ordinum gradus, Episcopum creat, addito honoris caussa pallio, & sacra benedictione amplissima formula, quâ exercendæ dignitatis vbicunque terrarum fieret potestas. Pontificis imperium detrectare non ausus, contra quam sperarat, nouum in Galliam onus inuitus & coactus retulit. Ita verò gessit, vt priorem sanctimoniæ opinionem miracula diuinitus edita exaugerent, illumque vulgò etiam, sed apud pios præcipuè, in magna admiratione & laude ponerent, supplices & munera indies copiosius circumfluerent. Quo homo ab omni ambitionis & auaritiæ specie longè abhorrens, ad repetendum Melodunense latibulum compulsus est. Ibi septennio circiter acto, res eodem rediit, tanta virtus nullis parietibus cohiberi poterat, famâ quo studiosius pressa, magis magisque erumpente, & adeuntium coitiones fiebant iam prope turmatim. Romam ergo quò prius animo, sed clam deuio & insueto aliquo itinere regredi cogitat, ne si recto consilium emanaret. Hæc in Germaniam deflectendi caussa. Vt ad Boios venit, quos Noricorum nomine Aribo appellat, plerorumque ruditatem miserans, officij delati memor, verba de rebus diuinis sæpe vtiliter in publico fecit. Rumor breui Theodonem attigit, qui quoscumque sacerdotes com iter excipere solitus, peregrini Episcopi desiderio magnopere incensus, eum ad se vocat, & coràm omnia supra quam sermonibus celebraretur expertus, quibus potest precibus contendit, Boicam de cetero sedem legat, sibi, ne obtemperasse aliquando pœniteat, curæ fore. Assensus exprimi non potuit, muneribus itaque onustum dimittit. Nec de Theodone quidquam post illam diem, quod extet, proditum. Ab eo ad Grimoaldum filium ventum, cui pars prouinciæ in Italiam vergens obtigerat, regiâ Frisingæ constituta. Non minori ibi siue principis siue popularium gratulatione acceptus, ad primum virtutis doctrinæque gustum, maiori etiam contentione, vt subsisteret, rogatus est. Grimoaldus omnibus modis blandiendo, supplicando, hæreditate quin inter liberos pollicitâ, insistere, ne se abiens desereret. Cum nihil exoraretur, nec inuitum retinere placeret, amplis item donato muneribus, comites additi, qui ad Italiæ fines honorificè deducerent, simul Venustiæ vallis reliquisque circa populis, ipso inscio imperarent, Româ reuertentem obseruare, ad regiam reducendum. Nox euntes inter aspera alpium in campis ad syluam, Breonum regione oppresserat, cum equum clitellarium incustoditum ab vrso raptum dilaniari contigit; tum Corbinianum sarcinam, quæ prius iumenti fuerat, vrso imponi iussisse ferunt, paruisse belluam, syluestri ingenio deposito, vicaria opera toto reliquo itinere functam. Illustre visum miraculum, dignum inter multa, quod posteritatis memoriæ imaginibus additum repræsentaretur. Inde Tridentum Ticinumque progressus, traiecto Pado iter per Hetruriam Romam tenuit. Vbique signa, quæ quam Deo charus esset ostenderent, edita. Luitprandus Rex eunti redeuntique, quantum maximum potuit honorem habuit, vt neque ad genua accidere, neque secius orationibus perquam demissè committere, infra Regium fastigium putauerit. Romæ Gregorius appellatus, de concilij sententia perstitit respondere, non placere Episcopum priuatam & residem in monasterio vitam ducere, neque munus, quod omnibus precibus orabat, abdicare, quin feliciter cœptum, pari cura prosequeretur, & eo rediret vbi plurima bonæ frugis spes esset. Adiecta insuper certa & dilucida sacrarum

Arenpek. l. 6. c. 17. Maias Meranam, qua ad Athesim est, interpretatur.

litterarum testimonia, quibus hæc ipsa confirmabantur. Auctoritate & argumentis victus, cum aliquot dies Pontificis beneuolentiæ dedisset, accepto commeatu quà ierat reuertitur. Vt Tridento Maias, Boicæ tum ditionis primum ab Italia castellum, venit, castellanos non fefellit, iussus subsistere dum Grimoaldum consulerent. Ille interim occasionem sequutus, sancti Valentini Episcopi corporis reliquias veneratur. Valentinus enim Batauis olim pulsus, lætiori successu in Alpes delatus, ecclesiam Maijs condidit, in qua mortuum humauere, ibi tunc Corbinianus supplicauit. Et montanam proximam regionem per otium lustrans, solo syluis frugibusque læto capiebatur, auro inprimis loco delectatus, cui incolæ Camina nomen fecerant, Timone & Finali amnibus vtrimque irriguo, de quo iam tunc mercando, & exstructo tuguriolo rebus diuinis destinando cogitabat. A Grimoaldo reuersi nuntiant, principem in summa eius exspectatione esse, sibi adducendi negotium delegatum, quod vt ipso volente propitio exequerentur, venerabundos rogare. Doluit latere non potuisse, cum verò dissimulandi locus nullus restaret, inuitus assensus est. Theodibaldus Corbiniano Romam profecto, fato concesserat: PILIDRVDE vxore relicta, Franca origine, forma & nobilitate præstante; quam Grimoaldus adamatam, spreta fama, & calcata fraterni thori reuerentia, iustæ coniugis loco domi habebat. Vt resciuit Episcopus, auersatus scelus, præmittit qui semel diceret, se in principis conspectum neutiquam venturum, quam diu probrum illud ei hæreat, graui addita inter cetera Pauli Apostoli verbis comminatione, neque adulteros neque fornicatores regnum Dei possessuros. Prope fuit vt procax fœmina veterem Herodiadis tragœdiam repeteret, & recentia Alpeidis in Lambertum, Geilæ in Chilianum exempla erant ante oculos, nam constitit agitata esse id genus consilia, non ignaro periculi Corbiniano, apertè professo, se Ioannis factum imitantem, nisi quod Herodes vxorem fratri viuenti tulisse creditur, eiusdem exitium non perhorrescere. Pergebat nihilominus ablegatis amicis monere, obtestari, tantum piaculum quamprimum à se amolirentur, variè ostentata spe veniæ ad meliorem mentem redeuntibus, & quæ pœnarum supplicia peruicaces breui manerent. Quadraginta dies contentio tenuit. Mollitis tandem animis, affuere ad pedes Episcopi ambo coniuges, humi passis brachiis strati, peccatum confessi detestatiq; & diducturos incestum matrimonium, & quæ præterea iuberet omnia facturos polliciti. Cruce signatos expiatosque subleuat, multa monens quam in posterum viuendi rationem orando, ieiunando, pauperibus largiendo, insisterent. Cibum inde vna capientibus, Caminæ mentio iniecta, Grimoaldus facile in rem præsentem venire persuadetur, & amœnissimum terrarum tractum pretio à dominis redemptum, ecclesiæ S. Mariæ virginis Frisingæ, quæ Episcopo sedes destinata, contribuit. Arenpekius Christianorum basilicam à Maximiliani martyris ætate id loci stetisse prodidit, Maximilianum autem Cari & filiorum imperio vixisse, supra dictum. In Camina Corbinianus templum sanctorum Valentini & Zenonis memoria celebrè ædificat, vitem circa & frugiferas arbores serit, optimum etiam de proximo agrum, Chories nomine, coëmit, erogata pecunia quam à Pipino Heristallo dudum dono acceperat. Illud priscæ interim seueritatis exemplum edit, quod quam à nostrorum morum remissione abit, tam vereor, ne parum fidem inueniat; Vt mensæ assederat, sollemni formulâ bene epulis precatus, principem cani panis frustum animaduertit proijcere, tum sella indignatus exiliens, quæque parata erant propellens, argento humi voluto sese foras proripit, indignos sacra benedictione clamitans, qui canes ea dignos crederent, sibi constitutum & cibo & cura illius domus de cetero abstinere. Pilidrudi

Pilidrudis.

1. Cor. 6.

S. Lambertum passum an. 609. S. Chilianum anno 698.

Otho Frisi. Ecclesiam S. Benedicto dedicatam fuisse scripsit, sc. quod monachi Benedictini incolerent. Arenpek. l. 2. c. 18. & pag. 175.

litrudi diuortium ægrè ferenti, cùm ira & libidine succensa omnem nocendi aditum quæreret, plana & prompta visa occasio, & Grimoaldū irritatum erat verisimile, tum illa vrgere, nihil iam reliquum, tentatam à præsule principis patientiam atroci & insignita iniuria, quam quo animo ferat multum multùmque referre, si segni & remisso, omnibus apparituram alibi nomen imperij, alibi vim & potestatem esse, secus si maiestati pares iras gerat, & principalem dignitatem vnius exteri hominis sanguine sanciat. Nihil motus Grimoaldus fœminæ vocibus, misit qui abeuntem clementer sustinerent, ipse cum proceribus statim insequutus, nullo non officij genere satisfaciens vix placatū in palatium reduxit. In colle ad Vrbem Ecclesia Stephano martyri sacra iam tum stabat, quam Corbinianus orationis causa visere solitus: eò cùm aliquando siue valetudine ipse occupatus siue negotiis, reliquum Clerum matutinas Deo Laudes dicturum ablegasset, montem subeuntibus canentium chori clarius clariusque ab Ecclesia auditi, & mirifici splendores tecto fenestrisq; emicantes visi, ingressis, lumen quidem euanuit, suauissimus verò latè odor diffusus tertio demùm die remisit. Episcopus certior de ostento factus, Clerici enim, qui sacro horrore perculsi pars ante vestibulum, pars illo vix superato exanimes conciderant, vt sibi quisque redditus ad eum recurrere, animum ad locum adiecit, & modicas quas incoleret ædes Ecclesiæ conjunxit. Ægrè ferre visum famulitium, ob aquæ præsertim inopiam; nam difficiles in tantam tumuli altitudinem quotidianas subvectiones querebatur. Miseratus ergò vir sanctus solus circumiēs, se qua mons in meridiem vergit, humi abiicit, suppliciterque aliquamdiu orans, terram scipione, quo nitebatur effodit, ibi tanta aquarum vis erupit, vt & colentium vsibus largè sufficeret, & toto abundè cliuo deflueret, quamdiu ille quidem vixit; mortuo per annos amplius quinquaginta, vt temporis ratio rescribere postulat, nam in Aribone quadraginta sunt, aruit, donec relato Frisingam corpore quo miraculum esset testatius, se iterum ostendit, adhuc perennis. Nec eò minus Mariæ Virginis Templum dignitate præstabat. Quo ad vespertinas fortè preces tendenti rusticana mulier veneficij iam antea delata fit obuia, comitabantur viri aliquot onere graues. Interrogata nihil dissimulat, munera ferri Principis liberalitate in se collata, quòd filiolum dæmonū præstigiis propè perditum excantatione saluum & incolumem reddidisset. Raro alias Corbinianus sic visus excandescere, equo se præcipitans, fœminæ in os inuolat, & fœdè mulctatæ dona adimit, inter egenos ad vrbis portam partienda, Grimoaldo, fidem Deo toties mutatam exprobrat. Pilidrudes, vt eam venefica cruenta facie flens atq; lamentans adijt, furenti ipsa propior, humile & abiectum Grimoaldi ingenium aspernari, hanc dicere vnam esse Corbiniani confidentiam, se certiori via manifestarium inimicum vlturum. Ninum ministrorum fidissimum vocat, rem ferro expedire imperat. Et patratum fuisset facinus, nisi Episcopus clam monitus, tectum ea nocte mutasset. Adest summo mane sicarius, domum armatis cingit, Episcopum in cædem deposcit, nec multum tamen quæsitum reperit. Ædibus vastatis, dedecore & ignominia oppletus, ad dominam reuertitur. Corbinianus ad Christi præscriptum persequentes fugiens, prouincia excedit, Maias vna cum clero profectus, huius enim castelli imperium ad Langobardos reciderat, inter ea quæ Liutprandum Boijs abstulisse supra dictum. Principi simul per certum hominem denunciat, pœnas morte persoluendas exspectaret, & Pilidrudem ea ruina collapsuram sciret, quam vltrò innocentibus strueret. At Grimoaldus muliebris flagitij agebat ignarus, neque de Episcopi abitu adhuc cognouerat. Nuntio excitatus, propere ablegat qui orent, deprecentur, obtestentur, omnia faciant, vt quibus possint precibus, quacumque conditione, re-

Matth. cap. 10.

Ann. Post Chr. Nat. DCCXXII.

Annal. Fuld. Herman. Aim. l. 4. c. 52.

Ann. Post Chr. Nat. DCCXXIII.

Aimoin. ad Danubium vsque decessit, illoque transmeato fines Baugarenses occupauit. Subacta regione illa cum thesauris multis, & cum matrona Plectrude (quondam vxore patris sui Pippini) & nepte sua Sonichilde, regreditur, glossema videntur verba quæ parenthesi tota inclusa, absunt enim ab appendice Gregor. c. 108.

DCCXXVIII

DCCXXIX.

ne reditum euincant. Nequicquam. Responsum Iezabelis cauendas insidias. Designata Pilitrude Iezabelis nomine, quæ itidem prophetas olim feralibus odijs persequuta. Nec morata vindicis numinis ira se exserere. Carolus Martellus Francorum Princeps, anno post Christum natum septingentesimo vicesimo secundo, traiecto Danubio in Boios mouit. Scriptores, vt nuda fere est omnis eo sæculo historia, nec caussam expeditionis, nec euenta tradunt: nisi quod duro & difficili bello Francum victorem defunctum esse conuenit. Pace constituta, sequenti statim anno rebellatum, & rebelles iterum victi. Tum gaza ingens de Boijs parta, Pilidrudes cum Sonichilde nepte, inter victoriæ præmia abducta. Ita Gregorianæ appendicis scriptor auctor est: nam in Aimoino Plectrudis nomen, astuto etiam glossemate, perperam pro Pilidrude legitur, quod vtique Æmilium, diligentem scriptorem, neque eum tamen solum, fefellit. Aribo Pilidrudem Carolum in Galliam sequutam scripsit, post fastiditam, eo miseriarum recidisse, vt quo diuturniore supplicio scelerum pœnas expenderet, dignitate & bonis exuta, vitam per extrema quæque ducens, veluti piaculare ostentum asello circumuectaretur, in Italiam tandem incertis erroribus delatam, infelicem ibi animam exhalasse. Et liberos paterna hereditate excidisse, matris fortuna per varias ærumnas ætatem pressos. Infans qui magico carmine lustratus visus reualescere, exspirauit. Grimoaldus coniuratorum factione percussus, Ninus fœda & infami morte, dum aluum leuat lancea traiectus, periere. Et vindicta hactenus constitit. Domestici annales Grimoaldi mortem in annum septingentesimum siue octauum siue nonum referunt. Ex Theodonis filijs Hugibertus supererat, solus iam Boicæ potens. Cui benignè & humaniter reuocanti, Corbinianus non difficulter paruit, summo quo merebatur honore ab eo habitus; sacri lauacri fœdere coniunctos fuisse, Aribo prodidit, credo quod Principis liberos Episcopus tinxerit. Mortem vt ex propinquo imminere animo præsensit, tam quidem certè & distinctè, vt diem, & omninò horam familiaribus notaret, Erimbertum fratrem ad Liutprandum Regem legat, orat auctoritatem interponat, qua Maiensium prædiorum possessio Frisingensibus sit perpetua, mortui cadauer, quod S. Valentino dudum commendauerit, inibi condi patiatur. Alium ex discipulis ad Hugibertum mittit, qui in eandem sententiam, cadauer Maias deferri roget. Octauo post die, lotus rasusque sacram vestem induit, sacrificium offert, & mysterijs perceptis domum redit, vbi cum vinum poposcisset, vix gustato, fronteque cruce signata, extremum spiritum, nulla cum doloris significatione reddidit. Funus à ministris Frisingæ ad D. Mariæ curatum. Apparuit Deo cordi esse supremam morituri voluntatem non negligi. Totos triginta dies continens imber, inter vehementes procellas depluit. Tum Hugibertus corpus exhumari mandat, quo viuus iusserat deuehendum. Integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quam aut mortuo aut ægrotanti similius, & fuere in magna hominum ad spectaculum confluentium turba, qui viuere crederent, moto, calidus de naribus sanguis fluxit, quem fictili exceptum, in castello quod hospitium proxima nocte præbuit, terra condidere. Maijs Langobardicum præsidium, insidias à Boijs veritum, funus non nisi ostenso Liutprandi diplomate admisit, tum quoque loculo scrutato, stragula sudariumque capitis vt euoluere, cadauer spirantis habitu conspectum, & integer iterum sanguis naribus manauit. Accessere alia tum in itinere tum Maijs miracula. Vt ad S. Valentini humatus, triduo post intempesta nocte in ea ipsa Ecclesia visa candidissima funalia tanto splendore exardescere, vt diem vincere crederentur, & iucundissimus odor fusus est. Annum Septingentesimum tricesimum annales numerant.

Con-

Concordat cum annis Episcopatus Erimberti M. S Catalogus. De distincta in partes vias, seu, vt hodie loquimur Diœceses, prius quam, quæ sub hoc Episcopo Eriberto seu Erimberto contigerunt, ex libro Tradit. Frising. desumta, hic inseramus, non abs re videtur Marc. Velser. audire, qui Rer: Boicar: lib. V. pag. 272. rem sic persequitur. g.

HVGIBERTVS sequenti anno (*post. Chr nat. DCCXXXIX.*) vita functus, VTILONEM, siue Otilonem aut Odilonem, incompertum an ex se natum, ceterum ingentis spiritus principem, successorem habuit. Erenuolfo quamuis repressō, multæ adhuc eius generis pestes tota prouincia volitabant: pars se Episcopos mentiri, pars presbyteros, alij alia, vt cuique commodum, fingere, ecclesias peruertere, populum, vulgus enim nouando inprimis capitur, seducere. Sedes sacræ per Boicam habebantur quatuor, Laureacum siue Bataua, Salisburgum, Frisinga, Reginoburgum. Sabionæ ratio non habita, quod Langobardicum imperium respiceret. Nuenburgum Reginoburgo credo accensa. Verum ex nec continentibus Episcoporum successionibus, nec certa finium descriptione satis constitutæ. Soliti præterea Pontifices Romani legare homines persæpe exteros, magna & excellenti virtute, Corbinianos & Bonifacios puta, qui Episcoporum munere vbique liberè sine exceptione fungerentur. Fraudatoribus dolo obtegendo vtraque caussa seruiebat, posterior maximè, quo peregrini & ignoti facilius irreperent, Pontificiam missionem credulis persuadebant, si qui præsertim Britanni, fuci eiusdem cum apibus patriæ consortes essent, quod ipsum superior Gregorij epistola innuit. Vtilo tantam & tam latè patentem, tamque perniciosam improbitatem coercendam ratus, Bonifacij opem implorat. Is Roma reuersus, commodum apud Luitprandum Ticini hærens, statim vocatus affuit, & omni Boica perlustrata, impuros nebulones profligauit, populum prauis opinionibus corruptum, Christianis mysterijs ab ipsis iterum rudimentis instituit. Multum ei rei operæ multumq; temporis impensum. Vt fructus responderet, & ne res ad hanc aliquando perturbationem relaberetur, placuit sedibus quorum nomina posuimus, quod vacarent pleræque, Episcopos, Vtilone & optimatibus volentibus, præficere, cum iurisdictionem, descriptis diœcesium limitibus distinguere. Salisburgensibus post Rupertum & Vitalem, deinceps Ansologus, Sauolus, Ezius, Flobargisus præfuerant, Abbates omnes monasterij Petri Apostoli, quod Rupertus in ea vrbe instituit: tunc quoq; Ioannes inde datus est. Frisingensibus Erimbertus, Corbiniani nuper defuncti frater. Reginoburgo Boiorum regiæ, Gaubaldus siue Garibaldus. Laureacensis & Batauensis Episcopatus coaluerant paullatim. Philoni & Brunoni vnus Theodorus successerat, Theodoro Viuilum siue Viuilonē Gregorius non ita dudum surrogarat, quem excisa ab Hunnis Laureaco, sub Hugiberti demum mortem, sacra sacerdotesq; in Bataua transtulisse auctores habeo. Bonifacius de Viuilo, qui vnus legitimus in Boica esset Episcopus, nihil mutauit, diœcesim perinde ac reliquas descripsit. Visum Pontifici actorum rationē p epistolā reddere, quæ cū exciderit, capitū argumenta ex rescripto intelligim⁹.

Arenpek. l. 2. c. 23. & manuscr. plerisq. Steindel an. 740. quidam 735. habēt

Cat. Episcop. Salisburg. Hundij & aliorum.

Catal. Bataua: Scriptoris & Hundij, qui tamen, quod Viuilonem à Gregorio 2. an. 721. Episcopum constitutū scribunt, errant.

R.mo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo, Gregorius seruus seruorū Dei.

Doctoris gentium egregij & beati Pauli Apostoli vox est, dicentis: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Agnoscentes itaque in Syllabis fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberauit, & ad centum millia animas in sinu sanctæ matris ecclesiæ, tuo conamine & Caroli Principis Francorum, aggregare dignatus est, sed & in Boioaricorum prouincia quæ à te acta sunt agnoscentes, datori omnium bonorum domino Deo nostro, extensis ad cœlum manibus gratias retulimus: quia ianuam misericordiæ & pietatis in illis partibus Hesperijs, ad

Rom. 8.

 cogno-

cognoscendam viam salutis aperuit, & misit Angelum suum, qui præparauit viam ante te. Igitur quia indicasti perrexisse te ad gentem Boioariorum, & inuenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viuentes, dum Episcopos non habebant in prouincia, nisi vnum nomine Viuilum, quem nos paullò ante ordinauimus, & quia cum assensu Vtilonis Ducis eorundem Boioariorum, seu optimatũ prouinciæ illius, tres alios ordinasses Episcopos, & in quatuor partes illam diuisisti, id est in quatuor parochias, vt vnusquisq; Episcopus suam habeat parochiam: bene & satis prudenter peregisti frater, quoniam Apostolicam præceptionem ex nostra vice mplesti, & sicut tibi præcepimus, ita egisti. Itaq; non desinas frater reuerendissime, docere eos sanctam Catholicam & Apostolicam Romanæ sedis traditionem, vt illuminentur rudes, & viam salutis teneant, per quam possint ad æterna præmia peruenire. Presbyteros autem quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri illi, à quibus fuerint ordinati, & dubiũ est eos Episcopos fuisse, qui eos ordinauerunt, si bonæ actionis & Catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi omnique lege sancta educati, ab Episcopo suo benedictioné presbyteratus suscipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. Illi verò qui baptizati sunt per diuersitatem & declinationem linguarum gentilitatis, si tamen in nomine sanctæ trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem & sacri chrismatis confirmari. Nam Viuilus Episcopus à nobis est ordinatus. Hic si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eũ, iuxta Romanæ ecclesiæ traditionem, quam à nobis accepisti. De Concilio verò, vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ Apostolica auctoritate, te ibidem præsentari. Et in quantum tibi dominus vires dederit, prædicare verbum salutis non cesses, vt religio Christiana in nomine domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro incepti laboris vtilitate in vno morari loco, sed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rarescunt in illis Hesperijs partibus, vbi tibi dominus aperuerit viam salutis, prædicare non desistas. Et vbi locum inueneris, secundum Canonicam regulam Episcopos ordina ex nostra vice, & Apostolicam atq; Canonicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnũ mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo facies plebem perfectam. Non pigeat dilectissime frater, itinera carpere aspera & diuersa, vt Christiana fides longè lateque tuo conamine extendatur, scriptum namque est, arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam. Operare itaque frater opus bonum quod cœpisti, vt in die Christi Iesu merearis dicere, Ecce ego & pueri quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Et iterum: Domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Vt subsequenter merearis audire vocem domini dicentis, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Data IV. Kalend. Nouembris, imperante domino pijssimo Augusto Leone, Imperij eius anno XXIII. sed & Constantini Imperatoris eius filij anno XX. indictione VIII.

Hinc palã est Viuilum non à Gregorio 2 sed à tertio ordinatum esse, quod paullo post iterũ asserta dicit.

Matth. 7.

Matth. 25.

Ad hæc tempora pertinent quæ ex lib tradit. sup: commemorato descripta sequuntur.

Desiderantibus nobis gesta sanctorum Pontificum stili breuitate transcurrere, placuit quoque huic opusculo interserere, qualiter tempore Heriberti præfati viri religiosi, S. Bonifacius episcopatum istum in quatuor diuisit Episcopatus. Huius igitur viri aliqua promeritorum documenta excerpsimus, vt quando se religionis regimine per cunctos ætatis suæ gradus indesinenter rexit, breui videlicet proferamus sermone. Quoniam diutinus sanctorum vsus est, vt cottidie per exempla aliorum se prouehant, & decrescente dierum calculo, crescat in eis intimi virtus amoris. Cumque Ecclesiarum esset non nimia

** quomo'o*

mis in Hassis & in Turingia multitudo exstructa, & singulis singuli prouiderentur custodes, cum etiam tertio propter familiarem Sancti Apostolici Pontificis totiusque Cleri communionem, discipulorum comitatem cætu Romam venit, vt Apostolici videlicet Patris salubri frueretur colloquio, & sanctorum se etiam etate prouectus orationibus commendaret, ac nisi post immensam itineris vastitatem, domino Apostolico Gregorio iuniori se presentaret, benigne susceptus est ab eo, tantaque à cunctis tam Romanis quam aduenis etiam veneratione habebatur, vt multi ad salutarem eius doctrinam confluerent, Francorum etiam & Bauariorum, nec non ex Britannia venientium, Saxonumque & aliarum prouinciarum ingens sedulo eius ammonitioni adherebat multitudo. Cumque non minimum anni spacium in his moraretur regionibus, & sanctorum peragrando atque orando circuisset reliquias, tunc quippe resalutato venerando viro ac sedis Apostolice Pontifice, cum muneribus, & reliquijs sanctorum honorificè ditatus remeauit, Italiamque perueniens Ticine vrbis ingressus est menia, & apud honorandum Longobardorum Regem Liodbrandum iam senio fessis membris requiescebat. Et inde recedens non solum inuitatur Bauariorum ab Hodilone Duce, sed & spontaneus visitat incolas mansitque apud eos diebus multis, predicans & Euangelizans verbum Dei, vereque fidei atque religionis renouauit sacramenta, & destructores Ecclesiarum populique peruersores abigebat, quorum alij pridem falsos Episcopatus pretulerunt gradus, alij etiam presbyteratus se officio deputabant, alij hec atq; alia innumerabilia fingentes, magna ex parte populum seduxerunt. Sed quia sanctus viri am Deo ab infancia deditus iniuriam domini sui non ferens supra dictū ducem, cunctumque vulgus ab iniusta heretice falsitatis secta, & fornicaria sacerdotum deceptione coercuit, & prouinciam Bauariorum Odilone Duce consentiente, in quatuor diuisit parochias, quatuorque his presidere fecit Episcopos. Qua ordinatione scilicet facta in Episcopatus gradum subleuauit. Quorum primus nomine Ioannes Ecclesie in oppido quod dicitur Salzburch Episcopatus Cathedram suscepit. Secundus Erimbertus qui super Frisingensem Ecclesiam speculatorum tenuit principatum. Tertius Gailpach qui ecclesie ciuitatis Regine pastorale excubitorum subijt magisterium. Quartus Wislo qui super Patauiensem ecclesie sacre indagationis obtinuit dignitatem. Cumque omnia confirmato Christianitatis ordine ritè agerentur, & Canonum sunt iura reparata, iam ad proprias remeando redijt ecclesias, populiq; sibi commissi curam gerens, caulasq; gregum circumspiciens, excubias plebum prouidens, oues à nefandis luporum morsibus eripuit. Cumq; Karoli Ducis gloriosi triumphale finitum esset regnum, & filiorum eius Karolimanni & Pipini roboratum esset Imperium, tunc quippe domino Deo oppitulante ac suggerente sancto Bonifacio Archiepiscopo religionis Christianæ confirmatum est testamentum, orthodoxorum Patrum synodalia sunt in Francis correcta instituta, cunctaq; Canonum auctoritate emendata atq; expiata, & tam laicorū iniusta concubinarū copula partim exhortante sancto viro reparata est Ecclesia, quam clericorū nephanda cum vxoribus segregata. Tantusq; in supra dictis ducibus diuine charitatis per doctrinam sancti Bonifacij feruor exarsit, vt plebem quidem à peruersa inolite consuetudinis censura multum liberarent, quæ proprio implicata arbitrio, & hereticorū decepta suggestione ius eterne hereditatis amiserat. Adeò enim spiritalis in populo doctrinæ lucem hereticorum suffocauerat secta, vt tenebrosa heretice deceptionis caligo magnā siquidē plebis obtexerat partem, ex quibus quidem Aldebrecht & Clemens à via veritatis populum pro vana pecuniarum cupiditate seducti iugi auerterent studio. Sed à Sancto Bonifacio Archiepiscopo con-

po consentientibus Karolomanno & Pipino gloriosis ducibus ab Ecclesiæ vnitate expulsi, iuxta Apostolum traditi sunt Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die domini.

h. *Tot annos habet quoq; Catalogus. De hoc Iosepho in lib. Trad. Eccl. Frising. seqētia legūtur.*

Notum est cunctis fidelibus veracisque viris, qualiter dominus Ioseph Episcopus cum multis fidelibus veracisq; viris congregauit & coadunauit rem quæ pertinet ad domū S. Zenonis, quæ ædificata est infra flumen quod dicitur Isana. Aliud acquisiuit dominus Ioseph Episcopus cum pecunia, aliud tradiderunt & donauerunt fideles viri, & ditauerunt domū dei quod supra diximus, & S. Zenoni tradiderunt partē terrestriam, vt acquirerent sibi feliciter cœlestem patriā possidere, & animas eorum à periculis liberare. In primis Ottilo Dux tradidit VIII. mansos vestitos, & ipse Ioseph Episcopus acquisiuit & comparauit mansos vestitos. VI. Ramvvolff tradidit mansos VII. Alpolt tradidit mansos. V. Otto tradidit mansos V. Althumar presbyter tradidit mans. III. Sundarhor tradidit mansos IV. Pirchtilo tradidit mansos. II. Heimprecht tradidit mans. I. Warmunt. tradidit mans. I. Echo tradidit mans. I. Hitilo tradidit mans. I. Hutzilo traditit mans. II. Reginher tradidit mans. III. Timo tradidit mans. III. & quidquid habuit in illa die. Pernhart tradidit coloniā vnā, Wolfher tradidit coloniā vnam.

Hoc factum est ad Isanæ in domo S. Zenonis, Anno incarnationis Domini DCCLVIII. Indict. XI. Anno XI. Tassilon: Ducis Regni eius. *Testes præsentes tracti in libro traditionum habentur.*

i. *De nomine* ARIBONIS *sic Velser. Rer. Boicar. V. pag. 308.*

Vltimus Heres, Frisingensis post Erimbertum & Iosephum Episcopus, idem Aribo & Cyrinus, vnus tribus nominibus appellatus: nisi verius vnum idem nomen, trium linguarum interpretatio est. Nam hoc quoq; non præter institutum enucleabitur. Erbon & arbon, maioribus hæredes dictos, qui nobis Erben sint, eo Otfridum, Germanicorum scriptorum antiquissimum, Warbon voci erbon, tanquam similiter cadenti, in carmine opposuisse: accreuisse mediā I. ex prisci sæculi consuetudine, quod crebrum vocalium interiectum, contra quā hodie fit, nostri olim aucuparentur. Aribonem itaq;, Latinè nil nisi heredē esse. Quod is ipsum scilicet respexit, vtroq; vocabulo in Corbiniani vitā coniuncto. Quin longius progressus, cum in syllabo Hebraicorum nominū, qui siue Hieronymo, siue Bedæ auctoribus tribuitur, Cyrinum cum heredis interpretamento reperisset, quam verè, sacræ linguę gnari sciunt, hac quoq; elegantia, vt tum sentiebant, delectatus, se sub finem vitæ S. Emerami Cyrinum dixit. Vnde nemini adhuc suspicari in mentem venit, eam ab Aribone scriptam: nec nobis quidē fortasse subboluisset, nisi lectione Arnolfi admonitis, à quo cum Cyrinum eundem Heredem esse didicissemus, facile fuit & Aribonem componere, & tot diuersorum nominum caussas inuestigare atq; eruere, ipsius præsertim Cyrini indicio, qui Iosephum siue Ioseppum, decessorem suum disertè nominat, at Iosephum Frisingæ ante Aribonem sedisse, ex illius exclesiæ tabulis comperimus.

Otfrid. l. 4. 6. Iob then ad elerbon, Sid tho thesan Warpon.

Cap. 39. Ego Aribo Heres, licet indignus ipsius Frisingensis sedis Episcop. Hebraeo vocab. heres est. Sed Cyrinus expone-dus ea color ex Græco sermone potis potest, siquidem Iurisconsulti heredem tanquam herū dictū contendūt. Instit. de her: qual. & differ.

M. S. Catalogus de hoc Episcopo isthæc commemorat: Aribo aliâs Hæres, Ecclesiæ Frisingensi præficitur pastor anno Domini DCCLX. Hic Pontifex dedicauit multas Ecclesias, quarum plures ad Ecclesiam B. Mariæ Virginis, & ad sepulchrū Christi Confessoris Corbiniani in perpetuum sunt traditæ. scil: Ecclesia B. Archangeli Michaëlis, in Dettnpach. Item in Holzhausen, Item Truchtering. &c. Item anno Domini DCCLXXIII. Ecclesia B. Christi martyris Emmerami in Helffendorff, vbi ipse martyrium elegit, quam Erimbertus Episcopus dedicauit, similiter oratorium in Scafflarn ad domum Episcopalem Hæredis Pontificis donatæ sunt. Item anno Domini DCCLXXIX. oratorium

Arnolf. Comes epist. ad Burcardum Abbatem to. 2. ant. lect. In gestis videlicet domestecis clarissimi patroni nostri Emmerammi martyris, dudum à quodam, qui se Cyrinum & Heredem nominat, Frisingensis Ecclesiæ Episcopo, vt puto recte scriptum.

Schlier-

Schlierſee fratres pro ſolitudine elegerunt & conſtruxerunt, quod conſecrauit Epiſcopus Aribo, eiſque Abbatem conſtituit, iuxta ordinem Regulæ Sancti Benedicti. Acta in monaſterio Schlierſee, Anno vt ſuprà. Similiter Monaſterium Schlechdorff in honore S. Dionyſij dedicauit, & Hæres ſub gradu minori conſtitutus eidem congregationi præfuit, vbi etiam S. Tertullianus requieſcit in corpore, quod Reginbertus Monachus ab Adriano Papa impetrauit, &c.

Catalog. M. S. ATTO Epiſcopus factus Anno Domini DCCLXXXII. Huic Meginhart Abbas in Tegernſee, quindecim Eccleſias, quæ iniuſtè abſtractæ fuerant ab Epiſcopatu Friſingenſi, per manus ARNONIS Archiepiſcopi reſtituit. Item Baſilicæ in Piburgk & Pelheim in manu Epiſcopi ATTONIS oblatæ ſunt, & tres aliæ Eccleſiæ, ſcilicet Wilgen, Heglingen, & Perge, mediante iuſtitia ab eodem obtentæ ſunt. Item ſub illo Attone Epiſcopo, & ſub Arnone Archiepiſcopo Salisburgenſi habita eſt Synodus Epiſcoporum, Abbatum & cæterorum Clericorum Salisburgæ propter decimas populorum, quæ afferuntur ad Eccleſias: vbi ex authoritate Sacrorum Canonum determinatum eſt, quatuor portiones de eiſdem fieri, ſcilicet vnam Epiſcopo, alteram Clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricæ Eccleſiæ, ea ratione vt vlterius exinde nulla diſcordia inter illos deinceps maneret. Item Eccleſiæ in Rottenpach, item Filſa, & Teutenkouen, & Dorffen. ſub eodem traditæ ſunt Friſingenſi, & aliæ &c. *Ad hunc Attonem referenda videtur Ducis Taſſilonis donatio quam lib. Tradit. refert ſequentibus verbis.*

IN Dei nomine. Ego Taſſilo Dux Bauariorum, vir illuſter compunctus de diuina miſericordia, atque de eterna beatitudine, valente cum conſenſu optimatum Bauarorum dono atque transfundo locum nuncupatum Intica, quod vulgo campo Gelavv vocatur, Attoni Abbati ad eccleſiam ſancti Petri Apoſtolorum Principis ſeu cæterorum Apoſtolorum atque martyrum, pro remedio animæ meæ ſeu anteceſſorum meorum in ædificatione monaſterij, atq; ipſius ſeruitio Armo qui vocatur Teſido, vſque ad terminos Sclauorum, id eſt, ad riuulum montis Anaraſi totum atque integrum, campeſtria ſeu montana, paſcua, venationes, inſecta ſeu frutecta ad eadem pertinentia, vt nullus deinceps genitorũ hominum queat nec vſurpando preſumat quolibet ingenio aut querimonia oriente vllo modo inquietare locum atq; habitantes in eo predictum Abbatem Attonem nec poſteros eius. quod manu propria vt potui caracteres chirographi inchoando depinxi coram iudicibus atq; optimatibus meis, quod & ipſa loca ab antiquo tempore inanem atque inhabilem eſſe cognouimus, nunc vero poſtulantem ac humiliter ſupplicantem audiui, & propter incredulam generationem Sclauorum ad tramitem veritatis deducendam conceſſi, & hilari vultu tradidi per preſentes apices, vt nullus quod fieri minimè arbitror ex heredibus meis, ſeu quelibet oppoſita perſona, quæ hanc contra epiſtolam donationis ire & infrangere volt iram dei incurrat & omnium ſanctorum.

✠

Signum manus meæ propriæ Taſſilonis donante atque confirmante. Actum in Bauzano rediente de Italia, Anno Ducatui eius XXII.

M. S. Catalogus: HITTO Canonicè electus eſt in Cathedram Epiſcopalem Friſingenſis ſedis Anno Domini DCCCXII. Hic vir venerabilis Hitto, dilectus Antiſtes, per ſingulas quaſq; ſuæ diœceſis Eccleſias ſibi populũ Dei commiſſum præ-

 dican-

dicando, docendo, siue etiam confirmando, vt sempiternæ feliciter & beatè immortalitatis particeps esse mereatur, profectus est. Ipse etiam ad vtilitatem domus S. Mariæ, diuina clementia admonitus, iussit ædificare Ecclesiam in propria hæreditate, in loco qui dicitur Hofeshausen, quam & consecrauit. Similiter tradidit res suas, quas comparauit vel acquisiuit in Azzling & Holze, & alias ad domum S. Mariæ ad Frisingam, vbi electus & pretiosus in corpore requiescit Confessor Christi CORBINIANVS, vt memoria eius multis temporibus in domo S. MARIÆ & S. BENEDICTI confessoris permaneat; & vt oratores sui, videlicet Monachi & Episcopi successores huiusmodi possideant. Item HITTO venerabilis Antistes Anno Domini DCCCXXXIII. Romam peruenit, quem Papa Gregorius quartus honorabiliter suscipiens SS. Alexandri atque Iustini corporibus, ac alijs multis reliquijs eum gloriose remunerauit, quibus Hitto decorauit Ecclesias. Præfuit an. XXV. obijt an. domini DCCCXXXVI. IV. Idus Decembr. sepultus in crypta Frisingæ.

m. ERCTENBERTVS) *M. S. Catal.* Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXV. Erchembertus Nepos Hittonis Episcopi ad Frising. sedem sublimatur, Eodem anno quidam Straspach in capsam S. Mariæ ad Frisingam tradidit coràm Erchemberto Episcopo. Item, quidam Nobilis Ratold. verbis domini, quibus in Euangelio dicit; thesarizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea, &c. demolitur compunctus atque confisus, tradidit in capsam S. Mariæ, & in manus venerabilis viri Erchemberti Episcopi, quidquid habuit, in Tagelfinga scil. & in alio loco ad Tramsdorff, & in Huppenheim. Hoc factum est in Tagelfing. Item Strengbrecht presbyter tradidit ad domum S. Mariæ Frisingen. quicquid habuit in Kremershausen. Actum Frisingæ in monte S. Stephani, in Ecclesia vbi requiescunt SS. corpora Alexandri Papæ, atque Iustini confessoris, anno Domini DCCCXLII. Item quidam Nobilis tradidit Enntersdorff & Sconperg ad montem S. Viti, vbi Christi martyres Cornelius & Cyprianus requiescunt. Iste etiam Felix Pontifex fuit castus vsque ad finem vitæ: rexit Ecclesiam ann. XVIII. Obiit ann. DCCCLIII. sepultus in Capella S. Petri, quam ipse construxit in monte Frising. hoc habens Epitaphium.

Est ERENBERTVS hac præsul in æde sepultus,
Atque coopertus saxo de paupere sculptus.

NB. *Pruschius hunc ad Abbatiam Campidonen. vnà cum Episcopatu gubernandam accersitum refert: & ponit in ordine quartum Abbatem, sub nomine, Adelbertus.*

n. *ANNO*] *Catal. M. S. sic.* ANNO VIII. Episcopus eligitur Anno Domini DCCCLIII. Hic vineas Ecclesiæ Frisingen. per malorum inuasiones vsurpatas recuperauit, hoc factum est in publica synodo. Item, quidam presbyter nomine Marcus omnia sua, quæ habuit ad Incholffeshausen pertinentia, tradidit ad Frisingen. Ecclesiam in monte S. Stephani, vbi ossa cum puluere SS. Alexandri & Iustini honorabiliter humata cernuntur. Acta anno Domini DCCCLX. Item anno Incarnationis Domini DCCCLXXV. quidam vir nobilis, nepos Annonis Episcopi, tradidit B. Virgini Mariæ quicquid habuit in Hall. Item ipse præsul Ecclesiam suam Frising. bonis hæreditarijs suis in Raim & Hall ditauit: præfuit an. XXI. Obiit VII. Idus Octobris Anno Domini DCCCLXXIII.

o. *ARNOLPHVS*] *In M. S. Catalog. sic legitur* Nonus Episcopus Arnolphus præficitur Anno Domini DCCCLXXV. Hic fuit benedictus & religiosus, omni populo acceptus & honoratus &c. præfuit ann. VIII. Obiit anno DCCCLXXXIII. vndecimo Cal. Octobr.

p. *WALTHON.*] *De hoc Catalogus sic refert:* Waltho Episcopus decimus præficitur anno DCCCLXXXIII. Hic conquisiuit ab Arnolpho rege in Schlauo-

niæ partibus duas Capellas cum omnibus appendiciis suis, vulgo Liurna & Wert vocatas, ad S. Dei genitricis Mariæ Ecclesiam Frisingen. perpetualiter consistendas. Dehinc etiam impetrauit Mosspurck ab eodem rege, cum omnib. adiacentib. bonis, Anno Domini DCCCXCV. Actū Mosaburck. postea sal in Salina. Ann. DCCCXCVIII, combusta est sub eodem Walthone Episcopo Ecclesia Frisingen. peracta combustione idem præsul ad instaurationem eiusdem Ecclesiæ impetrauit à Ludouico Rege, filio Arnolphi Feringen, cum pertinentijs suis. Item S. Corbinianus apud Pipinum Regem impetrauit plebi, vt familiæ suæ sententiam inter se eligendi Episcopos, & huius electionis securitatem scripto regalis præcepti firmitatem obtineret. Similique modo omnes pastores eiusdem sedis, penes Rom. Reges & Imperatores eandem electionis securitatem vsque in tempus huius Walthonis Pontificis obtinuerunt. Tempore autem suo accidit casus, vt domus Dei ignium succensione combureretur, eisdem sic prædictis præceptis pariter combustis. His peractis prædictus Waltho impetrauit à Ludouico Rege prioris præceptionis renouationem & roborationem; & vt eius Episcopatus plebs & familia deinceps securam habeant potestatem inter se eligendi, regia potestate concessit, & firmiter iussit, Anno DCCCCV. Hic etiam Waltho præsul bona plura Ecclesiæ suæ fecit & obtinuit. Præfuit XXII. an. Obiit an. DCCCCV. XV. Cal. Maij.

Not: Hic Episcopus WALDO, vna cum alijs Episcopis Bauariæ scripsit ad Ioan. PP. quas literas vid supr fol 25.

De hoc ipso Walthone Episcopo loquitur Diploma Ludouici regis subsequens.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis Ludouicus diuina fauente clementia rex. oportet etiam regiam dignitatem omnibus beniuolam existere precipue cum hijs, qui diuinis mancipantur obsequijs. Vnde notum fieri cupimus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus presentibus videlicet & futuris qualiter sanctus Corbinianus Frising. ecclesie episcopus apud antecessores nostros sue interuentu impetrauerat, plebi & familie sue licentiam inter se eligendi Episcopos post sue euocationis tempus, & huius electionis securitatem scripto regalium preceptorum firmari rogauit, suamque petitionem apud eos retinere promeruit. Simili modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem vsque in ipsius Waltonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt: Tempore autem suo accidit casu vt domus sua inibi in honore domini & sanctorum eius constructa, ignium succensione combureretur, eisdem supradictis preceptis pariter combustis. hijs itaque peractis prædictus Walto commemoratæ sedis pontifex per interuentum fidelium nostrorum Hattonis videlicet & Dietmari archiepiscoporum, nec non aliorum Episcoporum Erchampoldi scilicet, Adalberonis, Zacharie & Deotoloh Comitum vero Ottonis, Purchardi, Adalberti, Luipoldi, Purchardi, Sighardi, Cumpoldi precatus est clementiam nostram, vt supradictæ familiæ & clero iuxta priorem confessionē nostram aut * Comunitate assensum preberemus inter se eligendi episcopum & priora precepta per nostri precepti renouationem roboraremus. Nos igitur eorum salubri consultui & petitioni libenter annuimus hoc quoque præceptum inde conscribi iussimus per quod regia auctoritate sancimus atque firmiter iubemus, vt eius episcopatus plebs & familia ab hodierno die & deinceps securam habeant potestatem inter se eligendi episcopum, si talem inter se inuenire queant, qui generositate nec non pericia literarum & probitate idoneus sit diuinum seruitium regere & regalia obsequia prebere. Si autem talis inter eos nequeat inueniri, infra regiam curtem illis aptum quen-

dam eligant. Et vt hoc concessionis nostræ preceptum firmum atque stabile persistat, manu nostra illud firmauimus & sigillo nostro consigniri iussimus. Signum domini Ludvvici serenissimi regis, Ernustus Cancellarius aduicem Teotmari archicapellani recognoui, data VIII. Idus Iunij Anno domini DCCCCVI. Ind. VIII. Anno regni Ludvvici VII. Actum in loco Holtzkircha in nomine Domini, Amen.

Diploma Arnulphi Cæs. licentiam Salis vehendi continens: cuius mentionem facit D. Hundius.

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis Arnolfus diuina fauente clementiã Imperator Augustus si rerũ transeuntium è quibus diuina pietate ac parentũ magnanimitate preteritis sublimati ac coronati simus aliquam particulam ad suffragia sanctorum Dei capescendi disponamus non solum actione sed etiam contemplatione vitę ęternę à Deo omnipotente & sanctis eius inde omnino prouenire liquido credimus. Quapropter omnium sanctę Dei ecclesię fidelium nostrorumque tam presentium scilicet quam futurorum cognoscat industria, qualiter admonitionibus & petitionibus nos Odae dilectę coniugis nostrę & Engilmari venerabilis episcopi nostri, quasdam res proprij iuris nostri sanctę Dei genitrici M, sanctoque eius confessori Corbiniano, ad quorum laudem & honorem Frisingensis ecclesia episcopatus constructa ac dicata dinoscitur, cuius nunc Waldo fidelis ac dilectus Episcopus noster pastor bonus ac rector optimus visus est, illuc ad Dei seruitia sanctorumque eius ibi quiescentium perpetualiter retinendum atq; habendum in proprium concessimus hoc est sal, quod ab hac die deinceps vel à sarraginibus aut locis sarraginibus vel de arcis eiusdem iam dictę ecclesię redimatur, vt homines iam prefatę ecclesię licentiam habeant hoc sine muta siue nauigio siue cum ceteris afferre quodcumq; eis iubetur, sine vlla alicuius iudiciarię potestatis contradictione. Iussim⁹ quoq; hanc presentem auctoritatem nostram inde scribi per quam volumus vt sciant omnes fideles qui hoc ad iam dominicam casam per donatum habemus ob recordationem nostram & omnium antecessorum nostrorum, & hoc vt verius & certius ab omnibus Christianis credatur; manu propria sub eam roborantes annuli nostri * insigniri iussimus. Signum Domini Arnolfi inuictissimi Augusti. Wilhingus Cancellarius ad vicem Techmari recognoui. Data Idus Decembr. Anno Domini DCCCXCVIII. Indict. I. Anno verò pijssimi regis Arnolfi XI. Imperij autem III. Actum ciuitate regia feliciter, Amen.

sarraginibus — *fort. impressione*

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Rex, Si erga loca diuinis cultibus mancipata curam gerimus, & aliqua potestatis nostrę eis impenderimus subsidia pro eterna adipiscenda salute hoc nobis non ambigimus esse profuturum. Quapropter omnium Christicolarum patefeat agnitioni quomodo nos pro diuinę remunerationis emolumento nec non ob interuentum Waldonis sanctę Frisingensis sedis præsulis quondam venerabilis nostri capellani in Sclauinię partibus ad curtem nostram quę Luberna vocatur consistentem, quamque Wangus capellanus noster in beneficium tenuit, cum appendicijs suis ad præfatam sanctę dei genetricis virginis M. ecclesiam electumque Christi confessorem Corbinianum qui ibi corporaliter requiescit, nec non ad sanctos dei martyres, Primum videlicet & Felicianum quorum in eis partibus in loco qui vulgo Wert vocatur consecrata micat ecclesia perpetualiter consistendam tradidimus cum curtibus & ędificijs familijs ac manci-

Luburna

pijs,

piis decimis, Censibus cultis terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, siluis aquis aquarumque decursibus, molinis piscationibus, viis & inuiis, exitibus redditibus, quesitis & inquirendis vniuersis quod legaliter ad ipsam Capellam pertinere censentur & iussimus hunc presentē muneris nostri titulum inde conscribi, firmiter imperantes vt eadem capella cum vniuersa integritate sua ad prelibatam principalem diœcesis sue sedem nostris futurisq; temporibus pertineat, atq; persistat ita vt circa res eiusdem ecclesie perhenni veluti de ceteris episcopij sui rebus semper vtantur arbitrio, quidquam inde facere voluerint sine vllius obstaculo. Et vt hoc verius credatur, diligentiusque ab omnibus conseruetur, manu nostra subtus hoc idem roborantes preceptū annulo nostro iussimus insigniri. Signum Arnolfi pijssimi Regis. Engilpert Notarius ad vicem Teotmari archicapellani recognoui; Dat. XII. Kal. augusti anno incarnationis domini DCCCXCI. Indict. VIII. Anno regni Domini Arnolfi regis IV. Actum ad Mathahoue curte regia, in dei nomine feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Arnolfus diuina fauente clementia Rex. Notum sit omnibus sancte dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter nos pro mercedis nostre augmento, & per interuentū dilecti & venerabilis episcopi nostri Engelmari cuidam femine Irmberch nominate, quasdā res iuris nostri de beneficio filiorū eius Adalperti videlicet & Kagāhardi in pago qui dicitur ad perge in loco * Murā nuncupato hobas II. & in alio loco Duipodorf dicto hubam I. in proprietatem concessimus cum curtilibus & edificijs & XV. beneficijs, campis, agris, pascuis, pratis, siluis, terris, cultis & incultis aquis, aquarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, mobilibus & imobilibus, quesitis & inquirendis, & cum vniuersis rebus iuste legitimeq; ad ipsas aspicientibus. Iussimus quoq; hoc presens auctoritatis nostre preceptum inde conscribi, per quod volumus firmissime imperantes vt iam dicta femina nunc deinceps omni tempore ex prescriptis rebus liberrimam habeat potestatem possidendi, tenendi, donandi, vendendi vel quidquid sibi exinde in omnibus placuerit faciendi, absque alicuius persone contradicentis obstaculo. & vt hec largitionis nostre auctoritas firmiori in perpetuum solidetur robore, diligenciusque semper obseruetur à nostris fidelibus, manu nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum domini Arnolfi largissimi regis. Engilperh notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui Data IV. Non. Octobris, Anno Dominicè incarnat. DCCCXCII. Ind: X. anno verò V. regni domini Arnolfi regis Actum Lentinkouen in dei nomine feliciter.

* Regarhardi

* f. Mauran

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia Rex. Si erga loca diuino cultui mancipata curam gerimus, & aliqua eis pietatis nostre impenderimus subsidia, pro eterna adipiscenda salute hoc nobis non ambigimus esse profuturum. Quapropter omni patescat Christicolarū agnitioni quomodo nos pro diuine remunerationis emolimento nec non ob interuentum Waldonis sancte Frisingensis ecclesie presulis quondam iuris nostri capellam in Sclauinie partibus ad curtem nostram quam Lubnia, vulgo Lurna vocatur, consistentem, quam Zacharias papa ob hereses quasdam illis in partibus obortas, necandas illò veniens, Iohanne Aquilegen: presule assistente, in honore sancti Petri consecrauerat, Pipini Regis ob amorem, cum omnibus appendicijs suis ad prefatam sancte Dei genetricis ecclesiam electumque Christi confessorem Corbinianum, qui ibi corporaliter requiescit, perpetualiter consistendam tradidimus, cum curtibus & edificijs, familijs atq; mancipijs, decimis vtraq; Tharaui fluuij in parte ad ipsam capellam antiquitus termi-

terminatis censibus terris cultis & incultis agris, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis vniuersis, quæ legaliter ad ipsam capellam pertinere censentur, & iussimus hunc presentem muniminis nostri titulum inde conscribi firmiter imperantes vt eandem capellam cum vniuersa integritate sua ad prelibatam principalem sedem Diœcesis sue nostris futurisque temporibus * pertineat atq; consistat. vt ita rectores eiusdem ecclesie perhenni semper vtantur arbitrio quidquid inde facere libuerit sine vllius obstaculo. Et vt hoc verius credatur diligentiusque ab omnibus conseruetur, manu nostra idem roborantes preceptum annulo iussimus nostro insigniri. Signum Arnolfi pijssimi regis. Engilbert notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui. Data XII. Kalend. augusti anno incarnat. DCCCXCII. Ind. VIII. anno regni domini Arnolfi regis IV. actum Mathahouo feliciter Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludvvicus diuina fauente clementia Rex. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostenderimus & oportuna terre * commoda more paterno eis conferimus suffragia non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum, verum etiam ad eternitatis gloriam feliciter obtinenda hoc nobis multum prodesse liquido credimus simulque patrocinijs sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus simul patescat & futuris. Quo Waldo reuerendus Frisingen. ecclesie episcopus nostram adijt mansuetudinem damnum combustionis quod ecclesie sue culpis exigentibus nouiter acciderat conquirendo obnixe supplicans vt aliquid consolationis supplementum ad restaurationem eiusdem ecclesie sibi largiremur. At nos gratuita benignitate queremoniam illius pro Christi amore & sancte genetricis sue semper virginis Marie venerationem conspicientes & intercessione fidelium nostrorum Dietmari archiepiscopi Zacharie episcopi Tittonis episcopi Luipoldi Illustris comitis & cari propinqui nostri Sigihardi etiam * Cunipoldi Isingrini atque Meginhardi comitis cum reliquorum conspectui nostro assistentium procerum communi omnium consilio pie annuentes curtem quandam Veringa nuncupatam, cum pertinentijs suis quam venerabilis mater nostra Ota tali tenore à beato genitore nostro Arnolfo Cesare augusto obtinuisse constat, & in presentia fidelium nostrorum in manu regalitatis nostre reddiderat, iure auctoritatis nostre ad * fatâ ecclesiâ nomine sancte genitricis Dei Marie dedicatam vbi electus Dei confessor Corbinianus corpore quiescit in diuorum commemoratione antecessorum nostrorum matrisque nostre, & pro remedio anime nostre, & diuturna profectus nostri felicitate eternaliter in proprium delegamus cum curtibus & casis alijsque edificijs familijs vtriusq; sexus mancipijs parschalcis Sindmannis, hengistnotis, censibus, campis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs exitibus & redditibus quesitis & inquirendis terris cultis & incultis vel quicquid in hodierno die eadem curtis rite * inuestitura retinet, hec autem omnia in omnibus ad ipsam curtem legaliter pertinentibus per hoc auctoritatis nostre preceptum de nostro iure, in ius & potestatem sacrosancte Christi matris ecclesie prefate donamus, tradimus atq; firmamus. Eo rationis tenore, vt iam dictus honorabilis episcopus eiusq; successores sicut de ceteris ipsius Episcopij rebus liberâ pro vtilitate ecclesie perhenniter habeant potestatẽ quidque inde faciendi absque vllius molestia vnde tamen eundem episcopum cum subiecto clero pro nobis & antecessoribus nostris attencius dominum exorare

* f. terrena
* Gumpoldi
* fort. præfatam
* inuestitura

rare decet. Et vt hec auctoritas nostra per cuncta mundi labentis curricula firmiori solidetur stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes, annulo nostro iussimus sigillari. Signum domini Ludvvici gloriosissimi Regis, Engilperh notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui, Data IV. non Octob. anno incarnationis domini DCCCXCII. Ind. VII. anno vero regni pijssimi regis Ludvvici IV. actum Regina in dei nomine feliciter Amen.

VTTO] *M.S. Catalog.* Oto Episcopus Frisingen. fuit vir honestæ vitæ. præfuit an. I. Obiit Prid. Cal. Iulij & de quo sic versificatur: q.

Vto manens vno venerandus episcopus anno,
Corruit in fata superis animа satiata.

DRACOLFVS] *M S. Catalog.* DRACOLFVS XII. Episcopus Frisingen. Hic tepidus Episcopus, malo ex instinctu, subtraxit, vt fertur de Ecclesiis Frisingen, Mosburck, Ysen & Schöfftlaren, fere CCCC. libr. denar. & indignè rexit XX. annis: post hæc submersus est in Danubio in die S. Vrbani. An. domini DCCCCXXVI. r.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Arnolfus diuina ordinante prouidentia dux Baioariorum & etiam adiacentium regionum omnibus episcopis militibus & regni huius presentibus, quidquam enim beneuolentie & gratie in dei cultores nostrorum oratores ostendimus, totum hoc nobis ad eterne vite augmentum * presentis regni ad miniculum liquide credimus esse profuturum. quapropter scire nos volumus quod Chuno fidelis & assiduus orator noster videlicet Frising: ecclesie Chorepiscopus nostram interpellauit clementiam, quatenus complacitationem inter Dracolfum episcopum & inter se factam nostra auctoritate & conscriptione, atque sigilli conclusione firmaremus, cuius petitioni & voluntati ob eius fidem & continuam orationem aurem accommodauimus, & viscera pietatis ostendimus, & que precatus est implere curauimus. remisit enim Chorepiscopus & aduocatus suus Sighardus propriam abbatiolam suam Moseburch nuncupatam ad ecclesiam beate M. semper virginis & ad ecclesiam Sancti Corbiniani confessoris in manus prefati Episcopi & aduocati sui Kebolfi ea ratione & tenore quantus ille quidquid eodem tempore de episcopatu in beneficium haberet, deinceps vsque in finem mortalis vite sue * vlla contradictione & molestia possideret, quod & ita tradente eodem Episcopo & aduocato suo factum, & secundũ morem firmatum est. Insuper vero in * eodem Frisingen villa eiusdem rei causa Colon. 15. cum habitationibus suis ab eodem episcopo in proprietatem accepit, de eadem vero abbatiola curtem 1. hubilam vocatam cum omnibus ad illam pertinentibus adquisitis & acquirendis, necnon beneficium vnum pene desertatum Suanahilcadorf nominatũ. Cetera vero, que in eadem complacitatione sunt facta in exemplo dein scripta inueniuntur. Complacitatio facta est in publica sinodo coram clero & omni populo & multis testibus sicut mos est, per autem conductis firmata est, anno domini DCCCVIII. Idus Septembris anno episcopi II. incipienti, Chor. episcopi vero VI. & incipiente VII. Nos verò, vt præfati sumus eius precibus annuentes, iussimus ei hoc preceptum auctoritatis nostre prescribi, & vt per futura tempora melius credatur, & firmius obseruetur, Sigilli nostri impressione insigniri fecimus. vnde volumus & firmiter statuimus vt idem Chorepiscopus vsq; in finem instantis vite nullo inquietante vel contradicente quod complacuit feliciter possideat & quomodolibet ordinabiliter faciat.

al. absq. deest, vel aliquid tale. *.3

Wolframus] *de quo Frisingensis Catalogus sic enarrare pergit.* s.

WOLFRA-

WOLFRAMVS XIII. Episcopus factus anno Domini DCCCCXXVI. Huius venerabilis rogatu Episcopi Berchtoldus Bauariæ Dux, & frater suus Arnolphus proprietatem B. Christi confessoris Corbiniani ad Mayes & Chorzes & Chaines priscis operib. iniuste ab Ecclesia eadem ablatam, ac per quondam Regis Henrici I. præceptum, in manus Prædicti Episcopi perpetualiter possidendam Parauiæ remiserunt. Hic præclarus Pontifex suum curtiferum cum Huba in Perghausen tradidit ad altare S. Pancratij in cripta tali conditione, vt aliquis de fratribus in obedientia illud suscipiens, Missas prout possibile sit, celebret, vel celebrare faciat ad idem altare. Nec non in anniuersario præfati Episcopi, congruum fratrib. exhibeat seruitium: & plura alia bona fecit. Præfuit an. XII. & Obiit V. Idus Iulij, Anno Domini DCCCCXXXVIII.

De bonis & possessionibus Frisingensis Ecclesiæ in Maijs &c. quorum hic fit mentio, Henrici I. siue Aucupis, Othonis M. progenitoris tale repertum Diploma exhibemus.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Rex diuine igitur auctoritatis innumerabilibus prouocamur exemplis inutile terrenum spernere negocium, & perpetue felicitatis adunare substantias, quas erugo & tinea demoliri nequeant, nec fures effodere & furari. Idcirco nouerint omnes fideles nostri tam presto manentes quam etiam futuro tempore succedentes qualiter nos rogatu fidelis nostri videlicet Wolfframi Frisingen. ecclesie Episcopi predictū à sancto Corbiniano quondam comparatū & à Monasterio in ipsius honore constructo hactenus iniuste ablatum in ius proprietatemq; præfati Monasterij per hoc nostre auctoritatis preceptū remittimus perpetualiter possidendum, hoc est Maies, Chortes & Chames & quicquid ad hoc iure & legitime pertinere videtur, tam terris quam domibus, mancipijs, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumq; decursibus, mobilibus vel immobilibus vel quidquid dici aut nominari potest, quæ sita esse dinoscuntur in pago Venusta in comitatu Perchtoldi. Et vt hoc firmius credatur diligentiusq; in contaminatū obseruetur, hanc nostri corroborationem precepti inde conscribi iussimus manusq; confirmatione indita annuli nostri impressione sigillari precepimus. Signum domini Henrici serenissimi Regis. Popo Cancellarius ad vicem Hildiberti archicapellani recognoui. anno incarnat: DCCCCXXXI. Indict. IV. XVIII. Kal. Maij. anno Imperij Henrici regis XIII. actum in Quintilnburg feliciter Amen.

Quintilnburg.

LAMPERTVS] *De hoc Catal. M. S. sic habet.* Anno à Christo nato DCCCCXXXVIII, electus fuit Episcopus venerandus Lambertus. Hic traditionem Abbatialem Mosburk ab Arnolpho Rege cum omnib. iure legitimo ad eam pertinentib. nec non curtis Regiæ Veringæ à Ludouico Rege simili modo illuc delegatæ, impetrauit ab Ottone Rege primo confirmari, vt iure perpetuo ad Frisingense Episcopium pertineant, Anno Domini DCCCCXL. Iste beatus præsul fuit bene moratus, doctus & benignus valde, optime præfuit an. XVIII. Obiit An. DCCCCLVII. Nota etiam quod ope huius Lamberti Episcopi, anno à natiuitate Domini DCCCCLV. dum barbara gens Vngarorum graues in Ecclesias Dei tyrannides exercuissent, & in fines nostros ingrederentur, ac Frisingam inuaderent, Deus ita excæcauit eos, vt ab hora tertia Dominicæ diei, qua venerunt, vsque ad sextam horam sextæ feriæ, qua recesserunt (& Ecclesias sancti Stephani & sancti Viti igne vastarunt) apertis oculis montem Frisingæ non vidissent, quod meritis & precibus S. Lamberti ibi tunc præstolantis actum fuisse, piè credendum est.

In

IN nomine Domini & sanctæ indiuiduæ Trinitatis Otto Dei gratiæ Rex, notum esse volumus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus & nostris qualiter venerabilis Frising. ecclesiæ presul Lampertus nomine nostram adiit celsitudinem deprecans, vt traditiones cuiusdam abbatiolæ Mosburc dictæ ab antecessore nostro felicis memoriæ Arnolfo Rege cum omnibus jure legitimo ad eam pertinentibus, ad prefatam ecclesiam condonatæ, necnon & cuiusdam curtis regiæ Veringa à filio eius Ludvvico simili modo illic delegatæ iterum auctoritatis nostræ scripto roborare dignaremur. Cuius petitioni per interuentum dilecti ducis nostri Berchtoldi atque aliorum fidelium nostrorum Bauaricæ regionis principum, Episcoporũ, & comitum libenter assensum prebentes, has easdem tradiciones nec non & mancipia Opht. Kersint, Ilisa, Adalmut cum filijs eorum, pridem à regibus illuc tradita sed * quandam machinacionem nouiter ad Cameram regiam exquisita prefatæ ecclesiæ presulis potestati subiicimus, & per nostræ largitionis scriptum renouamus. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi per quod volumus firmiterque jubemus, quatenus predicta abbatia & curtis regia Veringa nominata ad Frising. Episcopium pertineant jure perpetuo, & à ministerialibus eiusdem Episcopi teneantur & possideantur. Vt autem hec concessio nostra firma sempiterno tempore stabilitatem obtineat, manu nostra roborauimus, annuloque nostro insigniri precepimus. Signũ domini Ottonis Serenissimi regis, Poppo cancellarius ad vicem Friderici archicappellani recognoui. Data Kal. Iun. anno ab incarnat. Domini DCCCCXL. Ind. VIII. feria II. Anno autem Ottonis pijssimi regis IV. Actum Salze in dei nomine feliciter Amen.

*fort. deest per

Plura lector reperiet infra sub Rubric. Mosburg.

ABRAHAM] *M. S. Catal.* ABRAHAM XV. Episcopus Anno Domini DCCCCLXII. Frisingen. Ecclesiæ præficitur. Hic impetrauit Ecclesiæ suæ ab Ottone Rege primo Gudigam. Ipse etiam ab eodem Imperatore quædam loca in medio Comitatuum qui vulgo vocantur Pustrussa Lurno Catabria quæ iniustè à Frisingen. Ecclesia subtracta erant, vt restituerentur, per regale Edictum obtinuit. Item ab Ottone Imperatore obtinuit Chrema. & à II. Ottone impetrauit Chrema Marcha, & Ecclesiam suam multis ornatibus, calicib. & alijs clinodijs dotauit. Ipse quoque Episcopus Abraham ab Ottone II. Imp. Frisingæ obsessus capitur, & in custodiam detruditur, eò quod consensit quod Henricus Dux Bauariæ se in Regem vngi fecit, Anno Domini DCCCCLXXIX. Idem etiam Præsul fuit valde diligens circa parochiales Ecclesias suæ diœcesis, & interfuit omnib. horis Canonicis in choro ad exemplum aliorum. Hic ædificauit Capellam S. Thomæ in summo templo, & ibi fundauit officium diuinum, ibique sepultus est. Præfuit an. XXVI. Obiit an. DCCCCXCII. Id. Iulij.

U.

Vide originale.

B. Fabulosam esse quod de IVDITHA *Arnolphi Boiar. Ducis filia Henrici B. Ducis, Othonis M fratris coniuge vulgò narratur, ex Dithmaro Merseburg. Episcopo eius æui scriptore patet, qui libr. 2. (f. 25. l. 18.) sic narrat.* Huius (*Henrici Ducis*) coniunx Iuditta nomine, cum præsens adesset, hanc confessionem audiuit, & mox viro suimet moriente, corpus eiusdem in Ecclesiam quam ipse in honorem S. Mariæ semper virginis construxit, cum magno mœrore deposuit: & in quocumque animam eius vnquam deliquisse ipsa sciuit, vel ab alijs comperit, lacrymis ac ineffabilibus emendauit eleemosynis. Hæc in viduitate sua continenter viuens, cum Abraham Frisingensem Episcopum præ cæteris diligeret, inuido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Quæ cum de hac luce migraret, in die depositionis suæ ab eodem

Nota.

 antisti-

antistite missam cantante, sic expurgatur. Ante communionem is versus ad populum, quæ merita eius fuerint circumstantib. edixit. Hoc inquiens, delictum quo diffamata fuit, si hæc vmquam commisit, faciat omnipotens pater filij suimet corporis & sanguinis salutare remedium mihi prouenire ad iudicium, & ad debitam damnationem, animæque eius ad perpetuam saluationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia sumsit vnicum cunctis fidelibus remedium. Credidit que populus quamuis sero & cum detractione iniusta plus ei profuit quam nocere studuit.

Nescio vnde nugas eiusmodi conquisiuerit Auentinus, nisi rectius quis æstimet, eas ex effrena ipsiusmet Auentini Episcopos & Principes personas criminandi libidine originem traxisse. Eiusdem farinæ sunt ea, quæ (Boic. R. V. p. 546.) de Henrico Augustano Episcopo, & Agnete Augusta commemorat. verum relinquamus hæc. quib. mendacia & falsæ suspiciones sunt curæ.

Sequuntur Diplomata trium Ottonum Imperatorum.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerint omnes nostri fideles presentes scilicet & futuri qualiter nos per interuentum dilecte coniugis nostre Adalhadis nec non equiuoci nostri quasdam res nostri iuris sitas in comitatu Taruisiano haud longe à fluuio vallatus & in loco qui dicitur Chuuio qui situs est prope litus brente qui fuit Isaac Iudeo traditus à Witperto & in loco qui dicitur piscatorijs & Vincentino comitatu in circuitu Gudage vltra tria miliaria & in vtraque ripa brente ius Macelli & in eius finibus que inter istos designatos fines iacent que appellantur, deinde terminante in aqua que dicitur Musone, deinde terminante diso & deinde terminante in literno vnde Silus resurgit & de ipsa nominata supra curte gudago terminante & in restio inter istos designatos fines cum pratis, pascuis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, fontibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, siluis, paludibus, omnibusque rebus iuste legitimeque ad eandem curtem respicientibus, quesitis & inquirendis, ad seruicium sancti Candidi ad initam magnitudinem nobis satis cari episcopi, Abraham appellati ob remedium anime nostre tradimus. Eo scil. tenore vt isdem iam dictus episcopus vsque ad obitum sui absque contradictione omnium totum & integrum teneat atque possideat. Postea vero seruitio sancti reintegratum perpetim ibi permansurum ad inticam redeat atque respiciat, & vt hec nostri Iuris donatio firma stabilisque perseueret hanc cartam conscribi ac sigilli nostri impressione subsignari iussimus. Signum Domini Ottonis inuictissimi Imperatoris Augusti. Lutolfus Cancellarius vice Hattonis archicappellani subscripsi. Data V. Kal. Iunij Anno incarnationis dominice DCCCCLXXII. Indict. XV. anno regni XXX. Imperij autem VIII. actum in pruilo Papie.

leg. Initiam

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerit omnis industria fidelium nostrorum tam presentium quam & futurorū. Qualiter Frising: ecclesie episcopus nostrā adijt celsitudinē proclamans se quedam loca in medio horum comitatuum constituta que vulgo vocatur pruscha, Eurna, catubria, iniuste & inlegitime à præfata Frisingen ecclesia subtracta. Nos vero per interuentum dilecte matris nostre Adalhadis & nostri nepotis ducis Henrici suis petitionibus consentientes & quicquid inter hos tres titulatos comitatus proprietatis habuimus hoc est vbi ingreditur fluuius pudio Roinzun ex eo loco sursum quæcunque adiacent

iurumque

Iuriumq; ripis eiusdem fluminis cum comitatu Catubrie inde vsq; ad flumen as- *
falterpach alpes videlicet sic appellatas, veines, à nauanto, valtimunaga, fiscalma,
Cunizello, Plezzes, serata, praga sexus siue omnia quocunq; vocabulo sint, sita *
inter hos fluminum meatus pudio & rionza, montes, valles, planities, prefate Ec-
clesie potestatiq; supposuimus per nostre tradicionis scriptum iterum renoua-
uimus sicut pridem ab antecessoribus nostris regibus illud comperimus. Insu-
per etiam sub panno Imperiali nostro iubemus quidquid deinceps in hijs locis
nascatur in venacionibus siue piscationibus, vt nullus audeat se absque licentia
Episcopi intromittere. Si quis hoc preuaricauerit regium pannum episcopo
seu aduocato illius persoluat. Iussimus hoc preceptum conscribi, per quod iube-
mus, vt omnia prefata ad ecclesiam Frisingen. pertineant perpetuo iure. Vt aũt
hec concessio nostra firmam habeat stabilitatem manu nostra roborauimus an-
nuloq; nostro sigillari precepimus. Signum domini Ottonis inuictissimi Im-
peratoris Augusti. Willigisus Cancellarius vice Rudperti Archicappellani sub-
scripsi. Data V. Kal. Iunij anno incarnationis domini DCCCCLXXIII. an-
no regni domini Ottonis XIII. Imperij autem V. acta Allsteti.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina clementia Imperator
Augustus. Nouerit omnium industria fidelium nostrorum tam presentium
quam & futurorum qualiter per interuentum dilecte matris nostre Adilhaid &
fidelis nostri videlicet, Henrici ducis quasdam partes nostre proprietatis sitas in
ducatu prefati Ducis & in comitatu Poponis comitis quod Carniola vocatur, &
quod vulgo Greina Marcha appellatur, Est enim in ipso comitatu riuulus par-
uulus, qui vocabulo Sclauorum Subniza vocatur ab exitu illius, vbi oritur statim
cacumina vel summitates montium occidentalem partem versus vsq; ad Selsa.
Et hoc ipsum territorium cum omnibus ad hoc pertinentibus, nec non & Alpa-
mosangam deinde transorizam vsq; ad montem Lubinc. Ipsumque montem ad
maiorem amnem qui Zoura vocatur, vtramq; ripam illius amnis deorsum vsq;
ad hostium pretitulati riuuli Subniza. Indeq; sursum vsque ad caput vel exitum
illius riuuli quidquid inter ipsa confluentia habuisse videantur loca Subniza
nominata Concasusane iterumque Celsah vel qualicunque vocabulo vocantur,
hoc totum in proprium quondam nostro fideli nobisque satis caro episcopo A-
braham vocitato cum omnibus rebus donauimus iure legittimo ad pretitulata
loca aspicientibus, cum curtibus & edificijs, mancipijs, vtriusque sexus si ini-
bi nostri viri inueniuntur, agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, a-
quarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, vineis, vijs, &
inuijs, exitibus, & redditibus, quesitis & inquirendis, mobilibus & immobilius
hec omnia vt prescripsimus volumus, vt prefatus Episcopus firmiter teneat sine
obstaculo vel contradictione vlla, insuper verò vbicunque in illa regione in fo-
resto nostro siue in quacunque regione pascua porcorum inuenta erunt, sub
porcis inibi nutritis saginationem habeat. Et vt nullus Comes vel vlla persona
in aliquo loco se intromittat absque licentia vel iussione prefati Episcopi Abra-
he aut illius hominis cui Episcopus hoc regendũ commisit. Et vt hec nostre do-
nationis auctoritas firmior ac stabilior permaneat, iussimus quoq; hoc scriptum
inde conscribi, annuliq; nostri impressione sigillari, per qd volumus, firmiterq;
iubemus quatenus prefatus Episcopus liberum arbitrium habeat sibi tenendi,
cõmutandi, tradendi vel quidquid sibi placuerit exinde faciendi. Et vt hoc ve-
rius * ac posteris nostris in futurum credatur manu nostra idipsum subtus robo- * f. &
rantes. Signum domini Ottonis inuictissimi Imperatoris. Willigisus Cancel-
larius * vicem Ruperti Archicancellarij recognoui. Data II. Kal. Iulij anno * f. ad.
dominice incarnationis DCCCCLXXIIII. Imp. VI. actum Tribure.

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum industria qualiter nos dignis & admodum honestis petitionibus dilectę matris nostre Theophanie nec non cari nepotis nostri Karentinorum Ducis Henrici suppliciter rogati venerabili viro Abrahe sanctę Frising: ecclesię presuli nostre familiaritati digne adiuncto quandam nostre proprietatis partem in regione vulgari vocabulo Threme & in marchia ducis Hainrici & in comitatu Waltilonis * Com. sitam idem vbi riuulus Subniza originem subducere incipit, deinde statim occidentem versus catiuam montium siluasque interiacentes vsque Wosanam & sic ad fines earundem alpium, deinde vbi riuulus cotabula originem sumit vsque ad hunc locum, vbi hostium in Zaura fluuium mittit sicque trans Zauram vsque ad summitatem istius montis Zaure adiacentis qui extenditur orientem versus, & ita per eundem montem per valles vsque ad castrum quod basilen vocatur statimque de eodem castro vsque in riuulum qui vocatur Gotztehe & cacumina montium ad Zauram respicientia, proindeque vbi prefatus riuulus australi parte decurrens hostium vadit in Zauram ac sic tractum dum Zaura hostium facit in Zanam, ac quidquid inde locorum inter * illas proprietates duas sitas est, Abrahe scilicet Episcopi ac Bernhardi comitis excepta Pribirlaum nostra regali traditione sibi donata, hoc totum nobis pertinens Abrahe episcopo in proprietatem donare curamus ac iuncta ripa Zauarie quantum extenditur vnius iugeri longitudo vsque ad vadum quod vulgo Stresonbrod vocant, ibique vltra eundem fluuium occidentem versus vsque in viam que vocatur via tremaiorum & sursum per eandem viam quidquid campi in australi eiusdem vie parte iacet, ita * vt premet territorium & siluula que suurska de brouna sub eadem comprehensione teneatur & spacium quod iacet inter premet & Wizelmesceti per medium diuidatur, & sic vsque ad prefatum riuulum subniza nostra regali prouidentia in proprium vsum concessimus firmiterque donauimus cum terris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, siluis, edificiis, aquarumque decursibus, ipsoque iam dicto foresto, venationibus, piscationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, vijs & inuijs, exitibus, redditibus, quesitis & inquirendis, & cum omnibus iure legaliterque ad hec pertinentibus, precepimus etiam & nouiter constituimus eidem loco bannum nostrum à riuulo subniza versus occidentem vsque ad finem bosanga. Et inde vsque ad iam dictum riuulum Chothablam. Indeque vsque ad in Zoura fluuium & quidquid inter hec eadem prefata vndique secus comprehensum videtur loca regio Imperatorioque more iubemus eo tenore vt si quis quarumlibet personarum in quibuslibet iam dictis siluularum vel forestorum locis cuiuscunq; generis feras canibus vel qualicunque loco insequitur bannum huius culpa nostro debitum fisco ipsi episcopo omni dubitatione postposita si hoc absque eius fecerit licentia, dominica estimatione persoluat, hec vero & cetera iam dicta tali constat ratione, vt ipse iam dictus episcopus libero deinceps perfruatur arbitrio omnia hec tenendi, dandi, vendendi, commutandi, seu quidquid inde voluerit faciendi. Et vt hec nostre largicionis auctoritas firmior stabiliorque cunctis sancti Dei filijs perpetim credatur hanc cartam inde scribi iussimus, annuloque nostro signatam manu propria subtus eam firmauimus. precepimus etiam vt nullus comes vel iudex siue decanus neque alia persona jus habeat se intromittendi absque licentia episcopi aut eius, cuicunque se commendauerit. Signum domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildibaldus episcopus & Cancellarius vice Willigisi archi-

archiepiscopi recognoui. Data Kal. Octob. an. dominice incarnationis DCCCC. LXXXIX. Ind. II. anno autem III. Ottonis regni V. actũ Franckfurt feliciter Amẽ.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis, Otto diuina fauente clementia Rex. nouerint omnes fideles nostri presentes & futuri qualiter fidelis noster Abraham episcopus obtutibus nostris presentari fecit preceptum beate memorie domini aui nostri Ottonis videlicet Imperatoris Augusti in quo continebatur, quomodo ipse per interuentum dilecte sue contectalis Adalheidis Imperatricis Auguste care auie nostre, nec non eius equiuoci genitoris nostri quasdam res imperialis iuris sitas in Comitatu Taruisico haud longe à fluuio vallatus & in loco qui dicitur Chunio qui situs est prope litus brente qui fuit Isac traditus Iudeo à Witberto, & in loco q̃ dicitur piscatoris & vicentino comitatu in circuitu Godege vltra miliare & in vtraque ripa brentenis macelli & in eis finibus, quæ inter istos designatos fines iacent quæ appellantur à Naine, deinde terminante in aqua quæ dicitur Musone, deinde terminante in fluuio disono. * & deinde terminante in Literno vnde silis resurgit & de ipsa curte supranominata Gudago terminante aurillia & deinde terminante in testro inter istos designatos fines cum pratis, pascuis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, fontibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, siluis, paludibus omnibus rebus iuste legittimeq; ad eandem curtem respicientibus, quesitis & inquirendis ad seruitium sancti Candidi ad Intica in manus sibi satis cari episcopi iam superius Abraham appellati ob remedium anime sue tradidit eo scilicet tenore, vt idem iam dictus episcopus vsq; ad obitum sui absq; contradictione omnium totum & integrum teneat atque possideat. Postea vero seruitio sancti Candidi reintegratum perpetim inibi permansurum ad Inticam redeat atque respiciat, pro rei tamen firmitate, petijt celsitudinem nostram idem iam dictus Abraham Frising. ecclesie episcopus venerabilis, vt nos denuo id ipsum donacionis nostre confirmaremus auctoritate. Nos vero ob dilecte prelibate auie nostre Adilhaidis Imperatricis & frequens seruitium quod ipse deuoto animo sepius nobis * exhibuit, pie petitioni illius benignum assensum prebentes, eandem curtem Gudago supranominatam cum omnibus rebus illuc rite aspicientes eodem tenore sicut superius scriptum habetur & videtur ad ecclesiam sancti Candidi ad Inticam nostre celsitudinis preceptione à nouo donamus, tradimus atq; confirmamus. Ea scil. ratione vt idem iam dictus episcopus vsq; ad obitum sui absq; contradictione omnium omnia hec teneat atq; possideat, & post eius excessum seruitio sancti Candidi ad Inticam perpetualiter ibi mansurũ cum omni integritate redeant atq; respiciant. Et vt hec nostri iuris donacio atq; confirmatio firma stabilisq; perseueret, hanc cartam conscribi & sigilli * impressione iussimus consignari, & qui violator huius precepti extiterit, inuitus persoluat mille lib. auri obrizzi, medietatem camere nostre & medietatem prefato episcopo suisque successoribus & ecclesie Intice. Signum domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildvvaldus episcopus & Cancellarius vice Wilgisi Archiepiscopi notaui. Data Non. Nouembr. anno dominice incarnationis DCCCCXCII. Ind. VI. anno III. Ottonis regnantis IX. actum Dornburc feliciter Amen.

* riti. ro. sam.

* dicti nostri.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorũ industria, quemadmodum nos ob petitionem & interuentum dilecti ac fidelis nostri Hainrici Baioariorum & Karentanorum Ducis, Saxoni cuidam de nostra proprietate dedimus tres mansos regales in loco vbi Gluzo Sclauus habitare & diruere cepit, si ibi inueniatur. si autẽ numerus eorum ibi ad plenum inueniri non possit, in proximis locis per circuitum ad regium ius aspicientibus

nostra comprobatione & licentia sibi adimplendos concessimus. Si autem in predicto loco quem vulgari lingua nuncupant Gluhengisazi numerus triũ regalium mansuum superabundauerit & transcendat totum. quantum paruum siue magnum suo iuri in proprium tradimus, atque eos regales mansos, cum omnibus vtensilijs ad eos rite pertinentibus in areis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, venacionibus, Zidilvvaide, aquis, auarũq; decursibus, piscationibus, molendinis, vijs & invijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis cunctis & alijs appendicijs que adhuc dici possunt, ad integrũ sibi in proprium tradimus. Ea videlicet ratione vt idem iam dictus Saxo liberam de hinc de prefata proprietate sibi à nobis tradita faciendi quod velit potestatem habeat siue cum tradere vel commutare aut vendere seu magis sibi retinere voluerit. Et vt hec nostra donacio presenti ac futuro tempore firma consistat hoc preceptum inde conscriptum Sigilli nostri impressione signari iussimus, manuque nostra, vt infra videtur, corroborauimus. Signum Domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildebrandus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recógnoui. data XVII. Kal. Iulij anno incarnationis Domini DCCCCXCIII. Ind. VI. anno autem III. Ottonis regnantis X. actum in ciuitate * horchusin, feliciter amén.

* f. Northusin.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum nouerit industria qualiter Gotescalcus Frisingensis ecclesie Episcopus quoddam prediolũ sue ecclesie jacens in confinio nostre proprietatis orientalis vrbis Cremisa cum omnibus vtensilibus ad idem pertinentibus, consiliante duce Henrico in jus nostre proprietatis manu sua suique aduocati Anzonis perpetuo consistendum tradidit. Nos autem econtra in eadem Marcha & in comitatu Henrici Comitis, nostre proprietatis VI. regales hubas in loco qui dicitur Zudamaresueltiuxta fluuium qui dicitur Ipisa cum curtiferis, areis, pratis, pascuis, siluis, saginacionibus, venationibus, piscationibus, zidelvveida, molendinis, exitibus & redditibus, vijs & inuijs, quesitis & inquirendis ea omnia, que nos hactenus detinuimus vtilitate ac juste legitimeque ad easdem hobas pertinente sub presentia fidelium nostrorum in manum prescripti Episcopi tradimus, ea lege & eo tenore vt prefata Ecclesia sancte M. sanctique Corbiniani confessoris & Gotescalcus Episcopus & successores eius sine contradictione omnium hominum ea in perpetuam potestatem possideant. Et vt hec proprietas nostre traditionis nunc & in futuro stabilis & incouulsa consistat, hanc cartã inde conscriptam impressionis nostre Sigillo confirmari atque corroborari precepimus, manuque nostra propria, vt infra videtur, secundum consuetudinem regum vel imperatorum eam firmauimus. Signũ domini Ottonis gloriosissimi regis. Hildebrandus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognoui, Data Kal. XVII. Sept. anno Domince incarnationis DCCCCXCV. Ind. VIII. anno Ottonis regnantis XII. actum Magdaburg feliciter amen.

Rest. Dulmaresveld.

GOTSCALCVS] *M. S. Catal.* Hic Anno Domini DCCCCXCIII. Frisingensi Ecclesiæ præficitur Episcopus. Fecit commutationem cum Rege Ottone III. & dedit illi prædiolum Ecclesiæ suę in confinio vrbis Cremsa, & accepit ab eodem in Austria sex Regales Hubas in loco qui dicitur Dulmarfeld juxta flumen quod dicitur Ipisa, cum omnibus legitimè ad easdem pertinentibus, an. CMXCVI. Impetrauit quoque ab Ottone III. in Austria in loco dicto Nüenhouen cum eadem XXX. regales Hubas, cum terris, cultis, & incultis ad seruitium S. Mariæ Frisingen. Ecclesiæ. Item S. Henricus Imp. prędium Strasist.

Diploma Ottonis III. Imp. proxime supra fuit relatũ.

fift. in Carniola Frising. Ecclesiæ cum omnibus appendicijs inproprium donauit. Anno Domini M. II. Sequenti vero idem Rex tres villas, Hezingam, iuxta fluuium Trannach, Staralanum, Fridringa, cum omnibus earum pertinentiis tradidit præfato Gotescalco: post obitum vero illius in vsumfructum Frisingens. in locis Weihenstephen & S. Vito seruientium, cum omni integritate & æqua diuisione. Et præfuit an. XII. ferè, obiit an. Domini M. V. sexta die mensis Maij.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex. nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorũ industria, qualiter nos consensu & consilio Episcoporum & laicorum astantium ipsiusque S. Apostolici Gregorij, Romanorum, Francorum, Baioariorum, Saxonum, Sueuorum, Lotharingorum, ob remedium anime nostre nostrorumque parentum, nec non & interuentum, ad peticionem Gotescalci Frisingen. Ecclesie Episcopi talem vtilitatem ad tantum honorem idem mercatum omni die legitimum moneta ratisponensem intentia construi & adprime inceptari * concessimus. Thelonium autem exinde respicientem super gremium sancte Dei genetricis M. sanctique Corbiniani pro salute corporis nostri imperialis banni districtione firmiter sancimus, sed ea lege atque tenore, vt prefata Ecclesia ac idem Episcopus pretitulatus & omnes eius successores hanc vtilitatem & honorem in finem vsque seculi feliciter obtineant. Et vt hec nostre potestatis traditio nunc & in futuro stabilis & inconuulsa perseueret, hanc cartam inde conscriptam impressionis nostre sigillo confirmari atque corroborari statuimus, potenterque precepimus, nostraque manu propria vt infra videtur secundum consuetudinem regum vel imperatorum hoc signo eam signauimus. Signum domini Ottonis gloriosissimi Imperatoris. Hildvvaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognoui. Data XI. Kal. Iunij. anno Dominice incarnationis DCCCCXCVI. Indict. VIII. anno autem III. Ottonis regnantis XIII. die imperialis consecrationis eius. Actum Rome feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex Augustus, nouerint omnium industrie fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum, qualiter nos dignis petitionibus dilectissimi nepotis nostri Baioariorum ducis Heinrici annuentes, quasdam nostri iuris res in regione vulgari nomine Ostirrichi in Waccha & in comitatu Hainrici comitis filij Luitpaldi Marchionis in loco Nuiuanhoua dicto idem cum eadem curte in proximo con- * finio adiacentes XXX. regales hobas cum terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, edificiis, aquis, aquarumue decursibus, venacionibus, & * Zudulvveden, piscationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis omnibusque iure legaliterque ad easdem hobas pertinentibus super gremium Frising. Ecclesie ad seruicium sancte M. sanctique Christi confessoris Corbiniani atque Pontificis, cui nunc fidelis noster Godescalcus venerabilis præsidet Episcopus in proprium atque perpetuum vsum concessimus, firmiterque nostri imperiali potentia eo modo eoque tenore, vt eadem prefata Frisingen. Ecclesia, idemque predictus antistes Gotescalcus omnesque successores libero deinceps arbitrio hec omnia tenendi commutandi & quidquid voluerint inde faciendi. Et vt hec nostre donacionis auctoritas firmiter stabilisque cunctis Dei sancte Ecclesie filijs perpetim credatur, hanc cartam inscribi iussimus, annuloq; nostro signatam manu propria subtus

Zudelweida.

M 4 eam

eam firmauimus. Signum Dñi Ottonis inuictissimi regis Augusti Hildibaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archicancellarij notaui. Data Kal. Nouemb. anno Domini DCCCCXCVI. Ind. X. anno autem III. Ottonis regnantis XIII. Imp. verò I. actum in Bruchselle feliciter Amen.

IN nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus & futuris qualiter nos interueniente dilectissima nobis coniuge & regnorum consorte Chunigunda venerabili Frising. Ecclesie presuli Gotescalco suppliciter postulanti & digne petenti per hoc regie maiestatis insigne concessimus tres nostre proprietatis villas id est inprimis Hezinga que sita est juxta flumen drumenaha quidquid Megingoz ministerio ibi visus est obtinere cum Scaralovva besing. quoque accepta Raperenovva cum vico fridinga & omnibus earundem villarum justis & legalibus pertinentijs mobilibus & immobilibus siue in orgovve sub Vdalscalci comitatu siue in danachgovve sub defensione Rudperti sitis, seruis, quàm ancillis, areis, edificijs, pratis, pascuis, siue compascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, Molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis & omnibus iuste legis vtensilibus & reditibus & vt prescriptũ, appendicijs. Eo tenore & perpetue firmiter conuenientia, quatenus præsul Gotescalcus easdem prescriptas villas & eorum vtilitates omnibus diebus vite sue vsu fructuaria potestate fruatur & teneat, post obitum vero illius in vsus & dispensas fratrum Frisingen. in locis Wihenstephane & sancto Vito deseruientium cum omni integritate & equa distributione. Eo ordine, si aliquis prefati presulis Gotescalci successor quod futurũ non credimus prenominatas villas in suos sine justa & eisdẽ predictis fructibus placita redemptione & conuenientia, temptauerit auertere, nostris heredibus statim reuertantur & seruiant. Et vt hec nostra auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, hanc nostri precepti paginã manu propria roborantes nostre ymaginis Sigillo imprimi jussimus. Signũ dñi Henrici Regis inuictissimi. Engilbertus Cancellarius vice Willigisi archicappellani recognoui. Data V. Idus Sept. anno Dominice incarnationis M. II. Anno, verò Domini Henrici II. regni II. actum Babenberge feliciter Amen.

IN nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis. Hanricus diuina fauente clementia Rex. nouerint omnes fideles nostri presentes scilicet & futuri qualiter ob interuentum dilectę nostre coniugis Chunigunde Regine fidelisq; nostri Gotescalci Frising. Ecclesie Antistitis quoddam predium Strasisla vocatum & quidquid inter tres fluuios libinza, Saba Zoura in regione Carniola & in Comitatu Waltilonis Comitis nostri iuris situm est, ad gremium sanctę M. semper virginis sanctique Corbiniani ibidem Frising. corpore quiescentis in proprium donauimus cum omnibus ad idẽ prediũ pertinentibus edificijs, mancipijs, agris, pratis, siluis, aquis, aquarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, Sidelvvaidẽ, foresto, decimis, vineis, venacionibus, vijs & inuijs, cultis & incultis & cum omnibus appendicijs. Eo tenore vt predicta nostra regalis tradicio eidem præsuli Gotescalco & post illius vite terminum Frigen. Ecclesie Canonicis pro remedio anime nostre & parentũ nostrorum absq; omni contradictione mortalium in perpetuum deseruiat. Iussimus quoq; inde hoc preceptum conscribi vt hoc firmius stabiliusq; permaneat in futurum manu propria subtus firmauimus. Signum domini Heorici inuictissimi Regis. Engilbertus Cancellarius in vice Willigisi Archicancellarij notaui. Data autem VIII. Kal. Decemb. An. Dominice incarnationis M. II. Ind. I. Anno II. domini Henrici Inuictissimi Regis. Actũ Ratispone.

FRIDE-

FRIDERICVS] *in Catal. M S. omittitur. Et Diploma quoque Ottonis III. Imp. proximè precedens non huius Friderici sed Godscalci mentionem facit.* Y.

ENGELBERTVS] *de hoc M. S. Catal.* Hic anno Domini M. V. Præsul Frisingen. Ecclesiæ preficitur. Comes Mosspurgen. qui nobilem prosapiam suã egregijs moribus & bonis operibus ornauit. Hic etiã à S. Henrico Rege prędiũ sui Iuris in prouincia Carinthia situm impetrauit, Catha dictum anno Domini M. VII. Hic venerandus Antistes Engelbertus construxit Monasterium S. Stephani in Weihenstephen anno Domini M. XX. & transtulit præpositum cum suis præbendarijs hinc in montem S. Viti, & loco ipsorum instituit & initiauit Monasticam vitam in Weihenstephen juxta ordinem & regulam S. Benedicti. Item anno Domini M X X I. impetrauit à S. Henrico Rege quandam partem cuiusdam insulæ in Austria Saxenaganck dictæ ad præfatum Monasterium S. Stephani, pro qua dedit villam in Hagelhausen. Et impetrauit ab eodem Rege vniuersalem confirmationem omnium bonorum à prioribus Regibus & alijs donatorum. Anno Domini M X X I X. Idem Henricus donauit quoddam Curtiferum in Ratispona, Ecclesiæ Frisingen. similiter quædam alia prædia juxta Danubium. Anno M X X V. eodem anno S. Kunigunda Imperatrix quædam prædia, scil. Ranerstorff seu Rateshouen, Hopertach, Ostermütting, Veldkirchen, tradidit cum Ecclesijs & decimis, cum Foresto Wilnhart, cum terris, cultis & incultis, & cum omnibus ad ea pertinentibus. Insuper & præfata Imperatrix tradidit quidquid habuit in Hal, in ædificijs, terris, cultis & incultis, ac Sartaginibus, ad altare S. Mariæ sanctique Corbiniani Confessoris Christi Frisingen. in jus perpetuum. Ipse Engilbertus conseruauit Abbatiam Mosepurck justitia mediante, quam quidam Comes imperio voluit vsurpasse. Idem Engilbertus dedit Canonicis Frisingen. Ecclesiæ de rebus Ecclesiæ suę loca nominata Fiechtach, Oberndorff & Zorngelting cum Ecclesiis ad Obernpach & ad Nidernpach: impetrauit etiam Præsul idem à Conrado Imperatore prædia juxta murum anno Domini M X X X I I I. cum curte Endlingen: Similiter obtinuit ab eodem Curtem alarum in Austria & nonnulla alia, quia in eius obsequio strenuus fuit. Omnibus his peractis Ecclesiam cui prefuit diuersis & optimis decorauit ornamentis. Tabulam enim ex auro purissimo, quę in diebus festis ante altare ponitur, fabrili opere conpegit, & in multis alijs vasculis aureis & argenteis: in calicibus ex gemmis pretiosis & margaritis, atque diuersarum materiarum, Cappis & casulis & alijs domum Dei mirè decorari fecit: & quousque vixit Ecclesiam suam in prædijs atque redditibus dotare non cessauit, & rexit hanc sedem Episcopalem Annis triginta quatuor feliciter. Obiit An. Domini M. X X X X I X. prid. Non. Nouembris sepultus in sua Cathedrali Ecclesia in abside, ante altare sancti Spiritus. Z. Chatsa

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes Christique fideles qualiter nos pro nostre seniorisque nostri Ottonis Imperatoris anime consolencia * peretumue nostrorum felici memoria & per interuentum dilecte coniugis nostre Kunigunde Regine, perchnopolitani atque Archiepiscopi Gaginni dicti ac pro indulgentia bone memorie archiepiscopi in cuius laribus eisque sancte M. sanctique Corbiniani erant bonis pariter vtentes principio, * benigne nutriebatur, ac pro requie pie præsulis Gotescalci iam defuncti. Et quod nostrum fidelem Engilbertum Antistitem de propria quasi camera ad tale dispendium superandum vix nostre assiduitatis subtraximus quoddam nostri iuris predium Chatsa vulgo nominatum in prouincia Corinthia situm, cum familijs vtriusque sexus, Curtiferis, edificijs

* parentumue

* f. assecla

Carinthia

ciis, terris cultis & incultis, quesitis & inquirendis, rebus mobilibus & immobilibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, aquis aquarumque decursibus, Molendinis, piscationibus,* signis, Sidilvveidis, alpibus, vallibus, palludibus, omnibusq; eidem predio iuste & legaliter pertinentibus ad Ecclesiam Marie matris Domini eiusque sancti confessoris Corbiniani in proprium donauimus, eo namque tenore vt iam dictus Engilbertus Frisingen. Episcopus suique Successores, absque contradictione omnium nostro dominio subditorum liberam exinde habeant potestatem tenendi, possidendi, cõmutandi, vel quidquid in vsum Ecclesie libuerit, faciendi, precipientes igitur vt nullus dux aliquisue comes iugum vel aliquam discretionem seruis libertisq; in eodem predio habitantibus imponere jus habeat, sed aduocatus eidem Curti, ab Episcopo positus, quidquid in eadẽ curte ad regendũ emendandumue sit, juxta leges, ac instituta maiorum potestate diffiniat. Et vt hec nostre tradicionis auctoritas stabilis & incõuulsa permaneat, hanc nostri precepti paginã inde conscriptã manu propria roborantes Sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Signum domini Henrici Regis inuictissimi. Eberhardus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognoui. Data VI. Idus Maij, Ind. V. anno dominice incarnat. M. VII. anno vero domini Henrici secundi V. Regni. Actum Babenberge feliciter Amen.

* *faginis*

f. prepositione

f. potestatione

IN nomine sancte & indiuiduae Trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostenderimus, & oportuna terreni commodi more imperiali seu regali cum conferimus suffragia, non solum ad temporalẽ regni diuinitus nobis collati profectum, verum & ad eternitatis gloriam feliciter obtinendam, hoc nobis multum prodesse liquido credimus, simulque patrocinijs sanctorum nos inde beari atq; tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus scilicet pateseat & futuris, quomodo venerandus Engilbertus sancte Frisingen. ecclesie presul nostram adiit celsitudinem obnixe supplicans, vt pro stabilitate pie memorie antecessorum nostrorum scil: siue regum à primo consecrationis sue tempore vsque eidem concessas, & quidquid religiosa nobilium personarum vel ignobilium traditione seu cõmutatione siue coëmptione aliquando in jus ac inuestituram eiusdẽ Ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per nostre imperialis renouationis preceptum, sibi roborare atq; confirmare dignaremur. Totamq; Ecclesie facultatem in tutele nostre singulare patrocinium mundiburdum atq; defensionẽ habuissemus commendatã. ac nos gratuita benignitate religiosis petitionibus pro Christi honore, & sancte genetricis sue semp virginis Marie veneratione assensum prebentes, nec non dilecte contectalis nostre Gisele imperatricis Aug. & care sobolis nostre regis videlicet Hainrici Imperatoris, & tam venerabilium Episcoporum, quã reliquorum conspectu nostro assistenciũ percepte intercessioni pie annuentes, jure auctoritatis nostre, ad prefatã ecclesiam nomine sancte Dei genitricis dedicatã, in qua confessor Dei elect' Corbinianus corpore quiescit, pro antecessorũ nostrorũ & anime nostre remedio, profectus nostri regni felicitate, eternaliter in propriũ donamus, roboramus, quidquid ad prefatã sanctam & matricem ecclesiã hactenus pertinebat, & quidquid in hodierno tempore in eadẽ Ecclesia inuestitura rite retinet, in quacunq; scil. prouincia Imperij nostri siue quocũq; pago aut marchia, aut comitatu situ sit, cũ Monasterijs Eccle. decimatis siue absq; decima, cũ castellis, vel vicis, cum curtibus & casalijs, edificijs, familijs & vtriusq; sexus mancipijs, Parschalcis, Sindmannis, hengisontis, censibus & capiticensibus, aquis, campis, vineis, terris, cultis & incultis, noualibus vel siluis ad

noua-

nouālia exstirpandis pratis, paludibus, pascuis, compascuis, Montibus, siluis, materie ac lignorum incisionibus, forestis, Mercatis, venacionibus, teoloniis, & percussura proprij numismatis, salinis & sartaginibus, ac locis Sartiginum, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, stationibus, id est, Giscellis piscium quos Husones dicimus, Mol. Molendinarumque locis, pontibus, vectigalibus, vijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frisingen. Episcopatum legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum in jus & potestatem sacrosancte matricis Christi Ecclesie prefate donamus, tradimus, & confirmando renouamus. Eo rationis tenore vt jam dictus honorabilis Episcopus eiusque Successores liberam pro vtilitate eiusdem sancte Dei Ecclesie perhenniter habeat potestatem, quidquid inde voluerit faciendi absque alicuius molestia. Et vt hec auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiori solidetur stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes, Sigilli nostri inpressione jussimus insigniri. Signum Domini Chunradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti, Vldaricus Cancellarius vice Aribonis Archicappellani recognoui. Data V. Idus Martij. Ind. XII. anno Dominice incarnationis M.XXIX. Anno Domini Chunradi II. Regni V. Imperij verò II. actum Frisingen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Rex. Cunctis fidelibus nostris presentibus atque futuris. Notum esse volumus qualiter nos ob anime nostre remedium ad venerandi Engilberti fidelis nostri Frisingen. scil. Sedis antistitis petitionem quedam proprietatis nostre prediola sic nominata, ad Rintsetun, Arpintint ad Stamrunahi ad hornun quæ Perzili de Vnamanni filius, seruus nostre potestatis possedit predictique presulis aduocato Vodalchalco, ceterisque missis suis cum terminis proprijs premonstrat in Septemtrionali parte Danubij fluminis, & in Comitatu Ruperti comitis sitas in proprietate concessimus, & per hanc regalem paginam in jus eius atque dominium transfundimus cum curtiferis, edificijs, terris cultis & incultis, pratis, siluis, aquis, aquarumque, decursibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, Molendinis, piscationibus, Zidilvveidis, quesitis & inquirendis, omnibusque legittime ad loca eadem pertinentibus. Ea scilicet ratione vt prefatus presul liberam in rebus predictis habeat potestatem, tradendi seu sibi retinendi, aut quidquid sibi libitum fuerit, exinde faciendi. Et vt hec nostre concessionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat, hoc presens preceptum inde conscriptum manu propria roborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum domini Chunradi inuictissimi regis. Odalricus, Cancellarius in vice Aribonis Archicappellani recognoui. Data II. Non Maij. Ind. VIII. anno Dominice incarnationis M.XXV. Anno vero Domini Chunradi II. regis inuicti, actum Svvartzburga feliciter in Dei nomine Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilibus Ecclesiarum Dei locis quidquam largimur beneficij, necessitatesque Ecclesiarum nostro releuamus iuuamine, id profecto & anime & regni nostri saluti prouenire non dubitamus, proinde omnibus Christi nostrisque fidelibus notum esse volumus, qualiter nos ob recordationem eternam Domini Senioris nostri Ottonis Imperatoris Augusti ob spem quoque diuine remunerationis tam nobis quam etiam dilecte contectali Kunigunde impetrandam, atque fidelissimum venerandi presu-

presulis Frising. Engilberti obsequium amoremque dedimus quandam partem cuiusdam insule Sahsonagoue dicte ad Monasterium sancti Stephani protomartyris in Episcopatu eiusdem egregij antistitis ab eodem presule constructũ fratribusq; inibi Christo militantibus in prouincia scilicet Orientali iuxta Danubium & in Marchia Adalberti Comitis sitam & hijs terminis inclusam, à loco enim Suntmesprucka visum per ripam danubij vsque in locum Orta dictum. Et inde vsq; in siluam quam Hart vulgariter nuncupant, & à supradicto ponte per directum vsque in eandem siluam Hart, ipsam videlicet insulam Sahsonagoue quantum suprascripto continet termino, & quidquid reliquum terre culte & inculte inter predictum inuenitur terminum cum areis, edificijs, aquis, piscationibus, venationibus, Zidelvveidis, pascuis & lignorum incisionibus omnibus illic habitantibus & quidquid vtilitatis inibi poterit inueniri. Ea ratione hanc nostram concessionem sancto Stephano & iam dictis fratribus firmantes vt nullus Episcopus seu aliqua quelibet persona potestatem habeat eam inde alienare vel aufferre. Et vt hec nostre concessionis munificentia omni euo stabili tenore firma & inconuulsa permaneat, hoc presens preceptum inde conscriptum manu propria roborantes Sigilli nostri inpressione jussimus insigniri. Guntherus, Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognoui. Data XVIII. Kal. Decembr. Ind. IV. anno dominice incarnationis M. XXI. anno domini Henrici regnantis XX. Imperij autem VII. actum apud villam Moringen.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis: Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si loca venerabilia diuino cultui mancipata ob memoriam diuine remunerationis munere nostre consolationis benignius adaugendo ditare decreuerimus, hoc non solum nobis ad regni nostri commodum, sed etiam anime nostre remedium salubriter prouenire pro certo statuimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet & futurorum vniuersitati notum esse volumus, qualiter nos summe dignitatis intuitu per interuentum amantissime coniugis nostre Gisele Imperatricis Auguste, nostriq; filij dilecti Hainrici regis nec nõ ob assiduum fideleq; seruicium Engilberti Frisingen. ecclesie venerabilis Antistitis, qui pre ceteris multiplicato genere seruitutis nobis pro viribus gratanter deseruit, suumq; seruitium in hoc multipliciter adauxit, quod eũdem vnicum filium nostrũ per nos sue fidei cõmendatum plena fide vice nostra fouit, amplectitur, amauit & per omnia fideliter educauit, tradimus ad altare semper virginis Marie sanctiq; Corbiniani nobilissimi Christi Confessoris in ciuitate Frisingen. corpore quiescentis, Curtem alarum sitam in comitatu & marchia Adalberti Marchionis cum omnib⁹ ad eam de jure ac legaliter pertinentibus, cum mancipiis vtriusque sexus, cum areis, edificijs, agris, vineis, campis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, siluis, venationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, vijs, & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, seu cum omni vtilitate que scribi aut nominari vllo modo potest. Eandemque curtem de nostro jure aut dominio ea ratione in jus atque dominium prefate Frisingen. ecclesie omnino transfundimus & in proprietatẽ perpetuã donauimus, vt idem venerabilis antistes Engilbertus & successores sui, absq; violentia, vnius nostri successoris siue regis, siue imperatoris liberam posthac habeat licentiam & potestatẽ tenendi, possidendi, commutandi vel quidquid inde sibi saluo jure ecclesie placuerit inde faciendi. Et vt hec nostra imperialis integritas stabilis & inconuulsa per futura annorum curricula perseueret, hoc auctoritatis nostro

nostre preceptū inde conscriptum sigilli nostri impressione insigniri iussimus, & ambo nos & filius noster dilectus Rex videlicet Hainricus, ego ipse humiliter interueniente ille me consentiente atque iubente vterque in sui nominis signo manu propria corroborauimus. Signum Domini Chunradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Signum domini Heinrici inuictissimi * Fran. regis. Burchardus Cancellarius vice Arbonis archicapellani recognoui. Data XIV. Kal. August. indict. I. Anno Dominice incarnationis M. XXXIII. Anno autem Domini Chunradi secundi regnantis V. Imperij autem VIII. anno etiam domini Hainrici regis III. VI. Actum Mileb feliciter Amen.

Rom.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator. Si venerabilia ecclesiarum Dei loca alicuius doni incremento sublimare studemus, id profecto nobis nostrique regni statui liquido proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium presentium scilicet & futurorum nouerit vniuersitas, qualiter nos diuini amoris instinctu pro remedio anime nostre, ob interuentum & petitionem dilecte nostre coniugis Gisele Imperatricis auguste, nec non Hainrici regis nostri filij, ob iuge & deuotum seruicium fidelis nostri Engilberti Frisingen. ecclesie venerabilis episcopi eidem presuli sueq; ecclesie Frisingen. largiti sumus in orientis parte fluuium Vnla vocatum, in comitatu marchionis Adalberti omni lege hobas regales II. quae antea admurim sui iuris curtem ibi iuxta iacentem, ex rebus regni pro beneficio concesse sunt, insuper hobam Regalem prope fluuiū eundem * . . . . . iacentem, quam habuit in beneficium predictus Marchio Adalbertus, & etiam in meo vtrorumque partium iugera XXX. supradicte curte contigua que Arbo de Ensinburc in beneficium habuit, cum omnibus eius appendicijs, areis, edificijs, exitibus & redditibus, vijs & inuijs, cultis & incultis, quesitis & inquirendis, agris, campis, pratis, siluis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, molis, piscationibus, seu cum omnibus vtilitatibus, que sic dici aut scribi possunt. Easque per hanc nostram Imperialem paginam de nostro iure & dominio in eius ius & dominium transfundimus & in proprium tradimus. Ea scilicet ratione vt iam dictus presul suiq; successores liberam deinceps potestatem habeant in vsum ecclesie quidquid eis placuerit faciendi. insuper vero eidem episcopo confirmauimus, cetera sui iuris bona à termino orientali vbi Iuidzuna Mispach influit Ibsam, Et inde perheznizam deniq; Rutinkam. Itemque à termino occidentali à villa Vellundorf vsque ad fluuium Zukaha & ad Rutinkcham. Sicque ad Montana Carinthiam respicientia. vt hec nostre donationis ymmo confirmationis auctoritas stabilis & inconuulsa omni euo permaneat, hoc preceptum inde conscriptum manu propria roborantes Sigillo nostro insigniuimus. Signum domini Chunradi Romanorum Imperatoris inuictissimi. Burchardus Cancellarius vice Bardonis archicapellani recognoui. Data Idus Maij, Anno dominice incarnationis MXXXVIII. Anno autem domini Chunradi secundi regis X. Imperij VIII. Actum Ratispone feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilia ecclesiarum Dei loca donatione liberalitatis nostre in aliquibus adaugere studemus, id profecto ad statum regni nostri & ad salutē anime nostre liquido proficere non modo speramus, sed certissime scimus. Proinde omnium Christi nostrorumq; fideliū presentiū scilicet & futurorū nouerit vniuersitas, quod ego Chunradus gratia Dei Imperator augustus spe diuine remunerationis, ymo propter petitionem dilectissime mee

coniugis Gisele Imperatricis Auguste, nec non & filij nostri Hainrici regis. Insuper pro amore & seruitio Engilberti Frisingen. ecclesie venerabilis episcopi gemina fidelitate nobis deuotissimi, altera quidē q̄d in nostro semper strenuus erat seruitio, altera vero quod eundem filium nostrum à nobis sue procurationi vigilanter commendatum, paterno educauit animo, ad altare sancte Dei genitricis Marie in ciuitate Frising. vbi egregius Christi Confessor Corbinianus corpore requiescit, Curtem Emlingen sitam in comitatu Vdalstaiti comitis, cum omnibus eiusdem loci iustitijs ceterisque pertinentijs cum ecclesia dote & decimis legitime confirmata, cum areis, edificiis & vtriusque sexus mancipijs, exitibus & redditib⁹, vijs & inuiis, agris, pascuis, siluis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus, molis, molendinis, piscationibus, quesitis & inquirendis, cultis & incultis & cum omnibus vtensilibus que aut scribi aut nominari possunt; Eo videlicet tenore. Eandem curtem de nostri dominij iure in ius & dominium predicte Frisingensis ecclesie transfundimus & in proprium perpetuo possidēdo tradimus, vt idem venerabilis presul Engilbertus suiq; successores liberam habeant potestatem eam sicut alias ecclesie sue proprietates libere possidendi, & si opus fuerit commutandi, seu quidquid ecclesie sibi libitum, inde faciendi. Et vt hec nostra Imperialis tradicio stabilis & inconuulsa omni permaneat temporis euo, & vt nullus nostrorum, vel alia persona hec nostra dona audeat violare aut infringere, hanc precepti nostri paginam inde conscriptam Ipse idemq; dilectus filius noster rex Heinricus sua petitione ille mea licentia & collaudatione vterq; in suo monogrammato manu propria subtus roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Chunradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Signum domini Heinrici tertij regis inuictissimi. Burchardus Cancellarius ad vicem Bardonis Archicapellani recognoui. Data anno dominice incarnationis Millesimo XXXIII. Ind. I. XII. Kal. Augusti, Anno autem domini Chunradi secundi regnantis XI. Imperantis vero VII. Anno autem domini Heinrici tertij Regis VI. Actum in prouincia Turingia apud Regalem Curtem Imileb feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Rex. Si nostra regalis munificencia locis venerabilibus sacreq; religionis cultoribus quidquid vtilitatis contulerit, scimus magna presidia tum anime nostre tum etiam stabilitati regni nostri inde accrescere. Proinde nouerit industria cunctorum hominum fidelium nostrorum, qualiter nos ob interuentum venerandi Engilberti Frisingen. sedis Episcopi more antecessorum nostrorum regali concessione firmauimus curtiferum id est in presenti eodem egregio presule superedificatam in prouincia Baioaria & in urbe regenspurch sitam, partem uidelicet alicuius palatij veteris atq; destructi incipientem à curte quam tenet Eberhardus Babenbergensis episcopus, ac contra septemtrionē in longitudine VIII. perticas habentē, & inde ad orientem vsq; ad viam publicam que est inter ecclesiam sancti saluatoris & predictum Curtiferū, & ad flumen Danubiū ducit terminante. Constat namq; idē Curtiferū à pio antecessore Hainrico Imperatore ecclesie Frisingen. ob remediū anime sue fideleq; ministeriū eiusdem antistitis consentiente Duce Baioariorum Heinrico, Imperiali precepto concessum. Nos aut ecclesie vtilitatem nihilominus prospicientes, hoc presenti precepto nostro curtem predictam cum vniuersis edificijs ac sepium municionibus, illi in perpetuum firmauimus manu propria subtus roborauimus. Signum domini Chunradi inuictissimi regis. Vdalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognoui. Data III. Kal. Sept. Ind. VII. Anno M. XXIIII. dominice incarnationis. Anno I. domini Chunradi II. regis. Actum Moguncie feliciter Amen.

NICE-

NICERVS] *Aliter de hoc Nicero siue Nitgero, quem Henricus III. Nikerum in suis Diplomatis vocat, M.S. Catal.* NIIGERVS XVIII. Episcopus, fundator collegij S. Viti martyris, præficitur anno Domini MXL. sub isto Henricus III. Imp. confirmauit quidquid bonæ memoriæ præsul Engilbertus ac Nitgerus iste obtulerunt & tradiderunt ad altare S. Viti martyris, & fratribus ibidem Deo seruientib. proprie retinendum perpetuo imperiali auctoritate & priuilegio. Hic etiam Nitgerus ob specialem gratiam ab eodem Henrico impetrauit confirmationem cunctorum bonorum Ecclesiæ Cathedralis; obtinuitque ab eodem Rege Curtem Ostermundigen in pago Salzgovve, Ecclesias ab eodem impetrauit Gemkurchen, Provvingen, & Enlingen, cum decimis, Hubis & Mancipijs. rexit Ecclesiam annis XIII. Obiit anno Domini MLII. Id. Aprilis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Si erga Dei domus nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostendimus, & opportuna terreni commodi more imperiali seu regali confirmauerimus suffragia, non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum, verum & ad eternitatis gloriam feliciter obtinendam hoc nobis multum prodesse liquido credimus, simulque patrocinijs sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus scilicet ac futuris patescat. Quomodo reuerendus Nikerus sancte Frisingen. presul nostram adijt celsitudinem, obnixe suplicans, vt pro stabilitate sacro sancte ecclesie vniuersas res pro liberalitate pie memorie antecessorum nostrorum Imperatorum scilicet siue Regum à primo consecrationis sue tempore vsque modo eidem concessas & quidquid religiosa nobilium personarum vel ius nobilium tradicione seu commutatione siue coëmptione aliqua in ius ac inuestituram eius ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per nostre regalis renouationis preceptum sibi roborare atque confirmare dignaremur, totamque ecclesie facultatem in tutele nostre singulare patrocinium, mundiburdum, atque defensionem habuissemus, commendatam, * ac nos gratuita benignitate religiosis eius petitionibus pro Christi honore & eius genetricis sancte Marie veneratione assensum prebentes, nec non nobis dilecti Dietmari assensum prebentes Saltzburgen. ecclesie archiepiscopi & aliorum tam venerabilium episcoporum, quam reliquorum conspectui nostro assistentium procerum intercessioni pie annuentes iure auctoritatis nostre ad prefatam ecclesiam nomine sancte genetricis dedicatam, vbi electus Dei Confessor Corbinian. corpore requiescit, pro antecessorum nostrorum & anime nostre remedio ac diuturna profectus nostri felicitate eternaliter in proprium donamus, roboramus ac roborando confirmamus, quidquid ad predictam sanctam & matricem ecclesiam hactenus pertinebat & quidquid in hodierno die eadem ecclesia inuestita rite retinet, inquacunque videlicet regni nostri siue in quocunque pago aut marcha vel comitatu situm sit, cum Monasterijs, ecclesijs, decimatis, siue absque decima, cum castellis, vicis, cum curtis & casis*, alijsque edificijs, familijs, & vtriusque sexus mancipijs, marschalcis, Sindmannis, hengisvvoteris, censibus & capiticensibus, agris, campis, vineis, terris, cultis & incultis, noualibus, vel siluis ad nouatia exstirpandis, pratis, paludibus, pascuis, compascuis, montibus, siluis, materie ac lignorum incisionibus, forestis, venacionibus, Mercatibus, thelonijs & percussionibus numismatis, Siluis & Sartaginibus, ac locis Sartaginum, aquis aquarumq; decursibus, piscationibus, stationibus id est Viscell. piscium, quos husones dicimus, Molis,

marschalcis.

Molinarum locis, pontibus, vectigalibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frisingen. episcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum iuri ac potestati sacrosancte matris ecclesie prefate donamus, tradimus & confirmando renouamus, eo rationis tenore vt iam dictus venerabilis episcopus Nitgerus eiusque successores liberam pro vtilitate eiusdem sancte ecclesie perhenniter habeant potestatem quidquid inde voluerint faciendi absque alicuius molestia. Et vt hec auctoritas per cuncta mundi labentis curricula firmiori solidetur stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Heinrici III. Regis inuictissimi. Theodoricus Cancellarius vice Bardonis archicappellani recognoui. Data II. Idus Maij, Ind. VII. anno dominice incarnationis M.XXXIX. Anno autem domini Heinrici III. ordinationis XII. regni vero I. actum feliciter Amen.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. Si loca venerabilia diuino cultui mancipata ob memoriam diuine remunerationis munere nostre consolationis benignius adaugendo ditare decreuimus, hoc non solum nobis ad regni nostri commodum, sed etiam ad anime nostre remedium salubriter prouenire credimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium presentium & futurorum vniuersitati notum esse volumus, qualiter nos summe diuinitatis intuitu per interuentum nobis dilectissimi Sigibotonis sancte videlicet Spirensis ecclesie venerabilis episcopi, nec non ob assiduum fideleq; seruitium domini Nitkeri Frisingen. ecclesie presulis celebertimi, eademque scilicet beniuolentia & auctoritate, qua similiter fecit & ante me beate memorie genitor meus per omnia pius Katholicus Chunradus siquidē Imperator august. qui me interpellante in idipsum etiā consilio & reconspirante cartam constitutionis imo hec eadem continente manu propria roborando omnique lege confirmando in ius Frisingen. ecclesie tradidit, nos pariter animo nihilominus volenti tradimus & concessimus ad altare semper virginis M. sanctique Corbiniani nobilissimi confessoris Christi in ciuitate Frisingen. corpore quiescentis Curtem Alaris, sitam in marchia & in comitatu Adalberti Marchionis, ad eundem locum iure ac legaliter pertinentibus, cum mancipijs vtriusque sexus, cum areis, edificijs, agris, vineis, campis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, venacionibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, seu cum omni vtilitate que scribi aut nominari potest. Eandemque curtem in ius atque dominium prefate Frisingen. ecclesie ea ratione omnino transfundimus, & in perpetuam proprietatem donamus, vt idem venerabilis antistes Nitkerus & successores sui absque violentia vllius nostri successoris, siue regis siue Imperatoris, liberam post hac licentiam habeant, potenter possidendi, commutandi, vel quidquid inde saluo iure ecclesie placuerit, faciendi. Et vt hec nostre regalis tradicionis auctoritas stabilis & inconuulsa per futura annorum curricula perseueret, hoc auctoritatis nostre preceptum inde conscriptum, Sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini Heinrici Regis inuictissimi. Theodoricus Cancellarius vice Bardonis ArchiCancellarij recognoui. Data XV. Kal. Septemb. Ind. XIII. anno dominice incarnationis M.XL. anno vero domini Hainrici tertij ordinationis XII. regni autem I. actum Auguste feliciter Amen.

Nikerus episcopus impetrauit à III rege Hainrico vniuersalem confirmationem sanctorum ecclesie bonorum Anno domini M.XXXIX. renouari quoq; fecit ab eodem tradi-

traditionem alteram anno domini M XL. Impetrauit ab eodem curtem Ostermundingan in pago Saltzgovve anno domini M. XL I. Impetrauit ab eodem ardachren anno domini M. XLIX. Confirmationem quoq; ab eodem Benmininchirchen, Bruvigen, & Hachingen, & Emlingen, & quidquid Engilbertus episcopus ad ecclesiam sancti Viti delegauerat. a. d. CII. Imperatum ab eodem fratribus huius ecclesie Laigan Vffkirchen *Eberaschirchen.*

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis Hainricus diuina fauente clementia Rex. Si sanctarum ecclesiarum res ex nostris facultatibus ampliamus, hoc ad presentis nostre vite statum, & ad eterne retributionis premium nobis profuturum esse non dubitamus, huius spei gratia ob interuentum ac petitionem Giselę dilectissime matris nostre Imperatricis Auguste, nec non Dietmari Saltzburgensis ecclesie venerabilis episcopi, quondam nostre potestatis curtem Ostermundingen nominatam in pago Salzburgovve, & in comitatu Aribonis Palatini Comitis sitam, Frisingen. ecclesie in honorem sanctę Marie, & sancti Corbiniani confessoris Christi consecrate & constructe ob dilectonem & gratam nobis seruitutem Rutgeri ecclesie prefate venerabilis episcopi, cum omnibus suis pertinentijs, hoc est, vtriusque sexus mancipijs, areis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, cum omni vtilitate quæ vllo modo inde potest prouenire, in proprium dedimus atque tradidimus. Ea videlicet ratione vt prescriptus Nikerus episcopus suique successores, de pretitulata curte liberam de hinc potestatem habeant scilicet tenendi, commutandi, pignorandi, vel quidquid sibimet ad vsum prenominate ecclesie placuerit inde faciendi. Et vt hec nostre traditionis regalis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat euo, hanc paginam inde conscribi manu propria vt infra videtur corroborantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Henrici tertij Regis inuictissimi. Eberhardus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data II. Idus Maij. Ind. IX. Anno dominice incarnationis M. XL I. Anno autem Domini Heinrici III. ordinationis eius XIV. Regni vero II. Wormacie feliciter Amen.

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si loca ecclesiarum Dei & bona diuinis obsequijs mancipata antecessorum nostrorum more confirmamus id profecto ad salutem regni nostri, & ad salutem anime nostre liquido proficere non modo speramus, sed & . . . . . cognoscimus. Proinde omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet & futurorum cognoscat industria, quod ego Hainricus dono Dei Imperator Augustus ob diuine talionis respectum & propter dilectionem ymoque seruitium Nikeri Frisingen ecclesie venerabilis episcopi, ecclesiam vnam cum decimis & duabus hobis & vtriusque sexus mancipijs Boumnchirchen dicto, alteram vero in loco Wibingen nominato, similiter cum decimis & duabus hobis vtriusque sexus mancipijs. Tertiam ecclesiam in loco Hächingen nominato, cum decimis & duobus hobis & mancipijs. Quartam quippe in loco Emlingen dicto, cum decimis & dote legittime confirmatam & cum * ra. Insuper etiam quidquid antedictus presul & antecessor eius Engilbertus ad altare sancti Viti martyris tradidit & delegauit, hoc ego eidem altari & fratribus ibidem Deo seruientibus proprie retinendũ perpetue mee Imperialis * . . . ; confirmaui priuilegio. Et vt nostra Imperialis confirmatio stabilis & inconuulsa omni permaneat euo, hanc

* *f. maiestatis*

cartam inde scriptam manu propria vt subtus videtur coroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Heinrici Imperatoris inuictissimi secundi Romanorum Imperatoris Augusti. Wintherius Cancellarius vice Luitvvaldi Archicancellarij & Archiepiscopi recognoui. Data XV. Kal. Iunij, Anno Dominice incarnationis M.LII. Indict. X. domini autem Heinrici III. Regis, II. Imperatoris ordinationis eius XXIIII. Regni quidem XIII. Imperij autem VI. in nomine Domini actum feliciter Amen.

bb. *ELLENHARDVS*] *M. S. Catalogus.* Ellenhardus Episcopus XIX. Fundator Collegij sancti Andreæ Apostoli. Hic præficitur sedi Frisingen. anno Domini M.LIII. Hic à Rege Henrico IIII. impetrauit priuilegium stabilitatis & confirmationem vniuersalem omnium Ecclesiæ bonorum Anno Domini M.LVII. Hic etiam incepit construxit ac planè fundauit Ecclesiam collegiatam S. Andreæ in monte Frisingen. dotansque eandem cum viginti præbendis. Item hic præclarus Pontifex impetrauit ab Henrico Rege quarto Perian & Naubenburgk in Histria sitas, cum omnibus vtilitatibus ad eas jure pertinentibus, ad Monasterium S. Andreæ Apostoli in ciuitate Frisingen. Anno Domini M. LXII. Item obtinuit ab eodem Rege Abbatiam Beuern in pago Schvvingovv sitam, cum omnibus appendicijs ad Ecclesiam S. Dei genitricis & Corbiniani, Anno M.LXV. Impetrauit etiam ab eodem in Marcha Histria has villas, Cubida, Leonz, Opeszazari, Trustulahenia, S. Petri, cum omnibus adtinentijs ad Ecclesiam Virginis Mariæ Frisingen. Anno Domini M. LXVII. Item impetrauit ab eodem multas Hubas apud Quinchsaha, Ascha, Reicherspurch Tungerspruna, Nobendorf, Hohenlovv, cum omnibus appendicijs, Anno M.LXXIII. Item Ellenhardus Episcopus, delegauit Curtiferum apud Sighofstetten ad altare S. Petri in crypta tali tenore, vt alicui de fratribus committatur Missæ celebratio ad idem altare, pariterque fratribus inde seruitium exhibeatur in anniuersario Episcopi die, & alia multa bona delegauit Ecclesiæ S. Dei genitricis Mariæ, tali condicione, quod Canonici S. Andreæ certis diebus ex reditibus huiusmodi debent refici, seu portionem habere. Hic deuotus Ellenhardus rexit annis viginti quinque, & obiit anno Domini M.LXXVIII. in vigilia S. Gregorij V. Idus Martij, sepultus in Ecclesia S. Andreæ, cuius anniuersarius annuatim peragitur circa festum S. Gregorij Papæ cum Sollenni Stipe.

Hohenovv

IN nomine sancte trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Si erga domus Dei nostre liberalitatis munificentiam pijs incitati studijs ostenderimus, & oportuna terreni commodi more Imperiali seu regali eis conferimus suffragia, non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum, verum & ad eternitatis gloriam obtinendam, hoc nobis multum prodesse liquido credimus. Simulque patrocinio sanctorum nos inde beari atq; tueri non ambigimus. Idcirco omnibus Christiane religionis fidelibus presentibus scilicet patescat & futuris, quia Reuerendus Ellenhardus sancte Frising. Ecclesie presul nostram adiit celsitudinem, obnixe supplicans, vt pro stabilitate eiusdem sacrosancte Ecclesie vniuersas res, liberalitate pie memorie antecessorum nostrorum Imperatorum scilicet siue Regum à primo consecrationis sue tempore vsque modo concessas, & quidquid religiosa nobilium personarum tradicione seu commutatione, seu coemptione aliqua in jus ac vestiturã eiusdẽ Ecclesie in presenti collatum dinoscitur, per nostre regalis renouationis preceptũ sibi roborare atque confirmare dignaremur, totamque facultatem in tutele nostre singulare patrocinium, mundiburdium, atque defensionem habuis-

buissemus commendatam, ac nos gratuita benignitate religiosis eius petitionibus pro Christi honore & sancte genitricis sue semper virginis Marie veneratione assensum prebentes, nec non genitricis nostre Imperatricis Agnetis nobisque dilecti Baldvvini Salzburg. Ecclesie Archiepiscopi & aliorum tam venerabilium Episcoporum quam reliquorũ conspectui nostro assistentium procerum intercessioni pie annuentes studio auctoritatis nostre ad prefatam Ecclesiam nomine sancte genitricis Dei dedicatam vbi electus Dei confessor Corbinianus corpore quiescit, pro antecessorum nostrorum, & anime nostre remedio, ac diuturna profectus nostri felicitate eternaliter in proprium donauimus, roboramus, ac renouando confirmamus quidquid ad predictam & sanctã matricem ecclesiã hactenus pertinebat, & in hodierno tempore eadẽ ecclesia inuestita tenet, in quacunq; videlicet prouincia regni nostri siue quocunque pago aut marcha vel comitatu situm, cum monasterijs, ecclesijs decimatis, siue absque decima, cum Castellis vel vicis, cum curtis, casis, alijsque, edificijs, familijs, & vtriusque sexus mancipijs, parschalcis, Sindmannis, hengisturtis, * censibus, capiti censibus, agris, campis, vineis, terris, cultis & incultis, noualibus, ac siluis, ad noualia exstirpanda, pratis, paludibus, pascuis, compascuis, montibus, siluis, materie ac lignorum incisionibus, forestis, venationibus, Mercatibus, theoloneis, percussura proprij nomismatis, salinis, & sartaginibus, ac locis sartaginum, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, stationibus, Gistell. piscium, quos husones dicimus, molis, Molendinarumque locis, pontibus, vectigalibus, vijs & inuiis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, hec omnia in omnibus ad ipsum Frising. Episcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostre preceptum in jus & potestatem sacrosancte matris Christi Ecclesie prefate donamus, tradimus, & confirmando renouamus, eo rationis tenore, vt jam dictus honorabilis Ellenhardus, eiusque successores liberam pro vtilitate eiusdem sacrosancte Dei genitricis Ecclesie perhenniter habeant potestatem, quidquid inde voluerint faciendi, absque vllius molestia. Et vt auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiore persistat stabilitate, manu nostra subtus eam roborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Heinrici IIII. Regis inuictissimi, Wintherus Cancellarius, vice Luitpoldi Archicancellarij recognoui. Data Idus Febr. Ind. X. anno dominice incarnationis M. LVII. Anno domini Hainrici IV. regis ordinationis tertio, regni I. Actum Nevvnburg in Dei nomine.

f. matrice

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex Romanorum Augustus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum pie deuotioni pateat, quemadmodun nos pro eterna retributione, & pro anima patris nostri bone memorie Hainrici Romanorum Imperatoris augusti, obque interuentum dilecti nostri Annonis scilicet Colon. Archiepiscopi, nec non ob deuotum fidele seruitium Ellanhardi Frisingen. sedis episcopi, quasdam nostri juris proprietates ad fiscum nostrum pertinentes in Marchia histria & Comitatu Mar: Wodalda inque locis subnotatis inter Piriam & Nevvnburg sitas cum omnibus vtilitatibus ad eas rite pertinentibus, hoc est, mancipijs vtriusque sexus, areis, edificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus, stacionibus nauium, theoloneis, molendinis, vijs & inuijs, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, cunctisque alijs appendicijs que vllo modo dici aut nominari possunt, ad Monasteriũ sancti Andreę Apostoli in ciuitate Frisingen à prefato eiusdem ciuitatis

interuentionem

episcopo in dei nomine iniciatum & constructum, ex proprio in proprium donamus. Ea scilicet ratione vt fratribus inibi Deo militantibus in quantum ex eisdem bonis prouideri possit ad diuinum officium peragendum, victus & vestitus singulis annis subministrentur. Et vt hec tradicio nostra in futuro tempore stabilis & incouuulsa permaneat, hoc regie donacionis preceptum inde conscriptum, sigilli nostri inpressione iussimus insigniri, manuque propria vt inde videtur corroborauimus & confirmauimus. Signum domini Henrici quarti Regis. Wichbertus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data IX. Kal. Octobris, anno incarnat. dominice M.LXII. anno autem ord. Henrici quarti Regis VIII. Regni vero VII. Actum Auguste, in dei nomine, Amen.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Haintricus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos ob remedium anime patris nostri pie memorie Hainrici Imperatoris Augusti, nostraque in Christo felicitate perpetua, instinctu quoque fidelis nostri Adalberti Hammaburgen. Archiepiscopi, nec non ob fidele seruicium Ellanhardi Episcopi ad ecclesiam Frisingen. in honore sancte Dei genitricis & sancti Corbiniani, confessor: constructe Abbaciam * buibim dictã, in pago Sundergoue, in Comitatu Sigmari Comitis sitã, cum omnibus appendicijs, hoc est, villis, vineis, in quacunq; prouincia seu quocunq; pago vel comitatu sitis nec nõ vtriusq; sexus mancipijs, areis, edificijs, agris, campis, pratis, pascuis, siluis, forestis, forestarijs, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumq; decursib⁹, molis, molendinis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, vijs & inuijs, omniq; jure & vtilitate quod nos vi huius in proprium dedimus atque tradimus, ea videlicet ratione, vt predictus Ellenhardus Frisingen. Episcopus suiq; successores liberã inde potestatem habeant tenẽdi, construendi, quidquid ad cõmuneẽ vtriusq; ecclesie vtilitatẽ voluerint, faciendi. Et vt hec nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum domini Heinrici quarti. Sigiharius Archicancellarius recognoui. Data XV. Lal. Septembr. anno domincee incar. M.LXV. Ind. III. anno aut emordinationis domini Heinrici quarti Regis XI. regni vero IX. actum Frising. in dei nomine feliciter Amen.

Aurini

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Sancte Dei Ecclesie profectui diligentius prouidere debemus, quanto ex diuino munere sublimati sumus. Quapropter omnibus Christi nostriq; fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos Frisingen. ecclesie, in honore sancte M. sanctiq; Corbiniani constructe & consecrate ob petitionẽ & interuentũ Perthe regine regniq; throni nostri consortis dilectissime, instinctu quoq; Epponis Nevvburgen. Episcopi, Edberti Marchionis, Vdalrici Marchionis, nec non ob fidele meritum Ellanhardi eiusdem sedis Episcopi has villas Cubida, Counca, Ozpe, bazari, Trusculo, Steina, sancte * peiren pago cũ omnib⁹ appendicijs suis, hoc est, vtriusq; sexus mancipijs, vineis, pratis, agris, campis, pascuis, siluis, venacionibus, forestis, forestarijs, ecclesijs, areis, edificijs, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumq; decursibus, Molis, Molendinis, vijs & inuijs. mercatis, theolonijs, monetis, quesitis & inquirendis, omni vtilitate in proprium dedimus, confirmauimus, perpetuo iure obtinendũ concessimus, ea videlicet ratione vt nullus successorum nostrorum Imperator siue Rex, Dux, Marchio, aut alia maior vel minor psona iudicialis hec data prefate ecclesie aufferre, alienare, aut vllo modo presumat inquietare, sed prefatus episcopus eiusq; successo-

successores liberā habeant potestatē tenendi, precariandi, commutandi, vel quidquid inde ad vtilitatē eiusdē ecclesie voluerint faciendi. Et vt hec nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa omni euo permaneat hanc, scribi manuque propria subnotantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Hainrici inuictissimi Regis, XV. regni vero VI. Actum Ratispone feliciter Amen.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis, Hainricus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter nos in presentia principum nostrorum, Gebhardi Salzburgen. Archiepiscopi, Ottonis Ratisponen. Episcopi, Welph Ducis Bavarie, ceterorumque fidelium nostrorum ex predio quod Salomon Rex Vngarorum nostre potestati subiugauit, sancte Dei genitrici virgini Marie in Ecclesia Frisingen. vbi corpus sancti Corbiniani requiescit rogatu & seruitio eiusdem fidelis Episcopi Ellanhardi C. mansos, hijs locis sitos, ad Scheiriches Burge, Chuniuglsprunnen, Nevvndorf, Hasilovve, sicque de linthaha & Werthovve cum omnibus appendicijs, hoc est; vtriusque sexus mancipijs, areis, edificijs, pratis, pascuis, vineis, terris, cultis & incultis, vijs & inuijs, aquis, aquarumque decursibus, Molis, molendinis, piscationibus, exitibus, & redditibus, quesitis & inquirendis, exceptis venationibus ex Wiltvvanno in lathaberge, alijs autem omnibus vtilitatibus in proprium tradendo firmauimus. Ea videlicet conditione, qua cum omnibus ex prefato predio donatis conuenimus, vt idem Frisingen. Episcopus Ellenhardus suique successores in quolibet castello, specialiter in Misenburc muniendo pro hijs centum regalibus mansis nobis seruiant, & in alijs omnibus nobis fideles existant. Cuius tradicionis testes cartam presentem nostro jussu conscriptam nostra autem manu confirmatam Sigilli quoque nostri inpressione insignitam cunctis seculis reliquimus. Signum Domini Heinrici inuictissimi Regis. Adalbertus Cancellarius vice Sifridi Archicancellarij recognoui. Data anno Domini M. LXXIIII. Ind. XIII. XI. Kal. Decembr. Anno ordinationis domini Heinrici IIII. regis XX. regni XVIII. actum Ratispone in nomine Iesu Christi Amen.

Testimonium antiquissimum & canonicum; Ellenhardum Episcopum Frising. & Fundatorem Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ ibidem non tantum Catholicum fuisse, sed & miraculis claruisse.

Ex antiquissima scriptura copiatum & collationatum Per Decanum S. Andreæ ibidem Andream Scherer, 15. mensis Septemb. Anno 1616.

ANNO Dominice incarnationis Millesimo centesimo vigesimo nono, primo Kalend. Augusti. Collectis apud Lusen quampluribus Salzburgensis, Frisingensis, Ratisponensis, Patauiensis, Aistitensis Ecclesiarum Clericis, religiosis & literatis, insuper Abbatibus & Monachis & non modico Principum ac populorum Collegio; coram Archiepiscopo Salzburgensi Chounrado* & Reginberto Brixiensi Episcopo; Inter cætera, Causa Ellenhardi Frisingensis Episcopi iam dudum ante annos quinquaginta duos feliciter viam vniuersæ carnis ingressi, ventilata est. Quia hoc ipse tempore Gregorij VII. qui & Hildibrandus, sub heresi Wicbertiana quibusdam defunctus esse putabatur, à prefato metropolitane sedis Archiepiscopo plus annos quinquaginta duos, quibus sine reclamatione canonica tam mortuis quam viuis verè Catholicus

Eychstett

* Est hic Chunradus huius nominis primus Archiepiscopus.

est habitus, irrationabiliter est imperitus; cum vtique duobus annis prius ipse de mundo excesserit, quam Wicbertus Hæresiarcha Romanæ sedis Cathedram inuaserit. Sed beati viri meritis exigentibus probabili septem probabilium virorum testimonio canonice excusatus; immò meritorum prærogatiua & miraculorum attestatione venerabilis semper inuentus, reuerentiam quam apud Deum & homines dudum viuens emeruit etiam mortuus Domino propitiante irrefragabiliter obtinuit. Probatum est itaque legitime ac canonico Rudolfi Abbatis Aistitensis testimonio, Diethmari S. Andreæ Decani, Hannonis presbyteri, Chunonis Parochiani, Richeri presbyteri de Glane, cæterarumque venerabilium personarum, quod venerabilis idem Episcopus in gratia sedis Apostolicæ & communione matris Ecclesiæ indubitanter obierit. Ne ergo digna tantæ rei memoria vlla posterorum obliuione deleatur, placuit vt huius comprobationis notitia per literarum inditia posteris nostris transmittatur. Acta sunt hæc præsentibus subscriptis testibus & alijs quam pluribus. Abbas Salzburgensis Paldricus, Abbas Scilensis Guntherus, Præpositus Salzburgensis Hermannus Præpositus, Chimseensis Hartmannus Præpositus de Perchteres Kademan, Iberuuinus Præpositus de Garze, Hugo Præpositus de Ouue, Herilortus Præpositus de Cella, Burchardus Tagibertus Præpositus de Werda, Archidiaconus Patauiensis Rubertus, Præpositus Aistitensis Burchardus, Wernherus Canonicus Ratisponensis, Frisingenses Canonici, Adalpero Præpositus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Præpositus S. Andreæ, Heinricus Scholasticus, ac Præpositus S. Viti, Herricus Præpositus S. Castuli, Hoholdus præpositus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus Præpositus.

Andreas Scherer Decanus pro tempore S. Andreæ montis Frisingensis in fidem se subscripsit m. p.

cc. *MEGINWARDVS*] *M. S. Catal.* Hic anno Domini M. LXXVIII. XI. Cal. April. Frisingen. Ecclesiæ præficitur. Hic oppidum seu castrum nominatum Püttenberch XXX. libris comparauit, à quodam nobili Adalramo nomine. Hic etiam propter lucrandas Deo animas venit in Bohemiam, & ibidem populo prædicauit, & in fide instruxit ac confortauit, & Ecclesiam Cathedralem in Praag, & multas alias in Cerimonijs instituit. Tandem ad sedem suam Frisingen. redire cupiens, impeditus fuit: vnde ei contigit, quod ibidem diem suum extremum clausit, & in Praag est sepultus. Obiit An. Domini M. XCVIII. Quarto Calend. Maij. præfuit an. XX.

dd. *HENRICVS.*] *Chronic. M. S.* Anno Domini MXCVIII. Henricus de Eberstein Ecclesiæ Frisingen. IIII. Cal. Iulij præficitur Episcopus. Hic ob suam memoriam prædium in Eberdorff, & quidquid in Griess habuit, ad altare S. Mariæ in communem vsum fratrum ibidem Deo militantium tradidit, exceptis XX. hubis, quas pro sua parentumque & omnium * debitorum suorum animabus ad altare S. Leonardi in vsum fratrum, & stipendium Christi pauperum, ad idem altare pertinentium destinauit, & multa alia bona Ecclesiæ fecit. Præfuit an. XXXVIII. sepultus est in Capella S. Leonardi, tale habens Epitaphium: Anno Domini M. CXXXVII. septimo Idus Octobris, obiit Episcopus Henricus de Eberstein.

Ex edit. Marquard. *Non prætermittendum hoc loco est, quod Cosmas Pragensis Ecclesiæ Decanus,*

nus qui his temporibus vixit scripsitq; libro III. Chronic. Boëm sub An. M. C. I. de hoc Episcopo tradit, his verbis: „ Oalricus fratrem suum Boriuoy confirmatum in solio, tardè nititur pellere de regno. Postquàm verò suo referente Legato animaduertit Oalricus, nec fratrem suum cedere solio, nec Comites acquiescere suo consilio, hoc solum obtinuit precibus, vt Cæsaris per licentiam liceat sibi debitam vi inuadere prouinciam: cuius mox associantur in contubernium, viri in rebus bellicis strenui, Sigardus Comes de oppido Sala, & eius frater * Frisensis Episcopus, & Oalricus, atque suus per sororem gener, & Fridericus &c. " *Et post pauca:* „ Quid facerent? magna vnde coarcti angustia, per angustam, & nimis arctam semitam, quâ itur transsiluam ad Gabr., turpem noctu maturauerunt fugam. Ibi Episcopus Frisensis amisit Capellam suam. „ *Paulò aliter Ioan. Dubrauius Episcopus Olomucen. Histor. Bohemica libr. X. post princip.* „ Vdalricus verò Freysingensis præsul, & Fridericus sororis eiusdem præsulis maritus, ac Sigardus à Sala Comes, per se quisque sui agminis ducem profitentur. " *& paulò infra:* „ Frustra Vdalricus excubationem orditur, frustraque retinere diutius amicos conatur, præsertim Freysingensem præsulem, qui proxima statim nocte, desertis castris, rebusque suis in illis relictis omnibus, per calles saltuosos, in vicum qui Haber dicitur, euasit.

„ Freher si tamen bona fide sit editio. „ quidam re bonis à Calumniis mendacibus exspectari queat! „ * „ Frisingensis. „ forte vindique. „ „ „ ec.

Otto.] *M. S.* OTTO Magnus Episcopus XXII. Hic anno Domini M. CXXXVIII. sanctæ Frisingen. Ecclesiæ præficitur. Hic impetrauit à Rege Conrado II. fratre suo vterino confirmationem renouationemque omnium priuilegiorum Frisingen. Ecclesiæ: similiter impetrauit omnium bonorum Ecclesiæ suæ confirmationem à Papa Innocentio II. anno M. CXLI. Romæ. Hic venerabilis Otto anno Domini MCXL. fundauit Monasterium Scheftlarn, quo ad ordinem Præmonstratensem, quem & ipse sectatus est. Similiter anno Domini MCXLI. fundauit Monasterium Nouacellâ prope Frisingam S. Petri ordinis Præmonstratensis, anno XXII. ab inceptione eiusdem ordinis: fundauit etiam Collegium Canonicorum Regularium in Schliersee. Item Conradus Romanorum Rex decreuit regia auctoritate, vt ministeriales Frisingen. Ecclesiæ in ea libertate permaneant, vti ministeriales regni, MCXLIII. Hic venerabilis Otto nobilissimam traxit parentelæ originem, vt alibi plenius habetur. Et ad Parisios missus, latinas literas ad præmium nactus Theoriæ atque secularis prudentiæ i. e. artium liberalium magister, ac S. Theologiæ profundissimus ac eloquentissimus Doctor effectus est. Dehinc ordinem Cisterciensium in Monasterio Moramunden. professus, Abbas ordinatus est: deinde ad Ecclesiam Frisingen. postulatus, eandem optimè rexit. Is cum ipsam primùm ferè omnibus bonis destitutam, facultates distractas, collapsa pallatia, religionisque ordinem nullum vel paruum (propter sui prædecessoris irreligiositatem) * memoriam reperisset, tandem ipsam ope diuina in eum locum reduxit, & clero religionem, facultatibus copiam, ædificijs decorem restituit. Denique causas Ecclesiarum & pupillorum & oppressorum hominum apud Imperiale tribunal, & alias indefesse tutatus est: eiusque cura, labor & meritum circa sedem & gentem familiamque suam extiterunt, tantaque Ecclesiæ bona contulit, ac si non tam instaurator quam fundator illius esse putaretur. Item Anno Domini M. CLII. hic Otto Episcopus Frisingen. obtinuit per concordiam Ecclesiam Termerskürchen cum populo ad partem occidentalem. Ipse quoque cum Conrado Sueuo Imperatore huius nominis II. in Græciam Syriamque profectus bellis omnibus interfuit, quæ cum Turcis & Saracenis gesta sunt, consilioque & armis rem Christianam iuuit, viditque Hierosolymam, & sacram Domini tumbam, ipsoque in Iordane lauari meruit. Neque

in

in tot curis atque laboribus studia literarum neglexit. Historiam seu Chronicam ab ortu mundi vsque ad sua tempora deduxit, & eandem per Rapotonem Abbatem S. Stephani in Weihenstephen misit Friderico I. Imperatori, & finiuit eandem anno MCXLVI. Dominicæ incarnationis. Item cum Imperator Fridericus Italicam expeditionem perageret, vocatus fuit ab eo venerandus præsul Otto consilij causa, qui propter senium se excusauit. At ille ab Imperatore benigne dimissus, eidem multis gemitibus commissam sibi Ecclesiam commendauit, ne scil. post mortem suam ipsam aliquo modo in libertate electionis aut alias grauaret: super quibus fide accepta ad propriam sedem redijt. Deinde contulit se ad Concilium Cisterciense, vt vir religiosus inter manus fratrum orantium, potius quam inter strepitus præliantium, Domino spiritum in animo contrito redderet: sic sedem hanc sibi intimè dilectam non sine magnis gemitibus deseruit multisque ad stantibus ac de recessu suo dolentibus, vir præclarus se continere non valens omnibus & singulis confratribus suis, magna cordis contritione & lachrymarum effusione vale dixit: Et viam tam corpore inualidus carpit versus Monasterium Morimundense, & morbo pressus ibidem per aliquot dies lecto decumbens, & iam de obitu suo nequaquam dubius, dum de omnibus rebus suis propriis laudabili testamento ordinasset, inter cætera opera quæ scripsit, emendationi Patrum commisit: ac se Catholicæ fidei assertorem professus est. Deinde fratribus ad se vocatis, plura de bono religionis, de immortalitate animæ, de pœna damnatorum, deque gloria * saluantorum grauiter sapienterque locutus est. Postea multa cordis contritione, & humili confessione reatum suum cognoscens, & se in tantum humilians, quod etiam de inimicis seruorum suorum veniam petens, prosternitur. Demum dum sacro olei liquore, sicut moris est, perunctus fuisset, & sumtis sacrosanctæ Eucharistiæ mysterijs, in medio multitudinis fratrum suorum ac bonorum hominum, tam Episcoporum quam Abbatum, de interitu eius dolentium, & vna cum ipso laudes canentium, spiritum deuotè creatori commendauit: quem in crastino S. Mauricij inter manus psallentium creatori suo reddidit. Cum autem adhuc viuus locum sepulturæ suæ fratribus digito demonstrasset: huic eius vltimæ voluntati obuiatum est; & infra sepa Ecclesiæ iuxta maius altare honorificè tumulatus est; eiusque sepulchrum à cunctis fidelibus veneratione dignum habetur: apud quod nonnulla miracula facta reperiuntur: Otto Episcopus venerandus qui rexit XX. annis, secundus fundator Ecclesiæ Frisingen. moritur anno Domini M. CLVIII. tempore Friderici Imper. I. anno regni V.

* saluandorum

Epitaphium Ottonis Magni tumulo inscriptum.

Quam facunda viri vox qualis Philosophia
Hortatu Regum docet edita Chronographia.
Maius exercitium in Theologia.
Si proaui vel Aui probitas, sacer ordo, potestas
Deberet mortis furias cohibere molestas
Non mortuus erat præclare præditus illis.
Heu talem communibus accessisse fauillis.
Hic sacrum Ecclesiæ sublimauit cultum,
Talem nemo plangere potest satis multum.
Plangat hunc Germania, planctu generali
Magis tu Frisinga orbata viro tali.

Pias funde lachrymas mœstum ducens chorum,
Ad quorum preces continuas & pialamenta,
Propitietur ei Deus, & pia virgo Maria, Amen.

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Sicut diuina preordinante clementia ceteris mortalibus quodam modo supereminemus, sic etiam Ecclesias & ecclesiasticas personas ab inuasione quorumlibet regali potentia à Deo nobis commissa defendere debemus, per hoc enim & temperalia nostra successu reguntur prospero, & ipsius fauente clementia qui dat salutem gloria & honore coronabimur in celo. Nouerit igitur omnium tam presentium quam futurorum industria qualiter Palatinus Comes Otto de Witilnespach nostra fretus amonitione iudiciariam potestatem quam super ministeriales Frisingen. ecclesie habere videbatur prorsus abnegauit & in presentia episcoporum & ceterorum principū cōpensata sibi tamen consensu totius ecclesie conuenienti vtilitate secundum consuetudinem curie omnino exfestucauit, huius rei gratia petitione Karissimi fratris nostri Ottonis eiusdem ecclesie venerabilis episcopi tam pro seruanda Frisingen. ecclesie venerabilis episcopi antiqua libertate quam reformanda pacis tranquillitate constituimus edicto regali precipientes ne prefatus Palatinus vel aliquis heredum suorum ullam deinceps iudiciariam potestatem super ministeriales Frisingen. ecclesie sibi vsurpare presumat, sed ipsi domino suo episcopo debita subiectione inseruiant, & iure ceterorum ministerialium sine aliqua inquietatione seruiant. Si quis verò quod absit huius precepti nostri statutum infringere temptauerit, mille libras auri componat, quarum partem mediam camere nostre, reliquam verò prefate ecclesie persoluat. Vt autem huius precepti nostri pagina firma & inconuulsa omni tempore permaneat, impressione sigilli nostri eam insigniri iussimus, manuq; nostra, vt infra apparet, roborantes, Testes qui aderant subnotari fecimus. Signum domini Chunradi secundi Romanorū Regis inuictissimi, Ego Arnoldus Cancellarius recognoui Anno dominice incarnat. M.C.XL. Ind. III. regnante Chunrado Romanorum Rege secundo. anno regni eius III. Data Ratispone Kal. III. Ian. in Christo feliciter Amen.

IN nomine sanctę & indiuiduę trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Si religiosorum virorum dignis petitionibus acquiescimus, Si illorū vtilitatibus paterne consulimus, si priuilegia ecclesiis Dei antiquitus collata renouando confirmamus, Si libertatis iura in eisdem rationabiliter concessa retinemus & conseruamus, procul dubio predecessorū nostrorū Regum exempla tenemus, & id nimirū tam ad presentis vite felicem cursum peragendum, quam ad future vite beatitudinem promerendā nobis profuturū non dubitamus. Omnibus igitur Christi nostriq; fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos pro remedio anime nostre, necnon parentū nostrorū, & instinctu dilectissime * nostre Gerdrudis regine, interuentu quoq; dilecti fratris nostri Ottonis venerabilis episcopi, omnia sanctę Frisingen. ecclesie priuilegia renouando confirmasse, nominatim autē comitatū caturie, cum predijs adiacentibus, que pie memorie Imperator Otto pia matris sue Altrudis petitione & venerabilis episcopi Abrahe legittime eidē concessit ecclesie. Decernimus etiā regia auctoritate, vt ministeriales eiusdē ecclesie in ea libertate permaneāt, in qua ministeriales regni & ceterarū ecclesiarū, & in predicto episcopatu nemo monetā preter ipsum Episcopū. *Preterea firmiter interdicimus omne nouū forū in eo episcopatu, nisi q. antiqtus roboratū est auctoritate predecessorū nostrorū. In ipsa vero Frising. ciuitate annale forū concedimus.

*
* Cultaria
Adelheidis
*

O Vt

Vt autem huius nostre renouationis & confirmationis preceptum stabile permaneat, hanc cartam inde scribi & sigilli nostri impressione iussimus insigniri, manuque propria vt infra apparet corroborantes, testes qui presentes aderant subnotari fecimus. Signum domini Chunradi secundi Romanorum Regis inuictissimi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Adalberti Maguntini archiepiscopi & Archi Cancellarij. * anno dominice incarnationis M. CXL. Ind. III. Regnante Chunrado Romanorum Rege secundo. Anno verò regni eius tertio. Data Frankenford. V. Non. Maij in Christo feliciter Amen.

* f. recognoui

IN nomine sanctę & indiuidue trinitatis. Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Sicut diuina preordinante clementia ceteris mortalibus quodammodo supereminemus, sic etiam Ecclesias & Ecclesiasticas personas ab inuasione quorumlibet regali potentia à Deo nobis concessa defendere debemus. Per hoc enim & temporalia nostra successu reguntur prospero & ipsius miserante clementia, qui dat salutem regibus, gloria & honore coronabimur in cælo. Nouerit igitur omnium tàm futurorum, quàm presentium industria, qualiter Palatinus Otto de Witelinespach nostra fretus ammonitione iudiciaria potestate quā super ministeriales Ecclesie Frisingensis iure aduocatie habere videbatur prorsus abnegauit, & in presentia Episcoporum & ceterorum principum compensata sibi tamen consensu totius Ecclesie conuenienti vtilitate secundum consuetudinem Curie omnino exfestucauit. Huius rei gratia peticione Karissimi fratris nostri Ottonis eiusdem Ecclesie venerabilis Episcopi, tam pro conseruanda Frisingensis Ecclesie antiqua libertate, quam pro reformanda pacis tranquillitate constituimus, edicto regali precipientes, ne prefatus Palatinus vel aliquis heredum suorum vllam deinceps iudiciariam potestatē super ministeriales Frisingensis Ecclesie sibi vsurpare presumat. sed ipsi domino suo Episcopo debita subiectione inseruiant, & iure ceterorum ministerialium sine aliqua inquietatione fruantur. Si quis verò quod absit, huius precepti nostri constitutum infringere temptauerit, mille libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam camere nostre, reliquam verò prefate Ecclesie persoluat. Vt autem huius precepti nostri pagina firma & inconuulsa omni tempore permaneat, impressione sigilli nostri eam insigniri iussimus, manu propria vt infra apparet corroborantes, Testes qui aderant subternotari fecimus. Quorū nomina hec sunt. Theodevvinus sanctę Rufine Episcopus, apostolice sedis legatus. Heinricus Ratisponensis episcopus, Embricho Wirceburgensis Episcopus. Theobaldus marchio. Fridericus aduocatus Ratisponen. Heinricus prefectus Ratisponensis. Vdalricus Comes do Lenteburch. Gebehardus Comes de Sulzebach. Adalbertus Comes de Bogen. & filius eius Hartvvicus. Engilbertus Comes Hallensis. Chunradus Comes de Dachovve. Chonradus Comes de Valeia. Waltherus de Louenhusen. Marquardus de Bruenbach. Adalbertus de Moseburch. Otto de Steina. Bernhart de Eigelvvanck. Signum Domini Chunradi Romanorum secundi Regis inuictissimi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Anno dominice incarnationis M.C.XLIII. Indict. V. Regnante Chonrado Romanorū rege II. anno regni eius IV. Data est Ratispone in Christo feliciter Amen.

Lenthtenburg

IN nomine sanctę & indiuidue trinitatis. Otto Dei gratia Frising. ecclesie in Christo fratribus Alberto preposito & vniuersis sanctę Dei genetricis M. eiusdem ecclesie Canonicis eorumque successoribus canonice substitutis in perpetum. Diuina nos adhortante commonitione omnibus hominibus affectum debemus caritatis, effectum vero specialius hijs qui filij domestici sunt, aut quibus ad arctiorem curam per episcopalem solicitudinem deputati sumus.

Ea

Ea propter Kmi. fratres nostre saluti vestrisque vtilitatibus pro debito nostro iugiter inuigilantes, temporalium vobis quantum valemus necessitudinum curas imminuere curamus, vt spiritualibus disciplinis & honestioribus studijs diligentius operam intendatis. Consultis igitur venerabilibus dominis Heinrico & yacincto Romane Ecclesie Cardinalibus & Legatis, qui hoc tempore in regno theutonico legatione fungebantur, & eorum adhibita auctoritate antiquas & rationabiles Ecclesie vestre consuetudines, que vt dicitur legē imitantur, volumus à fraternitate vestra, videlicet modum psallendi in choro, reuerentiam in capitulo, dormiendi in dormitorio, omnibus, exceptis infirmis & his personis, que speciali iure exemptionem defendere possunt, contemptores regulari discipline subiaceant. Pueros & adolescentes qui pro etatis lubrico ad malū lasciuie proni sunt, scolastice discipline subesse volumus, donec ad ordinē subdiaconatus congruo tempore promoueantur, nec occasione defendi foras eos euagari ante hoc tempus concedimus. Sane de stipendijs que ad cōmunem prębendā pertinent, siue in mancipijs siue in alijs redditibus illud statuim⁹, vt vbicunq; ad singulares cuiuspiā vsus concessa sunt, si vacare inceperint nemini beneficientur, sed ad cōmunem fratrum vtilitatem deputentur, nec forte ad tria vel quatuor mancipia cottidianis vsibus necessaria: pro bono tamē pacis ea que in presentiarū ab aliquo illorū de his canonice confessi sunt, suis possessoribus quiete habere concedimus, de his autē predijs que ad oblationē pertinent, vel in futurū largicione cuiusquā Ecclesiastice secularisue persone pertinebant, decernimus vt hi qui ea iuste tenent, teneant, & que ex his vacare ceperint passim non quibuslibet beneficientur, sed his qui à subdiaconatu, vt si idonei & probate fidei fuerint, & qui dimidium possessionis eiusdem beneficij pro seruitio primitus instituto singulis annis fratribus in memoriam defunctorum exinde persoluere voluerint. Salua eorum iustitia, qui cognationis ordine sibi in aliquo predio poterit defendere ex delegato iurisdictionem. Sancimus etiam atque presentis scripti pagina confirmamus vobis vniuersa bona que hactenus venerabilium & Catholicorum antecessorum nostrorum vobis donatione concessa sunt, vel legaliter commutatione prouenerunt, in decimis, areis, cultis aruis & incultis, que vel vos vel quilibet successorum vsibus possedistis vel in posterum canonice acquisituri estis, ea vobis diminuere vel in eis aliquo modo vos infestare præsumat, sed omnia rata, integra, illibataque permaneant vestris vestrorum successorum idoneis vsibus iugiter profutura. Preterea que vobis nos liberalitate concessimus, videlicet dotem Ecclesie que est in predio Decani Alberti apud Eberpach, & beneficium Gebhardi presbyteri quod decima vna apud Tanne, & beneficium Agonis Diaconi apud Hasilpach cum mancipijs, & beneficium Albuonis prepositi Mosburgensis, quod est Decima apud Aspach, & beneficium vnum ad Mittenvvalde, & Eich, & ecclesiam Zollingen, & alijs, sicut eas in presentiarum habet dilectus frater noster Albertus prepositus maioris ecclesie, ecclesiam apud Haga cum suis ecclesiis omnibusq; earum pertinentijs, dotibus, & decimis, ceterisque vtilitatibus, vobis contradimus, statuentes vt ad vsum prebende vestre, quam nouam oblationem vocatis cedant, & omnia vobis quieta & inconuulsa permaneant. Sane & que in presenti ad eandem collationem collata sunt, & in futurum cuiuscunq; liberalitate conferentur, cuiquam beneficiari omnino prohibemus, & prepositorum ab hijsdē possessionibus dominium & ordinationē renouari volumus. Sed sicut in fratrū dispositione per officialē Canonicū quem ipsi statuerint fideliter administranda ad hoc fraternitati vestre honesto modo omnibus prouidentes areas nostras in monte hoc, que vel hodierna die in possessione vestra sunt, vel ab his adhuc

laicis vel nobilibus seu ministerialibus, quibus in feodum per vestrum studium bona illorum voluntate redimentur, vobis contradimus, ita videlicet, vt quicunque vestrum domum suam concanonico suo vel dederit, vel in testamento dimiserit, idem sine contradictione alicuius possideat & aream, excepta ad portam occidentalem turris videlicet eam, quam habent filij Ottonis Palatini Comitis, & que est Comitis Gerhardi de Chreglingen, & que est Rudolfi de Parsperk, & ad portam orientalem, ea, quam habet Burchardus aduocatus Mosburgensis, quasi ob tuitionem ciuitatis de iure laicorum exui volumus. Solis autem Canonicis inter se & non ad ceteros clericos siue laicos præfatam donationem facere concedimus. Quod si quis canonicorm intestatus abierit, in potestate prepositi & fratrum sit, concedere domum & aream eius cui fratrum illius placuerit. Si qua ergo persona hanc nostram traditionem huiusq; nostri scripti paginam sciens temerare vel infringere presumpserit, nisi commonita resipuerit ream se coram diuina maiestate cognoscat, conseruantes autem in presenti pacem & in futuro fructum sempiterne retributionis inueniant. Signum Domini Ottonis Frisingen. episcopi. Data per manum Rhannini Notarij. actum dominice incarnationis anno M. C. L VIII. Ind. VI. anno autem domini Ottonis Frisingen. ecclesie episcopi. XIX. regnante serenissimo Imperatore Friderico, anno regni eius VII. Imperij vero IV. in Christo feliciter. Amen.

Subiungam deniq; elogium Ottonis huius Episcopi præclarum, quod in libr. Tradit. Ecclesiæ Frisingensis extat:

Cum sepius in causis Ecclesie coram regibus & Principibus constantissime ageret, & exinde gloria laudem, laus inuidiam vt assolet, non modicam peperisset, delationes aduersantium imperterritus declinauit, & ora obloquentium sine lesione probe probus euasit. Siquidem supradicto Principe Friderico patrueli suo in Italiam expeditionis iter agente, cum & ipse sicut necessarius & perutilis imperij negocijs ire debuisset, nutu diuino contigit ipsum iter retractare, vt vir religiosus inter manus fratrum orantium potius, quam inter strepitum preliantium dicere possit, Domine suscipe me vt cum fratribus meis sim. Benigne vero ab Imperatore dimissus, multis gemitib. commissam sibi sue benignitati commisit Ecclesiam, à quodam spiritu prophetico de seruo suo prescius, ne post mortem suam aliquo modo ipsam grauaret, & libertate electionis vt iam sepius in alijs Ecclesiis factum esse dicebatur, eam vllo modo priuaret, postulauit, atque super hoc fide accepta ad propriam sedem redijt. Ottone Episcopo vero Kal. Octob. defuncto, paucis post mensib. scil: circa estiuale solstitium que tunc fuit dominica palmarum, hora matutina Ciuitas Frisingen. penitus incendio conflagrauit adeo quod vt taceam de maiorib. Ecclesiis quæ cum ornamentis suis perierunt sedeque ipsa & palatio, nec vna de minorib. capellis & oratorijs superfuit. domus etiam & officina Canonicorum & domus militum exceptis valde paucis cremate sunt, nam ex orientali latere montis vis ignis rumpens, cum ad alta culmina maioris Ecclesie ascendisset, ibique nutrimentum accepisset, vi caloris & vento scintille euolute occidentalem partem montis flammis cinxerunt, inde populus in medio subita formidine percussus fugam cepit, corpus suum flammis eripere illi summa salus fuit. Tum ventus imminens omnia permiscebat, miserabilis vbique ruina patebat. Ruit sedes Cathedralis, ac imperialis dignitas edificiorum. Ruit ciborium deauratum &c.

ALBER-

ALBERTVS] M. S. Catal. Anno Domini M. C L VIII. Albertus Frisingen. Præpositus, eidem Ecclesiæ XXIII. Episcopus præficitur: sub isto præsule videlicet anno Domini M. C. LIX. ciuitas Frisingen. incendio conflagrauit, ita quod nulla de Ecclesiis tam maioribus quam minoribus superfuit. Ruit enim tunc sedes cathedralis, ac Imperialis dignitas ædificiorum. Ruit chorus insignis in auro & argento mirabili artificio fabricatus. Ruit turris regalis cum dulcissimo sono campanarum; ruit ciborium deauratum & domus organorum, ruit & sedes B. Andreæ, cum suis omnibus ornamentis. Ruunt & laquearia depicta, & candelabra pretiosa. Domus quoque & officinæ Canonicorum & militum. Et vt ineffabilem huius sedis ciuitatisque cladem breuiter edicam, omnia sub breui & momentanea hora visa sunt in cinerem considere: fuerat enim hæc Ecclesia eo tempore in tali statu, quod rebus, ædificijs ac diuitijs penè omnibus lateralib. Episcopatibus aut maior erat, aut æqualis: Cleri probitate tam insignis, vt eis in honestate & disciplina, in literarum scientia rari pares vel meliores in orbe Romano vlli haberentur: quos & dignitas Ottonis Præsulis quam maximè famam eorum per ora Principum diffuderat Hijs & alijs plagis eo anno ac sequenti peractis, Albertus Episcopus qui Ottoni successit, paululum contrà spem omnium reparare cœpit turrim. & scissuras nouo cemento & lapidibus compegit, officinas fratrum locauit, claustrum structura restituit, campanas tres reformauit, & inter hæc omnia fratribus victum administrans, familiæ quoq; prouidit, & die noctuq; in rerum dispositione manuumq; labore desudauit: multa quoq; bona Ecclesiæ nostræ distracta, consilio & auxilio Principum restituit, cumq; reformaret Ecclesiam, & operi manus inijcerentur, & fundamenta Monasterij foderentur, inuenta sunt ibi tria corpora quæ antiquissimi viri dicebant à Venerabili Hittone Antistite in Frisingam à Roma translata, & firmissime attestabantur eadē corpora esse sanctorū Alexandri Papæ & Martyris, & Iustini, ac Nonnosi Confessorū: sed causa non fuit omnibus notoria, dimissa sunt ossa velut aliorum mortuorum sine custodia. cumq; pauimentū purgaretur, & puluis cum ossibus sanctorum ad ianuas Monasterij exportaretur: hi, qui portabant reliquias, exire non valebant Ecclesiæ ianuas. Tunc Clerici cū laicis intellexerunt, ibi resultare reliquias sanctorū prædictas, ædiculaq; facta ex lignis, ibi sæpe fiebant signa & prodigia in plebe: possessi à spiritibus immundis liberabantur: cæci illuminabantur: infirmitate fatigati sanabantur: & præsentia Sanctorū corpora sunt experimento probatissimo per insignia miracula reuelata. Hic quoq; Albertus Episcopus per Fridericum Imp. iustitia mediante missus est in possessionem terræ de Budaga cum eius appendicijs: eodem modo recuperauit possessionem totius Comitatus de Catubrio Anno Dñi MCLIX. Item Henricus de Brunschvvig quondam Dux Bauariæ & Saxoniæ forū Veringen. cum ponte, quem Ecclesia Frisingen. à longè retroactis temporibus quietè possederat, destruxit, & illud in villam München violenter transtulit. Quocirca Albertus Episcopus ad Imperatoris Friderici præsentiam accedens illud conquerendo significauit. Qui sententiā Principum præfati Henrici factum temerariū in irritū Imperiali auctoritate iudicauit, & translationem prædicti fori in vacuū reuocauit: ipsumq; forum cum ponte memorato Episcopo suisq; successoribus & suæ Ecclesiæ restitui in perpetuum confirmauit. Acta sunt hæc Ratisponæ in Curia Sollenni, Anno Domini M. C. LXXX. tertio Idus Iulij. Hic præclarus Pontifex prædia sua quæ vel ex patrimonio suo habuit, vel in Episcopatu conquisiuit, ad diuinum seruitium in memoriam sui ordinauit, Noluit enim mortalibus hæredibus ea relinquere, sed in vsum fratrum Canonicorum Frisingen. tradidit ad altaria quæ construxit, & propria

manu consecrauit: scil: B. Mariæ Magdalenæ, item S. Marthæ & S. Annæ, S. Mariæ Ægyptiacæ. B. Castuli in Mosburc, S. Ioannis Baptistæ &c. Acta coram Ottone Duce Bauariæ &c. Idus Nouembr. anno Domini M. C. L X X X I I I. sepultus est in Ecclesia Cathedrali ante altare S. Spiritus &c.

gg. *OTTO II.*] *M. S.* Hic Otto Canonicus Magdeburgen. eligitur anno Domini M. C L X X X I V. vir nobilis & largus, Comes de Diezzen oriundus, sicut dicitur: accessit mundus & nobilis Otto secundus: qui dispersa congregat, vir nobilis & largus. Hic habuit tres fratres Episcopos, quorum primus Dietpoldus Patauien. alter Henricus præsul Herbipolen. tertius Magnoaldus Patauien. & ipse quartus Frisingen. Adepta ergo Pontificatus dignitate strenuè rexit suam Ecclesiam, murum se pro domo Dei firmiter posuit, & vt vir prudens & sapiens pastor pius suis ouibus benignus præfuit. Intendens ergo ad ipsorum liberationem inprimis Castrum in Ottenburk munire cœpit, in ædificijs circiter mille marcas consumens: Domino Duci Ludouico se opponens, pro aduocatia quâ abusus est per graues exactiones liti finem imposuit. Ipse etiam graui labore Castrum in Chunrasheim cum foro in Waidhouen cum suis attinentijs à quinque Comitibus eadem bona sibi successiue vsurpantibus coram Imperatore Henrico quinto, & postea coram Duce Austriæ finem liti imposuit. Item obtinuit à Duce Austriæ beneficium quod dicitur Marchart cum omnib. bonis suis. Item Castrum in Rainsperck cum suis adtinentijs. Item data magna pecunia redemit castrum in Gartenberg in Carniola cum omnibus adid pertinentibus à Comite Ottone de Artenbergk. Item data magna pecunia comparauit villam Costeck, & villam Baungarten comparauit pro octoginta marcis. Comparauitque à Dn. Ottone de Nassenauis L X. hubas in Marchia Olab. & in villa alia quæ dicitur Lonca sub castro Priesecк pro trecentis marcis. Item redemit quoddam beneficium in villa quæ dicitur Mittendorff, pro L X X X. marc. Item soluit à Comite Gebhardo de Cronsperg quoddam beneficium, videlicet Hechingen pro C C C. marcis argenti. Item comparauit prædium in palzingen, & etiam Ecclesiam in Glan tali tenore, vt in translatione S. Corbiniani Conuentus S. Andreæ, & S. Viti martyris & omnes clerici superuenientes cum Canonicis maioris Ecclesiæ plenam refectionem accipiant. Item quidam Dominus intulit sibi damnum apud villam suam Loncam nomine, pro quo Marchio potestatiua manu tradidit Ecclesiæ Frisingen. quinquaginta Hubas sub Castro Michevv. Similiter Dux Carinthiæ Bernardus nomine tradidit ad altare S. Mariæ in Frisinga X X X. Hubas de prædio suo, apud Nassenavv, propter damnum apud Loncam suis, seu sue ditionis hominibus irrogatum. Item, idem Otto Episcopus comparauit prædium in Gunzenhausen pro X X X. libris. item comparauit Episcopatui pro X X X. marcis duas Curias & vnam Hubam in villa Wisec, sub Castro Holenstein sitas. Instituit etiam anno Domini M C X C V. ad structuram fontis Domino Decano prædium in Stuthausen: & duas partes decimæ cum prædio in Gunzenhausen: & multa alia bona fecit Episcopatui. Præfuit ann. X X X V. Obiit anno Domini M C C X X, sepultus in Cathedrali Ecclesia, ante altare S. Matthiæ.

hh. *GEROLDVS.*] *M. S.* Geroldus X X V. Episcopus. Hic malè vixit, & multa alienauit bona ab Ecclesia, seditque annis X I. & obiit. Sepultus est in porticu ante Monasterium i. est. extra Ecclesiam: & depositus est anno Domini M. C C X X X I. quarto Calend. Aprilis.

Aurea Bulla Friderici II. Imp.

F. Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Ierusalem & Sicilie Rex, dilectis fidelibus suis precepto Decano, & vniuersis Ministerialibus Ecclesie Frisingen. tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad hoc Rex regum & dominus dominantium nos ad obtinendum dyadema Imperij sublimauit, vt vniuersis & singulis equitate seruata, que in preiudicium Ecclesiarum & personarum existentium in eisdem, quas manu tenere & tueri tenemur, ab aliquibus temere attemptantur, prouide ad earum commodum reuocemus, vt feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminutionem rerum temporalium incurrant; sed potius Imperialis sublimitatis clementia in libertatibus suis & iuribus salubriter & sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur sicut dilecto fidele nostro C. preposito Indicense didicimus referente. D. quondam Episcopus Frisingen. Ecclesie dotis titulo pertinentem Duci Bauarie in feudum duxit concedendum, in commune Frisingen. Ecclesie detrimentum, Et idem Prepositus super hoc coram nobis & principibus in Curia nostra presentibus querela deposita cum instantia postulasset Imperiali sententia diffiniri. vtrum hoc facere licuisset Episcopo supradicto. Nos tandem petitioni sue benignum prebentes auditum cum Aquilegen. Patriarcha & Archiepiscopo Salzburgen. & Episcopo Ratisb. & Austrie atque Morauie nec non & Carinthie ducibus, & cum alijs nostris fidelibus super hoc tractatum habuimus diligentem: ab vniuersis & singulis quid iuris esset sollicite inquirentes. Et quia nobis visum fuit, quod in feodatio huiusmodi fieri non potuit, quia de iure non debuit, statuimus eam esse penitus irritandam. Quia verò Ciuitas Frisingen. & sedes Episcopalis & prima legittimaque dos Ecclesie Frisingen. ante ipsius dedicationem ad opus ministeriorum & luminarium eiusdem Ecclesie legittime cum omni iure ac plenaria libertate collata, & propterea non licet eam cuiquam quoquam titulo infeodationis conferri. Nos apud Anagniam constituti memorate ciuitatis infeodationem sub quocunque titulo infeodationis factam de principum predictorum consilio Imperialis nostre maiestatis auctoritate cassamus & decernimus esse nullam, eandem ciuitatem cum omni ea libertate quam ex antiquo habuisse dinoscitur ad jus & proprietatem & vsus debitos Frisingen. Ecclesie legittime reuocantes. Nulli ergò hominum liceat omnino hanc nostram sententiam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit Mille Marcas auri componat, medietatem nobis, residuum Ecclesie supradicte. Sententia eadem nihilominus in suo robore in perpetuum duratura. Ad huius autem sententie nostre memoriam & stabilem firmitatem presentem regalem paginam fieri & bulla aurea typario nostre maiestatis impressa jussimus communiri. Huius quoque rei testes sunt hij. Eberh? Archiepiscopus Salzburg. Sifridus Episcopus Ratisb. Imperialis aule Cancellarius frater Hermannus Rector domus Theuthonicorum. Berchtold. Dux Karinth. Rudolfus Comes Avvichspurch. C. Purgrauius de Nürnberch. Eb. de Arinstein. C. de Hohenloch, Engelhardus de Adelburck. Bernhardus de Hagenavve. Al. Rindelsmaul. C. de Wazzerburck. Rennarus de Prennenberch, & alij quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XXX. Mens. Septembris. Quarte Indict. Imperante domino nostro F. dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusti, Ierusalem & Sicilie Rege, Anno Imperij X. Regni Ierusalem quanlito Regni verò Sicilie XXXII. feliciter, Amen. Datum per manum Sifridi Ratisb. Episcopi & Imperial. Aule Cancell. in castris prope Anagniam, Anno, mense, & indictione prescriptis.

CONRADVS] *M S.* Conradus Tölzner electus est XXVI. Episcopus anno Domini M. CCXXXI. Anno M. CCXXXVII. Archiepiscopus Salisburgen. Eberhardus, & Sifridus Ratisponen. Episcopus concordiam fecerunt inter Conradum Episcopum Frisingen. & Ottonem Bauariæ Ducem, in qua tractatione inter alia præcipue sublatæ fuerant omnes dissensiones ac inimicitię inter vtrunque Principem & subditos eorum; sicut testantur literæ originales datæ quinto Id. Iunij indict. X. Anno quo supra. Hic Episcopus captus fuit vna cum Rudigero Episcopo Patauien. à Friderico Duce Austriæ, cum essent à Friderico Imp. II. pro tutela Austrię Viennæ positi, an. M. CCXXXVIII. Hic bene rexit Ecclesiam annis XXVI. omnia siquidem per antecessorem suum alienata recuperauit. Ipse propter guerram inter eum & Ducem Ottonem exortam diuina per totam Diecesim suspendit, & verbum Dei populo prædicauit. Hunc persequuntur Canonici propter amotionem concubinarum ipsorum. Obiit XV. Cal. Febr. An. Domini M. CCLVIII. & sepultus est in Capella S. Pauli, vbi quatuor Canonicos, qui dicuntur Pauliner, de suo patrimonio instituit.

*In nomine Patris & * Palatin .... area ad notabilem ionibus passi sunt Nos Canonicorum denarius ab illis Ducis Ludouici quod Voitrecht Prepositus & Canonici receptam ton*

.... T filij & Spiritus sancti. Otto Dei gratia Comes * Palatinus Bauariæ ...... notitiam tam pręsentium quam futurorum peruenire cupimus quid nos considerantes ...... defectum quem iamdiu Canonici Kathedralis Ecclesie Frisingen. in suis posses...... eundem defectum dictorũ Canonicorum releuare cupientes, denarios quos hactenus....... pro steura & albergaria recepimus, pro remedio anime patris nostri pie memorie .... nostreq; salutis intuitu perpetuo remittimus, statuentes quod de predicta Curia nihil propter ius ... voitrecht dicitur secundum antiquam consuetudinem à nobis vel à nostris successoribus exigatur. Ad hec V. Prepositus & .... capituli Frisingen. promiserunt quod anniuersarius patris nostri pie recordationis iuxta probatam & ..... suetudinem ecclesie sue singulis annis celebretur vt autem hec rata & inconuulsa permaneant tam à nobis quam à successoribus nostris, Sigilli nostri impressione permisim⁹ confirmari. Acta sunt hec apud Lanshut, an. dominice incarn. M. CCXXXV. XVI. Kal..... IX. Indict. Testes huius donationis sunt Conradus Comes de Wazzerburch, Wñ. de Vttendorf. .... Wñ. de Sibolsdorf. Alicus de Presingen. per de ßde Alb. de Vilsa. H. de Ahdorf. Vl. de vn. *...... F. de Caminaten. V. Preposito. demno. G. Preposito de ysen. Canonico Frisingen. G. & Hugo.... Capellanis H. & S. Notarijs, F. de Penningen presentibus & alijs quampluribus.

Discant ex his, & corrigant vel leuitatem vel inscitiã suam. hij, in quibus haud vltimum locũ obtinet Fr. Abrahamus Bzouius, qui nescio quantas nugas, imò crassissima mẽdacia de hoc Ottone D. ce sparg. gere, non erubescens.

Nouerint omnes quod nos Otto Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bauarie an. Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo, feria quarta quatuor temporũ, Decembris, omnia scripta inter Dominũ Frisingen. Episcopũ Conradũ & nos concepta, siue fuerint Originalia siue scripta vel acta quandocunque à principio nostre dissensionis vsq; ad finẽ facta fuerint, tamquã odiosa igne cremauimus, protestantes & promittentes, quod si quã per iniuriẽ, siue p minorẽ diligentiam, siue dolo vel malo ingenio, quod non credimus, siue quocunq; casu ignem effugerint, vbicunq; de cetero inuenta fuerint, sint vacua, cassa & inutilia, nec aliquas vires habeant, sed qui eis deinceps vsus fuerit, sit à Domino maledictus. Et vt hec rata permaneant atq; firma cedulam presentem Sigilli nostri munimine iussimus roborandam. Actum apud Landshut, presentibus Magistro Marquardo, Præposito Maticen. Magistro Berengero Physico, Vlrico Notario nostre Canonico sancti Andreæ de Frisinga & alij multis.

Anno gratiæ Millesimo, Ducentesimo quadragesimo quarto, XVII. Kalend. Octobris in foro Vilshouen &c. Rappoto Comes Palatinus vendidit & tradidit Domino Conra-

Conrado Episcopo Frisingen. villam Evvtingen. quam hereditarie possedit cum omnibus attinentijs pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, molendinis siue locis, tapis ad molendina construenda, agris, cultis & incultis, quesitis & inquirendis, simul etiam omnes homines eidem ville accinentes, pro mille & sexcentis libris Ratisponensis monete.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. venerabili fratri Episcopo Frisingen. salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum Ecclesia & Ciuitas Frisingen. sint incendio deuastate, ac ad ipsius Ecclesie domorumque suarum reparationem proprie non suppetant facultates: absoluendi eos qui de ciuitate ac dioc. tua incendium commiserunt, ad Apostolicam sedem propter senectutem & alia impedimenta venire non possunt ac conuertendi in reparationem Ecclesie predicte que ipsi expendere ad nos veniendo deberent, potestatem tibi concedere dignaremur. Nos ergò fraternitati tue in hoc gratiam facientes, auctoritate tibi presentium vigore concedimus postulatam, dum tamen iidem incendiarij de dampnis ea passis satisfaciant congruenter. Data Perusij Kal. Iulij. Pontificatus nostri anno secundo.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Frisingen. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut ex parte vestra fuit propositum corā nobis, terra Ducis Bavvarie, pro eo quod adheret Friderico quondam Imperatori sit Ecclesiastico supposita interdicto, & Mons & Ciuitas Frisingen. pro eo quod circumquaque posite sunt terre ipsius Ducis, reputentur interdicto huiusmodi subiacere, licet idem Dux nullum ibidem domicilium habeat, nec ipsius loci habitatores, ei vel prefato Friderico adhereant, neque causam dederint interdicto, nos vestris supplicationibus inclinati, vt si est ita, in Monte ac Ciuitate predictis, interdicto huiusmodi non obstante diuina officia, pulsatis campanis, alta voce, presentibus eisdem habitatoribus celebrari valeat auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Data Lugduni II. Idus Ianuarij. Pontificatus nostri Anno sexto.

CONRADVS II.] *M. S.* Anno Domini M. CCLVIII. Conradus Comes Syluester Frisingen. Ecclesiæ præficitur XXVII. Episcopus. Hic impetrauit ab Ottokero Rege Bohemiæ Duceque Austriæ multas Aduocatias in Austria, & alia plura bona sicut in priuilegijs habetur, præfuit an. XX. & obiit anno Domini M. CCLXXVIII. III. Kalend. Martij, sepultus in absside retro altare omnium sanctorum. Nota. eodem anno venditum est caluarium siliginis Frisingen. pro nouem nummis Monacen. kk.

Anno Domini M. CCLXI. Episcopus Conradus Frisingen. huius nominis secundus in feudum concessit Duci Bauariæ Ludouico, consanguineo suo carissimo feoda Marchionum ab Hohenburch. Litera data Frisingæ, XIIII. Kal. Octob. quarta indict.

Anno M. CCLXXII Idem Episcopus Conradus Duci Ludouico concessit feuda Sibotonis & Conradi Comitum à Neuburg, V. Id. Octob. Quo eadem anno Episcopus memoratus cum Duce Ludouico permutauit bona in Kircheim & Schleispach pro Pogenhausen & Oberueringen, Data Monaci, Prid. Id. Nouemb. & facta est traditio Schleispach per Capitulum Cathedrale anno subseq. VIII. Kal. April.

Nos Heinricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie notum esse cupimus presentium inspectoribus vniuersis quod cum inter reuerendum

in

in Christo patrem Dominum & consanguineum nostrum, Chunradum ven. Episcopum Frisingen. nomine Frisingen. Ecclesie, ex vna parte, & nos ex altera, super iure patronatus Termarschirchen, & Hermarschirchen eiusdem dyoec. Ecclesiarum, orta esset materia questionis, Nos ad instantiam prelibati patronatus & voluntatem, ad manus domine Elisabeth dilectissime vxoris & consortis Thori nostri eandem litem tradidimus sopiendam, Promittentes nos ratum & gratum habituros, quicquid in huiusmodi contentione inter nos & Ecclesiam Frisingen. per ipsam fuerit amicabiliter ordinatum. Vnde prelibata domina & vxor nostra. E. nobis annuentibus & consentientibus, de prefato Iurepatronatus inter nos & Ecclesiam Frisingen. taliter ordinauit, quod in eisdem Ecclesijs nec nos, nec heredes nostri Ius patronatus de cetero debemus nobis aliquatinus vsurpare, nec vlterius super huiusmodi Iurepatronatus contendere cum Ecclesia Frisingen. Et vt huiusmodi ordinationi nos, vel heredes nostri non valeamus inposterum contraire, presentem Zedulam Ecclesie Frisingen. tradidimus Sigilli nostri munimine roboratum. Data Anno Domini M.CC.LXVIII.

NOs Heinricus Dei gratia Comes Palat. Rheni Dux Bauarie vniuersis presentia inspecturis volumus esse notum quod vidimus literas super compositione inter reuerendos patres, venerabiles Episcopos Frisingen. & Ratisp. confectas mediante arbitrio, fratris nostri Kriñi. L. Illustris Comes Palat. Rheni Ducis Bauarie, saluas per omnia in hec verba. Nos Ludvvicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie constare volumus presentium inspectoribus vniuersis, quod cũ reuerendi patres in Christo, dominus Chunradus Frising. & dominus Leo Ratisp. Ecclesiarum Episcopi super diuersis dissensionũ articulis, dampnis, incendijs, rapinis, captiuationibus, depecuationibus, homicidijs, & aliis multis malis inter homines eorundem iam dudum exortis vterq; ipsorum pro se & pro Ecclesia sua, hominibus & seruitoribus suis, in nos ad sopiendas huiusmodi questiones, tamquam in arbitrum seu arbitratorem vel amicabilem compositorem finaliter compromisissent, prout in literis sub sigillis eorundẽ Episcoporũ super hoc confectis lucidius continetur. Nos cum quibusdã ministerialib. vtriusq; Ecclesie nobis ad hoc deputatis habito consilio saniorũ primo & principaliter pro communi predictarũ Ecclesiarum cõmodo & opere taliter duximus arbitrandum, vt homines & seruitores partis vtriusque inter se vicissim & mutuo pro vniuersis commissis & perpetratis hincinde, ad pacis & amicitie redeant vnionem, euacuatis fideiussionibus & promissis ex quibus ratione precedentium exactionum, alter alteri dici poterat aliqualiter obligatus, filiis Friderici Holzhausij interfecti, & Rutberto fratre ipsius, R. pro se & suis attinentibus quam optime potuerit sine dolo cum Alhardo de Vraunhouen suisque seruitoribus & complicibus per pacis osculum ad amicitiam * inuictabilem reformatis. Sane vt * per mortem predicti Vlrici Holzhauserij aliqua satisfactio prestetur & emenda, arbitrando decreuimus, quod dominus Leo venerab. Ratispon. Episcopus Curiam in Schoenbach cum suis attinentijs absoluat ab Alhardo de Vraunhouen ipsamq; pro emenda conferat Liebhardo dicto Chlechel titulo feodali, quod si facere non potuerit, viginti lib. Ratispon. soluet eidẽ Liebhardo, ante festũ purificationis proxime nunc venturũ. Sifrido dicto de Rotenbach, & Heinrico dicto de Oberndorf eidẽ sup hoc fideiussorib⁹ deputatis. Adhec arbitrando pronunciauimus vt vtriq; Episcoporũ de omni dampno q. in propriis Curijs villicalibus, alijsq; predijs, hubis & colonijs, sustinuerit p homines alterius Episcopi, respõdeat querelantib⁹ & emẽdet, exceptis vt vulgariter loquimur Selden. de quorũ dãpnis dñis eorũdẽ quos rõe psone respi-

* inuiolabilem
* propter

respiciunt respondebitur per eum Episcopū cuius homines ipsos rapinis vel incendijs offenderunt. Preterea cum Ecclesia Frising. per homines Ratispon. Ecclesie rapinis & incendijs immoderate dampnum sustinuerit circumquaque, deliberato consilio super hoc taliter fuimus arbitrati, vt Dominus Ratisponen. Episcopus nomine satisfactionis & emende Quadringentas lib. Monacen. monete Ratisponen. Ecclesie persoluere debeat, Episcopo & Ecclesie Frisingen. iuxta formam subnotatam. Deputabit enim Dominus Ratisponen. Episcopus Ecclesie Frisingen. de possessionibus in Neuching circa officium Hohenburch, ad Episcopatum Ratispon. pertinentibus, ad quinquaginta lib. Monacenses in prouentibus annuatim, quos prouentus Frisingensis Episcopus tamdiu recipiet singulis annis & in sortem deputabit, donec de summa quadringentarum lib. eidem plenarie fuerit satisfactum. Modius autem Monacensis mensure tritici vel Silig. pro vna lib. Monacensi Modius autem ordei vel auene pro den. computabitur. Porcis, den. & minutis prouentibus iuxta communem modum & consuetum in debito resecandis. Si verò aliquo annorum sterilitas, grando, violentia vel alius defectus superuenerit predijs deputatis, huiusmodi dampnum emendabitur Frisingen. Ecclesie per prouentus annorum, qui sequuntur. Neutro Episcoporum exigente aliquam extraordinariam exactionem in predijs memoratis, quamdiu predicta summa quadringentarum librarum plenius non fuerit euacuata. iure instituendi & destituendi in ipsis prediis Domino Ratispon. Episcopo integraliter reseruato. Ad hec arbitrantes decreuimus, quod si prefatus Episcopus Ratispon. dicto Frising. Episcopo vel suis procuratoribus prelibatas possessiones ad quinquaginta. lib. annuatim ante instans Purificationis festum, octo diebus non curauerit assignare, aut assignatas sub sigillis sui & capituli Ratispon. & aduocati earundem possessionum, si quisquam fuerit, noluerit vel non potuerit confirmare. Extunc id est octo diebus ante festum Purificationis, Vlricus de Dornberch vicedñs & Canonicus Ratisponen. Vlricus de Pünnchouen & Heinricus de Mosdorf milites & Alhardus de Vraunhouen fideiussores prout in manus sepedicti domini Frisingen. Episcopi, & nostras fide data vice sacramenti promiserunt apud Lantshut intrabunt obstagium, inde nullatenus exituri donec promissa singula compleantur modo debito sicut decet. In huius itaque nostri arbitrij seu promulgationis robur & perpetuam firmitatem placuit partibus presentem cedulam suorum & nostri Sigillorum munimine roborari, acta sunt hec apud Wasserburch, Anno domini M. CC. LXXI. in die beati Martini, presentibus testibus subnotatis. Emichone sancti Andree, & Heinrico Mospurgen. Ecclesiarum Prepositis. Vlrico de Dornberch. Chunrado de Luppurch Ecclesie Ratisponen. Canonicis. G. de Velten. H. de Preising. F. de Vreutsperch. Ch. de Haltenberch. O. de Waldekke. Al. Schilhvvaz. C. & G. fratribus de Haslang. Vlrico de Mosen. G. dicto Waller. Reinaldo de Gia. H. de porca. L. de Putelbach. S. Dapisch & alijs quam pluribus fide dignis. Nos igitur quantum ad nos pertinet de iure aduocatie in possessionibus per Dominum Ratisponensem Episcopum Frisingen. Episcopo assignatis in signum nostri consensus & ratihabitionis huiusmodi arbitrij presentes literas Sigilli nostri robore placuit communiri.

AD perpetuam rei memoriam. Nos Chunradus Dei gratia Frisingen. Episcopus, notum fieri cupimus tam presentibus quam futuris, ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos cum capitulo nostro, quia sumus vnum corpus in Christo, nos caput, & ipsi membra, formam antiquitus à predecessori-

ſoribus noſtris preconceptam, & haſtenus obſeruatam, renouare cupientes, volumus, & preſentis ſcripti patrocinio duximus ſtatuendum, vt homines vtriusq; ſexus, qui epiſcopali noſtre iuriſdiſtioni qualitercunq; ſunt ſubiecti, cum hominibus Capituli noſtri cuiuscunq; ſexus fuerint, aut conditionis, vel econuerſo libere matrimonia contrahere viciſſim valeant & inpune. Ita quod liberi vtriuſq; ſexus ex huiuſmodi progeniti coniunctione equaliter ſcribi juſſimus, noſtri, & capituli Sigillorum munimine roboratam. Data Friſinge Anno domini, Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo octauo. quarto Kal. April.

ll. *FRIDERICVS*] *M.S.* Fridericus de monte Alban, maioris Eccleſiæ Friſingen. Præpoſitus, eligitur Epiſcopus anno Domini M. CC. LXXVIII. præfuit ann. IIII. obiit anno M. CCLXXXII. VI. Idus Decembr. ſepultus in Capella S. Leonardi cum tali Epitaphio.

Obiit Friſingæ Rector, Fridericus fortis vt Hector,
Transmigrans iſte tua poſcit gaudia Chriſte.

mm. *EMICHO*] *M.S.* Anno Domini M. CCLXXXII. Emicho Comes Syluester Friſingen. Eccleſię factus eſt Epiſcopus, vir literis humanis eloquentiſſimus. a quo defuncto vltimo Comite de Moſpurc Heinricus Dux Bauariæ inferioris oppidum Mosburc in feudum recepit. Hic nimis ſubuenit parentelæ ſuæ, pro quo Capitulum eum redarguit, rexit Epiſcopatum annis XXIX. obiit anno Domini MCCCXI. V. Cal. Aug. in die Panthaleonis in Vienna, ſepultusque in Capella SS. Gregorij martyris & Henrici Imperatoris habens hoc Epitaphium.

Cleri flos Emicho quondam, ſed nunc velut Echo
Hic ſubterratus præſul jacet incineratus.
Vt luti teſta: Deus ô requiem ſibi præſta;
Parcat & examen Iuſti ſibi Iudicis, Amen.

Anno MCCXC. Dux Ludouicus Bauariæ, & Epiſcopus vnà cum Capitulo compromittunt ratione ædificationis in monte circa Friſingen. Anno MCCXCIX. Capitulum Cathedrale Friſing. teſtatur de domo & area Ducis Bauariæ ibidem, quod nihil juris ſibi vendicabit in eis.

nn. *GOTEFRIDVS*] *M.S.* Eccleſiæ Friſingen. Decanus Anno Domini M. CCCXI. triceſimus Epiſcopus præficitur. Hic inſtituit duos Vicarios, qui quotidie alternatis vicibus ad altare S. Catharinæ miſſas legant, & vt omnibus horis Canonicis interſint, ea forma ſicut Canonici S. Pauli, quam ob rem eis incorporauit Eccleſiam S. Georgij in Ciuitate. Ipſe etiam Bibliothecam diligenter reparari fecit. Inſtituit etiam vnum Capellanum ad Capellam S. Trinitatis. Præfuit an. IIII. obiit an. Domini M. CCCXV. VI. Cal. Decembr. ſepultus in Capella S. Catharinæ virginis, tale habens Epitaphium.

Ter C. & vnum M. bis quini quatuor atque
Fluxerunt anni Domini de virgine nati,
Clemens agne Dei ſolum da requiem ei.

oo. *CONRADVS III.*] *M.S.* Friſingen. Eccleſiæ. præficitur anno Domini M. CCCXV. Hic fuit Fundator Eccleſiæ Collegiatę S. Iohann. Baptiſtę, inſtituendo ibidem Canonicos ſex, quæ prius fundata, & partim dotata fuit per Albertū Epiſcopum. Item altare S. Corbiniani in crypta habet II. lib. D. de Eccleſia in Pockhorn. Hic præclarus Pontifex Decretorumque Doctor, veneno vt fertur obiit anno Domini XXII. Quarto Idus Aprilis, quæ fuit feſto 2. reſurrectionis Chriſti.

JOHAN-

IOHANNES.] *M.S.Catal.* Anno Domini MCCCXXIII. IOHANNES Doctor Decretorum Frisingen. Ecclesiæ præficitur XXXII. episcopus. Hic fuit translatus per Papam Ioannem XII. de Ecclesia Brixinensi in Bambergam, & de Ecclesia Bambergen. in Frisingam, & rexit V. hebdomadis, & obiit anno domini MCCCXXIV. in die Marci Euangelistæ, sepultus ante altare S. Crucis, his versibus eius sepulchro inscriptis. PP.

Lux Decretorum Ioannes vas & honorum,
Hic est fossatus, qui bis erat hic cathedratus
Huic finem vernæ VI. Maij tribuère Calendæ.

CONRADVS IV.] *M.S.* Hic fuit de Klingenberg in Heluetia, & præficitur Frisingen. Ecclesiæ pastor, anno Domini MCCCXXIV. Dedit Ecclesiæ crucem bonam deauratam, cum gemmis pretiosis, & Mille floren. pro quibus emta sunt quinque prædia præbendæ nostræ. Comparauit etiam Ecclesiæ suæ Mitram Episcopalem magnæ pretiositatis, & plura alia bona. rexit annis XIII. Obiit an. Domini M.CCCXXXVII. III. Non. Martij, & sepultus est in Castro Lilienfeld prope Viennam. Post hunc reperio electum à Capitulo, fortassis absente Ioanne Leutoldum Comitem de Schaumberg. Vid. ipsius literas de anno 1343. & 49. qq.

Anno MCCCXXV. Cathedrale Capitulum Frisingæ literis publicis profitetur, quod nolit Conradum à Klingenberg, qui se Episcopum nominat, agnoscere, quamdiu bellum inter Cæsarem Ludouicum & illum durauerit. Dat. Frisingæ die Veneris ante S. Viti: eodemq; tempore idem Capitulum cum Cæs. Ludouico se confœderauit.

IOANNES II.] *M.S.Catal.* Hic fuit translatus de Ecclesia Verdensi per Benedictum PP. XII. in Frisingam, & fuit etiam optimus Medicus, & nunquam venit ad sedem istam, de qua & in extremis suis postulans se huc transferri. Obiit in Curia Romana Auenione, Anno Domini M. CCCXLIX. præfuit an. XII. rr.

ALBERTVS.] *M.S.* Anno Domini M.CCCXLIX. Albertus Comes de Hochenberg Doctor Decretorum, Frisingen. Ecclesiæ præficitur Episcopus XXXV. Hic translatus est de Ecclesia Herbipolen. ad Ecclesiam Frisingen. per PP. Clementem VI. quam virtuosè & humiliter rexit annis decem, minus vno mense. curauit pretiosè ornari caput S. Alexandri PP. & Martyris. His temporibus Ludouicus Imperat. multa bella gessit contra Fridericum Ducem Austriæ, secum à * tribus electum, quem demum in bello publico cepit, & sic finem bellis dedit: excommunicatus tamē per * tres Apostolicos sibi inuicem succedentes, in qua etiam excommunicatione obiit. In huius Ludouici odium, vt opinatur, tres Apostolici, Videl. Ioannes XXII. Benedictus XII. & Clemens VI. hanc Frisingen. Ecclesiam in sua libera electione impediuerunt, & grauauerunt. Episcopus Albertus fœdus inijt cum Ludouico Marchione Brandenburgen. & in alijs litteris, cum cæteris Bauariæ Ducibus ad decennium. Obiit Albertus Anno Domini M.CCCLIX. die S. Marci in Episcopatu Constantien. in oppido Stein, cis Rhenum, sepultusque est in Ciuitate sua Rottenburch cis fluuium Neccari in Collegio Canonicorum S. Mauritij, quod constructum & dotatum fuit per prædictum venerandum patrem scil. Albertum Pontificem. ss.

** falsum est hoc, nam Benedictus PP. Imp. Ludouicū nunquam excommunicauit, etiam aduersariorū testimonio.*

PAVLVS.] *M.S.* Hic præsul fuit plebanus in Riespach & translatus fuit de Ecclesia Gurcen. ad Ecclesiam Frisingen. anno Domini M. CCCLIX. Hic recuperauit Castrum in Haberspérch per censuram Ecclesiasticam, sumptibus tamen & expensis ipsius Ecclesiæ. Multa etiam alia bona Ecclesiæ redemit & recuperauit. Huius etiam temporibus Berchtoldus de Fraunberg tt.

P Deca-

Decanus maioris Ecclesiæ eo quod fructus & redditus Decanatus exiles & tenues fuerant, quod hospitalitatem & onera sibi incumbentia supportare nequiuerant, obtinuit à Gregorio PP. Ecclesiam in Aufkirchen eidem incorporari: idcirco Decanus debet personaliter residere Frisingæ, & nullam aliam Ecclesiam possidere. Datum. Auinioni VIII. Id. Aprilis, An. Pontif. III. similiter ab eodem Papa anno Dom. M.CCCLXXV.N. Præpositus, vt possit hospitalitatem sectari Ecclesiam S. Ioannis in Stainkirchen in prædicta forma impetrauit. Idem hic Paulus Episcopus priuilegiauit suos Ciues Frisingen. multis vtilib. priuilegijs, inter cætera, vt nullus ciuium quicquam vendat extrà steuram, & extrà onera alia ciuitati incumbentia, sub pœnis in priuilegio desuper confecto contentis. Rexit Ecclesiã an. XVIII. Obiit An. Dñi MCCCLXXVII. in die Apollinaris Episcopi & martyris.

Hic Episcopus Paulus ex commissione apostolica Innocentij PP. VI. Ludouicum Marchionem Brandenburgen. Bauariæ Ducem, Ludouici Imp. IV. filium à Margaretha Carinthiæ & Tyrolis Principe dicta Maultasch *separauit, & per dispensationem de nouo datam legitimo matrimonio coniunxit, sicut ex literis Apostolicis & processu executiuo alibi productis constat.*

uu. *LEOPOLDVS.] M.S.* Leopoldus creatur Episcopus Anno Domini M.CCCLXXVIII. Hic in aduentu suo donauit Ecclesiæ Frisingen. bonum calicem & duos libros matutinales valoris CC. florenor. & plura alia beneficia eidem impendit; præfuit ann. III. Obiit in Lack. delapsus ex ponte à se ædificato in aquam, in die S. Osvvaldi, An. Dom. M.CCCLXXXI. sepultus ibid. in monasterio monialium. S. Virginis, diœces. Aquilegien. In huius procuratione oriebatur schisma in Curia Romana, in electione sumi Pontificis, ita quod duo eligebantur, primò Vrbanus VI. qui instituit festum Visitationis B. Mariæ Virginis, & confirmauit Wenceslaum Regem Bohemiæ in Regem Romanorum, deinde electus est à Cardinalib. Clemens VI. qui cum Cardinalibus transiuit Auinionem, cui obediebat Rex Franciæ, quod Schisma durauit annis pluribus vsque in Concilium Constantiense.

xx. *BERCHTOLDVS.] M.S.* Anno Domini M.CCCLXXXI. Berchtoldus de WÄHING Frisingen. Ecclesiæ præficitur Episcopus XXXVIII. Hic fuit primus Magister in artibus in studio Viennensi promotus: ideò singulis collegiatis eiusdem studij quatuor libras denariorum Viennensium annuatim in perpetuum pro animæ suæ remedio, & studij præfati augmento & conseruatione donauit. Hic oppida & Castra Ecclesiæ Frisingen. multa reformauit: nam villam Enzendorff circumdedit muro. In Holenburg magnam partem castri construxit, quod ex suo nomine Berchteldstein vsque in hodiernum diem nominatur. In castro oppidi Waidhouen turrem cum nouem testudinibus construxit, & fossatum ibidem ciuitatis fecit. Similiter in WELS, castrum ROTENFELS in muro & alijs ædificijs reformauit. Lack ciuitatem & arcem muris & fossis circumdedit. Item in Carniola Marchia castra Klingenfels, & Preiseck, muris optimis, & in Castro * Fris. fossaturas reformauit. Hic Berchtoldus Iudicem Frisingen. nomine N. Meyman in foro ciuitatis decollauit, & seruum eiusdem in quatuor partes scindi fecit, propter traditionem, quam Ludouico Duci seniori Ingolstadij facere moliebantur. Nam idem Dux cupiditate ductus, in nocte Natiuitatis Domini Ecclesiam Frisingen. suis clenodijs despoliare voluit, sed diuina virtute impeditus fuit, cum enim armata manu versus Frisingam properaret, suis quatuor campi ductorib. videbatur, quod hastæ eorum arderent: & ipsi quoque cæcati in via errantes, orto die, apud portam Ingolstadij inuenti sunt. Quamobrem præfatus Dux B. & Comes de Mortanio, confusus ad cor rediens

Holzenburg.)

* Frisacen.

diens, resipiscebat, & votum vouit Deo & B. Mariæ, quod cunctis diebus vitæ suæ nunquam contra prædictam Ecclesiam Frisingen. quicquam facere vellet. In cuius signum imaginem argenteam secundum personam suam formatam Ecclesiæ B. Mariæ & S. Corbiniani Frisingæ donauit; quam imaginem postea Anno Domini M. CCCCL. Dominus Wigislaus Rorvveck Canonicus & Custos Ecclesiæ Frisingen. destruxit, & cum huiusmodi & alio argento caput S. Sigismundi martyris fecit. Prædictus etiam Berchtoldus valde pretiosam Infulam Pontificalem comparauit, quam Ecclesiæ suæ relinquere intendebat; sed cum in Austria defunctus esset coram consanguineis suis, ipsi eandem sibi vsurpauerunt; & Monasterio in Melick pro quatuor millibus & CC. floren. Vngaricis vendiderunt. Sedit an. XXX. Obiit anno Domini MCCCCX. in vig. Natiuitatis B. Mariæ Virginis in Neuburg claustrali & ibidem sepultus est. Dedit ad Ecclesiam Frisingen. C. floren. pro anniuersario, & pretiosum ornatum de perlis, in valore CCC. florenorum. *Wigulum*

Anno MCCC XCIV. Episcopi Berchtoldi confœderatio cum Ducibus Bauariæ, data litera Monaci, die Martis post Pentecost. Idem Episcopus sequenti anno XCV promittit auxilium Ducibus Bauariæ Ioanni & Ernesto contra quoscunque. Dat. Obernperg in die S. Iohannis ante portam Latinam.

Sub electionem Episcopi Berchtoldi, durante vt videtur inter Pontifico, orta fuit lis inter Præpositum, Decanum & Capitulum Cathedral. Ecclesiæ Frisingen. ex vna; & Ottonem à Pienzenau seniorem, huiusq; filium, propter filij fratrisq; horum, Ludouici Canonici Frisingen. defuncti domum siue Curiam dictam Scheneck Frisingæ in monte sitam. Cuius litis causâ prædicti Præpositus, Decanus & Capitulum supplices adierunt Ducem Bauariæ Stephanum tanquam illorum supremum aduocatum, (Obristen Castenuogt) & impetrarunt ab illo literas ad omnes illius officiales ac ministros, huius tenoris, vt neutiquam permittant Præpositum & Canonicos ab vllo homine respectu præmemoratæ controuersiæ contra ius grauari. Extant literæ in originali, datæ Landshutæ, die lunæ post natiuitatem B. Virginis. Ann. M CCCLXI.

DEGENHARDVS.] *Hoc omisso in M.S ponitur:* CONRADVS V. anno Domini M. CCCCX. obtinuit Episcopatum, licet Degenhardus Weixer Canonicus & Scholasticus maioris Ecclesiæ, & Mospurgen. Præpositus electus fuit in Episcopum, tamen contra eum præualuit prædictus Conradus Episcopus Gurcen. tempore Papæ Ioannis XXIII. & Degenhardus contentus fuit cum Granario Castri Frisingen. ad dies vitæ suæ: de quo dedit Conrado Episcopo & successori suo annuatim tamen VI. libras denariorum. Hic Conradus nunquam venit ad sedem Frisingen. quia vno anno tantum, vel paulo plus tenuit Ecclesiam hanc, & vltimate concordatus fuit cum Ciuib. Frisingen. in Lack, quorum duo missi fuerunt ad eum ad faciendum sibi Homagium: quibus Conradus Episcopus Steuram Episcopalem D. florenor. Rhenen. remisit: & ipsis adhuc præsentibus occiditur à Cubicularijs suis in Lack: propter pecuniam quinque Millium Ducatorum, quam secum habuit: sepultus fuit primò in horto apud arcem Lack. & post annos XXI. h. e. anno Dñi M. CCCCXXXIII. monitu Eugenij PP. IV. Cancellarij, à Nicodemo Episcopo exhumatus, cum processione sollenni Clericorum & populi in parochialem Ecclesiam Laack fuit translatus. YY.

HERMANNVS] *M. S. Catal.* Hermannus filius Comitis de Cilia Frisingensi Ecclesiæ præficitur Episcopus XL. Anno Domini M. CCCCXII. per PP. Ioannem XXIII. Hic comparauit II. libr. XXVI. denar. de quadam Curia in Alarun ad lumen S. Corbiniani in crypta Frisingen. ZZ.

& plura alia bona fecit, seditque annis IX. huius temporibus celebratum fuit magnum Concilium Constantiense, in quo combusti sunt M. Iohannes Huss, & Hieronymus de Praga. In eodem Concilio tribus PP. videl. Ioanne XXIII. Gregorio XII. & Benedicto XIII. depositis, Martinus V. Electus est. Hic Hermannus erat homo iuuenis, sed habuit fracturam in intestinis & se-ctus moriebatur in scissura Anno Domini M.CCCCXXI. in Cilia, in crastino S. Luciæ Virginis.

aaa. *IOANNES III.*] *M S. hunc, (de quo tamen infra in Diplomat. Concil. Basilien. plura,) non ponit in numero Episcoporum, sed sic refert :* NICODEMVS de Scala, Episcopus XLI. Anno Domini M.CCCCXXII. Ioannes Grüenvvalder, filius Ducis Ioannis de Monaco, Decretorum Doctor. & Vicarius Frisingen. ad Episcopatum postulatus fuit; sed eo quod minor annis erat: Nicodemus de Scala Dominus Veronensis per Papam Martinum V. qui præfatam postulationem annullauit; per Henricum Ducem Bauariæ Episcopatum Frisingen. Ecclesiæ & possessionem obtinuit. Et præfatus Ioan: Grünvvalder cum annuali pensitatione CC. florenorum Rhen: de Vicariatu per Nicodemum contentatus fuit. Hic Nicodemus redemit infra quatuor annos Castrum Klingenfels, & Preiseck pro duob. millib. Ducatorum. Item ab eo Henricus Dux Bauariæ oppidum Mosburg in feudum recepit. Hic Ecclesiam multis Clenodijs decorauit : & inter alia dedit eidem Infulam pretiosam, & casulas plures pretiosas : item pastorale cum lapide pretioso Antatisto. (*f. Amethisto*) Item brachium Bariblinum & calicem vnum magnum, & tabulam summi altaris comparauit in valore M & CCC. flor. Rhen. Item dedit ad hanc sedem thesaurum magnum, scilicet imaginem gloriosæ Virginis Mariæ, quam S. Lucas Euangelista proprijs manibus elaborauit, quæ prius donata fuit per Imperatorem Constantinopolitanum Domino Ioanni Galiatz, deinde Duci Mediolanen. post cuius mortem deuenit ad manus cuiusdam Comitissæ Angliæ : postea post multos annos pro maximo donario Magnifico domino Bromara de la Scala est propinata : qui eandem imaginem ob reuerentiam eius fratris Episcopi huius Sedis scilicet Nicodemi ad hanc Ecclesiam dedit. Qui venerabilis pater omnibus in ostensione imaginis gloriosæ Virginis in festiuitatib. Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis personaliter deuotè præsentib. XL. dies indulgentiarum de pænitentijs misericordialiter relaxauit. Quas indulgentias & Dn. Ioannes de Grünvvald Episcopus confirmauit. Hic præclarus & memoriæ dignus Pontifex Nicodemus laudabiliter & benè rexit Ecclesiam annis XX. Et obiit Viennæ An. Domini M.CCCCXLIII. ibidem in monasterio Augusten. quod vnà cum fratribus de la Scala vineis & ornamentis pluribus ditauerat, ante altare S. Crucis sepultus.

SAcrosancta Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans. Ad futuram rei memoriam &c. Vniuersalis Ecclesiæ prouidentia circumspecta ad ea solicitudine peruigili libenter intendit quæ pro sedandis litibus & iurgijs præsertim inter illos, quos Dominus tanquam præcipuas & sublimes Ecclesiæ Romanæ columpnas prærogatiua exaltauit honoris, ac alios Ecclesiarum Prælatos quomodolibet subortis, necnon pacis & concordiæ bono inter eosdem propagando expedire cognoscit, & ad hoc etiam opem & operam impendit efficaces. Exhibita siquidem nobis pro parte venerabilis Nichodemi Episcopi & dilecti Ecclesiæ filij Ioannis Symonis, Canonici Frisingensis petitio continebat, quod

cum

tum inter dilectum Ecclesiæ filium Ioannem tt. Sancti Martini in montibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem & præfatum Episcopum primo super eo quod idem Episcopus olim ad Ecclesiam Frisingensem promotus ex laudo & ordinatione bonæ memoriæ Eberhardi Archiepiscopi Salzeburgensis pro bono pacis & concordiæ inter ipsos Cardinalem tunc in iunioribus constitutum & Episcopum factis ipsum Cardinalem, quem tunc etiam in eisdem iunioribus constitutum in suum irreuocabilem in Spiritualibus vicarium cum potestate conferendi beneficia certi annui valoris, atque leuandi Cathedraticum constituerat, ac illi annuam pensionem ducentorum florenorum Hungaricalium super fructibus dictæ Ecclesiæ donec ad Episcopalem, aut aliam pinguem dignitatem promotus foret, persoluendam assignauerat, postmodum ipsum Cardinalem post eius assumptionem ad huiusmodi Cardinalatus dignitatem à Vicariatu & perceptione cathedratici excludendo ac à solutione pensionis huiusmodi cessando, dilectum Ecclesiæ filium Ioannem Symonis presbyterum, Licentiatum in decretis in suum in Spiritualibus vicarium receperat, & ex aduerso pro parte eiusdem Cardinalis dilectus Ecclesiæ filius Ioannes Tulbeck etiam in decretis Licentiatus vigore certarum literarum à nobis emanatarum vicarius generalis pro eodem Cardinali in dicto vicariatu deputatus fuerat, diuersæ apud nos, & sedem Apostolicam lites & controuersiæ subortæ fuissent, & deinde in causa per ipsum Cardinalem Nichodemo Episcopo & Ioanni Symonis præfatis propterea mota quodam monitorio contra ipsum Episcopum emisso & in causa huiusmodi subsequenter ad nonnullos actus iudiciales processo, ac contra præfatum Ioannem Symonis quadam citatione pœnali ad partes decreta, inibique executa, & demum sententia declaratoria pœnarum, decretorum nostrorum, videlicet vt sacri & ambitiosorum ac priuationis quibusdam suis beneficijs, scilicet canonicatu & præbenda maioris & præpositura Sancti Ioannis Frisingen. de mandato Sanctissimi Felicis PP. V. lata, idem Felix PP. tunc præmissis litibus, dissensionibus, & differentijs occurrere, omnemque litium & scandalorum materiam amputare cupiens, de consilio & assensu Venerabilium sanctæ Roman. * Cardinalium ex certa scientia & Apostolicæ potestatis plenitudine quaslibet lites per præfatum Cardinalem contra Nichodemum Episcopum ac etiam ipsum Cardinalem, seu dilectum Ecclesiæ filium Fridericum Hamerl Clericum Frisingen. diœcesis, aut quoscunque alios contra Ioannem Symonis præfatos, tam super beneficijs quam alijs præmissis, & eorum occasione quomodolibet motas, etiam si in causis ipsis aliquæ interlocutoriæ aut difinitiuæ sententiæ latæ extitissent, nec non super Vicarij institutione seu mandato de instituendo ac etiam conferendo beneficia seu de illis prouidendo penitus pro non factis, nullis & cassis haberi voluit, demum quoque Cardinalem & Episcopum præfatos de eorum consensu ad certam concordiam reduxit, prout in capitulis, ac ipsius Felicis PP. literis desuper confectis plenius continetur, & subsequenter pro parte eorundem Episcopi & Ioannis Symonis nobis humiliter * supplicato, quatenus concordiam huiusmodi cum omnibus & singulis suis conditionibus & cautelis, additionibus, capitulis & modificationibus alijsque inibi contentis & inde secutis pro illorum subsistentia firmiori rata & grata habere, illaque auctoritate vniuersalis Ecclesiæ etiam ex certa scientia, & de plenitudine potestatis cum suppletione defectuum, si qui in eisdem interuenissent, confirmare & approbare, nec non eosdem Episcopum & Ioannem Symonis

 à qui-

à quibuscunque sententijs censuris Ecclesiasticis atque pœnis, si quas occasione præmissorum, vel ex eo, quod ipsi ad Gabrielem de Condulmario olim Eugenij PP. IV. post ipsius ab administratione Papatus per nos authoritate eiusdem vniuersalis Ecclesiæ factam suspensionem & depositionem contra decreta nostra appellarunt vel eidem Gabrieli suspenso & deposito obediuerunt quomodolibet incurrissent absoluere, & super illis rehabilitare, omnes quoque concessiones & mandata de instituendo aliquem in dicto vicariatu nec non cōferendo beneficia, & de illis prouidendo, videlicet de canonicatu & præbenda ac præpositura prædictis eidem Friderico, nec non dilecto Ecclesiæ filio Nicolao Slegel Clerico Patauien. diœcesis de altari Sancti Leonhardi sito in Ecclesia Frisingensi, quæ dictus Ioannes Symonis tunc temporis possidebat prout possidet, ac etiam omnia & singula alia per Cardinalem & Fridericum contra Episcopum & Ioannem Symonis prædictos quomodolibet attemptata innouata & facta nulla & irrita fuisse & esse, nullumque effectum sortiri debuisse & debere decernere & declarare, eaque de Registris supplicationum Bullarum & causarum deleri & cassari mandare, & insuper etiam omnes & singulas causas, lites, & quæstiones inter Cardinalem & Episcopum, nec non Ioannem Symonis & Fridericum ac Nicolaum Slegel prædictos, iudicum etiam nomina & causarum status pro expressis habendo, etiamsi in causis ipsis definitiuæ vel interloeutoriæ sententiæ latæ, & litteræ executoriales desuper expeditæ essent, ad nos aduocare & penitus extinguere, ipsosque Episcopum & Ioannem Symonis in statu pristino, in quo videlicet ante attemptata huiusmodi fuerant restituere, & aliàs tranquillitati & quieti partium hinc inde salubriter prouidere ex vniuersalis Ecclesiæ clementia dignaremur, præfato Cardinali ex aduerso replicante eundem Episcopum quandam concordiam per dictum sanctissimum Felicem PP. V. inter eos aliàs desuper præmissis factam iuxta capitula in ea contenta non obseruasse neque adimpleuisse, seu illi satisfecisse, & propterea etiam omnia ad statum pristinum, in quo etiam partes ipsæ hinc inde ante dictam concordiam fuerunt, reduci & restitui postulante. Nos igitur attendentes, quod cum sanctæ Roman. E. Cardinales, qui in supportando vniuersalis & Romanæ Ecclesiæ regimine vna nobiscum & præfato Sanctissimo Felice PP. V. iugi sarcina onera perferre, ac ipsarum Ecclesiarum Prælatos, qui etiam huiusmodi suarum Ecclesiarum quibus præditi sunt, curis intendere habent, deceat ab omni iudiciorum strepitu esse quietos, ac cupientes super his prout nostræ vocationis incumbit officio ea salubris prouisionis adhibere remedia, per quæ quibusuis dissensionum ac iurgiorum amputatis materijs pax & tranquillitas valeant præstante Domino iugiter procurari. Hinc est quod matura super his inter nos deliberatione præhabita omnes dissensionum, iurgiorum, quæstionum & differentiarum huiusmodi materias tam inter Cardinalem & Episcopum, quam inter eundem Cardinalem, Fridericum Hamerl, & Ioannem Symonis, ac Nicolaum Slegel prædictos communiter & diuisim in alterutrum super omnibus & singulis præmissis, & eorum occasione vna cum omnibus alijs ab illis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis in iudicium deductis & non deductis quomodolibet subortas & suscitatas, vel quæ suboriri & suscitari possent, quoquomodo sub spe pacis & concordiæ amicabilis, aut remedio iustitiæ terminandas & sopiendas, authoritate vniuersalis Ecclesiæ suspendentes, ac lites & causas huiusmodi super illis apud nos quomodolibet indecisas pendentes, quarum etiam litium & causarum status, nec non iudicum & commissariorum, coram quibus illæ pendere noscuntur nomina & cognomina præsentibus pro sufficienter

enter expressis haberi volumus ab eisdem iudicibus siue commissarijs ad nos harum serie literarum aduocantes, negotium dissensionum, iurgiorum, quęstionum & differentiarum huiusmodi ad prefatum sanctissimum Felicem PP. vt ipse partes ipsas concordet, & pacem inter eas ponat, ac alias disponat, ordinet ac expediat, prout suæ sanctitati melius expedire videbitur auctoritate eiusdem vniuersalis Ecclesiæ totaliter remittimus per præsentes. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ auocationis & remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursurum. Data Basileæ Calendas Iunij. Anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

SAcrosancta generalis Synodus Basilien. in Spiritu sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans dilecto Ecclesiæ filio Gisperto electo Segobricen. causarum audientiæ nostræ Iudici salutem & omnipotentis Dei benedictionem, dum exquisitam dilectissimi Ecclesiæ filij Ioannis sancti Martini in montibus sanctæ Romanæ Ecclesię presbyteri Cardinalis de Bauaria vulgariter nuncupati circumspectionis industriam diligenter attendimus, & debita consideratione pensamus, quod ipse vniuersalem Ecclesiam suorum honorat magnitudine meritorum, dignum reputamus & debitum vt ipsam sibi reperiat in exhibitione gratiarum munificam & in suis oportunitatibus liberalem. Exhibita siquidem nobis pro parte dicti Cardinalis petitio continebat, quod orta dudum inter eum & dilectum Ecclesiæ filium Vlricum Nustorfer, qui se gerit pro clerico Salzburgen. diœces. super præpositura Ecclesię Frisingensis, quæ inibi dignitas post pontificalem maior existit, & ad quam consueuit quis per electionem assumi, quamquam tunc per obitum quondam Nicolai Gumpenberger ipsius Ecclesiæ præpositi extra Romanam Curiam defuncti vacantem Ioannis Cardinalis sibi per eum quoad viueret tenendam, regendam, & etiam gubernandam per dilectissimum Ecclesiæ filium Alexandrum sancti Laurentij in Damaso etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem Aquilegiensem vulgariter nuncupatum, nostrum tunc per partes illas legatum de latere legationis primo, & deinde nostra sub certis modo & forma commendatum, seque prioris commendæ huiusmodi vigore dictam præposituram assecutum & insuper Apostolica auctoritatibus de nouo etiam sub certa forma sibi collatam, & de ea prouisum fuisse, nec non prefatum Vlricum commendæ & assecutioni, nec non collationi, & prouisioni huiusmodi contra justitiam opposuisse & opponere, nec non impediuisse & impedire, ac fecisse & facere, quo minus idem Ioannes Cardinalis eandem pręposituram posset pacifice possidere, Vlricus vero prędictus ad pręposituram prædictam se electum illamque ad se de iure spectare asserebant prout asserunt materia quæstionis. Nos causam huiusmodi non obstante quod ad Romanam curiam legitime deuoluta, seu in ea de iuris necessitate tractanda vel etiam finienda nõ esset tibi ad dicti Ioannis Cardinalis instantiam audiendam comisimus & fine debito terminandam, tuque in ea citationem in partibus nondum executioni demandatam diceris decreuisse, cum autem sicut eadem petitio subiungebat à nonnullis asseratur neutri Ioannis Cardinalis & Vlrici predictorum in dicta præpositura vel ad eam ius competere. Nos statum causæ huiusmodi nec non omnium & singulorum dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum & præbendarum ac aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ipse Ioannes Cardinalis obtinet & exspectat, ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodoli-

dolibet competit, quæcunque & qualiacunque existant nomina & cognomina, eorumque fructuum, redditnum, & prouentuum veros valores, nec non etiam quarumcunque pensionum, quas super quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs Ecclesiasticis eorumue mensis ac fructibus, redditibus ac prouentibus percipit quantitates, nec non quascunque etiam de quotcunque & quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis curatis, seu alias incompatibilibus quomodolibet eidem Ioanni Cardinali concessas dispensationes præsentibus pro sufficienter expressis habentes ac volentes eidem Ioanni Cardinali, vt iuxta suæ dignitatis decentiam & suorum exigentiam meritorum statum suum commodius tenere, ac incumbentia sibi onera facilius supportare valeat de alicuius subuentionis auxilio prouidere, nec non gratiam facere specialem discretioni tuæ per hæc scripta mandamus quatenus si per euentum litis huiusmodi postquam ipsa coram te legitime introducta fuerit, tibi constiterit neutri eorundem Ioannis Cardinalis & Vlrici dicta præpositura, vel ad eam ius competere, præposituram prædictam, cui cura imminet animarum & quæ personalem residentiam requirit, & cuius fructus, redditus & prouentus quinquaginta Marcharum argenti secundum communem æstimationem valorem annuum vt idem Ioannes Cardinalis asserit, non excedunt siue adhuc per obitum ipsius Nicolai Gumpenberger vt præmittitur, aut electionem nullam, vel alias inualidam de ipso Vlrico factam, vel ex eo, quod ipse Vlricus electioni huiusmodi infra tempus à iure statutum consensum præbere distulerit, seu recusauerit, siue alias quouis modo aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam alicuius de illa indicta Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam resignationem, aut constitutionem Felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. quæ incipit execrabilis, vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranen. Statuta concilij ad sedem Apostolicam legitime deuoluta, ipsaque præpositura dispositioni Apostolicæ quomodolibet reseruata existat, & super ea inter aliquos alios lis, cuius etiam statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore Dat. præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum cum omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem Ioanni Cardinali per eum quoad vixerit vna cum alijs dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, nec non Canonicatibus, & præbendis, commendis, alijsque beneficijs Ecclesiasticis ac pensionibus supradictis tenendam, regendam & etiam gubernandam auctoritate nostra in commendam concedas. Ita quod ipse Ioannes Cardinalis fructus, redditus & prouentus, aliaque iura & emolumenta ratione dictæ præpositurae obuenientia quoad vixerit percipere & retinere, ac in suos & eiusdem præpositurae vsus & vtilitatem conuertere, nec non alias de illis disponere & ordinare libere possit & valeat sicuti ipsius Ecclesiæ præpositi, qui fuerunt pro tempore de illis disponere siue ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium, & preciosorum mobilium eiusdem præpositurae dicto Ioanni Cardinali penitus interdicta, inducens per te, vel alium, seu alios eundem Ioannem Cardinalem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem præpositurae iuriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens ipsum Ioannem Cardinalem, vel dictum procuratorem pro eo ad præposituram huiusmodi, vt est moris admitti, sibique de illius fructibus,

red-

redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuersis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. & alijs Apostolicis constitutionibus, nec non illis præsertim, quibus caueri dicitur, quod præfatam præposituram obtinens, non debeat cum illa extra eandem Ecclesiam aliquod aliud beneficium Ecclesiasticum obtinere, & quibusuis alijs dictæ Ecclesię statutis & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus siue commendis sibi faciendis de dignitatibus ipsius Ecclesiæ Frisingen. ac huiusmodi speciales, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ sedis, vel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus præfatum Ioannem Cardinalem in assecutione dictæ Præpositurae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem dignitatum aut beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si venerabili Episcopo, & dilectis Ecclesie filiis Capitulo Frisingen. seu quibusuis alijs communiter, vel diuisim quomodolibet indultum existat, quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus ipsius Ecclesiæ ac huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si præfatus Ioannes Cardinalis præsens non fuerit, ad præstandum de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ Frisingen. solitum ratione præpositurae prædictæ iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum & cum ad Ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud præstet. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datæ Basileę III. Non Iulij. Anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio.

IOANNES III.] *M. S. Catal.* Anno Domini M. CCCCXLIII. Ioannes Grünvvalder Decretorum Doctor ac Magnus Theologus, atque Felicis presbiter Cardinalis, post obitum Nicodemi per Capitulum Frisingen. summa concordia est electus & postulatus, qui certis ex causis, maximè propter Concilij Basilien. dissolutionem & felicis cessionem Cardinalatui renunciauit. Hic per Fridericum III. Romanorum Regem habuit aduersarium intrusum quendam Henricum Schlik, qui ausu temerario sibi castra Ecclesiæ Frisingensis in Austria, Styria & Carniola vsurpauit, & vsque ad finem litis iniustè possedit: contra censuram & sententias sacri Basilien. Concilij. contra eundem inuasorem Henricum promulgatas. Qui Henricus tandem post disceptationem quasi septem annorum, non sine magnis expensis Ecclesiæ Frisingen. sic contentatus fuit, quod oppidum Welz, cum castro Rottenuels ad dies vitæ suæ possideret. Hic Ioannes Episcopus castra & dominia Waidhouen, Burgkrain, & Comitatum Werdenfels impignorata redemit, licet expensis Ecclesiæ aliunde impignoratis. Ipse etiam proprijs expensis Curiam Küngthal prope Monacum

bbb.

In præcedentibus literis Concilij Basilien. hic Ioannes appellatur S. Martini in montib. S. R. Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Bauaria.

cum

cum piscinis octo circumiacentibus comparauit. Hic multa bona facere incepit, & cleri religionem, & cuncta in meliorem statum reducere proposuit: sed heu post multas tribulationes & vexationes Viennæ morte inopinata præuentus est. Et quia populum & ciuitatem Frisingen. semper dilexerat, & inter Alemaniæ Pontifices, vt flos effulserat, corpus eius cum honore, vt ipse viuens ordinauerat, ad Frisingam allatum est, & in medio Ecclesiæ sepultum. Lapis quoque sepulturæ eius in Capella S. Thomæ erectus est, cum tali Epitaphio insculptus.

Anno Domini MCCCCLII. Obiit Reuerendus Pater & Dominus D. Ioannes huius Ecclesiæ Episcopus, secunda die mensis Decembr. Rexitq; hic egregius Præsul. X. ann.

Huius Episcopi Ioannis Titulũ in literis vetustis & diplomatis quę ipse concessit talem reperi: Wir Johannes Grüenwald von Gottes gnaden der H. Römischen Kirchen Cardinal/ vnd Bischoff zu Freysing ꝛc. Item: Wir Johannes von Gottes genaden/ der H. Römischen Kirchen Cardinal/ vnd Bischoff zu Freysing ꝛc. Geschehen in Freysing/ am Montag nach S. Jacobs tag/ Anno 1446.

CCC. *IOHANNES IV.*] *M.S.* Anno Domini MCCCCLIII. Ioannes Tulbeck Decretorum Licentiatus, Canonicus maioris Ecclesiæ, Præpositus S. Viti & plebanus B. Mariæ virginis in & de Monaco, canonicè à Capitulo & concorditer electus eidem Ecclesiæ præficitur Episcopus. Hic moderatam curiam habuit & pacificè Episcopatum cum fauore Principum rexit, & castrum Tholmerfelden, quod antecessor eius impignorauit à Weidecher redemit. Item vineas in der Mauur vocatas à viro nobili Seisenecker pro MDCCC. lib. denar. comparauit. Et omnia debita Episcopatus in integrum & plenariè exsoluit. Ipse habuit inimicum capitalem, nomine Guolphgangum Mülzel de Arding, qui multa damna Ecclesiæ & clero intulit, quem tandem famuli sui captiuauerunt, & post pauxillum pœnam scelerum suorum in Monaco capitis decollatione exoluit. Similiter & complices eius, quorum viginti diuersis locis morti adiudicati sunt, è quibus vnus voluntariè veniens, ad pedes Episcopi prouolutus, licet incarceratus, tamen misericordiam, quam petebat, impetrauit. Ea tempestate oppidum Hollaburgk in Austria ab Ecclesia Frisingen. per quosdam iniquos in vnum corpus tyrannicum congregatos, alienatum est, ita quod ad manus Friderici Romanorum Imp. per captionem deuenit, & post multos annos idem oppidum per Sixtum Frisingen. Pontificem difficulter recuperatum & liberatum est. Item præfatus Præsul Ioannes ex mandato Domini Papæ Pauli II. Anno Domini M. CCCCLXVI. fratres minores in Landshut, ad instantiam Ducis Ludouici propter eorum dissolutam vitam expulit, & alij de obseruantia fratres introducti. Huius tempore venerabilis Dominus Vdalricus Kemmater Canonicus & Custos Ecclesiæ maioris castrũ Tannero dictum, quod sibi pro maiori parte paterno ex iure contigerat, ad Episcopatum perpetuis temporibus ob animæ suæ & progenitorum suorum remedium donauit. Item anno Domini M. CCCCLXXIII. Im dürren Sommer/ immanissimi Turci tempore æstiuali Sclauoniam & Carinthiam ingressi, forum Ecclesiæ Gurnberde obsederunt; & duabus sturmis perditis, tertiam Turci obtinuerunt, & multos in eo Christianos necauerunt, aliosque captiuos abduxerunt: sic similiter sequentibus annis fecerunt. Hic venerabilis pater, rexit XXI. annis & tunc propter diuersa grauamina, & propter quietem animi resignauit venerabili Canonico suo Sixto Tannberger: tandem obiit Anno Domini M. CCCCLXXVI. X. die Maij, & sepultus est Monaci in Ecclesia B. Mariæ virginis ibid. vbi & pastor fuerat, missamque fundauerat.

SIX-

SIXTUS] M. S. Catal. Anno Domini M.CCCCLXXIII. Sixtus Tannberger Cancellarius prædecessoris sui, atque iuris Pontificij sollennis Doctor, per consensum totius Capituli Frisingen. acceptauit à Ioanne Episcopo Episcopatum Frisingen. qui anno sequenti XVI. Kal. Februarij confirmatus fuit, & in festo Paschæ immediate sequenti per suum auunculum Bernardum Archiepiscopum Salisburgen. in Episcopum ibidem consecratus est: cui Fridericus Augustus feria Pentecostes in ciuitate Augusten. feudalia seu regalia, vt moris & iuris est, concessit. Hic pontificali honore adepto, quantæ honestatis ad omnes homines fuerit, vix effari potest. In cultu etiam diuino assiduus, in cuius augmentum XII. Chorales instituit, & regentibus in choro XX. floren. Rhen. & cuilibet Chorali XIIII. flor. Rhen. annuatim: pro quo tria millia florenor. Rhenens. Capitulo dedit. Item Ecclesiam Cathedralem testudinauit, & in multis alijs eandem decorauit. Hic inter omnes Germaniæ Episcopos nominatissimus fuit, & libertatem ac honorem Ecclesiæ suæ in omnibus tutauit, ac seruauit. Castrum etiam Frisingen. multum meliorauit & muniuit: montem enim per circuitum muro eminente cinxit, & turribus perpulchris muniuit An. Domini M.CCCCLXXIX, Castrum Hollenburck cum attinentijs ab Ecclesia Frisingen. alienatum, post longam instantiam ab Imp. Friderico pro M.D. Florenor. Rhen. redemit & recuperauit. Ipse etiam opitulamine sui antecessoris adhuc viuentis prædicaturam in Cathedrali Ecclesia instituit. Et festum conceptionis gloriosæ virginis Mariæ conuocata Synodo sollemni in Rituzari instituit. Anno Domini M. CCCCLXXXI. fratres Eremitarum S. Augustini in Monaco ad instantiam Alberti Ducis, per Sixtum Papam IV. ad obseruantiam adstricti sunt, cuius rei executor præfatus Sixtus Episcopus Frisingen. erat, sed infrà triduum omnes excurrerunt. Visitauit etiam ac reformauit idem Sixtus Episcopus Monasterium fratrum Minorum ibidem tempore eodem. Item anno secundo sui regiminis, Dux Ludouicus Bauariæ magnam steuram imposuit clero & alijs pro dote suæ filiæ, cuius nouitatem steuræ Præsules Salisburgen. & alij quia ferre non poterant, personaliter Ducem adierunt, & eum à proposito suo auerterunt. & precipuè Sixtus Episcopus anno Domini MCCCCXCIII. Dux Albertus de Monaco quodam ausu præsumptuoso Collegium de Illmünster vnà cum corpore S. Arsacij Episcopi, & Collegium de Schliersee sine consensu Frisingen. Episcopi transtulit ad Monacum, propter quod Sixtus Episcopus vnà cum Capitulo suo dictum Principem citauit ad Papam Alexandrum VI. de & super prædicta transmutatione Collegiorum, & ex parte Episcopi atque Capituli per Doctorem Georgium Pârbinger tam diu in iure processum est, quousque primam sententiam in Rota obtinuit: & nulli dubium quin huiusmodi translatio omnino reuocata fuisset, si mors prædicti Episcopi non interuenisset: Obiit enim lite pendente. Interea enim vocatus fuit per Maximilianum Romanorum Regem ad generalem conuocationem ad Wormatiam, ibidemque morbo correptus, à medicis persuasus, vt aërem mutaret, & ipse propter suam sapientiam ab omnibus principibus affectuosè deflebatur. Inualescente itaque morbo ad duo milliaria à Wormatia egressus, versus patriam tendens in Monasterio B. Mariæ Magdalenæ Franckental dicto, testamentum laute condens, & Sacramentis Ecclesiasticis deuotè perceptis, die Martis XIV. Iulij vesperarum ibidem inter manus suorum Deo Spiritum reddidit, cuius corpus ad Frisingam est adductum, & cum magna processione Cleri & hominum ibidem est receptum, & non sine gemitibus multorum vsque ad Ecclesiam Cathedralem allatum, ibidemque in medio Ecclesiæ ante altare S. Crucis sepultum. Præfuit autem

Vide infr. Rubr. B. Mariæ Virg. Monast. Colleg. Canonicorum Regularium.

Eccle-

ddd.

Ecclesiæ Frisingen. magna cũ vtilitate an. XXI. delegauitque certis Monasterijs cuilibet C. floren. Rhenen. Ecclesiæ autem suæ in parata moneta reliquit XXX. millia Ducatorum. Et cognito eius obitu Castrum Frisingen. statim per Ducem Georgium & per aliquos ex Canonicis est munitum & possessum, vsque ad futuram electionem.

PHILIPPVS] M. S. Catalogus inter Philippum & Sixtum habet Rudbertum, de quo ibidem sequentia leguntur.

eee. RVDBERTVS. Administrator XLV. Ann. Domini M.CCCCXCV. prima die Augusti omnes Canonici pro electione futuri Pontificis conuenerunt, & in summo altari Cathedralis Ecclesiæ Sacramentis communicarunt, & pariter postulauerunt in futurum præsulem Illustrissimum Principem Palatinum Comitem Rudbertum nomine de gremio Canonicorum, existentem tunc XVII. annorum: qui intronisatus est eodem anno, in die S. Ioannis Euangelistæ & præsedit duobus annis. Post hæc anno Domini MCCCCXCVII. recessit è Frisinga ad nuptias sororis suæ Heydelbergam: & ibidem remansit cum patre suo Philippo: & eodem anno resignauit Episcopatum Frisingensem fratri suo Philippo, decem & nouem annorum existenti. Post hæc idem Rudbertus cum dispensatione Summi Pontificis duxit in vxorem Dominam Margarethã filiam Ducis Gerogij de Landeshuta, non sine arduis causis & rationibus.

leg. Elisabetham.

fff. *PHILIPPVS] M. S.* Anno Domini M. CCCCXCIX. Philippus Comes Palatinus, vir religiosus & modestus intronisatus est Frisingæ cum magna sollennitate & populi tripudio feria VI. ante Pentecostes, præsente germano suo Friderico cum suis nobilibus. Idem Episcopus præclarus Anno Domini MDVII. ritè percepit omnes sacros ordines, ac consequenter per suum suffraganeum Matthiam Carthusien. consecratus est in Episcopum Frisingen. præsentib. & consistentib. sibi Episcopis Augustensi & Aichsteten. ac prælatis de Weihenstephen & Scheyrn. Postea Anno Domini M. D. VIII. in die SS. App. Philippi & Iacobi cantauit primitias in Frisinga, ad quas tanta conuenit multitudo hominum è diuersis terræ partibus, qualis antea vix vel nunquam vna in die ibidem confluxit: vbi & plures Prælati ac Magnates tàm spirituales, quàm seculares ob Dei laudem, atq; ob eius reuerentiam cum gaudio conuenerunt. Laus Deo. Hic venerandus Pontifex in Castro Frisinga fontem valde vtilem ex lapidibus pretiosis & marmoreis iussit fieri, structuræ tam pretiosæ firmæ ac perutilis, quod in terris nostris vix sibi similis reperitur. Insuper & Castrum ibidem tantis ædificijs construi & decorari permisit, qualia nullus Episcoporum ante ipsum fecit, vbi cernitur ad oculum.

Anno MDVI. & Anno MDXX. Duces Bauariæ Albertus & Wolffgangus, nec non Guilielmus & Ludouicus Duces, permittunt Episcopo Philippo venationem in campo inter Monacum & Frisingam, secus fluuium Licum vsque ad riuum molendini prope Greinec k.

Anno Domini. MDXIII. Transactio facta inter Frisingensem Episcopum Philippum, & Ducem Bauariæ Guilielmum, ratione piscationis & piscatorum in Ottershausen & Mozing ad Ambronem fluuium.

Anno. MDXXXIX. iidem Principes transigunt super confinibus inter territoria Mittenvvald & Tölz, necnon subditis ibidem. Originalia harum literarum exstant in Archiuo Serenissimorum Bauariæ Ducum.

ggg. *Genealogiæ Palatinorum Rheni Comitum circa hæc tempora, vnicum commemorant Henricum Philippi palatini & Margarethæ filiæ Georgij Bauariæ Ducis cognomenti diuitis, filium: Episcopum Vltraiectinum Anno Domini M.D.XXIV. defunctum. Errorem inde irrepsisse haud videtur improbabile, quod Rupertus Palatinus Episcopi Philippi frater, & immediatus antecessor omissus fuerat.*

Serenis.

Sereniss.^mo^ & R.^mo^ Ernesto Archiepiscopo Colonien. Principe Septemuiro Episcopo Leodien. Administratore Hildesheimen. Monasterien. & Frisingen. Principe Stabulen. Boiariae. Westphaliae Angriae & Bullioni &c. Duce. Franci monten. Marchione, Palat. Rheni & Lossen. Comite &c. Anno CMDCXXI. die XVII. Mens. Februarij. è mortali hac vitâ ad perennem illam beatam translato; Episcopatus Frisingensis regimen suscipit Ill.^mus^ & R.^mus^ Princeps Stephanus, veteri nobiliq; ex familia Seibolstorferorum in Bauaria oriundus; qui haud multis his annis quibus vixit, tres Episcopatus benè frugaliterq; gessit. fato functus An. Domini MDCXVIII.

VITVS ADAMVS GEPECK Stephani successor præficitur, insignem muneris Episcopalis benè feliciterq; gerendi spem hactenus præbens. Deus aspiret cœptis, & cum annis fortunam secundam accumulet. III.

Catalogus Præpositorum Frisingensium.

	Horum memoria reperitur circa ann.
ELLENHARDVS Comes de Piburg, Henrici Episcopi frater. fides penes Lazium esto.	1120.
LVTOLDVS Comes de Schaumberg.	1240.
ORTWINVS de Humbeln.	1251.
VTO de Mont Alban.	1256.
CHVNRADVS Planteis.	1271.
FRIDERICVS de Mont Alban postea electus in Episcopum.	1277.
HAINRICVS.	1282.
GERARDVS fortassis idem cū Erhardo, aut certe ipsius successor Comes Syluester, obijt 1312.	1303.
DEINHARDVS de Seeueld.	1314.
LEVTOLDVS.	1351.
HITVS	1365.
IOANNES de Chamerberg.	1377.
EGLOFFVS Hornbeck obijt 1418.	1400.
WILHELMVS Schilvvatz, Decret. Doctor. obijt 1429.	1427.
NICOLAVS de Gumpenberg. obijt. 1443.	1429.
IOANNES Grünvvalder postea Episcopus.	
VLRICVS Nusdorffer ann. 1451 electus in Episcopum Passauien.	1446.
VLRICVS Riederer Cancellarius Friderici III. Imp. obijt. 1463.	1458.
VLRICVS Aresinger L L. Doctor resignat anno 1474.	1464.
THEODORICO Mayr, qui fuit etiam Aichstadien. Præpositus, Decretorum Licentiatus. obijt 1507.	1474.
LVDOVICVS Com. Palat. resignat ann. 1511.	
GEORGIO Comiti ab Ortenburg, qui Præpositum egit per 42 & Canonicum per 64 annos. adsciuit in Coadiutorem	Ob. 1553.
LEONEM Lösch qui eo ipso anno ad Episcopatum promotus est hic resignat.	
VITO à Fraunberg qui anno 1564. factus est Episcopus Ratisponen. Is resignat ann. 1563.	
ALEXANDRO Fuggaro qui adscinit sibi in Coadiutorem	
ANTONIVM Velserum P. Augustanum An 1611 Ob. Fuggarus 5. Febr. an 1612. Velserus vero ob. 20. Septembr. an. 1618. Hic Velserus quoq; habuit Coadiutorem	
IOANNEM Baptistam Remboldum ex sorore Nepotem, P. Aug. S. D. N. Pauli Papæ V. Auditorem Rotæ, & vtriusq; signaturæ Referendarium, modernum Præpositum.	

DECANI Cathedralis Ecclesiæ Frisingen.

ALBERTVS.
GERTHOFVS.
ORTWINVS — De tempore nihil constat.
RVDOLPHVS
CONRADVS Tolkner.

OTTO dictus Sappo. An. 1319. Ottonis Decani fit mentio.

1281. BERTOLDVS.
1283. HAINRICVS.
1310. GOTTFRIDVS postea an. 1311. factus Episcopus.
1347. OTTO de Mechselrain, huic successit
ERHARDVS de Gumpenberg.
VVERNHARDVS Haring ob. 1368.
EGLOFFVS Hornpeck, postea Præpositus.
1413. FRIDERICVS de Fraunberg.
1426. HILPRANDVS de Chamer.
1429. HAINRICVS Judmann.
CASPARVS Mendorffer ob. 1436.
1440. HAINRICVS Schmieher ob. 1442.
JOANNES Thurndl ob. 1457.
1458. JOANNES Simonis ob. 1479.
JOANNES de Lamberg, ob. 1505.
VLRICVS de Rechberg.
SIGISMVNDVS Senfftl.
1516. DEGENHARDVS de Weichs, ob 1538.
ANTONIVS de Alberstorf prædecessoris Coadiutor obiit 1560.
JOANNES RVDOLPHVS ab Hoheneck obiit 1562.
JOANNES ab Adelzhausen, ob. 1580.
CHRISTOPHORVS Gail Theologiæ Licentiatus, Sueuus ipsius Coadiutor ob. 1583.
ADAMVS de Pervvang ob. 1585.
JOANNES PANCRATIVS Rumler, Theolog. Doct. ob. 1594.
VLRICVS Hacker I. V. Doct. Sueuus, ob. 1610. 13 Julij.
JOANNES CHRISTOPHORVS Hervvart de Hohenburg I. V. D. ob. 10. Januarij, anno 1619.
GVILIELMVS à Künigsfeld in Gütting.

RATISPONENSES EPISCOPI.

RATISBONA † ciuitas est Imperialis & libera, ad Danubium, in dextra illius ripa posita, eo in loco, vbi fluuius iste duos Nariscorum, magnæ Germaniæ populorum nauigabiles amnes, Nabum & Regenum, in se recipit. Huius vrbis incunabula iam inde ab Augusti Octauij Cæsaris temporibus, ante natum CHRISTUM Saluatorem nostrum, cœperunt: quod testatur prima illa vrbis appellatio, ita vt inter antiquissimas Germaniæ ciuitates meritò possit poni; quæ nimirum à Claudio Tiberio Nerone, posteà Cæsare, Octauij priuigno condita, in honorem Patris adoptiui Augusti Augusta Tiberij initio sit nominata; Quo tempore & aliæ ciuitates in plerisq; orbis partibus Augustarum appellationem sortitæ sunt.

ETENIM solenne tunc erat Regibus amicis, & Pop. Roman. sociis, vt singuli in suo quique Regno, quemadmodum Suetonius scribit, Cæsareas & Augustas vrbes, in honorem Augusti viuentis extruerent. Et nunc omissis Cæsareis, quæ ad præsens institutum parum facere videntur, Augustarum exempla libet ponere. In Syria Herodes Magnus Samariam à fundamentis excitatam, in honorem Augusti, Sebasten, id est, Augustam nominauit. De Augusta Treuirorum & Augusta Rauracorum nihil dicam. De Druso Nerone, Augusti filio adoptiuo, scribit Florus, cùm is Galliam & Rhetiam sortitus, in Germaniam duxisset, & validissimas gentes vel subegisset, vel maximorum fluminum, Rheni & Danubij seclusisset obiectu, quòd in tutelam Prouinciæ præsidia disposuerit vbique, adeò vt per Mosam flumen, per Albim, Visurgim, per Rheni ripam plura quàm quinquaginta Castella erexerit: In quibus & Maguntiacum in Gallia, & in Rhetia Augustam, quæ priùs Vindelica dicebatur, ex nomine Patris Augusti vocatam, cum instaurâsse scribit Otto Frisingensis Episcopus, libro historiæ suæ tertio.

CÆTERUM Druso in Germania extincto, frater illius Claudius Tiberius Nero ipsi in Imperio successit; qui cùm triennio continuo Germaniam totam armis perlustrâsset, gentesque nominibus penè incognitas deuicisset, adeò vt 40. millia Germanorum in Galliam traducta, ad Rheni ripam sedibus assignatis collocaret, Maroboduum Marcomannorum Regem oppugnaturus (vt P. Velleius Paterculus, qui sub illo Magister Equitum in Germania militauit, libro secundo Rom. histor. scriptum reliquit) hyberna ad Danubium, vt illinc commodè in Boiohæmum Marobodui regiam transiret, præparauit. Cùm autem illic stationes crebras Germanis Danubium transituris opponeret, oppidum ibi conditum in Patris honorem, Augustam Tiberij cognominâsse creditur. Quæ ciuitas, cùm paulò pòst à multis Germaniæ populis frequentaretur, Ratisbonæ nomen accepit, siue Ratisponti, quòd ratibus, quibus homines vehebantur, magna illic statio erat (vt Radeuicus Fruxinensis Canonicus lib. 2. scripsit) & ratibus flumina veluti pontibus iungerentur. Hoc nomen Latinum, cùm Germani deinceps vrbe sub Theodone primo potirentur, abolitum est, & Teutonicè Reginoburgum, id est, Regenspurg appellata vrbs est, quod nomen adhuc hodie in vsu est. Theodo enim primus Augustæ Tiberij nomen mutauit, & Reginoburgũ à nomine Reginopirgæ, vxoris suæ, vt quidam existimant, appellauit. Alioqui Ratisbonæ & Reginoburgij nomenclatura haud obscurè indicat,

oppidum illud olim alio, quàm nunc est, loco fuisse positum, & ob crebras oppugnationes & expugnationes, nomen vrbi, vtcunq; situ fortè mutato, remãsisse. Multas enim hæc vrbs crebrò mutationes sustinuit, dum post fugatos Romanos, Boiorum quondam Regum, deinde Norici Ducatus, & totius Boiariæ Metropolis, autore Radeuico fuerit; nunc autem Romano Imperatori pareat. Plura in hanc rem dici possent, sed cum res ciuitatis huius describere nobis non sumpserimus, satis sit hic indicâsse originem huius vrbis, quæ celebris adeò fuerit semper, vt Boiariâ ad Christi fidem conuersâ, ipsa sit Episcopatu decorata, cui qui Antistites præfuerint, & ordine sibi successerint, iam videbimus.

DE PRIMO RATISPONENSI EPISCOPO PAVLINO.

1. RATISPONA serò ad fidem Christi conuersa est; Primus ex aduenis eò venisse scribitur, PAVLINVS quidam Episcopus: Quid verò illic egerit, quot annis præfuerit, quem Successorem reliquerit, nihil extat. Quidam huius rei fidem faciunt ex historia sancti Seuerini, quæ Ratisponæ inuenitur. Cùm verò Seuerini multi, multi itidem Paulini fuerint, nihil discernunt, & rem per se alioqui incertam etiam nominibus confundunt. Ad hæc etiam in temporum & annorum supputatione non conueniunt; Ita vt vix credi possit, Episcopum tam maturè Ratisponam venisse. Nam aliqui scribunt, Paulinum hunc Ratisponæ præfuisse, sub Simplicio vel Sulpitio Pont. Max. circiter Annum Domini 470. Aliqui verò scribũt id factum esse imperante Zenone, Anno 484. quando iam Clodoueus, id est, Ludouicus primus Francorum Rex regnabat: Quo tempore sanctus Seuerinus, Rauennatis Episcopus, ob turbatas res Italicas, in Norico ripensi morabatur, vbique semina Apostolicæ doctrinæ spargens, vbi in oppido Pannoniæ Astanis, arce Comogenis, & ciuitate Flauianis, atque aliis aliquot locis sui memoriam editis miraculis posteritati reliquit. Qui etiam Odoacro & Pheleto, Rugis Regibus, spiritu Prophetico euentura prædixit. Magister Conradus de Monte puellarum, Canonicus Ratisponensis, ad confirmandam Ecclesiæ Ratisponensis vetustatem scripsisse dicitur, quòd Paulinus à sancto Seuerino, Episcopo Rauennate,* qui bellico tumultu in Norico ripensi flagrante, Monasticam vitam agebat, præmonitus primus Ratisponensis Ecclesiæ Præsul sit effectus per Gelasium Pontificem Maximum, sub Zenone Imperatore. Anno 484. Hæc sunt ex vita sancti Seuerini Abbatis, quam descripsit Paschasius Diaconus, ad petitionem Eugippi discipuli, Coætanei sancti Seuerini.

Leg. Asturis, Comagenis. Fauianis lege Phelectheo al. Feletheo.

b.

2. c. SANCTVS LVPVS, quidam Romanus, Anno 489. sub Theodone primo,* Bauariæ Duce venit Ratisponam, ibique propter veræ fidei annuntiationem & confessionem Martyrio coronatus est, Boiis antiquas suas superstitiones mordicus retinentibus. Huius rei testimonium est, quod in Catalogo Patauiensium Episcoporum legitur: Tempore Zenonis Imperatoris, Archiepiscopus Patauiæ Theodorus, & Ratisponensis Lupus, natione Romanus*, ab infidelibus Bauaris cæsi sunt, sub Theodone primo, Duce Bauarorum. Legitur & alibi, Lupũ sub Theodone primo fuisse, sed id sub Anastasio Imperatore, Anno 508. qui fuit imperij Anastasij 17. scribit Auent. lib. 3. Annal. fol. 255. cum sequenti; vbi dicit: Lupus, tùm vrbis Ratisponen. Sum. Pontifex, quo tempore Theodo illam expugnauit, perieritne, an aufugerit, incertum est, vt sit Synchronus Boetio Consuli. Hic Lupus fuit Episcopus etiam Sclauorum, & Carentanorum Presbyter, vt testantur ipsorum Annales.

RA-

RATHARIVS, † Magister ille Conradus de monte Puellarũ, qui sub Vrbano quinto, & Gregorio decimo, circiter An. Domini 1373. primus Episcopos Ratisponen. congessit, sed minus digessit, ait Ratharium ex aduenis Episcopis Ratisponensi Sedi præfuisse, Anno 704. (alij 786.) temporibus Ioannis VI. Pontificis Maximi, sed vt alij volunt, Constantini & Tiberij Imperatoris tertij; vbi rursum sibi parum constant, ita vt contraria videatur alienæ Bibliothecæ fides, nempe Patauinæ scribentis in hunc modum: Anno Domini 540. Pataviæ Archiepiscopus GEBHARDVS, Ratisbonæ verò RATHARIVS. Idem Ioannes Auentinus folio 266. libro 3. Annalium: nisi quòd annorum numerum omittit, & id tempore sancti RVDPERTI accidisse scribit. Aliud de hoc Episcopo non extat, nisi quod liber de translatione & miraculis sancti Emmerani narrat, Hugobertum Ducem Bauariæ, sub Ratharío Episcopo quodam aduentitio possessiones quasdam curtis Pirchinvvanch Ecclesiæ sancti Emmerani tradidisse. Hinc coniectura est, quòd circiter triginta annos ibi præfuerit. d. 3.

SANCTVS RVDPERTVS, † Illustri Francorum Regum familia natus, Ratisbonam & totam Bauariam, baptizato Theodone tertio, Bauarorum Duce, ad fidem Christi conuertit; vnde Apostoli Bauariæ nomen meruit, primus Salisburgensis Episcopus, de quo ibi fusiùs. Quòd autem quidam eum inter Ratisbonen. Episcopos quarto loco ponunt, hoc apud alios autores non reperio; tùm id quoque constat, quòd Garibaldus primus fuerit legitimus Episcopus, ante quem erant tantùm aduentitij, &c. vt infrà dicetur. c. 4.

SEMMERANVS † Aquitanus, circiter Annum 642. Pictonum erat Episcopus. Hic audiens Auares populos inferioris Pannoniæ Christianismo nondum satis imbutos, Episcopatu suo repudiato, ad illos profectus est. In itinere à Theodone, Thessalonis filio, Bauarorum Duce benignè acceptus est Ratisbonæ, rogatusque etiam, vt quod nuper sanctus Rudpertus in ea vrbe plantâsset, ne exaresceret, ipse salutari aqua & cœlestis doctrinæ riuis rigare vellet. Exoratus ergò Ratisbonæ & per totam Bauariam mysteria Christi triennio prædicauit, ac deinde rationem veluti rerum gestarum redditurus, Romam iter arripuit, sed in itinere comprehensus interficitur hac occasione. Theodoni Principi filia erat, nomine Vta, quam Sigibotho quidam Decurio Equestris compresserat, vtero itaq; intumescente, proditur flagitium. Vta huius rei culpam in D. Emmeranum absentem confert. Landobertus frater puellæ, dedecus hoc vlturus, Pontificem apud Helfendorf pagum inter Oenum & Isaram amnes consequitur, eundemque supra scalas duriter colligatum membratim dissecari iussit, semineceṁq; relinquit. Innocentia Pontificis statim miraculo patefit. Artus dissecti & disiecti à populis vndique coeuntibus ad Isaram deuehuntur. (quinque millia passuum infra Monachium extat ædicula, huius rei monumentum) ibi nauiculæ impositi in Danubium, inde Danubio aduerso 50. millia passuum Reginoburgium deferuntur. Obuiam certatim effunduntur, Dux Theodo, Proceres, Ciues, Sacerdotes & Prophani, corpus excipiunt, & in Templo D. Georgij extra mœnia condunt Anno 652. Princeps, vt insontis Pontificis cædes aliquo piaculo lueretur, ædem perquàm amplam ædificat, Diui Benedicti cæremoniis & Monachis dicatam, filiam Vtam in Italiam relegat, filium Landobertum profugum facit. Epitaphium eius hanc habet inscriptionem: £ 5. *Vitam in eius vita scribitur.*

EMMERANVS, Pictauiensis Episcopus, prædicando DEI verbum, venit in Bauariam, & ibidem in Helffendorf passus est, Anno 652. & hic tumulatus est: Ita habet vulgata legenda. Sed Ioannes Auentinus libro 3. Annalium, folio 281. ponit sanctum Haymeranum, Pictauia Noricorum vrbe, cuius D. Hiero-

ronymus meminit, oriundum, quæ Colonia olim Romanorum insignis, tum municipium Boiariæ nunc in villas abierit, Pitten nominata, ac in Austria in confinibus Vngariæ sita, quæ olim celebres Comites habuit de Pitten, Scharding, & Lambach, de quibus in libro meo stemmatum Bauariæ latiùs.

6. g. SANCTVS ERHARDVS, † hic aliquoties Ratisbonensium Episcopus nominatur, cùm tamen sedem Episcopalem nunquam ascenderit, sed peregrinationis occasione Ratisbonam venerit hoc modo. Fuit iste Erhardus natione Scotus, Ardakadensis Episcopus, qui cum fratribus suis Hyldolpho & Alberto, aliisque multis, relicto Episcopatu peregrinari voluit, veniensque Romam, cùm ab Adriano vel Leone 3. (nam vterque nominatur à scriptoribus) Pontifice Max. fratres ipsius in Vrbem Treuerim prædicandi gratia mitterentur, comitem sese illis addidit: Hyldolpho autem, qui & Archiepiscopus Treuirensis fuit, fatis concedente, Erhardus, vbi sese in illius locum sufficiendum videret, qui iam antea propter Christum omnes suas possessiones reliquerat, Ratisbonam confugit Anno 742. & apud Ordinis S. Augustini religiosarum fœminarum Cellulam hospitio exceptus est; ibique post cæcos illuminatos, paralyticos sanatos, atque alia diuinæ virtutis opera ædita, in Domino obdormiuit, sub Pipino Caroli Magni Patre. At Ioannes Auentinus diligens antiquitatis perscrutator, de S. Emmerani Monasterio, primo apud Reginoburgium literarum bonarum domicilio, sic scribit: Ibi, inquit, tùm literis instituti sunt, D. Arionardus, id est, Erhardus & D. Hyldolphus, frater eius, genere Norici; ille Reginoburgensis, hic Treuriensis Archimystes posteà fuit. Annales Archi- * episcoporum Treuirensium, à fratre Petro Kratepolio Minorita nuper editi, Auentini sententiam probant, ambos scilicet ex præclara Boiorum familia ortos, &c. Alij non Noricos, sed ex Ibernia Scotos fuisse asserunt. Plura qui velit, legat ipsorum vitas. At superior numerus Anni 742. non quadrat cum Adriano 1. qui Anno Domini 771. neque cum Leone 3. qui Anno 795. Ecclesiæ Rom. præfecti sunt. Propter antiquitatem temporum ac scriptorum penuriam, illorumque discordantiam vix aliquid certi tradi potest.

7. h. ALBERTVS, † Anglicus natione, Casselensis Archiepiscopus, cum collega suo S. Erhardo, sumptis secum vndeuiginti fratribus, relictis post se omnibus, Romam iuit. Inde, cùm S. Erhardus in Germaniam pergeret, S. Albertus cum septem Sociis in terram sanctam ad sepulchrum Domini peregrinatus est; vbi etiam vnum è Sociis suis Gillipatricum amisit: Regressus verò cùm Salisburgum venisset, alium è suis comitibus Ioannem rebus humanis excedentem sepeliuit: Hinc cùm Ratisbonam appulisset ad S. Erhardum visitandum, eumque iam mortuum inuenisset, Deum precatus est, vt Socius S. Erhardi etiam post mortem esse mereretur. Itaque paulò pòst mortuus inuentus, sepulchro D. Erhardi coniunctus est: Inde patet, qua occasione Ratisbonam peruenerit.

8. i. VELIPHOLÆGVS † ponitur in Annalibus Auentini, libro tertio folio 276. quem in sua translatione vocat Wolflaicum, nempe S. Emmerani fidelem Cooperarium, cui etiam sanctus Vir suam innocentiam post mortem reuelandam concredidit, & quem tanquam successorem suum reliquit, vt legitur in vita S. Emmerani scripta, per quendam Cyrinum, in qua Wolfletus vocatur, ab Auentino in Velipholægum detortus, sicut idem autor in nomenclatura Annalibus suis præfixa scribit. Surius in 5. Tomo de vitis Sanctorum, in intitulatione vitæ S. Haimerani ponit Cyrinum æquè Episcopum Ratisbonensem fuisse: quod alibi non legi.

VHICT-

VICTERBVS ponitur ab eodem Auentino Ratisbonensis Eiscopus, lib. 3. fol. 281. & fol. 283. quis tamen ille fuerit non constat. Auent. ibi refert verba cuiusdam libelli ab ipso Victerbo Episcopo Anno 754. scripti, & apud S. Haymeranum seruati &c. & qui huic à Diuo Bonifacio ac Vtilone Boiorum Duce, suffectus sit Geoualda, huic Garibaldus vt sequitur. k. 9.

SANCTVS WVNIFRIDVS à Gregorio 2. Pontifice Maximo Legatus & Reformator in Germaniam missus Anno 719. ob fœlicem verbi Dei successũ in Hassia, Thuringia, Frisia, ab eodem Pontifice Maximo Anno 723. in Episcopum consecratus est, & Bonifacius nominatus. In Germaniam itaque reuersus Boioariorum visitauit terras sub Hugberto Bauarorum Duce Euangelium Christi vbique magno studio annuncians, Erenuuolsum quendam shismaticum per Canonicas sanctiones condemnatũ excommunicauit, & populum ab eius Sectæ Idololatria ad ouile Christi perduxit. Paulo pòst à Gregorio 3. creatus est Archiepiscopus Moguntinus. Ab Vtilone autem Hugoberti filio inuitatus, iterum in Bauariam venit Ann. 727. ibi Ecclesias reformauit, fideique Sacramẽta instituit, & seductores populi eiecit; quorum aliqui gradum Episcopalem falsò sibi arrogabant, aliqui officio Sacerdotali non legitime fungebantur. Vnde Vir iste sanctus totius penè Bauariæ Ecclesias, Parochias & Episcopatus, in istam formam distribuit, prout hodie adhuc durat: Nempe tres viros literarum scientia & morum sanctitate insignes, Episcopos Boijs declarat, Ioannem Salisburgi, Ariobertum fratrem Diui Corbiniani Fruxini, Geoualdam seu Garibaldum Reginoburgen. Põtificem designat, Victerbo senio tum confecto socium asciscit. Viuilus antea à Rom. Pont. consecratus fuerat, Patauiamque Laureaco exciso transferat. Auent, lib 3. fol. 291. Atque hæc sunt quæ de primis illis Episcopis aduentitijs, qui sine Cathedra & ordinaria successione præfuerunt, dici possunt. l. 10.

DE PRIMIS EPISCOPIS RATISPONENSIBVS QVI CATHEDRAM ET SVCCESSIONEM ORDINARIAM INCHOARVNT.

SANCTVS GARIBALDVS, alias Gaubaldus primus in hac serie Ratisponen. Episcopus à S Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, iussu Gregorij 3. constitutus, Anno 740. vel 739 secundum alios habuit Sedem Episcopalem, Ecclesiam S. Emerani, sicut plerique Episcopatus primò in Monasterijs ceperunt. Dedit illi hanc Ecclesiam S. Emerani Bonifacius consensu Ducis Boiariæ Vtilonis, quod ea sola tunc Ecclesia potuit Episcopum alere; propter concursum enim populorum ad S. Emmeranum nonnihil ditata erat. Sed & Hugobertus Vtilonis Pater, Templo beatorum Georgij & Emerani tradiderat certas quasdam possessiones sub Rathario Pontifice aduentitio, in fratrum Monachorum sustentationem, inter quas in literis antiquis curtis Pirchinvvang vulgò dicta commemeratur; è quibus quidam putant S. Emerani Monasterium plenò jure ad Episcopalem sedem Ratisponensem aliquando pertinuisse. Cæterum Garibaldus iste communiter Gaubaldus & Gæbaldus & Gaiabaldus nuncupatur: In Salisburgensium autem Episcoporum Catalogò manifestè Gariobaldus legitur. Auentinus quoque Garioualdum nominat, quod nomen Boiaribus Ducibus multis commune fuit. Iste sanctus Vir fuit vigilans sui gregis Pastor, qui creditum sibi ouile magna solicitu- m. 1.

dine & fouit & auxit, & Consilio sui Cleri corpus S. Emmerani in monumento laminis aureis & argenteis, margatitis & lapidibus pretiosis ornato, populo spectandum præbuit. Præfuit annis 13, sed secundùm Chronica S. Haymerani 22. Obiit Anno 752. sepelitur in Ecclesia S. Emmerani.

7. SYMPERTVS, † aliàs Synobertus, S. Garibaldi successor, eligitur Anno 752. sub Constantino 5. Copronymo Imperatore. Interfuit Synodo Dingelfingij habitæ, Anno secundùm aliquos 775. Auentinus fol. 302. Iste ex Ecclesia S. Emmerani, quæ tunc paucorum Monachorum erat contubernium, Monasterium amplum fecit Anno 783. idq; iussu & permissu, nonnullis etiam ad hæc sumptibus Caroli Magni, postquàm is, eiecto Tassilone Duce, aliquoties sibi rebelli, Boiariam in suam potestatem redegerat. Fuit hic Sympertus homo pacificus, & qui Tassilonem Carolo Magno aliquoties reconciliauerat. Per hunc etiam Sympertum, Carolus Magnus constitutiones, quas Aquisgrani Conuentu habito decreuerat, in Boiariam misit. Præfuit annis 32. secundùm Chronica S. Haymerani 24. Sepultus est in Ecclesia S. Emmerani, à se constructa. Durauit eius structura vsq; ad Fridericum primum (quoniam Anno 1166. igne consumpta legitur sub Adalberto Abbate) satis magnifica, ad quam plurimum contulit Pipinus, Caroli Magni Pater.

CONSTANTINVS quidam post Sympertum Ecclesiæ Ratisponensi præfuisse legitur, qui tamen in Catalogo Reginoburgensium Episcoporum non ponitur, fortasse ob breuitatem regiminis, quòd tantum vnius anni fuisse scribunt, vt inter Sympertum & Adaluuinum velut inter Rex fuisse videatur, in electione parum concordi. Sepultus est apud S. Emmeranum, vbi etiam nihil de eo, &c.

8. ADALWINVS, † Episcopus & Abbas, Præfectus est Cathedræ Episcopali, Anno 790. sub Hyrena cum filio Constantino 6. regnante. Iste Adalvvinus, cùm decennium præfuisset, à Regibus Francis, qui Boiariam occupârant, persuasus, Monasterio Cathedrali cessit, sede Episcopali in ciuitatem translata, in Ecclesiam S. Stephani prothomartyris. Quæ autem causa fuerit, cur Adelvvinus Ecclesiam recens & opibus & exstructionibus auctam reliquerit, facilè indicari non potest. Certè Ludouicus primus, Caroli Magni filius, siue sua sponte, siue à Monachis subornatus, petiit à Patre, vt hoc Monasterium sibi vendicaret: Pater ipsius petitioni morem gerens, à summo Pontifice exemptionem impetrauit. Cuius rei autor in Catalogo horum Episcoporum duas Epistolas adfert; alteram summi Pontificis Leonis tertij, alteram Caroli Magni Imperatoris, quarum tenor sequitur, sub finem horum Episcoporum signis. A & B. Sed vtut sit, siue hæc, siue alia causa fuerit huius discessionis, tamen firma & rata habita non est, cùm non fuerit voluntaria, sed potiùs Caroli iubentis autoritate coacta. Vnde cùm Adalvvinus annis post sedis translationem sedecim Episcopatum gessisset, moriens non in sua Cathedrali, sed in S. Emmerani Ecclesia cum suis Antecessoribus sepeliri voluit, postquàm annos 26. præsedisset vtrobique. Sub hoc Adalvvino † Concilium fuit Ratisponæ Anno 792. quod Carolus (qui per totam æstatem Ratisponæ commoratus est, ob bellum cum Hunnis gerendum) conuocari curauit, in quo Feliciana hæresis damnata est, in quo Concilio & de translatione Sedis Episcopalis actum videtur, & res tantisper protracta, dum deinceps per Leonem Hadriani successorem confirmaretur. Alteri quoq; Concilio interfuit hic Adalvvinus habito Salisburgi, iussu Caroli Magni, circa Annum 806. vel sequente, vbi de soluendis decimis ac diuidendis Ecclesiarum prouentibus tractatum & decisum.

BA-

BATHVRICVS Adalbino successit Anno 814. Carolo Magno iam rebus humanis paulò antè exempto; at secundùm Auent. fol. 379. Anno 816. Iste Adalvvini factum reuocauit, & Ecclesiam S. Emmerani rursum poposcit, & in ditionem suam redegit. Qua de re Richobaldus Abbas eius Monasterij ad Ludouicum primum, Caroli filium, profectus, impetrauit confirmationem immunitatis Monasterio à parente datæ, Eugenio Papa subscribente, cui legationi tam anxiè immoratus est, vt etiam in illa moreretur. Extat huius confirmationis exemplum sub finem istorum Episcoporum signo C. His tamen non obstantibus, Eugenio mox defuncto, Bathuricus Episcopus, quòd se inscio & minimè consentiente gestum erat, ratum habere noluit, & Ecclesiam S. Emmerani sibi subiecit, eiusque bona pro arbitrio administrauit, confirmante hoc Ludouico, Rege Boiariorum, Ludouici Imperatoris Augusti filio: dedit enim Bathurico Episcopo, tunc temporis Præsuli & Rectori Monasterij S. Haimerani, summo suo Capellano, Sandolueshusn & Guntereshusen, atque Mandachechingen cum mancipiis; à quo rursum accepit quasdam res Monasterij, quæ sunt in pago House, in villa nuncupata Solzimos, quicquid ibi habere videbatur, id est, Ecclesiam cum vniuersis domibus, ædificiis, mancipiis, terris, Syluis, &c. Extat diploma apud S. Haimeranum, cuius Datum Anno Christo propitio 2. Regni Ludouici, gloriosissimi Regis in Orientali Francia, Ind. 7. Actum Reganespurch. Extat quoque Ratisponæ aliud diploma, quod sub finem quære litera D.

TANTVM verò abest, vt Bathuricho proprietatem Monasterij S. Emmerani secundùm exemptionem Patris Ludouici Augusti, filius Ludouicus Rex ademerit, vt etiam plurima illi addiderit. Siquidem idem ipse Ludouicus Rex Boiorum, Anno sequenti, Ecclesiæ S. Emmerani tradidit, & priuilegiis confirmauit, res proprietatis suæ in Vngaria, & nempe locum, vbi antiquitùs fuit castrum Harlungenburg, situm in Harlungenfeldt. cum reliquis adiacentiis in circuitu; quarum possessionum termini sunt ab eo loco, vbi Erlafa in Danubium influit, sursum per fluminis ipsius ripam, vsque ad locum, qui dicitur Ertgasteg; & ab eodem flumine in Orientali parte, vsque in medium montem, qui apud Winados (hoc est Sclauos) Colomezze vocatur, vbi in duabus arboribus euidentia signa monstrantur; Et ab eodem loco in parte Aquilonis, vsque in Danubium, & ad meridiem & occidentem, per verticem montis, sicut euidentia arborum signa demonstrant, vsque ad supradictum locum Ertgostegi. Has namque res cum Sclauis ibidem commorantibus, cum domibus, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, Syluis, aquis, & quæcunque inter prædictos limites continentur, tota & integra Ecclesiæ nominatæ in perpetuum donauit. Iuxta diploma ibi, cuius Datum 2. Non. Octobris, Anno 19. Imperij Domini Hludouici Serenissi. Aug. & Anno 7. Regni nostri Ind. 11 actum Reginespurch ciuitate, in nomine Domini nostri feliciter Amen. His omnibus adiecit medietatem vnius vici, qui vocatur Tullin, cum omnibus appendicibus ad ipsum vicum pertinentibus; ea lege, vt mensæ Monachorum deseruirent, & nullius conditionis persona spiritualis vel secularis easdem possessiones in beneficium dare vel accipere debeat, vt in vetusto & manu scripto Ratisponensium Episcoporum Catalogo scribitur. His & aliis quàmplurimis beneficiis affecit Ludouicus Rex Boiorum Baturichum Episcopum. Vnde, cùm ipsius Coniunx Hemma, Regina Caroli 3. * cognomento Crassi mater, Monasterium superius beatæ Virginis Ratisponæ ab eodem Episcopo peteret, illud accepit; dato in permutationem Monasterio suo Manseensi Anno 831 moxque Regina impetratum Monasterium magnificentius ædificatum multis donationibus auxit, ibique sepelisri voluit. Quæ omnia Carolus crassus, Hemmæ Reginæ filius, diplomate confirmauit, *

de

de quo latiùs, sub illo Monasterio. Præfuit iste Bathuricus annis circiter 36. aut 28. Sepultus est in Templo S. Emmerani. Boiohemi sub Ludouico Boiorum Rege S. Christianam religionem susceperunt, quatuordecim gentis Dynastę cũ popularibus suis baptizati sunt, iussusq; est Bathuricus illos in pietate Christiana erudire. Nam Bohemia, quæ ab occidente & meridie Boios respicit, in rebus diuinis paruit Episcopis Ratisponensibus vsq; ad D. Wolfgangum, cuius consensu deinde proprios habuerunt Episcopos, Anno de quo infra, &c.

5. ERCHANFRIDVS Bathurico successit, Anno 842. Et hic Episcopus non obstante Ludouici Imperatoris exemptione Monasterium S. Emmerani constanter obtinuit, adeò vt post hac omnes eius successores, vsq; ad S. Wolfgangum illud ipsum Monasterium possederint, per annos plus quinquaginta supra centum, consentientibus ad hoc Regibus, vt essent simul & Abbates & Episcopi; nec enim Abbatem vllum ferè ab hoc tempore, vsq; ad B. Ramuoldum, quem S. Wolfgangus instituit, Monasterium Emmeranicum habuit. Iste Erchanfridus Wilhelmo, Comiti Austriæ, persuasit, vt S. Emmerano omnem suam proprietatem, quam habuit infra duo flumina, Agastam & Nardinam; à locis videlicet, vbi in Danubium influunt, vsque ad ea loca, vbi de venis in amnes deriuantur, & ità vsq; in Nordvvald, in hanc partem Syluæ, sine termini conclusione, cum domibus, ædificiis, villis, & reliquis ad hæc pertinentibus & ibidem sitis; & insuper quicquid ad Rosdorf possederat, in mobilibus siue immobilibus, donaret. Hæc omnia ad integrum S. Emmerano Comes Wilhelmus legauit. Obiit Erchanfridus Anno suæ ordinationis 10. sepultus est apud S. Emmeranum, annos plusquam nonaginta natus. Huic Erchanfrido, possessori Monasterij Manseensis, q. contentio fuit † cum Leupramo Archiepiscopo Salisburgensi, de piscatione & venatione ad Apiriuseo, compromisso facto in quendam Heripaldum, qui respondit, quomodo ab antiquis temporibus tàm piscando quàm venando obseruatum sit, in præsentia plurimorum Testium. Actum in Manniseo, Anno 849. Indict. 12. de quo latiùs in libro traditionum ibi.

6. EMBRICHVS, qui dicitur & Embricho & Ambricho, suscepit Episcopatum Anno 852. Ludouico Rege, filio Ludouici Pij apud Boios adhuc regnante, sub Ludouico 2. Lotharij filio Imperatore. Sub id tempus contigit, secundum Sigebertum Chemlacen. Chronographum sub Anno 875. manes Ludouici Imperatoris errare; Vnde Ludouico Regi Boiorũ parens, olim Ludouicus Augustus in somnis apparens, eum obtestatus est, vt se per nomen S. Trinitatis eriperet è tormentis, quibus detineretur. Ludouicus igitur in parentem pius, ad diuersa Monasteria datis Eleemosinis Patri fideliter succurrebat, in his & Monasterio S. Emmerani plurima addidisse credibile est, qua occasione Monachi ab illo confirmationẽ exemptionis, Monasterio à Parente olim factæ impetrarunt, confirmato censu septem aureorum Nicolao Pontifici maximo persoluendo singulis annis. Sed ista confirmatio Ludouico è medio sublato in nihilum recidit, cùm illius filius, Carolus cognomento Crassus, Episcopo Embrichoni continuò Monasterium restitueret. Fuit adiutor Ludouico in bello contra Suatebogum nepotem Radiszolai, Morauum & venedos, Embricus cũ parte copiarum iuxta Danubium ad tutandas naues relictus, cùm incautiùs excubarent ab hoste clam oppressus, vix fuga elapsus est, cæsis sex millib. Boiorum, Auentinus libro quarto folio 437. Scribitur fuisse Vir pátiens, humilis & sobrius, & Arnulfo Cæsari fidus, ac obiisse Anno 891. Quo Anno ipsa ciuitas Ratisbonensis subito incendio conflagrauit, cum omnibus ædificiis & Ecclesiis, exceptis Templo S. Emerani, & Ecclesia S. Cassiani, in media Vrbe constituta, quæ diuinitus seruatæ r. sunt. Commutatio inter hunc Ambriconẽ & Orkarium, † Episcopum Aichsteten.

ten. Tradidit hic cum Aduocato suo Winepoto talem proprietatem, quam à Rege consecutus est, ad Zullingen & ad Mammingen & ad Vsterlingen cum mancipiis 20. Econtrà Ambricho Episcopus dedit cum Aduocato suo Ratholdo talem hæreditatem, quam quidam Nobilis ad S. Petrum pro remedio animę suæ tradiderat ad Perga & Ogivvila & 20. mancipia. Actum in Regina ciuitate, Anno Domini 863.

ASPERTVS, † qui & Isbertus dicitur, è Monacho S. Emmerani Episcopus factus est, Anno 886. Carolo Crasso adhuc imperante, sedit in Episcopatu annis 4. Sepultus est in Monasterio S. Emmerani. Hic numerus non conuenit cum morte Embrici: Chronica S. Haimerani hunc Anspertũ quoq; ponit in numero 7. Episcopum sedisse annos 4. Præfectum sedi, regnante Arnolpho Imp. & Stephano Papa, qui fuit huius nominis 5. vterq; Anno Domini 887. Alter ad pontificatum, alter ad Regnum vocatus; prædicta autem Chronica Annum Domini non habet, & Iohan. Auent. lib. 4. Annalium fol. 466. ita ponit: Ambricus Vrbis, scilicet Ratisbonensis Episcopus tùm defungitur. Tuto in Album pontificum Reginoburgen. ab Arnulpho asscribitur, Anno salutis 891. nulla Ansperti facta mentione. [7.

TVTO, Vir sanctus, Monachus Emmeranus, Annò 891. fit Episcopus. Hic Arnulpho Regi Boiarię fuit à Secretis: Quem cùm in Galliam secutus esset, Dionysium illum Gallorum tutelarem cœlitem furtò surreptum, & Euangeliorum Codicem auratum ac gemmatum, iussu Caroli Calui Francorum occidentalium Regis, aureis literis scriptum, ab eodem Arnulfo acceptum, Ratisbonam in Monasterium S. Emmerani intulit. Quem Codicem cùm Imperator Conradus 1. auferri iterum iussisset, & Tuto, qui adhuc in Cathedra sedebat, seruo illuc misso, omnes diras propterea imprecatus fuisset, seruus illicò correptus dysenteria, relicto Codice, animam efflauit. t. 8.

ANNO 920. cùm Henricus primus Imperator, vnà cum Arnulpho Boiorum Duce, Bohemiam cum exercitu penetrâsset, & Spitigneum Ducem ad obsequium & fidem Christi coegisset, Tuto Episcopus Pragæ, secundùm Auent. fol. 486. Templum D. Vito dicauit, rogante D. VVenceslao, Spitignei filio.

HIC Tuto quasdam possessiones in Austria ad flumen Erlasa acquisiuit à VVichindo Episcopo Patauiensi, pro quibus illi dedit Monasterium Mansee, temporibus vitæ suæ vtendum, consentiente Rege Arnulpho, vt est in libro traditionum folio 88.

LITIGAVIT cum Richario Abbate Metaniense super Parochia Laichling. Actum in Straubinga, curte Regia, Anno Domini 902. Regni verò pueri Ludouici secundo; Tutonis autem Episcopi 8. qui numerus cum superiori 891. non concordat.

SVB hoc Episcopo Monachi S. Emmerani, ab Imperatore Arnulpho rursum exemptionem Monasterij impetrauerunt, confirmante idipsum Formoso Pont. Max. Extat diploma in fine litera E.

IMPERATOR præterea Pomeria Ratisbonensis Vrbis dilatauit & Monasterium S. Emmerani, intra muros Vrbis inclusum multis donariis exornauit, iuxta Otthonem Frisingensem. Cæterùm hæc confirmatio iterum fuit irrita, quia sine consensu Tutonis Episcopi facta erat, Tutone nihilominus Monasterium asseruante, qui post annos 36. suæ ordinationis vita functus, illic quoque sepultus est. Extat hodie ipsius sepulchrum in Templi angulo, post tumulum D. VVolfgangi, sed & acta Formosi per Successores eius rescissa sunt. Hic Tuto interfuit Concilio Triburiensi, & cum aliis subscripsit. Sub hoc Episcopo fundatum † dicitur Monasterium inferiùs Ratisbonæ, ad promotionem Iuthæ, auię u.

S. Hen-

S. Henrici; donatum posteà ab Othone secundo, ad preces Adelhaidis matris suæ: quam rem deinde diplomate confirmauit Henricus Sanctus &c. de quo subinde in Monasterio.

ISINGRINVS Turoni successit Anno 926. Henrico primo imperante. Qui auxilio Ducis Arnoldi ad Episcopatum euectus videtur. Arnoldus enim Boiariæ Rex, cùm Henrico aucupi Imperium affectans rebellaret, & Henricus illum Ratisbonæ obsedisset; Arnoldus hac conditione Regi tandem subscripsit, ac Regium nomen abdicauit, si sibi hoc, quod Antecessores sui non habuerunt, † concederetur, vt totius Boiariæ Pontifices suæ potestati subiacerent, vnoq; defuncto sibi liceret alterum substituere, qua concessione illum & successores eius honorauit. Hic fuit iste Arnoldus, quem significauit gladius sine capulo D. Hulderico ostensus; dũ enim legitimè intrare in Regnum non potuit, illud per vim occupare voluit, atq; ita redditus Ecclesiarum suis militibus (Teste Vrspergen. Abbate) beneficij loco concessit. Præfuit Isingrinus annis vndecim, sepultus est in Templo. S. Emmerani. Sub hoc Isingrino Arnulphus Boiariæ Dux in Dingelfing (est oppidum inferioris Boiariæ in ripa Isaræ situm) Conuentum Boiorum conuocat, interfuére quinq; Boiariæ Episcopi, Hildebertus Iuuauensis, Isinogrinius Reginoburgensis, Gerardus Patauiensis, Wolframus Frisingen. Nithardus Sabonensis & Sarcholochus & Godbertus Sacerdotes, Nuncij Vdalfridi Aichstadiensis tum ægroti. In hoc Concilio Arnulphus prædiorum Ecclesiasticorum, quæ Vgri depopulati fuerant, vsum fructum Sacerdotibus & Monachis restituit, Templa & sacras ædes refici curauit, Episcopos, Sacerdotes, Monachos arctioris disciplinæ iugo constrinxit.

Vid. in Aduersar. Histor. Boica

10. CONRADVS, qui dicitur Isengrino successisse, & tantùm sex Mensibus præfuisse, post obitum apud S. Emmeranum conditus est, & ob breuitatem temporis, quo præsedit, à quibusdam in numerum Episcoporum non relatus.

11. GVNTHARIVS, † Monachus S. Emmerani, fit Episcopus, Anno 938. idq; per Otthonem, eius nominis primum Imperatorem. Etenim cùm Imperator Ottho fortè Ratisbonæ ageret, & sedes Episcopalis vacaret; Imperator autem per somnium moneretur, vt illum Episcopum crearet (nam Arnolphus iam obierat, & eius filij ob rebellionem Ducatu iam exciderant) qui postero die in Monasterio sibi occurreret primus, Imperator prima luce cum paucorum comitatu ad Monasterium S. Emmerani, Monachis eius rei ignaris accessit; ibi cùm pulsanti venerabilis frater Guntharius aperuisset ostium, Imperator eum intuens ac interrogans, quid ille pro Episcopatu adipiscendo dare vellet, frater subridens, calceos inquit meos, &c. Tunc Imper. patefacto reliquis fratribus oraculo, consilio Cleri & populi eum Episcopum elegit. Præfuit tantùm triginta hebdomadibus, sepultus apud S. Emmeranum. Hæc ex historia Francorum refert Leopoldus Bebenburgius de Zelo Principum, cap. 14.

12. MICHAEL, in Guntharij locum electus est, Anno 938. Otthone magno imperante. Hic multis casibus aduersis vexatus est. Nam sub illo Ratisbona fuit obsessa, & post longam famem ab Henrico capta & proxima nocte penè tota combusta 18. Calend. Augusti, Anno 954. Exemptionis item molestia vexatus fuit, Otthone primo Augusto non solùm sibi Monasterium vendicante, sed censum quotannis Romam mittendum imponente; extat diploma sub finem litera F. Ex prædictis igitur constat, Ecclesiam S. Emmerani à quinque Romanis Pontificibus, Leone, Nicolao, Eugenio, Formoso & Ioanne 12. & à totidem Christianissimis Imperatoribus, Carolo, eius filio Ludouico, pio Ludouico Rege, Arnulpho & Otthone magno, præsentibus 117. Episcopis exemptam & perpetuo iure S. Petri seruitio mancipatam esse. Ex tot Episcopis duntaxat

Adal-

Adalvvinus & Michael, in exemptionem consenserunt, quanquam non satis constet,an id vltrò fecerint an verò coacti. Quàm chara Michaeli Episcopo ista Ecclesia fuerit, vel illud argumento est, quod ad defendendas res S. Emmerani cum Berchtoldo Marchione Voburgensi conflixerit, vbi post mutuam concertationem in id conuentum est, vt Berchtoldus Comes duodecim Virorum Nobilium iuramento probaret, se iustè de rebus S. Emmerani exigere, quod petebat. Cùm verò illi super Altare S. Emmerani perperàm iurâssent, tragicis calamitatibus omnes paulò pòst sunt obruti;& ipse Comes Berchtoldus terrificis comminationibus pauefactus, B. Emmerano prædium suburbanum Isininga nomine donauit, vt hoc tradit Arnulphus Vohburgen. Comes, Monachus ac Prior S. Haimerani, in libro de Ecclesiasticis scriptoribus, sub Heinrico quarto edito, cuius Auentinus in præludiis libri 5. Annalium meminit. Idem Ottho Magnus Imperator ad Ecclesiam S. Haymerani quædam prædia dedit, iuxta diploma subfinem litera G. Præfuit annis 30. Sepultus apud S. Emmeranum. Interfuit pugnæ contra Vngaros, S. Vlrico Duce, vbi vulnus in manu accepit,& ægrè euasit,ope D. Emmerani,vt aiunt. Auent. lib. 5. fol. 499.

SANCTVS WOLFGANGVS, † natione Sueuus, nobili stemmate clarus, Patre Comite ex Pfullingen, de Achalm arce apud Reutlingen oppidum sita, oriundus, matre Gerthruda, Comitissa de Veringen, quæ sepulta est in Sultzpach, vbi domicilium habuit, vt in Monasterio Adelbachensi scriptum reperitur, vbi traditur Wolfgangus filius fuisse Comitum Veringensium: Natus autem scribitur Wolfgangus in Wellenburgo Rhetiorum. Hic ab Otthone primo ad preces Pilegrini Patauiensis Episcopi (cui in conuertendis ad fidem Christianam Vngaris fidelis cooperator fuit, ita vt eodem tempore quinq; millia Vngarorum baptizarent) in Episcopatum Ratisbonensem constitutus est, Anno 968. Anno deinde 972. consecratus à Friderico primo, Archiepiscopo Salisburgensi, Treueris. Cùm verò vbique labare religionem videret, ei restituendæ singularem curam adhibuit,&, quoniam omnia munera solus obire non posset, Patruelem suum Ramuoldum Præpositum, S. Emmerani mox Abbatem fecit. Fuerat enim tunc consuetudo in Ratisbonensi Ecclesia, vt Antistes Ratisbonensis simul etiam Abbas esset, quorum nomina tenebant solùm, officia non item. Quia eo tempore, quo primùm à B. Bonifacio autoritate Apostolica, iuxta decreta Canonum, Sedes Episcopalis instituta est, per vices & alternis sibi succedebant iam Monach iam Canonici;Episcopalis autem Sedes erat apud S. Emmeranum vsque ad Caroli Magni tempora, qui eam in ciuitatem transtulit. Cùm verò ista S. Wolfgango displicuissent, Monasterio rursum suos permisit Abbates: Ramuoldus tamen Cœnobium Ratisbonense, vt etiam suum Treuirense deserere coactus est propter bellum ciuile, quod erat inter Henricum Boiariæ Ducem & suos complices, ac inter Otthonem secundum Imperatorem. Quo bello sedato, venerabilis senex iterum Ratisbonam reuersus est, vt in eius vita scribitur. De filia Otthonis 2. Iuta, tradita Monialibus Ratisbonensibus, & sub hoc Episcopo rapta per filium Vdalrici Ducis Bohemiæ, vide Cranzium in Vandalia libro secundo cap. 35. & Æneam Syluium de Regibus Bohemiæ, & Historiam Bohemiæ Iohan. Episcopi Olmucen. libro 7. Duo Monasteria sanctarum Virginum, superius & inferius nuncupata, cùm à regulari vita multum decessissent, nec reformari vellent; ipse tertium extruxit, Anno 994. sub regula & professione S. Benedicti, cui Brigitham, S. Henrici Imperatoris Sororem à se baptizatam, Abbatissam præfecit; cuius obseruantia reliqua Virginum Collegia

Z. 13.

ad seruandam regularem vitam vltrò prouocata sunt. Scribitur etiam expeditioni Otthonis secundi Imperatoris contra Lotharium, D. Wolfgangus interfuisse, primusque cæteris hæsitantibus fluminis Axonæ vadum reperisse, & suis animum addidisse. In doctrinam & vitam Pragensium Sacerdotum diligenter inquirens, cùm videret ipsos peculiari Episcopo opus habere; permissu Cæsaris Otthonis secundi, Episcopatum illic proprium constituit, Priuilegio ad id suis ipsius manibus scripto, S. Adalbertum, qui posteà à Prussis Martyrio coronatus est primum Antistitem fecit, Auentinus libro quinto, folio 504. Teodomarum vocat Saxonem genere, qui primus Antistes Pragen. fuit, & sic S. Adalbertus 2. fuit, vt habet etiam Historia Bohemorum Iohan. Episcopi Olmucen. libro 6. in principio: S. Wolfgangus dedicauit etiam Altare S. Ioannis Baptistæ in Malhartsdorf, quod deinceps Monasterium Henricus & Ernestus, Comites à Kirchberg germani fratres, sub primo Abbate Burchardo instituerant. Idem S. Wolfgangus ex monte prope Weltenburg Castellum fecit, & Ecclesiam S. Mariæ ibidem dedicauit. His atque aliis sanctè & laudabiliter peractis; pertæsus armorum ciuilium Otthonis secundi Imperatoris, & Henrici Ducis Boiariæ, ad Alpium Noricarum deserta secessit, cùm præfuisset annis 26. & vitam cum morte commutauit, sepultus in Ecclesia S. Emmerani, multis claruit miraculis, & propterea inter Diuos relatus. Obiit autem Anno Domini 994. Ab Hartuico Archiepiscopo Salisburgensi, & eius Suffraganeis tumulatus est apud S. Emmeranum.

14. GEBHARDVS, Comes ab Hohenvvart, S. Wolfgangi successor, Episcopus factus est Anno 994. sub Otthone eius nominis tertio. Hic Gebhardus multum negotii facessit Ramuoldo Abbati S. Emmerani, propter eius Monasterij bona. Idem cum fratre Rapatone, fundo, qui dicitur Pruel, à Monasterio S. Emmerani, per legitimam permutationem recepto, Monasterium Ordinis S. Benedicti illic ædificatum Anno 997. instituit, quod Anno 1484. Carthusiensibus est traditum ab Alberto Boiorum Duce. Obiit Gebhardus vt Hermannus Contractus & Vrspergen. Abbas annotârunt, Anno 1023. cùm præfuisset annis 29. Dedicauit vnâ cum fratre Rapatone Monasteriū apud Lycatios Thyrhauptē.

15. GEBHARDVS secundus, Canonicus Augustensis, successit Gebhardo primo Anno 1023. Henrico sancto imperante, qui Henricus sub hoc Gebhardo Ecclesiam B. Virginis, ad veterem Capellam in Collegiū Canonicorum ampliatam extruxit; Altare priscum, olim à S. Ruperto dicatum, mansit immobile, quod adhuc hodie monstratur sub gradibus. Fuit hic Gebhardus cultus vestium curiosus secundùm Auent. fol. 513. Præfuit annis 13. Obiit Anno 1036. sepultus, apud S. Emmeranum.

16. GEBHARDVS tertius, Anno 1036. à fratre suo Conrado Salico. Imp. Episcopus factus est. Iste Gebhardus donatus ab Heinrico tertio Imper. Abbatia Campidonen. interfuit expeditioni contra Vngaros, sub Henrico tertio Imperatore: Qua de re Auentinus libro quinto, fol. 535. Sub eodem Leo 9. Pontifex Maximus ab Andrea Rege Vngariæ pro pace cum Imperatore Henrico tertio constituenda accitus, Ratisbonam venit, & sanctum Wolfgangum in numerum Diuorum retulit, similiter & sanctum Erhardum, nec non ossa B. Dionysij, † de quibus diu dubitatum fuit, num haberentur in æde S. Emmerani vidit; attrectauit, & Apostolico diplomate quod illic seruatur, præsente Imperatore Henrico, Gebhardo Episcopo Ratisbonensi, aliisque multis Episcopis & Cardinalibus, quin etiam Parisiorum Legatis præsentibus, comprobauit & confirmauit; Ecclesiam item S. Emmerani nuper incendio vastatam, cum Crypta occidentali consecrauit; Tabulatum in eiusdem Ecclesiæ summitate, suis

22.

sumpti-

sumptibus fieri iussit: sed & Sacellum Simonis & Iudæ Taddei, supra fornicem Capitolio contiguum, in eadem Vrbe consecrauit. Cùm verò Leo Pontifex Ratisbona Noribergã proficisceretur, Comites de Schvvartzenburgilli obuiantes rogant, vt Sacellum quoddam in honorem S. Crucis, quod hodie Prugdorffium appellatur, dedicet. S. Pater Sacellum à longè visum consecrat: Cùm autem morosi interpellatores hac longinqua consecratione sibi illudi existimarent, & vt præsens Sacellum consecraret, flagitarent: Ite, inquit Beatissimus Pater, & nisi omnia consecratæ Ecclesiæ indicia inueneritis, veniam, & præsens vestram ædiculam consecrabo. Sed, cùm illi omnia integra comperissent, laudantes Deum acquieuerunt; extant eius euentus monumenta adhuc hodierno die. Sequenti Anno discordârunt inter se, Gebhardus Ratisbonensis Pontifex & Cunradus Boiariæ Dux, propter Vrbem Parckstein (vicus ad huc hodie & arx Nariscorum est) quæ ad Episcopum pertinebat, & à Cunrado per dolum capta & incensa erat. Ambo igitur Mersburgum ad Concilium vocati sunt ab Imperatore, in quo Cunradus propter facinora quædam Ducatu exutus est. Hanc contumeliam vt vlcisceretur, se cum Vngaris contra Imperatorem coniunxit, & Carentaniæ fines inuasit; Gebhardo autem Episcopo mediante, Vngari percusso fœdere Imperatori reconciliati sunt, Anno 1056.

GEBHARDVS Episcopus, quòd Templum diui Haymerani in libertatem ac exemptionem vindicatum, sibiq; præreptum esset, propter conspirationem factam, cum aliis Boiariæ Ducibus & Episcopis, contra Heinricum tertium, tùm in Italia degentem,* parricidij & læsæ Maiestatis reus conuincitur, & in vincula ab Imperatore coniicitur in Arce Wilfilingina, prope Danubium; sed tandem ab exilio reuocatus, pristinæ sedi restituitur. Vnde cùm Imperator apud Potfelden in Saxonia diem obiisset, Gebhardus Patruus eius, cum victore Romano Pontifice Aquilegiensi Patriarcha, aliisq; innumeris vtriusq; ordinis viris, officiosè funus Spiram vsque prosecuti sunt. Præfuit Gebhardus annis 24. Obiit Anno 1060. sepultus in Orangavv Monasterio, quod ipse fundauit cum matre sua, de quo apud Cuspinianum in vita Conradi Imperatoris.

* Fuit hic Gebhardus Episcopus patruus Henrici III. adeoq; ipsum ex fratre nepos.

17. OTTO, Babenbergensis Canonicus, ab Imperatore Henrico quarto Episcopus Ratisbonensis constitutus, Anno 1060. Iste Ottho cum aliis multis Archiepiscopis & Episcopis, orandi ac deuotionis causa in terram sanctam profectus, varias calamitates à paganis perpessus est; ita vt de septem millibus vix duo millia redierint, inter quos & hic Ottho Episcopus, Anno 1064. Auentinus libro quinto folio 553. In schismate, Henrico Imperatori contra Gregorium 7. Pont. Max. adhæsit, & propterea cum aliis Episcopis complicibus excommunicatus est. Sub hoc Otthone Episcopo Scoti venerunt Ratisbonam, de quo vide Monasterium S. Petri consecrati.

18. GEBHARDVS quartus de Gotzeshaim, frater Gotfridi de Gotzeshaim, vt ex libro tradit. apparet, adhuc adolescens, in locum Otthonis defuncti substituitur, Anno 1089. Henrico quarto imperante. Præfuit annis 7. apud Pechlaren occisus est: Quæ verò causa ipsius cædis fuerit, ignoratur; verisimile tamen videtur id accidisse ob magnum schisma, quod tùm inter Romanum Pontificem & Henricum seniorem, & inter Henricos duos, Patrem & filium Rom. Imp. fuit.

19. VLRICVS Ratisbonensis Episcopus factus est ab Henrico Seniore, post Gebhardum miserè interemptum, Anno 1105. non diu videtur præfuisse. Nam cùm Henricus Iunior post deditam Nürnbergam Ratisbonam profectus esset, Pater illum subitò insecutus, auxilio Ratisbonensium Vrbe fugauit, & tunc Præsulem Vrbi imposuit Vlricum istum, adolescentem adhuc, Otthone

Frisingen. & Abbate Vrspergen. testibus. Cùm verò paulò pòst Henricus iunior, recuperatis viribus Ratisbonam repetens, in deditionem acciperet, abdicato Vlrico alium designauit Episcopum; nimirum Hartuicum. In ista rerum turba, Vlricus maturè quidem designatus, sed tardè admissus & illicò repulsus est. Hoc tempore pax inter Imperium & Ecclesiam facta, Imperator Henricus 5. inuestituram Episcoporum Legato Sedis Apostolicæ resignauit; eo pacto, vt electi tam cisalpini quàm transalpini non prius ordinentur Episcopi, quàm regalia de manu Imperatoris per Sceptrum recipiant, &c. Quod quidem pro bono pacis soli Heinrico Imp. & non successoribus eius datum dicunt Romani. Exhinc Ecclesiæ libertate ad plenum restituta, pax ad integrum reformata est. Hæc hisce verbis Ottho Frisingen. lib. 7. cap. 16. hinc credibile est, ob istam dissensionem, Gebhardum & Vlricum consecrationem adipisci non potuisse.

20. HARTWICVS, eius nominis primus, Vir Catholicus & nobilis, Episcopus factus est ab Rege Henrico Iuniore, inque locum abdicati Vlrici, quem Pater Henricus Senior instituerat, suffectus Anno 1105. fuit. Hic filius Engelberti Ducis Carinthiorum, fratres habuit Vlricum Carinthiorum Ducem, Engelbertum Marchionem Crayburgensem, & Rapotum Comitem Artenburgensem. Iste Hartvvicus anno sui Episcopatus primo, Monasterium Pruelense, ab Gebhardo primo ceptum, sed incuria Prælatorum iam ruinosum, instaurauit, & sub Abbate eius loci septimo Ruothardo dedicauit. Eadem tempestate Henricus & filius eius Ernestus, Comites à Kirchperg, Arcem suam Mallerstorf, prope Lauarum amnem sitam, in Templum commutârunt, quod Hartvvicus Episcopus Ratisbonensis dedicauit & Benedictinis fratribus sub Burckardo Abbate tradidit. Dedicauit idem Hartvvicus Episcopus Prieuningense ac S. Iacobi Scotorum Monasteria. Idem etiam Hartvvicus, pulsis Monachis in Weltenburg tradidit Augustalibus flaminibus, hoc est, Canonicis Regularibus S. Augustini. Conradus Successor Hartvvici quinque post annos restituit Monachos, Auentinus libro sexto folio 614. De quo sub illis Monasteriis latiùs, quæ hîc non repetenda puto. Præfuit Hartvvicus annis 20. Obiit 5. Non. Martij, Anno 1126. sepultus est apud S. Emmeranum. Fuit contentio inter Otthonem Bambergensem & Hartvvicum istum Ratisbonensem Episcopos, propter decimationes noualium in Schampach: Ea verò lis inter ipsos Ratisbonæ sopita est, vt habent literæ transactionis, quarum Datum Ratisbonæ, Anno 1114.

21. CHVNO, huius nominis primus, factus est Episcopus Ratisbonensis Anno 1126. adhuc imperante Iuniore Henrico quinto. Hic Chuno fuerat Abbas Sigebergensis, ad quem Rupertus Abbas Tuiciensis libros de victoria verbi Dei scripsit. Huius Chunonis temporibus Diopoldus Vohburgen. Diopoldi Chamoborum Marchionis & Luitgardæ filius cum Vxore Adelhait, instinctu nobilis ac strenui Viri Geruici &c. amplissimum illud Monasterium Waldsachsen fundauit apud Nariscos, quod Chuno Episcopus consecrauit. Chuno postquàm annis quatuor Episcopatum tenuisset, & Ecclesiam Collegiatam S. Ioannis Ratisbonæ fundâsset, obiit Anno 1130. sepelitur apud S. Emmeranum.

De hoc Monasterio vide in Chronographia Boica.

22. HENRICVS, huius nominis primus, Comes à Wolfrahtshausen, filius Otthonis 1. Co. mortuo Chunone à ciuibus & Sacerdotibus Ratisbonensibus, autore Friderico Comite à Pogen, Aduocato Ecclesiæ Reginoburgensis, Episcopus eligitur citra consensum Henrici superbi Ducis Boiorum, Anno 1130. sub Innocentio secundo P.M. & Lothario secundo Imperatore. Fuit sub hoc Episcopo tota Boiaria turbulentissima. Nam propter Consanguineos suos in bello grauissimo etiam Episcopatum inuoluit, & in Heinrici superbi Boiorum Ducis odium incurrit. Qua de re pleniùs scribit Cuspinianus in vita Lotharij.

Angilofridum Antiſtitem D. Emmerani abdicat, Monachos deuouet, hiſque à capite ieiunij vſque ad Calendas Auguſti, autoritate Apoſtolica ſacris interdicit, quòd cenſum à Paſcale impoſitum reddere detrectabant, iuſſu Innocentij ſecundi P. M. Templum S. Emmerani occupat, calicem 500. marcarum comminuit, bullas, diplomata, priuilegia comburit, plumbea monumenta reperta in ſepulchro Berchtoldi Præſulis liquefacit, ſacrum compilat, proceres Boiorum per interceſſionem Otthonis Palatini Com. de Witelſpach in gratiam cum Duce Heinrico redeunt: Epiſcopus quoque Ratisbonenſis Hohoburgio Præfectura prope Oenum pacem à Duce mercatur, concedens eam duci in feudum. Heinricus hic interfuit expeditioni, quam Cunradus tertius Imperator in terram ſanctam inſtituit, vbi infecto negocio exercitus ferè totus, exceptis Principibus, periit, Auentinus folio 631. Sub hoc Epiſcopo lapideus pons Danubio impoſitus eſt ab Henrico & ciuibus Ratisbonenſibus, qui inter mirabilia Germaniæ opera numeratur. Triennio pòſt agricultura illa Ripenſis, intra Danubij & Regeni confluentiam, ædificiis ſterni cepit, & Monaſterium S. Magni, quondam ad ripas dictum, fuit extructum per venerabilem D. Gebhardum, Ratisbonenſis Eccleſiæ Presbyterum, Canonicum; ad cuius petitionem Rex Conradus Ieroſolyma reuerſus, cùm Ratisbonæ de obſidendo oppido Kelhaim Comitia ageret, ſuburbium Ratisbonenſe Monaſterio S. Magni largitus eſt. Henricus Epiſcopus iam ſenex, pertæſus bellorum, & erratorum iuuenilium pœnitudine ductus, ſumpta cuculla, Monachus factus eſt apud S. Emmeranum, cui Monaſterio ſuum Abbatem denuò permiſit: cùm iam Fridericus Aenobarbus imperaret; apud quem non ſegniter idem Henricus, cum Abbate S. Emmerani Adalberto, ius Eccleſiæ Epiſcopalis Ratisbonenſis atque Monaſterij, quæ eodem iure in hoc vtuntur, tutatus eſt, vt ſcilicet fœminæ in feudis non ſuccederent, de quo latiùs ſub illo Monaſterio. Sub hoc Epiſcopo Heinrico, Erneſtus Comes de Hochenburch & frater eius Fridericus, cùm neq; Vxores, neque liberos haberent, tradiderunt caſtrum ſuum, quod dicitur Hohenburch apud Nariſcos, & omnes Miniſteriales ſuos, ſuper Altare beati Petri, omni iure proprietatis, quod in eis habebant, in manus Epiſcopi Heinrici & Comitis Friderici de Pogen Aduocati ſui, ſi contingeret eos ſine hærede decedere. Teſtes ſunt Ottho Landtgrauius, Ottho Palatinus, Vdalricus Vicedominus, Sighardus de Eberſpeunt, Nezo de Raitenpuech, & frater eius Conradus Hartfolck in der Hayde, Ortlieb Chazpitz de Wolfering, Wirnt, & duo filij ſui Conrat & Wirnt, de Schmidegadene, Herman de Ratendorf, &c. & plures alij, tam de nobilioribus quàm de Miniſterialibus, &c. Extat monumentum ibi, vt puto, in libro traditionum, ſed ſine Dato: Puto autem Erneſtum Comitem reliquiſſe liberos, vt ex ſequentibus apparebit. Heinricus hic mortuus eſt Anno 1155. cùm præfuiſſet annis 25. ſepultus apud S. Emmeranum cum ſuis Prædeceſſoribus, qui omnes ferè ibidem ſepulti ſunt, excepto Gebhardo tertio, qui in Oringavv, & Gebhardo quarto, qui apud Pechlaren ſepultus, vbi & interemptus eſt. Quòd verò non omnium monumenta extent hodie, cauſa eſt, quòd Eccleſia eadem iugibus incendiis obnoxia multorum ſepulchra ruinis ſubruit. Sub hoc Epiſcopo Ratisbona iterum incendio deuaſtata eſt, & 6. Eccleſiæ conflagrârunt, S. Petri Cathedralis, S. Ioannis, interioris Monaſterij, veteris Capellæ, S. Pauli, & ſuperioris Monaſterij, & quicquid his erat contiguum, Anno 1152. 15. Calend. Martij.

HARTWICVS, ſecundus de familia Com. Ortenburgen. ſecundùm Auentini vulgarem Chronicam impreſſam, libro ſexto. Sed fuit ille Hartvvicus 23.

primus de quo suprà: huius autem secundi Hartvvici familia ignoratur, Ecclesiæ Salisburgensis Canonicus, fit Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus, Anno 1155. Friderico primo Aenobarbo iam imperante. Iste Hartvvicus coram Imperatore Friderico iam nominato Ratisbonæ accusatus est, quòd nuper per electionem Cleri, populique & Metrapolitani sui consecrationem, Pontificatum eiusdem ciuitatis acceperat; Regalia siquidē, quæ iuxta rationes curiæ nulli Episcoporū, antequam de manu Principis suscipiantur, licet militi tradere, ipse huius rei nesciusimpremeditatè, commorante adhuc in Italia Principe Friderico, tradiderat. Hoc cùm inficias ire non posset, neque factum ipsum excusare valeret, compositionis noxam incurrit: Cæteri quoque, qui ab ipso susceperant, iuxta suam conditionem & sortem, consimili pœna damnati sunt. Est enim lex curiæ, quòd si quis de ordine Principum sui Principis iram incurrens, compositionem persoluere cogatur, centum librarum debitor existat. Cæteri inferioris conditionis & ordinis viri, siue ingenui, siue liberi, siue serui, decem. Compositione ergo facta, ab Imperatore in gratiam receptus est, secundùm Ottonem Frisingensem, lib. 2. de gestis Friderici, cap. 28. Hic Hartvvicus interfuit cum pluribus alijs Imperij Principibus in curia, per Fridericum Imperatorem Ratisbonæ habita: Compositioni factæ inter Heinricum Austriæ Marchionem, ac Heinricum Leonem, filium Heinrici superbi Ducis Bauariæ, per Conradum Imperatorem depositi, super Ducatu Bauariæ, perquam Bauariæ Ducatus Heinrico Leoni cessit, Austria Ducatus factus à Bauaria separatus, cum accessione Prouinciæ Superanassianæ, de qua re idem Otto Frisingensis, prædicto loo. capit. vltimo, Auentinus lib. 6. fol. 633. Copiam diplomatis Friderici primi Imperatoris, quære sub Ottone primo, Episcopo Frisingensi. Idem Hartvvicus incidit in iram Heinrici Leonis, Ducis Bauariæ & Saxoniæ, propter dissolutam ipsius vitam ac prodigalitatem: Inde Stauff castrum & vicum Episcopi Heinricus occupat; Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, ope Friderici Palatini de Witelspach, & Conradi Comitis de Raning, Ducem; Episcopum, & ciuitatem Ratisbonensem in gratiam redigit, Auentinus lib. 6. fol. 639. Idem Hartvvicus S. Magni Monasterium, ordinis Canonicorum Regularium, sancti Augustini, in pede pontis Ratisbonen. à Gebhardo Comite de Raning, Ecclesiæ eiusdem Canonico, nuper ædificatum & fundatum, dedicauit, & priuilegiis ornauit, Anno 1155. de quo latiùs sub illo Monasterio. Præfuit annis 9. Obiit Anno 1164, 11. Calendis Septembris, cùm præcedenti anno Monasteriū sancti Emmerani igne fœdatum fuisset: sepultus est in Sacello omnium Sanctorum in ambitu, non longè à Sacello Protomartyris Stephani, quod primò fuit Ecclesia Cathedralis. Habet hic Episcopus lapidem quidem sepulchro impositum, qui locum sepulturæ indicat, sed absque inscriptione, quæ tunc temporis nondum fuit vsitata. Testantur autem eius sepulturam libri Chori Ratisbonensis, & Calendarium illud, in quo Episcoporum aliorumque dies anniuersarij obitus sunt annotati: Eius anniuersarius annotatus est die 3. Martij, in die S. Chunegundis, &c.

24. EBERHARDVS, cognomento Sueuus, Augustensis Canonicus, Hartvvico successit, Anno 1165. Friderico primo Ænobarbo adhuc imperante, Præfuit 2. annis. Obiit Anno 1167. Sub hoc Monasterium sancti Emmerani totum conflagrauit, adeò vt etiam muri illi à Simperto Episcopo Ratisbonensi olim positi collaberentur. Mortuus est autē non domi, sed in Italia belligerans, sub Friderico Imperatore, qui eodem anno Romam obsedit, & Italiam magno exercitu depopulauit. Correptus peste, cum aliis Episcopis & Principibus Romæ obiit, quorum omnium ferè ossa carnibus per excoctionem consumptis,

sumptis, ad sedes proprias reducta sunt: Eius anniuersarius dies peragitur 2. Decembris.

25. CHVNO secundus, Ratisbonensis Ecclesiæ Canonicus, fit eiusdem Episcopus 6. Idus Octobris, Anno 1167. Fuit hic Chuno generosi Comitis de Falckenstain Sigboti filius. Mater ipsius fuit Luitgarda, fratres habuit Sigbotum, qui cum vxore sua Hyldegarda familiam propagauit, & Rupertum, Abbatem in Tegernsee, Sororemque vnam habuit, Fridrunam nomine. Cæterum in schismate illo Sacerdotij & Imperij diuturno, Chuno Episcopus cum Pontifice Max. sensit, quod illi satis periculosum fuit, qua de re vide Auentin. lib. 6. fol. 645. Hic Chuno interfuit Comitiis Ratisbonen. in quibus Fridericus primus Heinricum Leonem, Ducem Bauariæ & Saxoniæ, vtroque Ducatu priuauit, ac Ottoni Witelspachio Bauariam contulit, ita à Welphis ad Palatinos Witelspaceñ. antiquos & veros hæredes post 231. Annos, quasi postliminio rediit. Reginoburgen. vrbs ea tempestate potentissima, hactenus domicilium Regum atque Ducum Bauariæ, occasione arrepta, ob toties mutatos Principes, excusso iugo Principum Bauariæ, consensu Friderici I. Imperatoris, sacro Rom. Imperio, sicuti & reliquæ Imperiales ciuitates, sese immediatè subiecit, exceptis tamen vectigalibus, portoriis ac quibusdam aliis iuribus, Ducibus Bauariæ ac Episcopis ibi reseruatis, quæ partim adhuc hodie obtinent, partim ciuitati ex pacto cessère, Auent. lib. 6. fol. 648. & lib. 7. fol. 654. 730. de quo sub Dauide 53. Episcopo plura. Ita quoque cæteri Limitanei Præfecti Bauariæ Regum ac Ducum, quos Margrafios vocabant, quique in beneficium à Ducibus eas ditiones tenebant, illis seruiebant, vt Marchiones Styriæ, Carinthiæ, Histriæ, Tyrolis, Vohburgi ac Chamaborum, paulatim excusso iugo Ducum Boiariæ exempti Duces creati, ac Rom. Imperio immediatè subiecti sunt. Notat Auent. lib. 6. fol. 633. 684. Inuenio hunc Cunradum, seu Chunonem, qui ad idem est, Episcopum Ratisponeñ. in diplomate Friderici I. quod is dedit Adalberto Frisingensi Episcopo super foro & ponte in Veringen, Anno 1180. vide apud illum Episcopum. Præfuit annis 22. Obiit 1185. 1. Idus Iunij: Eius anniuersarius celebratur 9. Iunij.

26. GOTFRIDVS, Regis Cunradi tertij Capellanus & Notarius, & Friderici Imperatoris primi, & Heinrici filij eius Cancellarius, fit Episcopus Ratisbonensis Anno 1185. 14. Calend. Iulij, qui statim sequenti anno, electionem Ratisbonensibus resignauit, 11. Calend. Martij, cùm non integrum annum præfuisset. Extat huius Episcopi Chronicon, ligata solutaque oratione satis emendatè scriptum, Impressum Basileæ, Anno 1559. Fuit hic Gotfridus etiam Præpositus Goslariæ, in numero vigesimus. Huius Gotfridi Auent. in Annalibus non meminit, ac non parum dubito de hoc, quoniam Gotfridus historicus Viterbieñ. cognominatus est, &c.

27. CVNRADVS secundus de Laichling, Vicedominus cognominatus, Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicus, in locum Gotfridi renunciantis mox eligitur 5. Nonarum Martij, Anno 1186. Friderico Ænobarbo adhuc imperante, & sequenti anno Comitia Ratisbonæ celebrante. Cunradus iste electus est à Reuerendissimo Archiepiscopo Salisburgensi, Adalberto, & in Ecclesia S. Petri Episcopali Infula decoratus 8. Calend. Martij, præsentibus 14. Episcopis. Hic Cunradus Basilicam ad S. Emmeranum ab Peringero Abbate constructam consecrauit, sicut hoc indicat eiusdem Basilicæ inscriptio in occidentali pariete, his verbis; Anno ab incarnatione Domini 1189. Indictione 12. regnante Friderico primo Imperatore, obtento Peringeri Abbatis dedicata est hæc Basilica à venerabilis huius sedis Episcopo Cunrado, 5. Calend. Nouembris, in honorem sanctæ

ctæ Trinitatis, sancti Michaëlis Archangeli & omnium Sanctorum. Fuit etiam Cunradus iste cum aliis multis in expeditione in Syriam, ad defendendam terram sanctam, contra Saracenos, sed frustra, Anno 1197. Abbas Vrspergen. & Auent. fol. 658. præfuit annis 18. Obijt Anno 1204. 8. Calend. Maij. Sub finem ipsius vitæ discordia orta est inter ipsum & Ludouicum Boiariæ Ducem, ob id quòd reuersus ex Asia, Curatores laicos Ecclesiasticorum bonorum, quos aliàs Aduocatos vocant, à curatione vi amouere nitebatur: cōfœderatum & adiutorē habuit, dominum Eberhardum à Trūchsen, Archiepiscopum Salisburgensem, eique contra Ludouicum suppetias tulit: post multas vtrinque acceptas clades sedata res, & pax facta est. Anniuersarius huius Cunradi celebratur in Vigilia sancti Georgij.

21. CVNRADVS tertius Comes de Frontenhausen, Præpositus Frisingensis, Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicus, eligitur Episcopus Anno 1204. 5. Idus Maij imperante Philippo Rege Heinrici VI. fratre, cuius Philippi statua parua visitur etiam hodie supra portam turris mediæ pontis Ratisbonensis cū hac inscriptione, Philippus Rex Romāorū. Fuit hic Cūradus vir iustus & apud omnes gratiosus, adeò vt etiam Cancellarius Imperij fieret. Cunrado enim Herbipolēsi Episcopo nefariè interempto, in officio successit Hartuicus Episcopus Aichstetē. frater Comitū de Hirschperg & Dollenstain, quo paulò pòst ab officio depulso, Cunrado Ratisbonensi Episcopo collatum est; præsertim quòd esset ex Nobili & peruetusta familia, nempe Comitis Conradi (ita Auent. fol. 659. sed secundùm alios Heinrici) de Frontenhausen & Teyspach vnicus filius. Iste Ludouico Boiorum Duci vendidit partem hęreditatis suæ in Frontenhausen, septē millibus librarum Ratisbonensium, & Xenodochium pauperum cis pontem Danubij, in suburbano Ludouici Ducis oppido, olim ripario dicto, extruxit, & certis possessionibus & eleemosinis ditauit. Extat diploma in fine litera H. Deinde idem Episcopus reliqua sua castra, Teyspach, Werde, Königsvvartum & altera Peüern, Episcopatui Ratisbonensi adiecit, Ecclesiamq; tam suam quàm S. Emmerani strenuè defendit, altera Beurn, vt habet Chronicon S. Magni, puto esse alten Beürn, vitiosè scriptum, siue altera, id est, nouum Beürn, quod pertinuit aliquando ad Ecclesiam Ratisbonensem.

IOANNES, Episcopus Ratisbonen. cum Capitulo suo vendidit Ducibus Bauariæ, Stephano, Friderico & Ioanni, fratribus, castrum Teyspach, vná cum vicis Frontenhausen & Pilsting, Anno 1386. Idem quoq; biennio pòst vendidit castrum ac vicum Neüen Beürn Hartprechto Harskircher, Anno 1388. de quo infrà sub illo Episcopo, &c. Hic Conradus Epus duos Conuentus, nempe S. Iacobi, & superioris Monasterij de electione prioris S. Petri discordantes, decisione satis beneuola conciliauit. Fridericus II. Imperator permutauerat ambo Monasteria inferius & superius Ratisbonæ cū hoc Conrado Episcopo, pro aliis quibusdam prædiis & possessionibus; verùm reclamantib. atq; conquerentibus ambabus Abbatissis, in curia seu Comitiis Principū Herbipoli habitis, quòd nō liceret Imperatori aliquē ex statibus Imperij alienare, omnium consensu ac sententia rescissa est illa permutatio per Fridericum II. Anno 1216. de quo extat diploma ipsius, cuius copiam inuenies sub Monasterio inferiore.

FACTÆ sunt quoq; inter hunc Conradum Episcopum, & Ludouicum Ducem Bauariæ aliquæ compositiones, super communi pace Prouincię, super quibusdam castris ac feudis: Item super Ministerialiū, si contrahant, liberis diuidendis, super cōmunibus iuribus in vrbe Ratisboneñ. scilicet collectarū, Teloneorū, monetæ, salui conductus ac aliis, vná cum confirmatione Philippi Rom. Regis, de An. 1205. quæ Ratisbonæ extant: earū copiam post finē horum Episcoporum

rum inuenies litera M. N. Dedit etiam iste Conradus Franciscanis Ecclesiam S. Saluatoris inhabitandam, iuxta tenorem literarum, quarum datum Anno 1226. quo etiam defunctus est, iuxta quam Ecclesiam posteà, Alberto Comite de Pogen, & Ottone Comite Palatino Rheni & Bauariæ Duce, suas areas donantibus Monasterium Franciscanorum erectum est. Præfuit Conradus annis duobus & viginti laudatissimè, ex Apulia reuersus obiit Anno 1226. 7. Idus Aprilis. Sepultus est in D. Catharinæ sacello summi Templi: Eius tumulus duobus lapidibus est contectus, quorum neuter vllam habet inscriptionem.

SIFRIDVS. Conrado fatis concedente, interregnum fuit annuum, Ministerialibus & Choro dissentientibus; minor namque pars Chori non expectato Imperatore vel Duce, Gottfridum Præpositum elegit, cui Ministeriales laici subscribebant, asserentes Episcopi electionem in suo potiùs arbitrio, non in Chori facultate sitam esse. Hic Gottfridus regalia à puero Henrico, Friderici Regis filio accipiens, non bene sese gessit, obligans plurima & inutiliter elargiens: ob hanc caussam maior Chori pars, cum Abbate S. Emmerani, Berchtoldo Romam profecto, à Gregorio nono Seifridum, Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicum, ab ipsis Episcopum electum impetrauit, Anno 1227. Friderico secundo imperante, cui hic Seifridus, Imperialis Aulæ Cancellarius, admodum familiaris fuit. Vt autem laici ab simili dissensione in electione sibi in posterum cauerent, omnis contraria chori pars Ecclesiastico beneficio & consortio Chori, sub pœna excommunicationis priuati, Romamque adire coacti sunt, & vix tertio anno sub pœna grauissima restituti. Ea verò, quæ Gotfridus abalienârat, reuocata sunt per Fridericum secundum. Huius Sifridi consilio Imperator Fridericus Austriæ Ducatum regio honore conatus est augere, vbi Sifridus Ratisbonensis Episcopus, primus nominatur in eo diplomate. Cùm verò eo tempore ordines Dominicanorum & Franciscanorum cœpissent, ipse Sifridus Dominicanis fratribus, cum consensu Cunradi Decani & totius Capituli Ratisbonensis, Ecclesiam S. Basilij in ea vrbe, quæ ad Episcopum & Canonicos pleno iure spectabat, contulit Anno 1229. Cæterùm iste Sifridus voluit etiam Monasteria sanctarum Virginum reformare, sed illa, inuocato Metrapolitano Salisburgensi Eberhardo, & Philippo Episcopo Ferrariensi, Apostolico Legato, & Innocentio Pontifice Max. ab his potiùs, si opus esset, volentes reformari, reformationem eius detrectauerunt. Hic etiam Episcopus, consilio Canonicorum & fratrum mendicantium, ordinauit statuta Sacerdotibus & laicis, fratribus & sororibus pauperibus, in Xenodochio nuper instituto famulantibus: Cùm autem esset curiæ Imperialis Cancellarius, atq; partium Friderici Imperatoris, contra Gregorium IX. huius iussu & suorum mandatariorum in Germania excommunicatus est, Auent. lib. 7. fol. 674. 676. Aliquot priuilegia suæ Ecclesiæ non inutilia à Friderico secundo impetrauit, deditque Capitulo Ratisbonensi Parochiam Saler, pro anniuersario suo, vt extant literæ: Cumque annis 20. præfuisset, 14. Calend. Aprilis vitam cum morte commutauit, sepultus in Choro sancti Petri, post altare maximum, in cuius marmore hæc extant verba exsculpta, sed satis detrita.

29.

Regalibus hìc Cathedratum Sifridum strauit mors,
& cinis incinerauit, Anno Domini M. CC.

Cæteri numeri legi non possunt.

ANNO

ANNO 1237. sub hoc Episcopo, Heinricus Comes de Ortenburg, cùm esset in castro Murach, dedit sororibus S. Benedicti ad S. Sixtum in suburbio Ratisbonensi, Ecclesiam in Schvvartzhouen ea conditione, vt locus ille, in quo adhuc monstratur Sacellum S. Sixti, de fructibus & redditibus dictæ Ecclesiæ deberet construi. Hic est locus ille, in quo nunc est Monasterium S. Crucis religiosarum Virginum S. Dominici, sed Sacellum S. Sixti in infirmatorium commutatum est.

30. ADALBERTVS Pitogeius, eius nominis primus, Comes ex Pittingevv, Canonicus Halberstadiensis, per Legatum Apostolicum Ecclesiæ Ratisbonensis constituitur Episcopus, Anno 1247. habuit fratrem Berchtoldum Episcopum Pataviæ. Iste Adalbertus, in magno illo schismate inter Sum. Pontifices, & Fridericum secundum, partium Pontificiarum, per ciues Ratisbonen. qui Friderico adhærebant, ciuitate aliquot annis exclusus, in arce sua Tunastauff habitauit; hinc occasione data, Patricios aliquot Consulares Ratisbonenses cepit, & in prædictam arcem Tumstauff, aliàs Tunastauff, abduxit. Quæ res magnas turbas dedit, & odium ciuium in Clerum ægrè tandem sedatum concitauit: Hinc etiam conspiratio in necem Conradi Roman. Regis, filij Friderici secundi, tùm Ratisbonæ in Monasterio S. Haymerani hospitio excepti, subsecuta: Cuius autores & conscij, hic Albertus Episcopus, Vlricus Abbas S. Haymerani, & Conradus de Hohenfels, Ministerialis Ratisbonen. Ecclesiæ dicebantur; singulari autem Dei gratia Regis persona à cæde saluata, occisis aliquot ex suis cubiculariis ac ministris, Vlricus Abbas depositus, reliqui Monachi non sine graui damno ac mulcta reconciliati sunt, Anno 1251. extat huius rei diploma Conradi Regis, in fine horum Episcoporum litera I. de quo Auent. lib 7. fol. 689. Chronica Ratisbonensia habent, hunc Albertum præfuisse adhuc aliquot annis, dedicâsse Templum Cathedralis Ecclesiæ prophanatum, Item Templum Augustinianorum vsq; ad Annum 1260. hoc anno de quibusdam criminibus apud Sedem Rom. accusatum, cùm defendere sese non posset, depositum, &, sumpta cuculla, factum esse Monachum in Sittenbergo, Auent. quoq; meminit, fol. 700.

SVPRADICTO modo, Monachis S. Haymerani cum Rege reconciliatis, cœperunt Clerus quoq; cum ciuibus inire concordiam, & datis acceptisq; vtrinque compositionis literis, redire in gratiam, quæ adhuc Ratisbonæ extant, eiusdem (mutatis mutandis) quasi tenoris ac substantiæ, quibus iniuriæ ac damna Clero facta remissa, pax & immunitas Ecclesiastica confirmata, protectio à ciuibus promissa est, de dato, Anno 1151.

31. ALBERTVS secundus, cognomento Magnus, non corporis quidem proceritate, sed literarum scientia, Sueuus natione in agro Laugingensi, clarissimis crepundiis ex regulis Bolostaten. ortus, Alberto primo deposito, suffectus est per Legatum Apostolicum, Anno 1260. sub Alexandro quarto, Romano Pontifice. Parisiis, testimonio Palmeri doctissimi tùm temporis viri, insignis habitus est; vbi & Aquinatis illius Thomæ præceptor fuit, & posteà Coloniensis Cœnobij apud Dominicanos lector. Hic factus Episcopus, dedit Capitulo Ecclesiam Cham, atq; studium suum consuetum non intermisit Nam in castro suo Stauff dicitur ingens illud volumen in Lucam Euangelistam scripsisse, quod penes se adhuc habent Prædicatores Ratisbonenses. Interea tamen rem familiarẽ non deseruit, sed ei summa cura præfuit; ita vt vix credibile sit, aliquam rationem posse iniri, intra vnius anni spacium Episcopatum in tanta paupertate acceptum ita augendi, prout ille auxit. Scribitur enim, quòd nec guttam vini, aut granum frumenti inuenerit eo tempore, quo Episcopatum adeptus est, & tamẽ intra

intra duos annos magno ære alieno Ecclesiam suam liberauit. Sed vulgus, quod potiùs prodigos Nobiles & illiteratos, quàm eruditos & doctos, pro loco & tempore liberales, mauult, hinc arrepta occasione, cùm eum calceo ligato progredientem conspicatum esset, in risum conuersum dixit, quòd perornatus more Dominicastrorum obambularet. Bonus verò iste vir, non longè pòst ad maiorem vitæ ac studiorum quietem, pro ratione decurrentis & languescentis ætatis anhelans, Episcopatu se abdicauit, rursusque istiusmodi cauillis minimè deterritus, ad suos Dominicanos Colonienses concessit, vbi & mortuus est, annum vnum, & menses aliquot in Episcopatu tantùm peragens. De Magica quòd quidam scribunt, fabulosum existimo: Nec enim credibile est, virum tam bonum malis artibus studuisse. Scribit Wimpfelingius de eo, quòd Argentinam venerit, & in æde S. Petri iunioris, aram quandam in honorem S. Columbæ Virginis & Martyris suis manibus consecrauerit Anno 1268. Obiit anno vitæ 80. Anno Christi 1280. de quo latiùs Auent. lib. 7. fol 700. & Paulus Iouius in Elogiis doctorum virorum, qui annum vnum eius ætati addit.

LEO ciuis cuiusdam Ratisbonensis filius, Ecclesiæ eiusdem ciuitatis Decanus, vir magnæ literaturæ & prudentiæ interregni Romani tempore Alberto substituitur Episcopus, Anno 1262. Sub hoc Leone Anno 1263. aliqui 1272. Ecclesia Cathedralis S. Petri Ratisbonæ igne cœlesti penitus conflagrauit 12. Calend. Aprilis, ita vt etiam campanæ & tintinabula liquescerent. Leo itaq; Episcopus materia Templi iterum construendi comparata, Anno 1275. in S. Georgij Vigilia iacto fundamento primum lapidem consecrauit, & patronum mutauit. Fuerat enim hæc olim Ecclesia consecrata in honorem beati Remigij, Episcopi & confessoris; vnde Canonici dictæ Ratisbonensis Ecclesiæ confraternitatem habebant cum Canonicis Ecclesiæ Remigiensis, aliàs Remensis, vbi S. Remigius præfuit; Sed posteà tot incendiis deuastata cum nouo ædificio, & nouum etiam Patronum acquisiuit: Dedicata est enim in honorem S. Trinitatis, & B. Mariæ Virginis, & B. Petri Principis Apostolorum, Anno 1276. quæ dedicatio Ecclesiæ huius adhuc hodie celebratur: Dedit Canonicis suis decimas maiores Parochialis Ecclesiæ S. Vdalrici pro anniuersario suo, extat diploma. Baptizauit iste Leo Catharinam, Heinrici Ducis Boiariæ ex Elisabetha coniuge filiam, 5. Idibus Iunij. 32.

ANNO 1268. Viennæ Austriæ, quo tempore Guido Cardinalis, Legatus Apostolicus, ibidem Synodum celebrauit, interfuit, Auent. fol. 705. Præfuit annis 15. Hic etiam Episcopus Monasterio S. Emmerani suum ius conseruaturus, mortuo Vlrico Abbate Wolgangum illis quendam dedit Abbatem, quem cùm Monachi electo Haimone repudiarent, omnes vnà cum Haimone excommunicauit. Itaque Haimonem ad resignandam Abbatiam coegit, & Wolfgangum instituit. Interfuit hic Leo Episcopus obsidioni Viennensi, quæ Rudolpho Rom. Regi Vienna dedita est, Anno 1276. Obiit Anno 1277. Auent. fol. 711. & 713. sepultus est in summo Templo ante altare S. Andreæ, cum hoc Epitaphio:

Hic iacet in tumba Præsul Leo, mente columba,
Nomine re q; Leo, sit datus ipse Deo.
Anno Domini M. CC. LXXVII. obiit in die Margarethæ.

HENRICVS secundus, Comes de Roteneck, Comitis Rheinhardi de Roteneck filius, Archidiaconus & Canonicus Ratisbonensis, eiusdem Eccle- 33.

siæ

siæ factus est Episcopus, Anno 1277. Rudolpho Romanorum Rege imperante. Hic, vendito suo patrimonio & Castro Roteneck Ludouico Duci Boiariæ, Ecclesiæ Ratisbonensi, vsuris & debitis oneratæ succurrit, redditus Episcopales & Canonicorum præbendas copiosè auxit; & inprimis Templum à Leone Antecessore suo ceptum, sumptuoso opere exædificare perrexit, illudq; Anno 1280. absoluit; duas magnas campanas fieri curauit; Vnam, quæ hodie dicitur campana omnium Apostolorum, alteram quæ nomen habet S. Petri. Hic etiam cantum Choralem rectum in eandem Ecclesiam introduxit, cùm antea tantùm vsu & nulla arte constaret, atque hanc in rem duos Monachos de Hailsprun accersitos, alios Musicam regularem docere iussit, librosque secundùm vsum chori ordinauit. Adhæc magna pecunia à Ducibus Boiariæ emptam aduocatiam & iudicium in Velden Eborspeunt, Teyspach, Frontenhausen, Ergolspach, Essenpach, Pilsting, & Auting redemit, & ferè omnia castra Ecclesiæ Ratisbonensis, muris & turribus firmius, quam antea fuerant, exaltauit. Primus item vinū Italicum Canonicis certis temporibus præberi iussit: eiusmodi Congiariis distribuendis etiam aliquot Sanctorum ferias in Choro Ratisbonensi celebrandas impetrauit; Obtinuit etiam priuilegium ab Alberto Austrio, pòst Rom. Rege, vt ipsi ac Capitulo suo liceat duas naues oneratas vino suo prediali vel empto, & centum Modios bladi, & specialiter pro ipsius Episcopi vsu decem Esoces, hoc est Husones tàm in terris quàm in aquis per dominium Austriacum singulis annis sursum deducere, absque omni Teloneo siue Muta, pariter quoque victualia, & quæcunque necessaria domus suæ infra Pechlariam & Viennam, &c. Datum huius diplomatis Augustæ 3. Calend. Febr. Anno Domini 1286. Item aliud obtinuit priuilegium à Ducibus Boiariæ, de non occupandis bonis defunctorū Clericorum; extat diploma sub finem horum Episcoporum, sub litera K. Item aliud eorundem Ducum litera L. Sed Spald abalienauit, & cum Raimbothone Episcopo Aichstadien. permutauit, deditque primo anno sui regiminis Ecclesiam in Dietfurt Capitulo suo. Hic Henricus anniuersarium obitus sui diem, quatuordecim annis antequam moreretur, instituit, & eiusdem celebritati, cum candelarum accensione & campanarum pulsu, quotannis factæ præsens interfuit, & induuias sepulchrales, in memoriam mortis præparatas, semper ad lectisternij sui latus ad manum habuit. Valde commendatur hic Episcopus, vt verus animarum Pastor, nulli Sacerdotum Dei pietate & sapientia secundus, qui cum Ludouico Duce Bauariæ, tanquàm duo arbitri, Principes Bauariæ, Austriæ, Regem Bohemiæ, Archiepiscopum Salisburgensem, & Menardum Goriciæ Comitem, Linzeij concordârunt. Anno 1290. Auent. lib. 7. fol. 722. cum sequenti.

Svb hoc quoque Episcopo Henrico, cùm inter ipsum ac ciues Ratisbonen. lis orta esset, super expensis in exterioribus mœnibus vrbis ac propugnaculis faciendis, quas propter communem patriam tuendam communes esse debere putabant ciues; Clerus autem per legem Friderici secundi insertam vsibus feudorum inter constitutiones Friderici &c. se ab huiusmodi oneribus ac seruitutibus immunem esse diceret; Adolphus Rex secundùm prædictam legem pro Clero iudicauit, in Conuentu ibidem habito, Anno 1294. Auent. fol. 727. Cumque rexisset quàm optimè vndeuiginti annis, tandem 7. Calend. Augusti, Anno 1296. placidè in Domino obiit, postridie S. Apostoli Iacobi, quo festo Missam veteri more celebrauerat magna deuotione, iuxta altare D. Virginis. Sepultus est in Choro Ecclesiæ Ratisbonensis post altare, hoc disticho condecoratus.

Hanc

Hanc Cathedram rexit Henricus, quem petra texit,
De Rotenegk ortus, cæli pateat sibi portus.
Anno Domini M. CC. XCVI.

SVB hoc Henrico Virgines religiosæ S. Mariæ Magdalenæ ordinem suum B. Mariæ Magdalenæ, qui erat pœnitentium, & ideò dicebantur die Büsserin/cōmutârunt assumpta regula S. Claræ, persuadentibus eas Franciscanis, Anno 1286. Dominica Inuocauit. Auentin. fol. 725.

CONRADVS, eius nominis quartus, de Luppurck, Præpositus Ecclesiæ Ratisbonensis, fit Episcopus Anno 1296. in die S. Petri ad vincula, imperante Adolpho Romanorum Rege. Sub hoc Anno 1297. cùm ciuitas Ratisbonensis per Ottonem & Stephanum, fratres Duces inferioris Bauariæ oppugnaretur, & prohiberentur commeatus in eam vehi, ciues rei indignitate perciti, oppidum Abbach exusserunt: Sed tandem per hunc Episcopum Conradum in gratiam Principum restituti sunt, secundùm Auent. lib. 7 fol. 730. Habuit hic Conradus Episcopus Patruum, eiusdem nominis Conradum de Luppurg, cuius vxor Hailvvig, filia Friderici Landgrauij dicti de Leüchtenberg, Sepulti ambo Ratisbonę in Ecclesia Cathedrali, ante altare S. Andreę Apostoli, quod ipse propter frequentiorem Missarum celebrationem, ac animarum suarum salute dotauit, cum curia in Reinhartstorff cum pertinentiis, consensu ac sub sigillo Reuerendi patris, domini & Germani sui charissimi, domini Conradi Episcopi Ratisbonen. ac suo quoq; sigillo, Datum & actum Ratisbonæ, Anno 1299. & extat ibi diploma. Germanus aliàs frater est, sed Auent. lib. 7. fol. 736. Patruum Episcopi vocat, quod ex nomine verisimilius est. Auentinus in sua translatione hos Comites vocat, quod in diplomatibus non reperio. Defuncto autem sine liberis prædicto Conrado, Episcopus confiscauit castrum ac dominium Luppurg supra Ratisbonam, ad Laber amnem Noricum situm, ac Ecclesiæ suæ dono dedit; & cùm præfuisset annis septemdecim, obiit 7. Calen. Ianuarij, sepultus in Ecclesia Cathedrali, iuxta aram beatæ Mariæ Virginis, cum hoc disticho: 34.

Hæc seruat fossa Conradi Præsulis ossa
De Luppurck natus, sit tibi Christe datus.
Anno Domini M. CCC. XIII.

DEDIT Capitulo Ecclesiam in Schneiding, pro anniuersario suo instituendo. Sub hoc Episcopo, nempe Anno 1304. Danubius Ratisbonæ supra pontem, versùs Aquilonem, excurrere volens aggere ingentis molis, ex lapidum tignorumq; cumulis congesto, ad pristinum alueum reductus est, Auent. fol. 738.

NICOLAVS, Bohemiæ Regis Cancellarius, Ratisbonensis Ecclesiæ fit Episcopus, Anno 1313. Henrico septimo imperante. Habuit statim rebellem Conuentum S. Emmerani: In causa fuit, vt ex circumstantiis apparet, quòd eodem anno Monachi, mortuo Abbate Henrico Winzero, Balduinum non consulto, aut fortasse etiam nolente Episcopo elegerunt. Quod Episcopus ægrè ferens, electionem hanc confirmare noluit: Vnde aliqui fratres, relicto Monasterio, partim in Abach, partim in Abensperch, ad Bernhardum & Henricum, Regulos Aduocatos suos, sese receperunt, tantisper dum re per arbitros composita reuocarentur. Cæterùm gliscente simultate de libertate & exemptione, Balduinus Abbas ad Summum Pontificem prouocauit, quem Anno 1319. Auinione commorantem adiit, actionemq; quinquennalem intentando moritur, Anno 1324. Ioannes Papa postulatione fratrum S. Emmerani & consensu 35.

Balduini, Sacellanum, quem secum adduxerat Balduinus, Albertũ de Schmũdmülen surrogauit, qui confirmatus, causam illam contra Episcopum prosecutus est, sententiamq; pro se latam accepit, Anno 1326. Monasterium sancti Emmerani liberum esse debere & exemptum; ita tamen vt Episcopo Ratisbonensi quotannis decem libras Turonensium paruorum, quos hodie in decem libras denariorum Ratisbonensium cōmutant, exolueret; Fuitq; Nicolaus Episcopus damnatus in expensis, quæ æstimatæ sunt ad 5000. aureorum, sed nihil soluit.

PORRO iste Nicolaus multùm vtilis fuit Ecclesiæ Ratisbonensi. Eam enim grandi ære alieno liberauit, multaq; Castra à suis Antecessoribus oppignorata, redemit. Curauit fieri ingentem campanam, in honorem B. Dei genitricis Mariæ consecratam, hoc Monosticho inscriptam: Sanctos laudo, tonitrua fugo, funera claudo.

HIC EPISCOPVS, tempore dissensionis inter Imperatorem & Pontificem, sic sibi & Episcopatui prouidit, vt excommunicante Summo Pontifice Ludouicum Bauariæ Ducem, eundemq; Romanorum Regem; ipse tamen in iram & offensionem Principis non incurreret. Quin & Clerum suum eidem Principi sic insinuauit, vt Clero per totam Bauariam constituto, idem Princeps omnium rerum immunitates per literas patentes concederet.

HIC IDEM duobus Eremitis, Gotfrido & Alberto, ob humilem ipsorum deuotionem & intercessionem Raimari cuiusdam de Prenbergk, sibi dilecti & fidelis, potestatem fecit, vt in nemore quodam, apud castrum Prenberg, sibi cellas & oratorium construerent: In isto loco hodie est Abbatia S. Bernhardi, quæ * cella Mariæ cognominatur.

Vide plura de hoc Monasterio infra sub Rubrica Mariæ cella.

CVM Ecclesia Ratisbonensis non modicum defectum cultus diuini pateretur, propter Canonicorum absentiam; quorum aliqui peregrè literis operam dabant, quidam alibi, vt vocant, residebant, alij Episcopo seruiebant, Capitulum tres assumpsit Vicarios cum consensu Nicolai, sui Episcopi, illisque de prouentibus vnius præbendæ prouidit; ita vt Sacerdos receptus mediam partem omnium prouentuum vnius præbendæ perciperet: Diaconus verò & Subdiaconus alteram dimidiam partem, Anno 1323. Dominica Reminiscere.

SVB HOC Episcopo, Anno 1315. magna fuit fames ob frugum penuriam; Ita vt vna scapha siliginis quinq; libris ac 60. denariis Ratisbonen. monetæ fuerit licitata.

SVB HOC item Episcopo, Anno 1324. die S. Panthaleonis, in porta S. Emmerani depositum est tectum de turri paruula Parochiali, & illic specula constructa, in qua Ludouicus, eius nominis quartus, Rom. Imperator ipse residens per Capellanos suos sancta insignia Imperij ostendit populo.

NICOLAVS iste, cùm propter homicidam quendam ex curia Pontificali per ciues vi abreptum ac securi percussum, Ecclesiasticam immunitatem violatam dicens, hinc vrbe excederet, postquàm 27. annis vtiliter præfuisset, in Monasterio superiori Altach exul obiit Anno 1340. ibidem sepultus in Choro sub hoc Epitaphio: Ille dominus Nicolaus Episcopus Ratisbonensis, obiit Anno 1340. 6. Idus Octobris.

36. FRIDERICVS primus. Nicolao peregrè defuncto, Canonici Ratisbonenses in electione discordârunt. Nam eodem anno Idibus Nouembris, in die S. Bricij, electi sunt per Capitulum 3. Episcopi simul; nempe dominus Fridericus, dñs Henricus de Lapide, Decanus Aichstetensis, & Hiltpoldus de Hohenberg, alias Haimberg, Canonicus Ratisbonensis, sed duobus exclusis, Ludouicus Dux Bauariæ, idemq; Imperator Rom. Fridericum in gratiam parentis benè de se meriti, inuitis aliis, in sedem Ratisbonensem constituit, Anno Domini 1341.

Vnde

Vnde paulò pòst Henricus de Lapide ex angore mentis, vt putatur, diem obiit. Fuit autem hic Fridericus Ecclesiæ Ratisponensis Præpositus, filius Friderici Burggrauij Noribergensis secundi, qui Ludouico in graui schismate fortiter adhæserat. Auus ipsius fuit Fridericus, Comes de Zollern, primus Burggrauius Noribergen. cuius posteri deinceps Marchionatum Brandeburgen. adepti, Electores imperij facti sunt. Habuit iste Fridericus fratrem Berchtoldum, Episcopum Aichstetensem.

AVENTINVS, libro 7. folio 783. scribit, quòd in locum Nicolai Episcopi, Clemens VI. Reginoburgensibus præfecerit Fridericũ, Aichstetensibus Berchtoldum, fratres Germanos: Verùm à Capitulis vtrosq; repulsos, & eorũ loco electos Ratisbonæ, Heinricum de Stain, Aichstadij, Albertum de Hohenfels, hos prædia, vrbes, arces & agros possedisse, & Augusto in clientelam se dicâsse.

IDEM quoque Auentin. in Epitome ponit Heinricum, Vlrici de Lapide filium, Episcopum Ratisbonensem, Anno 1330. Sed Annus est 1346. & veritas, quòd Fridericus Episcopatum obtinuit. Nam ab hoc Friderico Episcopo, Anno 1355. Carolus quartus Romà reuersus, cupiens fines Bohemiæ vsque ad Danubium extendere, ac sub specie pacis Ratisbonam occupare, emit castrum Stauff Danubianum, inuito ac inscio Capitulo, pollicitus aliud castrum in Bohemia Episcopo dare, verùm plebeiorum motu Ratisbona cessit, ac Stauff arcem non diu tenuit: Nam post mortem Caroli Theodoricus Episcopus Stauff, Sultzpach in Norico, Eglofshaim, castella rursum occupauit, de quo Auent. lib. 7. fol. 792. 794. 800.

HIC Fridericus pessimè præfuit, nec nisi maledictis post se relictis sui memoriam posteritati commendauit, adeoque totum Episcopatum dissipauit & exinaniuit, vt etiam Capitulum ipsum imminutum supra modũ attenuauerit, annis 24. quibus sedem Ratisbonensem tanquam inutile pondus pressit.

ANNO 1349. cùm in toto mundo pestis grassaretur, & flagellatorum secta in Germania oriretur, Fridericus iste à Clemente VI. Romano Pontifice iussus, processum contra eos matura deliberatione, adhibitis in consilium viris literatis, instituit & executus est; Ita vt tandem Secta illa intra triennium cessaret.

AMOTVS est tandem ab administratione Episcopatus, quæ Berchtoldo fratri suo, Episcopo Aichstetensi concessa est, vt extant literæ.

CONRADVS, huius nominis quintus, post longam contentionem, cùm Sedes Episcopalis triennio vacâsset, ac per Rabanum, Episcopum Aichstetensem, tanquàm prouisorem gubernata esset, eligitur ex Præposito Episcopus Ratisbonensis, Anno 1368. Hic Conradus dictus est de Haimberg, confirmatus ab Vrbano quinto Pontifice Romano, Carolo quarto imperante. Fuit homo magnæ humilitatis & amans Cleri, Episcopatum tamen ita dissipatum instaurare non potuit; Festum S. Barbaræ Virginis, Anno 1377. in Synodo Ratisbonæ celebrata instituit in Ecclesia Cathedrali, ad cuius altare etiam sepultus est. 37.

HIC CONRADVS Episcopus, vnà cum Capitulo oppignorauerunt Marchioni Ottoni, Stephano, Friderico & Ioanni, Ducibus Bauariæ, Præfecturam & castrum in Teyspach, cum omnibus pertinentibus, Anno 1377. quod postea Successor ipsius Ioannes Episcopus absolutè vendidit Stephano, Friderico & Ioanni, Ducibus Bauariæ, Anno 1386.

SVB EODEM Conrado, Carolus quartus Imperator ab Vrbano quinto precibus impetrauit, vt Episcopatus Bambergensis, Ratisbonensis & Misnensis, Ioanni Archiepiscopo Pragensi deinceps subessent; tanquam Apostolicæ sedis Legato, quod ius legationis in Diœcesim Ratisbonensem Archiepiscopus Salisburgensis sibi vendicabat. Literæ Vrbani Pontificis datæ sunt 5. Calendas Iunij, Pontificatus sui anno tertio.

ANNO 1380. Ecclesia S. Ioannis ab Episcopis Ratisbonensibus fundata, ad ampliandam Ecclesiam Cathedralem est destructa, & alio loco, vbi tunc erat taberna, quæ dicebatur auff den Brettern/ venuste ædificata. Fuerat enim primo loco Templum S. Ioannis fundatum in area Cathedralis Ecclesiæ, in eo loco, qui hodie ostenditur medius inter duas aras deinceps extructas; vna est S. Florini, quam fundauit Albertus Stauffer, antequàm fieret Episcopus, altera verò è regione S. Thomæ, quam fundauit Bartholomæus Rabitzer, Canonicus Ratisbonensis, sub Episcopo Alberto Stauffer.

CARMELITÆ etiam ex æde D. Osualdi, quòd eundem Conradum ad viua Dei templa construenda in concionibus liberè adhortarentur pulsi, Straubingam migrârunt, ibique Templum condiderunt, vbi adhuc hodie habitant. Præfuit annis 13. Obiit Anno 1381. Epitaphium eius est: Anno 1381. obiit Conradus de Haimberg, Episcopus Ecclesiæ Ratisbonensis, in Vigilia Petri Apostoli ad vincula, cuius anima requiescat in pace.

38. THEODORICVS Baro ab Abensperg, Vlrici senioris, & Elisabethæ de Gundelfinga, fundatorum Xenodochij in Elling filius, Bambergensis Ecclesiæ Præpositus, Ratisboneñ. Canonicus, vnanimi omnium consensu eligitur Episcopus, Anno 1381. Venceslao Romanis imperante. Hic Theodoricus fuit homo magnificus, habuit copiosam aulam, sine detrimento tamen Ecclesiæ, cui magno emolumento fuisset, nisi fatis præreptus diem immaturè obiisset. Præfuit enim tantùm biennio, Primo anno suæ gubernationis, petiit à suis subditis & Clero subsidium, vt vocant charitatiuum, qua pecunia arcem Thunaustauff, annis duobus & quadraginta abalienatam, à Ducibus Boiariæ redemit, similiter & castrum in Auting, & villam in Sultzpach, ac castrum in Eglofshaim. Cùm autem vsque in tertium annum præfuisset, & sub Calendis Nouembris ægrotare inciperet, sumpto venerabili Sacramento Eucharistiæ, potiores è Canonicis ad sese accersiri iussit: Qui cùm non venirent, Nonis Nouembris ipse obiit: & sic Canonicis omnibus absentibus, Episcopatus bona per alios direpta & abalienata sunt. Consanguinei enim ipsius omnia vasa argentea & aurea vtensilia sustulerant, & castrum Stauff per eosdem Consanguineos ab Episcopatu fuit abalienatum, & ciuibus Ratisboneñ. oppignoratum. Sepultus est post altare Chori Ratisboneñ. sub hoc Epitaphio: Anno Domini 1383. obiit venerabilis dominus Theodoricus, Episcopus Ecclesiæ Ratisboneñ. in Vigilia Leonhardi, de Abensperg natus, sit tibi Christe datus, &c.

39. IOANNES, huius nominis primus,* Præpositus Frisingeñ. post obitum Theodorici, cùm Canonici electionem negligerent, eosque mutuum odium retardaret, sumpta occasione hanc simultatem ad Romanum Pontificem detulit, &, vt sibi Episcopatum concederet, obnixè rogauit, quem & impetrauit: Interim Canonici Ratisbonenses quendam Magistrum Paulum, Decretorum Doctorem, Canonicum Patauieñ. & Ratisbon. elegerunt, qui, cùm confirmationem peteret, nimis serò venit, repulsamq; passus Patauiam concessit, & præ mœrore animi ibidem moritur. Prædictus igitur Ioannes ab Vrbano VI. Pontifice Romano Ecclesiæ Ratisbonensi, contra voluntatem Canonicorum præficitur Episcopus. Fuit iste Ioannes damnosus Episcopatui, numerosam aulam habuit, & splendidè vixit; interim res Ecclesiæ negligens. Sunt, qui asserant, eũ fuisse Stephani iunioris, Ducis Boiariæ Ingolstadij commorantis filium illegitimè natũ, & Consanguineorũ potentia fretum occupâsse Episcopatum, Anno 1384.

* cognomine Moßpurger s. n. s. B. d. insignib. Comitum à Moßburg vsus est, quippe tribus rosis.

LVDOVICO, cognomento Barbato, Stephani Ducis Boiariæ filio, fratri suo castrum Hohenburck in Norico; similiter etiam, cùm sumptus aulicæ prodigalitatis deficerent, castrum Heusseck, & oppidum Pechlaren Reinperto de Walsee oppignorauit.

CA-

CASTRVM Vtter seu Biter, reluctantibus Canonicis, pro 8000. florenis vendidit, vt testantur literæ Capituli de Anno 1385.

IDEM Ioannes vnà cum Capitulo suo vendidit Ducibus Bauariæ, Stephano, Friderico & Ioanni fratribus, castrum Teyspach, vnà cum vicis Frontenhausen & Pylsting, Anno 1386.

BIENNIO posteà vendidit castrum ac vicum Neüenpeürn iuxta Oenum Harprechto de Harskirchen, &c. Quod etiam suprà in Conrado tertio annotatum est. Cumq; etiam redditus illos ad mensam Episcopalem pertinentes oppignoràsset, nec iam haberet ampliùs quod consumeret, consilio Vicarij sui Petri de Rymago, Canonici S. Ioannis, viri docti vafriq;, exactionem Clericorum excogitauit, qua ingentem vim pecuniæ corrasit; posteà ab Abbate S. Emmerani Vlrico, propter exemptionem redemptàm 852. florenos extorsit, adeoq; se præbuit Abbati illi difficilem, vt eum cogeret è Turonis petere monetam, in Bulla exemptionis contentam.

HAS pecunias cùm etiam consumpsisset, causam quæsiuit contra Petrum suum Vicarium hominem prædiuitem, eumq. captiuatum ab officio Vicariatus deposuit, omnibusq; bonis & possessionibus spoliauit.

CÆTERVM, cùm dilatanda foret Ecclesia Cathedralis, vt suprà dictum est, ipse iaciundo fundamento primum lapidem posuit, in fundamento Turris veteris; in quo latere ipsius insignia trium Rosarum hodie etiam cernuntur, in turricula S. Ioannis versus septentrionem, & quia Mospurger dictus est, insignibus illorum quondam Comitum & illius vrbis Mospurgensis vsus est.

DEINDE, Anno 1404, Synodum ordinariam celebrauit, in qua festum S. Elisabethæ viduæ celebrandum decreuit.

ISTVM Ioannẽ Ecclesia Ratisbonensis annis viginti sex tolerare coacta est.

DEDIT hic Episcopus Capitulo, ad augendos eorum redditus, duas Parochiales Ecclesias, seu illarum collationes; nempe in Mallerstorf & in Leubolfing: vicissim Canonici gratitudinis ergò, anniuersarium illius, & festum S. Elisabethæ ex eius institutione quotannis celebrant, & hinc abusus perniciosus incorporationum, pensionum & absentiarum, vt vocant, cùm Ecclesiæ curatæ non per suos veros Pastores, sed per Vicarios ac mercenarios malè reguntur: Interim lana & lac ouiũ ab aliis malè consumuntur. Hic Epus obiit An. 1409. sepultus in Ecclesia Cathedrali, ante S. Andreæ Apostoli altare sub hoc Epitaphio: An. Dñi 1409. Reuerendus in Christo pater & dominus, dñs Ioannes, Episcopus Ratisbonen. obiit in die S. Marci Euangelistæ, cuius anima requiescat in pace.

ALBERTVS, tertius huius nominis, à Stauff, vocatus à Stauffenberg (alterius familiæ quàm illi de Erenfels, quod & differentia insignium probat) Canonicus & Scholasticus Ratisbonensis, eligitur omnium & singulorum vnanimibus suffragiis in Episcopum, Anno 1409. Ruperto Bauaro imperante; quæ electio ab Alexandro V. in Concilio Pisano ritè confirmata. Fuit hic Albertus primis suæ gubernationis annis multis molestiis exagitatus, cùm propter diuturnũ schisma Romanæ Ecclesiæ, inter eius Pontifices, nã ipse partiũ Alexandri erat, Auent. lib. 7. fol. 808. tùm propter inobedientiã Cleri suæ Diœcesis, qui ad hæresin Hussiticam paulatim declinabat. Cùm verò rebus cõpositis pacem adeptus esset, Ecclesiæ Ratisbonensi vtiliter præfuit, alienataq; bona eidem diligẽter & sedulò recuperauit. Castrum enim Heusseck, ab Antecessore suo oppignoratum, & oppidum Pechlaren multis annis integrè redemit, & Episcopatui adiecit. Castrum item Hohenburg, ab eodẽ præcessore suo Ludouico Bauariæ Duci oppignoratum octo millibus aureorum, cum maxima difficultate Ecclesiæ restituit. Deinde 4. libras denariorum annui census, ad mensam Episcopalẽ pertinentes à Marquardo Stör redemit. Insup multa alia debita ab Ioañe Antecessore 40.

contracta, dissoluit. Sepulchretum item Canonicorum in ambitu primuobduxit testudineo opere, id quod eius insignia in fornice primo collocata testantur. Moribus fuit compositis, non austerus, sed grauis, omnibus transeuntibus & ei caput aperientibus, capitis inclinatione respondit.

Anno decimo suæ sessionis, cùm à Constantiensi Concilio rediret, Synodum ordinariam celebrauit pro reformatione Cleri & religiosorum. In hac Synodo publicatis statutis prouincialibus Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis decretum est, vt per Episcopum Ratisbonensem deinceps singulis feriis sextis, ob memoriam passionis Christi, hora nona pulsaretur campana, qua audita Clerici perorarent Psalmum, Deus meus, Deus meus respice in me, Laici orationem Dominicam quinquies, & salutationem Angelicam itidem quinquies recitarent.

Anno sequenti, Conradum quendam de Hildeshaim Presbyterum, Decretorum Licentiatum, Sacellanum S. Georgij secus pontem lapideum conduxit, vt ius Canonicum publicè in sua aula auditoribus profiteretur. Præfuit annis 12. Obiit Anno 1421. 6. Idus Iulij, sepultus ante Sacellum S. Floriani, quod ante Episcopatum ipse ditauerat, sub hoc Epitaphio: Postquàm annos duodecim bene præfuisset, Anno Domini 1421. 6. Idus Iulij obiit dominus Albertus de Stauffe, Episcopus Ratisbonensis, cuius anima in pace requiescat sempiterna Amen.

41. IOANNES, huius nominis secundus, de Streitpergk, vir per omnia reuerendus, Canonicus, Custos, Iudexque Consistorij Ecclesiæ Ratisbonen. eligitur in Episcopum Ratisbonensem, Anno 1421. Sigismundo imperante, vir benignus, comis & amabilis, coniunxit se reliquis Ducibus, contra Ducem Ludouicum Ingolstadiensem, qui eundem Ducem vehementer impugnabant, vsurpando sibi illius bona, donec Anno 1422. per Sigismundum Regem, & Brandam Legatum Apostolicum, hæc rixa Ratisbonæ per inducias sedaretur. Hic Episcopus Sacerdotem quendam de Dräsen, pertinaciter defendentem nouem Articulos Wicleffi hæretici, omni Sacerdotali dignitate exuit. Anno 1423. dominus Henricus Ratgebo de Gotha, Sacerdos Moguntinensis Diœcesis, propter hæresin Hussitarum, quam defenderat, degradatur per Ioannem Episcopum, & ab eodem Magistratui sæculari traditus comburitur.

Iste Ioannes in magnum malum incidit, propter castrum Stauff, quod iure quidem proprietatis ad Episcopatum pertinebat, nihilominus tamen Ratisbonenses ciues illud oppignoratum obtinerent: Vnde, cùm Ioannes Episcopus illud redimere non posset, Duci Henrico de Landtshuet redemptionem permisit; sed persuasus à ciuibus, consilium retractauit; vnde illum Dux, propter expensas quas fecisset repetendas bello impetere statuit: Sed Ioannes datis Henrico tribus millibus aureorum, ei est reconciliatus. Dux in posterum omni iuri redemptionis renunciaret. Ioannes letaliter decumbens, hoc ius redemptionis literis & instrumentis propter Successores suos corroborauit, atq; ita rebus bene atque laudabiliter gestis, mundo huic valedixit, Calend. Aprilis Anno 1428. cùm præfuisset 7. annis, mensibus 7. & diebus 24. sepultus est in medio Templi Cathedralis, sub tali Epitaphio: Mille quadringenis viginti octo quoque annis, dum tenet verbigena, est hic sepultus Ioannes Streitperger dictus, Præsul huius loci, qui gaudia tenet Cœli. Hic bene rexit & omnibus affabilis fuit.

Iste Ioannes incorporauit Præpositurræ Ratisbonensi, propter tenues redditus, Parochiam Engelbrechtsmunster prope Geysenfeldt, Anno 1426. Anno vltimo huius Episcopi D. Georgius de Fraunberg in Hag fundauit Monasterium

sterium Ramsau, apud Hohenburg cis Oenum, ordinis S. Augustini Heremitarum, idque cum consensu huius Episcopi, ad quem locus ille pertinebat.

Sub hoc Episcopo Anno 1422. Castrum Sarching à ciue Ratisbonense Durrenstetter constructum est, quo defuncto deuenit ad ciues Ratisbonen. à quibus deinde per quendam contractum commendatori S. Ægidij Ratisbonæ ordinis Teutonicorum est addictum.

41. ERHARDVS. Post obitum Ioannis, Domini Capitulares finitis feriis Paschalibus, electionem noui Episcopi instituerunt, habitaque deliberatione inuicem conuenerunt, vt si forsan accideret inter eligendum disparitas votorum, & per hanc designarentur plures Episcopi, tùm se concorditer consensuros in eum, quem numerosior & sanior pars designâsset; atque ita concordibus suffragiis electus est Erhardus Statlpoger, Presbyter, Canonicus Ratisbonensis; electione completa & Clero cum Laicis foris expectantibus noui Episcopi publicationem, Dominus Erhardus declaratus est Pontifex Ratisbonensis, atque ante Altare maximum productus cum cantico illo solenni: Te Deum laudamus, &c. publicè inauguratus est. Incommodè aberant tùm Romæ Præpositus & Decanus in suis vtpote causis: facta autem hac solenni inauguratione Episcopi, vnus è Canonicis electoribus è Choro statim discendens Romam proficiscitur. Quod videns alius Presbyter è familia Domini Decani, & ipse idem iter ingreditur, rumorem spargens, Dominum Decanum esse electum per potiora vota. Quod cùm Decanus in itinere domum versus comperisset, Romam reuertitur, sed obstante sibi Præposito Episcopatum non est adeptus. Electus verò Episcopus nuncium quendam Canonicum misit Romam ad Præpositum, vt suam causam ageret & confirmationem impetraret; sed nuncius fuit repudiatus, aliis duobus de Episcopatu contendentibus, qui Dominum Erhardum apud summum Pontificem detulerant, propter habitum corporis, vt ipsi iactitabant, viciosum, cùm tamen esset Vir & forma & dignitate commendabilis. Martinus quintus Pontifex Romanus, his frustra altercantibus, Cunradum quendam de Susato Theologiæ Doctorem elegit, qui Domino Erhardo persuasit, vt sibi certis conditionibus cederet, qui & ipse posteà Romam profectus, post festum venit.

43. CVNRADVS sextus de Susato, vulgariter Soest in Westphalia, sacræ Theologiæ Magister, qui crucem Martino 5. Romanorum Pontifici præferebat, ab eodem Pontifice, vt gratificaretur Bauariæ Ducibus Episcopus Ratisbonen. factus est, Sigismundo imperante. Iste Cunradus, Anno 1428. feria quarta, sub festum S. Emmerani, Ratisbonam venit, habens in comitatu suo Ioannem Palatinum Com. Ducem Bauariæ vnà cum filio Christophoro, qui posteà factus est Rex Daciæ: & alios plurimos nobiles Clericos & seculares, ab omnibus & ciuibus & Canonicis Ratisbonensibus perquàm honorificè excepus est.

Iste Anno 1435. celebrauit Synodum pro reformatione Cleri.

Castrum Werde multis annis abalienatum ad Episcopatum reduxit. Fuerat enim id Ducibus Bauariæ inferioris, 35. aureorum millibus oppignoratum: In diuisione autem Bauariæ, quæ facta est Anno 1429. Straubingæ, cùm hoc Castrum in manus Ducis Wilhelmi deuenisset, & Henricus Nothafft, quondam Vicedominus Straubingen. illud teneret, Wilhelmus Dux ab eodem Nothafft redemit, & Episcopatui Ratisbonensi liberè restituit, dimissis capitalis summæ decem millibus florenorum, ob Dei opt. Max. honorem. Cunradus igitur Episcopus, vir prudens & non ingratus ob rei memoriam perpetuam Duci Wilhelmo, diem obitus anniuersarium singulis annis in Ecclesia Cathedrali â Canonicis peragendum instituit, sub Calend. Maij. Præfuit annis 9. Obiit in

Vigilia Pentecostes, sepultus in Cathedrali Ecclesia extra Chorum ad latus Septentrionale, inter aras S. Trinitatis & S. Sebastiani. Eius marmor habet hanc inscriptionem: Anno Domini 1437. Calend. Maij. Obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Conradus Episcopus Ratisbonensis, cuius anima requiescat in pace. Hic Conradus legitur fuisse vnus ex illis deputatis fidei iudicibus, in Concilio Basiliensi, vt indicat sessio 5.

SVB hoc Conrado Anno 1430. 7. die Februarij ciues Ratisbonenses, ob metum Hussitarum, pontem lapideum, qui Boiariam Bohemiæ conterminam iungit, fossa, muris, propugnaculo, turribus, diruta ædicula S. Catharinæ & Sacello, vnà cum ædificiis Xenodochij, communiunt, Vrbem de integro firmant, fossam purgant, mœnibus vtrinque substruunt, muros & turres reficiunt, atq; ita Hussitæ bellico apparatu maximo instructi, vniuersis amissis in graue damnum inciderunt, &c.

44. FRIDERICVS secundus de Parsperg, Præpositus Ratisbonensis, Decretorum Licentiatus, defuncto Conrado eligitur Episcopus, feria sexta Pentecostes, & in die commemorationis Pauli, quæ tunc erat in die Dominico, à Ioanne Archiepiscopo Salisburgen. consecratur, autoritate Concilij Basiliensis Anno 1437. Sigismundo adhuc imperante. Ante huius Episcopi electionem Canonici inter se constituerunt articulos quosdam, tam ab Episcopo futuro, quàm à Capitulo perpetuò seruandos. Cùm verò illi articuli iurati mox per Fridericum de Parsperg rescinderentur, Capitulum cum ipso super hac re atq; aliis quibusdam grauaminibus in magnam contentionem venit, cuius determinatio Archiepiscopo Salisburgensi à summo Pontifice Nicolao 5. commissa est Anno 1440. Vnde posteà prædictorum articulorum à prædicto pontifice Anno 1448. confirmationem impetrauit, &c.

HIC Fridericus fontem vtilem & necessarium immensæ altitudinis in Castro Werd fodi iussit.

FVIT Vir animosus, ita vt etiam Imperatori Friderico 3. alijsq; Principibus Ecclesiam suam vexantibus sese opponere non trepidaret: Canonicos etiam suos, celebrata Synodo feria quarta, post festum Ioannis Baptistæ, reformare voluit, sed multiplicatis contentionibus & rixis nihil actum est.

SACERDOTEM quendam in alium Presbyterum atrox homicidium perpetrantem, post ademptam dignitatem Sacerdotalem rotæ supplicio puniendum curauit, Anno 1443.

PRÆFVIT annis 13. Obiit Anno 1450. sepultus in meditullio Cathedralis Ecclesiæ, iuxta statuam S. Petri, sub hoc Epitaphio: Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, vltima Calend. Martij obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Fridericus de Parsperg, Episcopus Ratisbonensis.

CVM ille morbo diuturno conflictatus, & quasi ratione destitutus, Thesaurum, clenodia, priuilegia & res Ecclesiasticas personis extraneis tradidisset, coacti sunt Capitulares Canonici, ante electionem futuram, articulos illos supradictos inter Episcopum & Capitulum constitutos augere, vt in bulla quadam extat.

45. FRIDERICVS tertius de Plankenfels, Decretorum Doctor, Custos Ecclesiæ Ratisbonensis, Bambergensis, Frisingensis & Ratisbonensis Canonicus, vir mansuetissimus, facie pulchra, Heroica & procera statura, constituitur Episcopus Anno 1450. Friderico 3, Romanorum Rege imperante; confirmatus est à Nicolao 5. Romano Pontifice. Hic fuit Romæ cum Friderico Imperatore in coronatione & benedictione Papali Anno 1452. Dominica Lætare. Præfuit

7 annis.

7. annis. Obiit 24. Maij, Anno 1457. sepultus in meditullio Ecclesiæ Cathedralis, sub hoc Epitaphio in lapidem exciso: Anno Domini 1457. die 24. mensis Maij, Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Fridericus de Planckenfels, Decretorum Doctor, obiit Saltzburgæ, hic sepultus, cuius anima requiescat in pace.

In defuncti locum fuit electus per Capitulum Ratisbonensis Ecclesiæ, non tamen ab omnibus, Henricus de Absperg, Canonicus Ratisbonensis & Patauiensis; sed in confirmatione petenda repulsam tulit apud Calixtum 3. Romanum Pontificem, qui Ducem Rupertum cnofirmatum administratorem Ecclesiæ Ratisbonensis constituit: de qua re Æneas Syluius in libello intitulato Germania, cap. 17. cum seq. qui non est in opere magno suorum librorum, sed separatim impressus Argentorati, Anno 1515. in 4. De hoc Episcopo vide Auent. lib. 7. fol. 833. cum sequenti.

46. RVPERTVS de nouo foro, filius Otthonis Mospachij Palatini Com. ex Ioanna, Sorore Ludouici Ducis Landtshutensis, &c. genitus, Otthonis cœlibis frater, nepos Ruperti Romanorum Regis, Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, instituitur in Episcopatum Ratisbonensem à Calixto 3. summo Pontifice, Fridrico 3. imperante. Subitanea correptus infirmitate, consecrationem propter ætatem nondum adeptus in oppido Austriæ, Yps nominato, moritur. Anno 1465. postquàm Cathedram administrationis nomine annis occupâsset 8. Eius exanimatum corpus aduerso Danubio naui impositum, Ratisbonam est deuectum, & in Choro secus sacrarium honorificè tumulatum, sub hoc Epitaphio: Anno Domini 1465. Calendas Nouembris, obiit Reuerendus in Christo Pater, Illustris Princeps & Dominus, Dominus Rupertus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, ac Administrator Ecclesiæ Ratisbonensis, hic sepultus.

Hic Rupertus Castrum Perbing redemptum Episcopatui Ratisbonensi addidit.

47. HENRICVS tertius de Absperg, iterum à Capitulo electus est, post defunctum Rupertum, fuit vir pius, prouidus, benignus, Cleri sedulus amator, Præpositus & Canonicus Ratisbonensis, & Decanus Patauiensis, per Paulum secundum Pontificem confirmatus, accepit gubernationem Episcopatus Anno 1465. Friderico 3. imperante, consecratus est in Episcopum ipso die S. Catharinæ, per Episcopum Frisingensem.

Hic Anno 1466. quendam Leuinum Wirspergensem in Ecclesia Cathedrali, se præsente, Suffraganeoq; suo, & Doctoribus & Licentiatis, populiq; multitudine magna, hæresim abiurantem ad perpetuos carceres damnauit in Hohenburg Castro Norico.

Anno 1473. circa festum Michaëlis Romam profectus est, & expeditis ijs, quæ pro sui Episcopatus vtilitate, aliisq; Boiariæ Principibus, maximè Ludouici gesserat, incolumis domum rediit.

Anno sequenti, 9. Calend. Februarij, missales libros emendatos Typographis excudendos dedit.

Presbyterorum item Concubinatum edicto graui, quantum potuit, coercuit. Obiit de omnibus bene meritus, Anno Domini 1492. sepultus extra Chorum in latere sinistro, prope Aram S. Stephani prothomartyris, vbi duos lapides suæ memoriæ positos habet sub hac inscriptione: Anno Domini 1492. 7. Calend. Augusti obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Henricus de Absperg, Episcopus Ecclesiæ Ratisbonensis, eius anima requiescat in pace, sedit in Episcopatu annis 26. Menses 8. dies 7. Vixit annos 82, Menses 4. dies 7.

Hoc

Hoc Episcopo hortante, susceptum est à Choro Ratisbonensi festum præsentationis Mariæ virginis cum sua historia perpetuis temporibus celebrandū.

Anno 1483. circa festum S. Laurentij, seditio orta est inter Senatū & plebem Ratisbonensem, in qua Senatores (frustra ipsos Episcopo Henrico cum lacrymis etiam dehortante) cùm rumor esset sparsus, ærarium Vrbis planè exhaustum & patricios valde obæratos esse, à fide Cæsaris & Imperij ad Albertum Ducem Monacensem defecerunt, eique Vrbem Ratisbonam resignârunt. Fridericus autem Imperator id indignè ferens, conuocatis in auxilium ciuitatibus Imperialibus, sub festum S. Georgij iussit totam Bauariam igne & ferro populari. Albertus vt imminens periculum à se & suis auerteret, Imperatori Ratisbonam reddidit, postquàm sex annis illam in sua potestate habuisset, quam ipso die Ascensionis Anno 1492. Fridericus Marchio Brandeburgensis, & Comes de Zorn, nomine Imperatoris receperunt, à ciuibus iuramentum denuò acceperunt, nouumque senatum legerunt, exauthoritatis veteribus Senatoribus.

Eo autem tempore, quo Dux Albertus Ratisbona potitus esset, Carthusianos in Monasterium Prüel, extra Mœnia Ratisbonensia situm, introduxit, expulsis Benedictinis: Quos Carthusianos Episcopus Henricus, vt iniustè intrusos confirmare noluit.

48. RVPERTVS secundus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Westerreich, filius Friderici Palatini de Sponheim, post Henricum factus est Episcopus Anno 1492. Friderico tertio adhuc imperante. Fuerat hic coadiutor ab Henrico assumptus, Anno 1487. sollicitatione Georgij & Otthonis, Palatinorum, Ducumque Boiariæ, Castrumque Werd, cum sua familia incoluerat hactenus, donec Henricus Episcopus fatis concederet. Hic Rupertus ex Canonico & Cantore Moguntinense factus est Episcopus, Dominica proxima ante aduentum Domini, quæ fuit dies Catharinæ, per Reuerendum Patrem & Dominum Fridericum de Zollern Comitem, Episcopum Augustensem est consecratus, in Ecclesia Cathedrali Ratisbonensi, præsente Abbate S. Emmerani Erasmo, cum octo Infulatis Abbatibus aliis, & suffraganeis, Ratisbonensi & Aichstetensi, confirmatus est ab Innocentio 8. Romano Pontifice. Sub hoc tempore fuit bellum Leoninum, contra Ducem Albertum, quo finito Cleri persecutio incepit. Albertus enim Dux quosdam Parochos vina de Stauff Castrò Monachium deuehere coegit, idque eorum expensis. Parochi igitur Episcopi Ruperti opem implorant, qui cùm hoc prohibuisset, Dux exacerbatus in res Ecclesiasticas & Sacerdotes suos incitauit; Cumque Sacerdotes rebus suis spoliarentur, Episcopus Rupertus publico edicto omnia sacra apud Kelhaim sustulit, donec res per Maximilianum Imperatorem fuit composita: Interim tamen res Sacerdotum sic abalienatæ, ad centum aureorum millia æstimatæ sunt. Hic quoque Episcopus B. Mariæ virginis geminam solennitatem, per totam suam Diœcesim instituit, visitationis scilicet & conceptionis: Carthusien. Monachos per Albertum in Monasterium Prüel introductos confirmauit, vnà cum exemptione, saluis iuribus Episcopalibus in exemptos, nec non censu 8. florenorum annuorum, ac Anniuersario in recompensationem. Obiit Anno 1507. in Castro suo Werd, & à Clero populoque Ratisbonensi in S. Petri Templo Ratisbonæ sepelitur, præsente Duce Ioanne, illius Successore, postquàm annos 15. præfuisset. Eius tumbæ inscriptum est hoc Epitaphium: Anno Domini 1507. 19. Aprilis, obiit Reuerendissimus in Christo Pater, & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus Rupertus, huius Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux & Comes in Sponhaim, hîc sepultus, cuius anima in pace requiescat.

IOAN-

IOANNES, huius nominis tertius, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, Electoris Philippi filius, ex Canonico Patauiensi fit Episcopus Ratisbonensis Anno 1507. circa festum Luciæ Virginis & Martyris. Fuerat hactenus cum Antecessore suo in Castro Werd in aduocati & coadiutoris locum acceptatus; post cuius obitum & in Episcopum electus, perpetuus administrator Ecclesiæ Ratisbonensis factus est, laude dignus alioqui Princeps, nisi nimiis ædificiis & structuris Episcopatum attenuâsset. Nam Castrum Werd magnis sumptibus restaurauit, Turres, propugnacula, ac cellam vinariam amplissimam, durissimo saxo incisam ac fornicatam, fecit; nouæ illius habitationes in hunc vsque diem nondum absolutæ sunt. 49.

HIC anno primo suæ gubernationis, conuocauit Clerum per totam suam Diœcesim Ratisbonam, feria sexta ante Reminiscere, vt bono auspicio, quæ ad Clericatum pertinerent, primùm deliberaret.

SED eodem anno Patrem suum Electorem Heidelbergæ amisit. Anno deinceps 1512. vsuram omninò prohibuit, ædita super hoc constitutione Synodali, quam paulò pòst à Leone decimo, Pont. Max. confirmatam obtinuit, vt tam Clerici quàm Laici à Iudæis & vsurariis tutiores essent.

PORRO, cùm Anno 1414. Senatus Ratisbonen. Clero exactionem quandam vellet imponere, & metuebatur id eos à Maximiliano impetrâsse, Illustrissimus Princeps Ioannes, in propria persona Maximilianum Regem Romanorum adiit, & conatum ciuium impediuit; & cùm eodem anno á consulibus Ratisbonensib. D. Ioannes Zenger Canonicus Ratisbonen captus & incarceratus esset, Episcopus omnia sacra per totam ciuitatem sustulit, donec prædictus Zenger liberaretur.

SVB hoc Episcopo, Anno 1519. Iudæi, Maximiliano Rege mortuo, Ratisbona pulsi sunt. Hi longissimo tempore &, vt ipsimet aliquando confessi, aliquot annis ante natiuitatem Christi Ratisbonæ fuerant, Principibus Bauariæ præsertim in criminalibus subiecti, quibus protectionis nomine quotannis aliquid pensitabant, vulgò die Judensteur/ vnde Duces Bauariæ Iudæos ibi cameræ suæ seruos vocabant, ihre getrewe Kammerknecht: post mortem Ludouici Imperatoris in fraterna diuisione obuenerant Ducibus Straubingensibus, his deficientibus Ludouico Ingolstadiensi, hoc quoque capto, & absque liberis defuncto Heinrico Landtshuetensi Duci, huius nepote Duce Georgio absque filiis mortuo, Maximilianus Cæsar propter expensas in bello Bauarico factas ratione prętensi interesse, Iudæos in suam tutelam accepit, Anno 1504. Cùm autem ciuibus Ratisbonensibus multas ob causas, præsertim vsuras, valde onerosi ac intolerabiles essent; Ideoque de eorum eiectione sæpe multumque cogitâssent, oblata hac occasione vacantis per mortem Maximiliani Cæsaris Imperij, vnâ omnes expulerunt, in locum Synagogæ destructæ ligneam ædiculam in honorem beatæ Mariæ Virginis speciosam nuncupatam ædificârunt. Paulò pòst, eodem anno ac loco, Templum egregium lapideum, quod nunc Parochiam nouam vocant, auspiciis Ioannis Episcopi ædificare ceperunt. Balthasarem Huebmair, pacimontanum Theologum, primum ibi Sacellanum instituerunt, qui diffamatus fuit homines fascinâsse, vt longis itineribus quibuscunque negotiis occupati ex Vrbibus, villis, ac ipso rure, quasi spiritu aliquo rapti veloci cursu Ratisbonam currerent, ac prædictam ligneam ædiculam, quasi mentis impotes visitarent. Defecit prædictus Huebmarus posteà ad Anabaptistas, eorum Antesignanus factus, quam ob causam & alia sua malefacta Viennæ tandem meritas pœnas luit.

FVIT item sub hoc Episcopo Clerus à ciuibus Ratisbonensibus maximis one-

neribus & difficultatibus pressus; durauerunt autem hæc onera, quæ paria Clerus cum ciuibus ferre coactus est, ab Anno 1525. vsq; ad Annum 1528. Quo circa festum Bartholomæi per Ferdinandi Romanorum Regis Commissarios, N. Dominum de Starnberg Austriacum Baronem, & Doctorem Beatum Widman, factum posteà Cancellarium Oenipontanum hoc modo pristinæ libertati restitutus & conciliatus est, vt vniuersus Clerus ciuibus Ratisbonen. pro defensione ac subleuatione ciuilium onerum, annuatim 200. aureos solueret vsq; ad determinationem Concilij generalis. &c. Hæc pensio posteà sub Dauide Episcopo, per aliam transactionem omnino remissa est, &c. Inter cætera verò grauamina etiam hoc fuit, quod Anno 1525. 27. Maij, Consules omnium Ecclesiarum & Monasteriorum clenodia perlustrarent, eademque scripto consignarent: Quod videns Mauritius Fürst, Prior Prædicatorum, eodem Anno octaua Iulij, direpto Thesauro sui Monasterij, sumptaq; in consortem Priorissa in Pettendorf, ad Lutheranos defecit. Hac re moti Consules, quicquid clenodiorum in illo Monasterio superfuerat, 13. die eiusdem mensis ad sese transtulerunt, & ne posteà aliquid simile fieret, etiam Franciscanorum & Augustinianorũ clenodia in suam custodiam receperunt. Præfuit iste laudabilis Princeps annos 30. Obiit An. 1538. in die S. Blasij, sepultus est ante sacrarium cum aliis suis Antecessoribus sine Epitaphio.

31. PANGRATIVS, huius nominis primus, post obitum Ioannis Administratoris, cùm Canonici Ratisbonenses viderent, Cathedram à Principibus Palatinis aliquandiu occupatam fuisse, vt illam in libertatem suam vendicarent, vnum è corpore suo elegerunt, Pangratium Sinzenhouer, virum nobilem, Decanum & Custodem Ecclesiæ Ratisbonensis. Huius Episcopi electio publicata est 7. Calend. Maij Anno 1538. Idem Dominus Pangratius ante confirmationem institutus est in Administrationem rerum Episcopalium, in die S. Petri ad vincula, quòd Romanus Pontifex, Paulus tertius, bellis inter Carolum 5. & Franciscum Gallorum Regem sopiendis occupatus ægrè potuit adiri: Vnde Paulus iste Pontifex confirmationem petitam in sex menses distulit; interim administrationis iurisdictione electo Episcopo data; confirmatioque tandem obtenta, Anno 1539. atq; ita electus Episcopus consecratus est, Dominica decima tertia post octauas Pentecostes, quæ fuit Augusti dies vltima, idq; per Reuerendum in Christo patrem, Dominum Hieronymum Episcopum Chiemensem, cui assiterunt duo Suffraganei, Frisingensis & Ratisbonensis, cum multis Abbatibus Infulatis, cum multis item legationibus Principum & Ducum Bauariæ. Fuit hic Pangratius staturæ mediocris, altero pede claudus, sed mente consilioq; promptus: sed incidit posteà in insaniam, ex qua liberatus; nunquam tamen sibi rectè constitit, idq; putant factum ex amatorio poculo, ei in iuuentute propinato; aliqui vltionem diuinam fuisse existimauerunt, quòd Episcopatum ambiisse diceretur; alij hoc ex melancholia illi contigisse, quam ex metu electionis suæ, per summum Pontificem cassandæ, quod quibusdam suis accidit prædecessoribus, conceperat. Vtcunq; sit, habuit sua dilucida interualla, ita vt consecrationem reciperet, aliquotiens in Pontificalibus summa festa celebraret, Synodum pro petendo charitatiuo subsidio conuocaret, consultationibus præsideret: Ad extremum verò ita negligens factus est, vt nec Consiliarios, nec Officiales necessarios haberet, ita obliuiosus, vt, quod mane constituerat, vesperi id sibi displicere diceret, nec tamen coadiutorem admittere volebat; tandem & linguæ & pedum vsu destitutus, sedebat tacitus, quocunque loco collocabatur; atque ita mortuus est, 9. Calend. Augusti, in vigilia Iacobi Apostoli, anno decimo sui regiminis; sepultus est ad aram S. Andreæ, sub hoc Epitaphio; Anno 1548. 9. Calend.

lend. Augusti, obiit Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus, Dominus Pangratius à Synzenhouen, Episcopus Ecclesiæ Ratisbonensis, cuius anima in pace requiescat. Sub hoc Episcopo, nempe Anno 1542. Ratisbonenses ciues confessionem Augustanam receperunt, accersito ex Norinberga Lutherano quodam prædicatore, cui Sacellum S. Mariæ speciosæ pro Teutonica Missa ibi celebranda ac concionibus tradiderunt. Cùm autem illud, ob frequentem populi nouitatis & licentiæ auidi concursum, nimis angustum esset, occupauerunt mendicantium fratrum Monasteria, nimirum D. Francisci & D. Augustini, his fratribus cum sacris ac cæremoniis Catholicis intra Chori septa conclusis, &c. Quapropter Principes Bauariæ Wilhelmus & Ludouicus, omnibus suis subditis ingressum Vrbis penitus prohibuerunt: Quod non tantùm ciuibus, verùm etiam Clero, propter penuriam victualium atq; præstationem annuorum redditiuum perquàm graue fuit; Episcopus ipse in Werd arcem suam concessit, donec Anno Domini 1546. in Comitiis, per Carolum quintum ibi habitis, Dux Wilhelmus suis subditis rursum liberum permitteret accessum, quo anno bellum illud, quod Smalkaldicum vocant, cœpit, &c.

GEORGIVS primus, Marschalcus à Pappenhaim, Canonicus Ratisbonensis, Decanus Aichstatensis, electus est Episcopus, Anno 1548. octaua die mensis Augusti. Cæterùm, quòd electus Episcopus domum propriam Ratisbonæ non haberet, receptus est in aulam Episcopalem, sine rerum administratione tamen, tantisper, quousq; electionis confirmatio veniret Roma, id quod accidit post menses quinque, sub natalem Domini; in cuius vigilia Domino Georgio electo Episcopo tradita est possessio tam spiritualium quàm temporalium, estque solenniter consecratus in Epiphania Domini, Anno 1550. à Suffraganeo Hildeshemensi, Balthasaro Fanneman, astantibus item duobus Suffraganeis, Leonhardo Aichstetensi & Ioanne Ratisbonensi, cum sex Abbatibus infulatis. 51.

HIC Episcopus, antequàm confirmaretur, Synodum sub nomine Capituli Ratisbonensis conuocatam, ceu sede vacante celebrari fecit; in qua statuta Synodalia renouata sunt, & reformatio Cleri à statibus Ecclesiasticis nuper Augustæ accepta, publicata cum aliis, quæ ad mores & sanam doctrinam in Ecclesia conseruandam tùm temporis facere videbantur.

CONSECRATIONE autem accepta, Episcopus ad religionem animum adiecit, Lutheranos ac Apostatas Sacerdotes è Ducatu Neuburgensi suæ Diœcesis ad sese vocauit, qui iussu Præfecti Cæsarei, Georgij Zorn de Puelach (nam Cæsar Carolus quintus tunc temporis Neuburgen. Principatum tenebat) ad constitutum diem 14. Ianuarij, venientes Ratisbonam, satis beneuolè auditi sunt & amicè admoniti, vt ad vnitatem Ecclesiæ redirent; inter quos tamen pauci fuerunt sanabiles. Deinde cœtum suorum Abbatum, Prælatorum, Collegiorum & Decanorum ruralium ad 22. Ianuarij rursus euocauit, his de causis: Vt quandoquidem Synodus Metropolitana Salisburgæ celebranda esset, eligerent, quos secum eò mittere vellent: Deinde petiit subsidium charitatiuum: Tertiò, vt in contributionibus Imperij sibi iuxta Augustanæ dietæ permissionē subuenirent. Conclusum est ibi, quòd Prælati suis sumptibus Abbatem Weltenburgensem Fabianum Episcopo adiungerent, quibus suas voces & suffragia cæteri permiserunt. In subsidium charitatiuum persoluendum ab omnibus est consensum: Ad contributionem verò Imperij ab aliquibus tantùm, ac id certis terminis ac dilationibus. Sed Prælati per Boiariam constituti, pro lata inhibitione à Wilhelmo Duce Boiariæ, se id spondere posse negârunt, nisi Episcopus Ratisbonensis apud Ducem Wilhelmum huius rei licentiam impetraret.

ANNO 1549. Senatores Ratisbonenses petierunt à Georgio Episcopo, quoniam

am Cæsareæ Maiestatis ac Statuum imperij permissione ac declaratione, quã interim vocant, vti constituissent, vt illis permitteret, Sacerdotes non ita pridem ab Episcopo propter religionem & officio ac beneficio suspensos reuocare, ac illorum opera vti: Quod cùm Episcopus negaret, ciues Ratisbonen. nihilo secius in die Purificationis Deiparæ virginis, Teutonicam Missam & Adiaphorismum receperunt.

ANNO 1550. Episcopus Georgius disceptauit cum senatu Ratisbonensi, coram Imperatore Carolo 5. Augustæ Comitia celebrante, propter grauamina & iniurias sibi in rebus tùm sacris tum prophanis à ciuibus illatas: Quæ lis anno sequenti pro parte discussa est, ita vt in posterum Ratisbonenses ciues abstinerent à Templis Episcopi, nec priuata cœmiteria instituerent, & Monasteria hactenus vsurpata Episcopo redderent; In prophanis verò rebus sententiam Cæsaream deinceps expectarent.

ANNO Domini 1552. in eo bello, quod Elector Saxoniæ vnà cum Marchione Brandenburgensi contra Carolum 5. Imperatorem gessère, Heinricus Princeps de Pavven, nomine Ferdinandi Romanorum Regis Ratisbonam venit, præsidio militari muniendam: Cùm autem ciues milites recipere nollent, nisi Episcopus permitteret eos etiam in Clericorum ædes locari, & Augustanam cõfessionem reducere; Episcopus ne videretur hostibus Vrbem prodere velle, ad vtrumq; connixit. Inducti sunt ergò milites, sub Philippo Comite ab Eberstein, copiarum Duce in Vrbem ac in ædes Clericorum, ab his sub nomine mutui sustentati, à quibus nihilominus grauissima quæq; sunt passi, atq; Lutheranismus ibidem publicè resumptus; vtrumq; Maio mense factum.

EODEM tempore, propter maiorem Vrbis defensionem, atque ne hostibus vlla relinqueretur oppugnandi occasio, excisa sunt quædam Templa, nempe S. Petri Scotorum extra Vrbem, S. Albani & S. Ottonis intra, ad portam Westenbettpronnam, &c. & hoc tanta temeritate, vt Episcopus, quamuis amicus Vrbe excedere cogeretur. Sub hoc prætextu optabant quidam etiam suburbium vltra pontem penitus tolli ac dirui, nisi Albertus Dux Bauariæ, ad quem pertinebat, hoc seuerè prohibuisset.

ANNO 1555. Georgius Episcopus, ex commissione Sanctissimi Domini Papæ, electum Salisburgensem Archiepiscopum Michaëlem consecrauit, in die Epiphaniæ.

ANNO 1559. suam Diœcesim, quantulamcunq; adhuc per Boiariam habebat obsequentem, visitari fecit, quòd eam visitationem priori anno Metropolitanus & Patauiensis iam perfecerant: Sed & reformationem Cleri in Comitiis Augustanis eodem anno repetitam publicauit.

ANNO 1560. cùm Georgius Episcopus iam senex crassi & obesi corporis domi sese ob imbecillitatem contineret, nec in Templum, nec ad publicam mensam prodiret, atq; ita securus res Ecclesiæ segniùs curaret, Abbas S. Iacobi Ecclesiam Scotorum Parochialem S. Nicolai ciuibus vendidit, quam senatus Ratisbonensi solo æquauit.

GVARDIANVS Franciscanus ædificia sui Monasterij plæraq; demolitus est, magnis lapidum plaustris diuenditis. Idem fecit & Prior S. Augustini, qui profugus decimas & vineas à suo Monasterio abalienauit.

ANNO 1561. Georgio Episcopo ægrotante, ciues Ratisbonenses quoslibet Lutheranos, tam ex Archiepiscopatu Salzburgen. quàm Boiaria ac alibi pulsos in suam ciuitatem, tanquam ad commune Asylum confugientes, receperunt: qua de causa ciuitas hæc in structuris ædificiorum ac numero ciuium non parum cepit crescere ac locupletari.

ANNO 1562. Episcopus Cleri reformationem tam acriter executus est, vt quas-

quasdam personas dignitate ac honore spoliaret, vel etiam Vrbe exigeret.

ANNO 1563. in Dominica Lætare, cùm ventus validus, tempore prædicationis pomeridianæ, Lutheranorum Templum S. Osualdi disiecisset, eosq; iterum illuc Dominica Quasimodo geniti ad concionem concurrentes, saxis delapsis, effugâsset; ipsi die 10. Maij Monasterium S. Blasij Ordinis Prædicatorij occupantes, conclusis intra septa Chori Monachis, ipsam ædem maiorem pro suis concionatoribus vsurpârunt, nolentibus, volentibus quibuscunque.

MOVIT hic Episcopus Ratisbonensibus ciuibus litem, super reluitionė quorundam iurium suæ Ecclesiæ in ea Vrbe, cui cùm se longissimæ ac vltra memorialis præscriptionis prætextu opponerent, Episcopus via iuris ac secundùm decreta Imperij ipsos, coram suo priuilegiato iudice, nempe senatu Augustensi propositâ actione conuenit; In qua causa vsq; ad Annum 1571. processum, quo Anno sub Dauide Episcopo transactio facta, de qua infrà latiùs dicetur.

EPISCOPVS ipse cùm diuturno morbo conflictatus esset, tandem decimo die Decemb. defunctus est, sepultusq; in æde Dominica, prope aram S. Andreæ, sub hoc Epitaphio: Reuerendissimus in Christo Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus Georgius, de nobilissima familia Marschalcorum in Pappenheim, obiit Anno 1563. die decima Decembris. Viuat Deo.

VITVS primus à Fraunberg, olim Præpositus Frisingensis & Patauiensis, Canonicus Salisburgensis, Ratisbonensis & Augustanus, fit Episcopus, Anno 1563. 4. Calend. Ianuarij. Hic cùm suos oratores Laicos, mense Ianuarij 1564. Anni, Romam cum electionis instrumento misisset, confirmationem ægrè obtinuit; siquidem Tridentinum Concilium nuper noua quædam decreta de electione Episcoporum fecerat: Cùm igitur Romanus Pontifex Pius quartus Salisburgensi Archiepiscopo negotium dedisset, vt nouo examine instituto à Vito electo Episcopo fidei rationem reposceret, electus Ratisbonensis 13. Maij, Salisburgum profectus, ibi tantisper degit, donec veniente Roma confirmatione, à Ioanne Iacobo Archiepiscopo Salisburgensi Episcopus Ratisbonensis consecraretur 3. Nonas Nouembris, Anno 1564. aliquot Episcopis prouincialibus tunc præsentibus. 52.

INTERFVIT Synodo, quam conuocauit idem Metropolitanus Salisburgensis, Anno, 1565. mense Ianuario; vnde modum administrandi calicis Laico populo ex permissione summi Pontificis, in cuius arbitrium sacrum Tridentinum Concilium hoc posuerat, secum Ratisbonam attulit, moxque suis conuocatis Parochis, eo modo Sacramentum Eucharistiæ petentibus dispensandum per suam Diœcesim permisit; nempe, præuia confessione, ac sub Missa à Catholico Sacerdote iuxta ritum Rom. Ecclesiæ celebrata, & cum certa fide communionem quoq; illam vsitatam sub vnica specie, sanctam esse, & diuino mandato haud repugnantem, &c. Quod in aliquibus locis ita ceptum quidem; posteà autem grauibus de causis rursum per totam Bauariam ordinaria potestate abrogatum, ac vetus Catholicæ Ecclesiæ consuetudo vnius speciei rursum sibi asserta ac confirmata; ita vt, pro conseruanda concordia & vitandis pluribus inconuenientibus, in toto Ducatu Bauariæ, vnus atq; æqualis esset Sacramenti huius sicut & aliorum vsus, &c.

INTERFVIT idem Comitiis imperialibus Augustæ, An. 1566. 22. die Martij, ex quibus domū reuersus, æstatem in raro, difficili ac sumptuoso, vtili tamen ac necessario opere, viui scilicet in præaltam, præruptamq; Arcem Werd deducti fontis consumpsit, & dū sub hyemen febri, vt putabatur, paulatim decumberet, Obiit 21. Ianuarij, Anno 1567. sepultus est ad latus Antecessoris sui, Georgij Episcopi.

53\. DAVID Köldrer, Decanus, Canonicus & Custos Ecclesiæ Ratisbonensis, eligitur Episcopus, ad 8. Idus Februarij. Hic ad Dominicam Exaudi, quæ fuit 11. Maij, Anno 1567. Salisburgum iuit, examen Episcoporum electorum, in Concilio Tridentino præscriptum, vnà cum confessione fidei apud Metropolitanum subiturus; ibi consultum videbatur, vt etiam Cæsareæ Maiestatis patrocinium conquireret, eò quòd Pius 5. cunctantior diceretur in electione Pastorũ confirmanda. Id quod & factum est, vt electus post biennium 8. Idus Martij confirmaretur, & confirmationis literæ 13. Maij Roma Ratisbonam venirent.

SVPRà DICTVM est, hunc Episcopum Dauidem transegisse cum senatu Ratisbonensi super iuribus quibusdam Ecclesiæ suæ, in ea Vrbe, ac lite desuper mota; quod vt clariùs fiat, operæ precium putaui, venerandæ antiquitatis ergò, hoc altius repetere. Habuerant namque Episcopi ab antiquissimis temporibus iurisdictionem, ac alia quædam iura ibi, quæ ab Imperio in feudum tenebant, nempe das Brobstgericht / aliàs Vogt oder Thumbgericht vocatum, tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis. Præpositus siue Iudex, cum suis assessoribus ex ciuibus assumebatur, stipendia à ciuibus mechanicis, Iudæis ac aliis habebant, pro tribunali sub Cœlo sedebant, patibulum proprium ac ianuam in ponte lapideo habebant; vnde condemnati in Danubium mergendi mittebantur. Huic autem iudicio non omnes, sed certæ solùm personæ subiectæ erant, scilicet subditi Ratisbonensis, Salisburgensis, Aichstetensis, Frisingensis, Bambergensis, Ecclesiarum; pariter subditi ac coloni omnium Monasteriorum Ratisbonensium atque aliorum vicinorum, Ror, Päring S. Magni, Priuaning, Pruel, &c. Item omnes Parochiani S. Haymerani, Item omnes subditi Nobilium, Hofer ac Avver, Item omnes habitantes in superiori ac inferiori Werd, in Kumpfmül & Prepronn, Item censuales S. Petri Augustæ, auff dem Perlach / &c. cum quibusdam aliis Ratisbonæ contrahentibus, aut delinquentibus.

HABVERVNT etiam Duces Bauariæ ibidem quædam iura ac iurisdictionem. Nam Ratisbona veterum Regum ac Ducum Bauariæ Regia ac Ducalis fuit sedes, quæ propter frequentes mutationes huius Principatus, tandem per Fridericum primum, ab imperio Ducum exempta ac Romanorum imperio, vt & cæteræ imperiales Vrbes, subdita facta est; reseruatis tamen aliquibus iuribus, iudiciis & superioritatibus, nempe sculteti, pacis, ac cameræ, vnà cum moneta ac teloneo, vulgariter das Schultheiß Ampt / Friedgericht / vnd Kammerampt / die Müntz / Zoll / vnd Meut. Hinc inter Episcopos ac Duces Bauariæ multæ dissensiones tum ortæ, vt testantur diplomata concordiæ, inter Conradum Episcopum & Ludouicum Ducem Bauariæ confirmata per Philippum Romanorum Regem, de Anno Domini 1205. & 1213. quorum copia antiquitatis gratia in fine annexa sunt litera L. M. N. vbi sunt ista verba Philippi Regis: Cùm Ratisbonensis Episcopus cum Ducatu Bauariæ ab imperio monetam, telonea, & quædam iudicia habeat communia, super quibus dissensiones & bellorum asperitates frequenter exurgere consueuissent, &c. Posteà Ludouicus Dux Bauariæ, superioris Ludouici Nepos, Pater Ludouici Imperatoris, Heinrico Episcopo Ratisbonensi prædicta tria officia cum suis pertinentijs pro debito, quo illi propter emptionem Comitatus Roteneck adhuc tenebatur, scilicet 150. libris denariorum Ratisbonensium, cum pacto reluitionis oppignorauit, atque per hoc vnita sunt iudicia illa, Anno 1279. extat copia in fine litera Q. Paucis post annis Ioannes Episcopus eadem officia, quæ ipsi à Ducibus Bauariæ oppignorata erant, vnà cum Teloneo minore, ac libra, qua grauiores merces ponderantur, ac omnibus eorundem pertinentiis, Item die Galgenhüb / in dem Burckfeldt gelegen / ciuitati Ratisbonensi pro 2300. Vngaricis ac Bohemicis aureis,

reis, cum pacto deretrouendendo post 20. annos, distraxit, Anno 1388. nulla facta mentione Ducum Bauariæ. Ratisbonenses antea quoq; nempe 1374. à Nobilibus Avveris de Prenberg Teloneum maius ac minus in vrbe cum consensu Episcopi emerant, quod Fridericus Episcopus duobus fratribus, Friderico & Iohanni Avveris de Prennberg, ad dies vitæ ipsorum oppignorauerat.

Ita hæc iura Ducum Bauariæ primum in manus Episcopi; ab illo verò in potestatem Senatus venêre, postremò Albertus Dux Bauariæ Anno 1496. per quandam transactionem, & quòd illi ius suum in Castro ac Dominio Stauff Danubiano, quod pariter ab Episcopo oppignoratum habebant, cederent, sæpedicta officia, merum ac mixtum imperium cum suis pertinentiis ac prouentibus, ciuibus pro certa pecuniarum summa liberè tradidit, ac omni iuri suo renunciauit; excepto Banno sanguinis, quem etiam in hodiernum diem quilibet Ratisbonæ Scultetus à Ducibus Bauariæ in feudum accipit, sine quo in malefactores pœna capitali animaduertere non potest. Retinuerunt quoque Duces Teloneum seu Mutam.

Cvm itaq; Ratisbonenses iudicia sæpedicta tanto tempore tenerent, ac plerasq; causas ad suum tribunal pertraherent, multæ ac variæ lites inter Episcopos ac Vrbem exortæ. Hinc factum, vt Episcopi iudicium, de quo suprà, aliquando suspenderetur, præsertim per Albertum Ducem eo tempore, quo Ratisbonam occupauerat, Anno 1495. verùum posteà mandato Cæsareæ Maiestatis, vnà cum vrbe restitutum vsq; ad Annũ 1550. Quo Episcopus Georgius quendam ex ciuibus Iudicem constituit, quem ipsi propterea, quòd ei ante hoc ciuitas interdicta fuerat, recipere recusârunt, hinc iudiciũ rursum suspensum. Episcopus tam ob hanc causam, quàm etiam propter reluitionem aliorum iudiciorum ac iurium ipsis oppignoratorum, Item propter alia quædam grauamina, Ratisbonenses coram senatu Augustano, illorum priuilegiato iudice iudicialiter conuenit; in qua causa paulatim vsq; ad Annum Domini 1571. processum, ciuib. longissimi temporis perscriptionẽ, nec non Titulum emptionis Alberti Ducis: ac alia prætendẽtibus, lis valde dubia ac perplexa facta, cũ quæ cuiusq; officij ac iudicij pertinentia essent, non facilè amplius discerni posset. Constituerunt igitur Augustenses litem hanc inter partes amicabiliter componere, ac die dicta partibus comparentibus Augustæ transactio facta est, Episcopus renunciauit sæpedictis iudiciis ac iuribus; è contra renouata ac confirmata sunt cætera priuilegia ac immunitates veteres tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm totius Cleri ibi, remissaq; illa pensio 200. florenorum, quam Clerus ab Anno 1528. per transactionem, vt suprà annotatum est, quotannis ciuibus persoluebat, vnà cum quibusdam aliis Capitulis illius transactionis, qua Episcopus consensu sui Capituli, consilio quoq; Metropolitani ac Alberti Ducis Bauariæ, quorũ Legati huic tractatui Augustæ interfuerant, ratam ac gratam habuit. Hoc modo iudicia ac officia illa in Ratisbonenses sunt translata ac inter partes concordia facta.

Episcopvs hic David maximos sumptus fecit in renouanda Curia, seu domo Episcopali, in ciuitate Ratisbonensi, ac hoc vt putatur, præcipuè in gratiam Maximiliani Cæsaris, qui tàm in Conuentu electorum Principum, cùm Rudolphum filium suum Anno 1575. Rom. Regem faceret, quàm anno sequenti in Comitiis Imperij, cedente Episcopo, ibi diuertit: In eademq; sub finẽ Comitiorum, eo ipso die ac hora, sub qua Rudolpho Rom. Rege præsente, corã Statibus Imperij recessus perlectus est, diem supr. obiit. Sunt non pauci, qui putârunt has tam magnas impensas pro vtilitate Ecclesiæ, in refectionem Castri Hohenburgensis in Norico, præ vetustate penè collapsi, aut structuræ Arcis Werdensis non planè absolutæ, aut in solutionem debitorum, aut redemptio-

nem oppignoratorum bonorum meliùs potuisse collocari. Obiit autem Dauid Episcopus Ratisbonæ, die Augusti Anno Domini 1579. sepultus ibidem in summo Templo.

Post mortem eius, Canonici dubij quid sub tam graui onere debitorum, tanta rerum præsertim religionis perturbatione, Cleri ac bonorum Ecclesiæ vicina oppressione facerent, aut quò se verterent; visum est quibusdam, ac potioribus consultum, pro religione Catholica conseruanda, ac pro re Episcopatus fore, talem ac de tali familia Pontificem eligere, cuius prudentia ac potentia hisce ac maioribus imminentibus malis obuiari ac mederi posset. Itaque ex familia Ducum Bauariæ Philippum secundò genitum Wilhelmi, nepotem Alberti Ducis Catholicorum, prudentissimorum, ac potentissimorum Principum postulârunt. Quæ postulatio ab Auo ac Patre primùm ægrè suscepta, posteà tum pro vtilitate peruetèris desolati Episcopatus, præsertim pro conseruanda ac augenda Catholica religione, pro reformandis Cleri corruptis moribus, ac diluendo graui ære alieno, dum Ecclesia illa aliquot annis, donec postulatus adolesceret, à maioribus impensis vacaret, ac respirare posset, eam pio zelo acceptârunt: quam etiam iisdem de causis Gregorius 13. Summus Pontifex benignè confirmauit, destinato administratore ibi Reuerendissimo Domino Fœliciano, Episcopo Scalensi, suæ sanctitatis Nuncio, viro docto, pio ac rerum Germanicarum experto, vt puta qui per 20. plus minus annos in Germania Salisburgæ versatus est, adiuncto illi per Wilhelmum Ducem Nobili ac optimo Viro, Wilhelmo Schlüderer, in secularibus negociis & consiliis locum tenente. Omnipotens Deus faciat, vt is effectus sequatur, quem omnes boni, ac pij optant, ac tam Ratisbonæ quàm Catholicæ Ecclesiæ ac religionis summa necessitas postulare videtur. Amen.

CARO-

CAROLVS, gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, & Patritius Romanorum. Quidquid ob amorem Dei locis Sanctorum venerabilium, beneuola deliberatione dedimus vel condonamus, hoc nobis ad æternæ remunerationis præmia capessenda profuturum liquidò credimus. Quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis & animæ nostræ fore creditur, vt hi, qui in laude Dei sunt, sine querela persistant, & exinde sæpius & deuotiùs in nostra maneant memoria. Igitur notum sit omnibus Successoribus nostris, & fidelibus sanctę Dei Ecclesiæ, præsentibus & futuris, qualiter nos, propter nomen Domini & æternam remunerationem, seu pro oportunitate dilectissimi filij nostri Ludouici Regis, absque omnium hominum contradictione confirmamus, Ecclesiam Dei liberam esse, & in potestate Imperatorum siue Regum, vsque in æuum permanere, quæ est constructa in honore Domini nostri Iesu Christi, & Matris eius Mariæ, & Principis Apostolorum Petri, & sancti Georgij Martyris, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, atque Pontificis Aquitaniæ, iuxta muros ciuitatis nostræ Regensburgk, vbi venerabile corpus eius, miraculis declarantibus, requiescere comprobatur, & Rectorem eiusdem Cœnobij, eiusque Successores, vnoquoque anno 7. aureos Romam ad altare sancti Petri persoluere. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium vniuersitas, omnia, quæ à patre meo, Pipino Rege, & ab Antecessoribus meis, vbicunque locorum hactenus tradita sunt & collata, per hanc nostram autoritatem perennibus temporibus, ea videlicet ratione confirmamus, vt neque Dux, neque Episcopus eiusdem loci, aliquam potestatem habeant, prænominata bona præfatæ Ecclesiæ auferre, vel abalienare: Sed Rector eiusdem loci, suique Successores habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad vtilitatem tantummodò Monachorum, sub sancto ordine consistentium. Et, vt hæc autoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus, Domino auxiliante, meliùs conseruetur, manu propria subter confirmauimns. & de annulo nostro sigillari iussimus. A.

NVNC verò & Summi Pontificis, Leonis tertij, concessionem subscribamus:

IN NOMINE Domini nostri IESV CHRISTI, Leo Papa, agnitum esse volumus cunctis Christianæ Religionis fidelibus, tam præsentibus, quàm & futuris, qualiter Christianissimus Imperator & Augustus, nomine Carolus, Deo aspirante, Christum hæreditatis suæ desiderans fieri possessorem, quoddam Monasterium, iuxta muros Tiburniæ ciuitatis, quæ à Tiberio Cæsare Augusto ædificata est, quæ modo vulgò appellata est Reginaspurch, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ, Matris Domini nostri IESV CHRISTI, & Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij Martyris, vbi præclarissimus Martyr, & Episcopus Pictauiæ, corpore requiescit Emmeranus, in nostram immunitatem, Successorumque nostrorum gratia defensionis transfudit. Et nos continuò pro Christi amore, gratuita mente petitioni eius piè annuentes, decreuimus ita fieri, & iussimus hanc chartam autoritatis nostræ inde conscribi. Et Episcopus eiusdem ciuitatis tertius, nomine Adalvvinus, iuxta Decreta Canonum, & cum nostra autoritate, in præsentia piissimi Imperatoris Caroli, recta ratione, in Synodali Concilio cum iudicio Episcoporum, Clericorum, nec non Nobilium Laicorum, de eodem loco Cathedram Pontificalem mutauit, & Canonica autoritate, in ciuitatem, in Ecclesiam S. Stephani Prothomartyris statuit, & suæ Successorumque suorum proprietati ac potestati, deinceps in futurum abalienauit. Econtra autem dictus Christianissimus Imperator dedit ad illum locum, vbi modò sedes Episcopalis est, à parte meridiana ipsius Monasterij perticos B.

ticos decempedes XLI. CC. & in alia parte C. in longitudine CCVII. Et Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Pauli, iuxta muros prædictæ ciuitatis, & Wunnitingen, & Egilolfesheim, & Ecclesiam Nababurck, quæ vocatur Bersana, & confirmauit Monasterium pretiosi Dei Martyris Emmerani, in potestate Imperatorum siue Regum, vsque in æuum permanere. Et ita confirmauit, vt Abbas & Rector eiusdem Cœnobij, vnoquoque anno 7. aureos, Romam ad altare sancti Petri persolueret. Hæc mutatio & confirmatio fuit Anno ab incarnatione Domini DCC. XCVIII. auctoritatis nostræ; ita vt siquis Imperator, aut Rex eandem Ecclesiam tam sanctam alicui præstet, anathema sit. Congregatio autem Monasterij liberam habeat potestatem, & electionem Abbatis, iuxta decretum sancti Benedicti, sine omnium contradictione substituendi, & præfatum Monasterium cum Monachis, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis, in nostram Successorumq; nostrorum immunitatem recepimus fœliciter. Amen.

I. Weintingen

C. IN NOMINE Domini nostri IESV CHRISTI, Dei omnipotentis, Ludouicus, diuina fauente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui diuina sumus gratia quodammodo cæteris mortalibus sublimati, eius in omnibus parere præceptis, cuius clementia existimus prælati, atque cuius præcellimus munere, loca vtique ipsius sibi dicata ante omnia nostris rebus sublimare, atque dilatare. Quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis & animæ nostræ fore creditur. Idcirco oportet nos ob amorem Domini nostri IESV CHRISTI, & matris eius Mariæ, inuidiam destruere malignorum spirituum & hominum, quam nolumus manere, quæ est in Ratisbona ciuitate, inter Ecclesiam sancti Stephani Prothomartyris, vbi modò sedes est Episcopalis, & inter Ecclesiam sancti Emmerani pretiosi Martyris, iuxta muros eiusdem ciuitatis, vbi Cathedra erat Pontificis, vsque dum pater meus Carolus Magnus, Anno ab incarnatione Domini DCC. XCVIII. cum autoritate Leonis Papæ destruxit, & cum consensu Adalvvini Episcopi eiusdem ciuitatis, in ciuitatem statuit, & confirmauit Ecclesiam pretiosi Martyris Emmerani recta ratione, ad potestatem Imperatorum siue Regum pertinere, & Rectorem eiusdem Cœnobij, vnoquoq; anno Romam persoluere 7. aureos, ad altare sancti Petri. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum solertia, quòd nos confirmamus eandem Ecclesiam, cum autoritate Eugenij Papæ, absque omnium hominum contradictione, omni tempore permanere in regimine Imperatorum siue Regum. Et eundem censum ad Romam dare, ea videlicet ratione confirmamus, vt neq; Dux, neq; Episcopus, vllam potestatem habeant intus aut foris: Sed totum, quod ad eandem Ecclesiam pertinet, in ius & donationem sancti Emmerani Martyris, prouisorumq; eius, tradimus atque transfundimus. Et per hoc nostræ autoritatis præceptum, pleniùs in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante, ad seruitium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, sanctiq; Emmerani Martyris, Monachorumq; eius, qui ibidem Domino famulantur, omni tempore, absq; vllius contradicentis obstaculo, tradita & confirmata permaneant. Et, vt hæc autoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conseruetur, cùm sigillo Papæ, & de annulo nostro subter iussimus sigillari.

D. IN NOMINE Domini nostri IESV CHRISTI, Dei omnipotentis, Hludouicus diuina largiente gratia Rex Boiariorum. Si petitionibus fidelium nostrorum, quas auribus nostris insinuauerint, libenter annuimus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, & Regium morem decenter implemus, & illos in nostro seruitio promptiores reddimus: Iccirco comperiat industria atq; vtilitas omnium

um

omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum. Quia Erchanfridus, Diaconus & Capellanus noster, nec non propinquus suus Baturicus, obtulerunt obtutibus nostris quandam chartam præstariam; in qua continebatur, qualiter Baturicus Episcopus præstitisset eis, ad vsum meritum, quasdam res ex ratione Monasterij sui sancti Emmerani, quas olim idem Erchanfridus, ex suo proprio eidem largitatis munere contulerat Monasterio, nec non & alias ex ratione eiusdem Monasterij, eis ad vsum meritum diebus vitæ eorum cōcessisset: Quæ sunt vtræque res in villa, quæ dicitur Hroochinga, quæ alio nomine Folinchoua vocatur, & in alio loco, quæ dicitur Buochusa, cum mancipiis, casis, domibus, ædificiis, terris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarúmue decursibus, cū omnibus, quæ in prædictis locis, tam ex prædicti Erchanfredi donatione, quomodocunque, & ex ratione eiusdem Monasterij habere videbatur, nec non & in alio loco, qui dicitur Alinchoba, Hobam vnam, & in Cailonespach Hobam vnam. Et deprecatus est excellentiam nostram, vt super hanc præstariam, confirmationis nostræ preceptum fieri iuberemus, per quod diebus vitæ eorum firmiùs & quietiùs, absque alicuius contrarietate, ipsas res tenere & possidere valerent. Quorum petitionibus libenter annuimus, & hanc autoritatem confirmationis nostræ eis fieri iussimus, per quam præcipimus & iubemus, vt diebus vitæ eorum ipsas res teneant & possideant. Et nullus quilibet Ecclesiasticæ dignitatis præditus, aut alius quilibet eis, de ipsis rebus, vllam inquietudinem, aut contrarietatem facere præsumat: Sed liceat illis, sicut diximus, diebus vitæ eorum vsu fructuario ordine tenere & possidere, & post eorum amborum discessum, cum integritate, in potestatem & dominationem prædicti Monasterii reuertantur. Hæc verò autoritas præceptionis nostræ, vt firmior habeatur, & à fidelibus nostris meliùs conseruetur, annuli nostri impressione subter iussimus assignare.

ADALLEODVS Diaconus, ad vicem Gauzbaldi recognoui. Data 15. Calend. Septembris, Anno Christo propitio 18. Imperij Domini Hludouici, Serenissimi Aug. & Anno 6. Regni nostri, Indictione 9. Actum Reginesburgch, in Palatio nostro, in Dei nomine fœliciter Amen.

E.

IN NOMINE Dei, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnolphus diuina fauente gratia, Imperator Augustus. Si igitur his, qui sub obtentu sacræ religionis iugiter diuinis mancipiantur officiis, aures Serenitatis nostræ benigno fauore accommodamus, eorum affectui satisfacientes, liquidò credimus eos promptiores in sustentatione nostri sacri Imperij, & deuotiores in orationis constantiæ statu permanere pro nobis, atque à remuneratore omnium bonorum diuinis nos remunerari præmiis. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum cognoscat industria, qualiter nos, pro absolutione diuinæ recordationis Antecessorum nostrorum, Augustissimorum scilicet Imperatorum, & pro remedio animæ nostræ & corporis saluatione, & pro remedio filij nostri Ludouici, atque interuentu etiam dilectæ Coniugis nostræ Vtæ, volumus amplificare & augere ciuitatem nostram, quæ vocatur Ratisbona, ob amorem scilicet & honorem Patroni nostri, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, & eandem ciuitatem, totam nouiter factam, cum 40. vineis in monte, qui est in ripa Danubij iuxta eandem ciuitatem, tradimus nullo contradicente vel inquietante, pretioso Martyri Emmerano, & glorioso sancto Martyri, cuius nomen in libro vitæ cœlestis asscriptum est. Proinde omnium Successorum nostrorum magnitudo cognoscat. Postquàm Patruus meus, Carolus Imperator, pro petitione heu tam venerabilis Episcopi Embrichonis prænominatam Ecclesiam præstauit, nunquàm posteà habuit victoriam, neque corporis & animæ

mæ sanitatem vsque ad finem vitæ suæ. Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, solertia cognoscat, quòd nos eundem censum, de prædicto Monasterio, quem CAROLVS Magnus dedit LEONI Papæ, Successoribusque eius, & Abauus meus EVGENIO Papæ, & Auus pius LVDOVICVS NICOLAO Papæ ad Romam, ad Altare sancti PETRI, stabilem sancimus, in præsentia Domini & venerabilis Papæ FORMOSI, & eandem Ecclesiam confirmamus in potestate IMPERATORVM siue REGVM, sine vllius maleuolentis minutione, vsque in æuũ permanere, & cum eius Benedictione, & Consecratione & Confirmatione. Ita confirmamus, vt si quis Imperator aut Rex eandem Ecclesiam alicui præstet, in maledictione sanctæ Mariæ, sanctique Petri, Successorumq; eius, & omnium Sanctorum persistat, vsque dum ea traditione resipiscat. Et, vt hoc Imperiale autoritatis nostræ præceptum firmius habeatur, & in posterum verius credatur, hanc chartam conscribi iussimus, cum sigillo Papæ, annulique nostri impressione assignatam, manu nostra subtus roborauimus.

IN NOMINE, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia, Imperator Augustus. Si fidelium ac seruorum Dei nobis fideliter ac deuotè famulantium petitiones dum nobis pro suis & nostris vtilitatibus ac necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solùm Antecessorum nostrorũ, Regum atque Imperatorum imitando consuetudinem; verùm etiam ad beatæ & æternæ remunerationis mercedem talia nobis facta profutura liquidò credimus. Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque tam præsentium, quàm futurorum cognoscat industria. Quando Antecessor noster, Carolus Magnus, pro æternæ mercedis augmento, quoddam Monasterium in Ratisbona ciuitate, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ matris Domini, & Principis Apostolorum Petri, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, vbi venerabile corpus eius requiescit humatum, & cum eo corpora, & multæ reliquiæ Sanctorum sunt locatæ, recta ratione, fideliter in suam & Successorum suorum potestatem recepit. Proinde ipse cum autoritate Leonis Papæ, filiusq; eius Ludouicus, cum Eugenio Papa, & Pius Ludouicus Rex, cũ Nicolao Papa, & Arnolphus Rex cum Formoso Papa, confirmauerunt, de prædicto Monasterio, vnoquoq; anno 7. aureos persolui, ad altare sancti Petri. Idcirco cunctorum S. Dei Ecclesiæ fidelium, præsentis scilicet, atque futuri manifestetur Collegio, quod nos, per interuentum dulcissimi fratris nostri Henrici Ducis Boiariorum eundem locum, in Synodali Concilio, ante altare Principis Apostolorum Petri, in præsentia Domini, & venerabilis Papæ Ioannis, & in præsentia Episcoporum C.XVII. confirmamus in potestate Imperatorum, siue Regum, vsque in æuum permanere, propter improbitatem Episcoporum eiusdem ciuitatis. Quia non omnes, sed multi ex eis semper insidiosè contendebant, contra eundem sanctum locum. Propterea volumus ob amorem & honorem sancti Petri, de prædicto Monasterio censum augeri, vt Rectores eiusdem Cœnobij pro defensione & pro libertate eiusdem loci, vnoquoque anno offerant Romæ dimidiam libram cocti auri, ad altare sancti Petri. Et ita confirmamus cum autoritate Papæ & Episcoporum (qui sunt post Italicos & Gallicos) Moguntinus, Magdaburgensis, Wormatiensis, Constantiensis, Wirziburgensis, Rubilocensis, Augustensis, Halberstatensis, Spirensis, Curiensis, Coloniensis, Leodiensis, Traiectensis, Mindensis, Hosenpurgkensis, Treuirensis, Metensis, Citiensis, Verdonensis, Tullensis, Iuuauiensis, Pataviensis, Frisingensis, Brixinensis, Bragensis, Ratisbonensis. Vt, si quis Imperator aut Rex eandem Ecclesiam tam sanctam alicui præstet, sit anathema maranatha, id est, perditio in Aduentu Domini, & in ea maledictione persistat, quam sanctus Formosus Papa super

super eum confirmauit, vsque dum resipiscat. Et præfatum Monasterium cũ Monachis, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel inposterum conferendis, inimmunitatem Papæ, & in nostram recipimus. Et vt hęc autoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora diligentius obseruetur; manu propria nostra eam confirmauimus, annuliq; nostri impressione muniri præcipientes.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum præsentium, nec & futurorum solertia, quòd nos interuentionibus Henrici nostri dilecti Germani obtemperantes, quasdam res iuris nostri, pro remedio animæ nostræ, ad Ecclesiam beati Petri Principis Apostolorum, sancti quoque Emmerani Martyris Christi, vbi venerabilis Episcopus sanctę Radasponensis Ecclesiæ, Michael nomine, præesse dignoscitur, in proprium concessimus, id est, in villa Nuichinga, in pago Hertinga: in Comitatu Eberhardi Comitis curtem regalem, id est, cum omnibus appendiciis & adiacentiis suis, iustè, legitimeque illuc pertinentibus, iure perenni in proprium, curtilibus, mancipiis vtriusque sexus, ædificiis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, piscationibus, mansionariis, Barscalkis, aureariis, Bruniariis, cidelariis, molendinis, viis & inuiis, exitibus ac redditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus: Insuper etiam dedimus ad suprà dictam Ecclesiam sanctorum Petri Apostoli, Emmeraniq; Martyris, curtem Regiam, id est, in villa Helffendorff sitam, in Frieromarca, in Comitatu Piligrimi Comitis, & Sigehardi in Sueideseo & Kadalhoi Ysinachgouue, cum omnibus iustè illuc pertinentibus rebus, curtilibus, mancipiis vtriusq; sexus, ædificiis, agris, pratis, pascuis, syluis, forestis, forestariisque cum nostro Regio banno, cæterisque omnibus commoditatibus, cidelariis, mansionariis, Barscalkis, molendinis, piscationibus, venationibus, viis & inuiis, exitibus ac redditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus. Iussimus quoque inde hoc præsens præceptum conscribi manu propria firmatum, annulique nostri impressione insignitum.

Signum Domini Ottonis inuictissimi Regis.

BRVN, CANCELLARIVS ad vicem Herolti Archicapellani recognouit. Data XVII. Calendas Augusti, Anno Domini DCCCC. L. Indictione VII. regnante Serenissimo Rege Ottone, anno XV. Actum Beheim, suburbio Naumburg, in Domino fœliciter, Amen.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Conradus Dei gratia, Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus. Omnibus in perpetuum, vbicunque ab Episcopis ad honorem Dei aliqua ordinantur, ne in obliuionem veniant huiusmodi ordinationes, necessarium est eas scripturæ testimonio confirmari. Nouerint igitur vniuersi præsentem paginam inspecturi, quòd nos hospitale sancti Ioannis nostræ ciuitatis, in pontis pede situm, ordinamus, & esse volumus semper in potestate Dominorum nostrorum de Choro Canonicorum; Ita tamen quòd principalem in eo semper potestatem habeat quilibet Successor noster Episcopus Ratisbonensis. Statuimus præterea, quòd semper respectus habeatur dispensationum circa idem hospitale ad pauperes, per quatuor Canonicos maioris Ecclesiæ, & totidem Laicos, Canonicos maiorem Præpositum, maiorem Decanum, Custodem, & maiorem Plebanum, quicunque fuerint pro tempore in eisdem officiis substituti; Laicos verò ad præsens ibi ordinamus Dominum Gozvvinum iuxta portam, Ainvvicum & Vtonem in foro Burgenses

ses, Havvardum Castener. Etsi contingat vnum eorundem decedere, septem residui octauum, de communi consensu sibi eligant adiutorem.

STATVIMVS etiam, quòd idem hospitale à Dominio Canonicorum maioris Ecclesiæ nunquàm alienetur, sed semper ad eam spectet, & pascantur ibi semper ad minùs centum pauperes, exceptis his, qui officiis præsunt. Si autem contingat locum in diuitiis augmentari, augmentetur & numerus pauperum in eo, dem loco, iuxta discretionem personarum, ad quas respicit idem locus. Volumus quoque ad abundantem cautelam, vt ipsum hospitale pari modo sit sub Dominio Ratisbonensium Burgensium, ita vt semper dicatur, hospitale Ratisbonensium ciuium; vt si quisquam illud alienare vellet ab Ecclesia Ratisbonen. omnes potestatem habeant contradicendi.

VT AVTEM hæc constitutio nostra firma esse debeat, nec ab aliquo Successore nostro, aliáue persona possit in irritum reuocari, præsentem paginam nostri appositione sigilli & Chori maioris Ecclesiæ, ac ciuium sigillis, testiumq; subscriptione, duximus confirmandam. Testes sunt Gotfridus maior Præpositus, Magister Rubertus, maior Decanus, Vlricus de Werde, Archidiaconus, Vlricus Vicedominus, Hermannus Scholasticus, Gelphradus Gosvvinus iuxta portam, & Wernto filius suus, Otto de Keuering, Lvvtpoldus Pragare, Gozvvinus bey der Wert/ Karulus Grans, Karulus Telonarius, Engelbertus Ruffe, Hanuardus Kastnere, Fridericus Cellerarius, Eberhardus de Schonaiche, & alij quàmplures. Acta sunt hæc, Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi, M. CC. XXVI. Indictione XIV. Ratisbonæ.

I. CONRADVS, Diui Augusti Imperatoris Friderici secundi filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus, semper Augustus, & hęres Regni Hierusalem. Regale fastigium toties læditur, quoties in defectu clementiæ reperitur, & quantò benigniùs compassionibus pietatis immergitur, tantò gloriosiùs exaltatur. Clementer igitur lachrymis & deuotis supplicationibus quorundam Monachorum Monasterij sancti Emmerani in Ratisbona (in cuius more progenitorum nostrorum hòspitati hospitio nefandum consilium, & detestabile homicidium personæ nostrę, per Albertum, qui se dicit Ratisbonensem Episcopum, & Chuonradum de Hohenfels furtiuum & nocturnum aggressorem, ad excogitatam necem nostri corporis, extitit procuratum) misericorditer inclinati, misericordiam potiùs, quàm iudicium de personis & rebus eiusdem Ecclesiæ, pro Dei reuerentia, qui non minùs misericorditer quàm miraculosè in eodem loco tueri voluit, & saluare personam nostram ab insidiis & insultibus eorundem inimicorum nostrorum sequi volentes, ipsum Monasterium cum personis religiosis, Domino ibidem famulantibus, & omnibus bonis eius, excepto Vlrico Abbate, & illis personis, quę supplicij & interitus nostri coniurati participes & conspiratores extiterant, sub nostra & Imperij protectione ac defensione recepimus speciali, statuentes ex tunc, & firmiter inhibentes perpetua inhibitione, quatenus nullus sit, qui propter prædictam noxam, in detrimentum personæ nostræ commissam, pręfatum Monasterium, cum personis & omnibus bonis suis, stabilibus & mobilibus, sicut prædictũ est, offendere aliquatenus, vel molestare pręsumat; quòd, qui pręsumpserit, indignationem nostram se nouerit incursurum, præter pœnam, quam transgressori eiusdem mandati nostri infligere voluerit excellentia nostra, seu aliquis alius hęredum & Successorum nostrorum. Ita tamen, quòd Domus illa, in qua ex præfato machinamento proposuerant irreuocabili proposito, præfati, Albertus dictus Episcopus, Chuonradus de Hohenfels, & Vlricus Abbas eiusdem loci, personam nostram mortis supplicio tradidisse, dirui debeat funditus, ne parietes ipsius domus

mus fœdati & perfusi cruore dormientium, tunc temporis coram nobis pro custodia personæ nostræ, qui pro salutis nostræ defensione sanguinem suum fundentes, mortem spontaneam subierunt, ampliùs in eodem loco valeant reperiri. Tenentur insuper Monachi eiusdem Monasterij, ex pacto firmæ promissionis habito coram nobis præsentibus Ottone Comite Palatino Rheni, Duce Bauariæ, dilecto Principe & Socero nostro, & Ludouico filio suo dilecto, Leuiro nostro, Ottone Marchione de Hohenpurgk, dilecto Consanguineo nostro, Henrico Marchione de Burgovve, Ludouico Seniore, Comite de Oeting, Gotfrido de Hohenloch, & aliis Consiliariis nostris, nec non ciuib. Ratisbonensibus, quod in eodem loco, vbi hactenus extiterat domus perditionis nostræ, construere debent & erigere à nouo fundamine, ex propriis sumptibus Ecclesiæ beati Emmerani, Capellam vnam, ad honorem beatæ Virginis Mariæ, & beati Nicolai, specialium tutorum & defensorum nostrorum, in articulo eiusdem necessitatis nostræ, quam amodò, & in perpetuum regiam Capellam volumus appellari, dotandam per eos competentibus dotibus; ex quorum prouentibus habere valeat sufficientia & annua stipendia Monachus Sacerdos statutus ad hoc per Abbatem & Conuentum eiusdem, qui eandem Capellam gubernabit diuinis & continuis officiis, in perpetuam memoriam nominis nostri & hæredum nostrorum, qui pro tempore fuerint ad regimen Imperij constituti. Censemus etiam omnes infeudationes & donationes rerum ipsius Monasterij, perscripta nostra, personæ alicui occasione prædicta indultos, irritos & inanes, nec pati volumus, quòd de omnibus prouentibus, & redditibus præfati Monasterij præsente Guerra durante, alicui personæ, nisi spirituali Rectori & Prouisori, qui fuerit in Ecclesia de mandato & voluntate nostri culminis constitutus, per Monachos & fideles personas subiectas ipsi Monasterio intendatur, ad vsus & vtilitatem Ecclesiæ conuertendis; Et si aliquis Monachus ipsius Ecclesię seu aliqua alia persona, tam Ecclesiastica mundana quàm prædicta publicè in præsentia nostra statuta, opponere se pręsumpserit, participem præfati facinoris in personam nostram excogitati, ab omnibus fidelibus nostris volumus eum haberi. Ad quorum omnium memoriam, & stabilem firmitatem, præsens scriptum fieri, & sigillo nostræ celsitudinis iussimus communiri. Datum apud Ratisbonam, Anno incarnationis Dominicæ M. C C. L I. Mense Ianuario, Indict. nona.

NOS Otto, Ludouicus, Stephanus, Comites Palatini Rheni, Duces Bauariæ. Vniuersis præsentia inspecturis in perpetuum. Sinceritatis affectum, quem erga Sacerdotes & ministros Domini ob ipsius Dei reuerentiam semper habuimus, reuerendi patris & domini nostri Henrici, Ratisbon. Ecclesię venerabilis Episcopi, beneuolentiæ promptitudo, quam charissimo patri nostro, nobisque constanter exhibuit, non mediocriter ampliauit. Ad ipsius itaq; dñi Episcopi preces, & salutare consilium reuocamus & irritamus; Imò tanquàm iuri contrariam & odiosam legibus cassam & irritam nunciamus quondam nostrorum iudicum & Officialium consuetudinem, qua res & bona decedentium Clericorũ occupabant hactenus, & suis vsibus applicabant: Statuentes hoc edicto in terra nostra & partib. nostri dominij in perpetuũ valituro, ne Vicedominus, iudex seu officialis noster quicunq; bona vel res decedentium Clericorum per Ratisb. Diœcesim, siue ius patronatus ipsarum Ecclesiarum, seu aduocatialis defensio ad nos vel quoscunq; alios pertineat, inuadere vel occupare præsumat, vel suis vtilitatibus vsurpare. Testamẽta siquidem ipsorum Clericorum, si qua fecerint, rata esse volumus, & ad eos quibus ab ipsis legatæ sunt res Ecclesiarum, sine nostro, nostrorumque obstaculo officialium integraliter peruenire. Si quis verò

K.

eorum intestatus decesserit, de rebus illius ordinandi & disponendi liberam habeant facultatem prædictus dominus Episcopus vel Successores sui secundum legales & Canonicas sanctiones, nec & in hoc casu per nos, nostrosq; officiales, quicquàm eis molestiæ vel grauaminis inferatur. Hoc adiecto in promissis omnibus moderamine, vt de bonis Clericorum ipsorum, siue cum Testamento, siue ab intestato decedentium creditoribus suis, vbi debitum liquidum fuerit, aut de ipso legitimè constare poterit, secundum exigentiam iuris atq; ordinem plenariè satisfiat. Quicunq; autẽ huius nostri statuti transgressor fuerit, ablata eis, quibus debeantur restituat, & nobis nihilominus pro pœna huius temeritatis, si Vicedominus fuerit 30. si Iudex vel alius Officialis quicunq; decem libras denariorum Ratisboñ. soluere teneatur, toties quoties eos, vel quemlibet eorum delinquere contigerit in hoc casu; nisi infra mensem post ammonitionem factã per nos seu Ratisbonen. Episcopum vel Ecclesiam retractauerit, & plenè emendauerit quicquid contra tenorem præsentium fuerit attentatum. Et quia in districtibus nostris Comites, viri ingenui, aliiq; Nobiles ius patronatus, aduocationem in quibusdam habent Ecclesiis, ne hi huiusmodi occasione contra tenorem præsentium & iustitiam offendant, libertatem Ecclesiasticam promittimus & spondemus firmiter, quòd non molestè ferimus, nec ob hoc Ratisbonen. Pontifices, vel Ecclesiam, in aliquo grauabimus, si quando ob transgressionem huius nostri statuti, imò veriùs declarationem iuris continget eosdem Episcopos Ratisbonen. ad executionem iuris sibi propter hoc competentis procedere, contra huiusmodi nostrorum mandatorum temerarios transgressores. Ad confirmationem igitur omnium præmissorum, sigilla nostra huic scripturæ duximus appendenda, cum annotatione testium subscriptorum. Hi sunt, Albertus Comes de Hals, Vlricus de Abensperg, Diethalmus de Prugkpergk, Cunradus de Praising, Albertus de Strubing Vicedominus, & alij quàm plures. Datum Strubingæ, Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XCV. Calend. Octobris, Indictione octaua.

L. NOS OTTO, Ludouicus & Stephanus, Dei gratia, Comites Palatini Rheni; Duces Bauariæ, per præsentes literas constare volumus vniuersis. Quòd cùm nos ad preces & singularis dilectionis signaculum, Reuerendi Patris & domini nostri Henrici, Ratisbonen. Episcopi, desistendum decreuimus à petitione contributionis subsidij, per totam suam Diœcesim, quo in aliis Diœcesibus nostri dominii, exigere & recipere intendimus, ob nostrorum onera debitorum, ipsius Clero ac personis Ecclesiasticis ciuitatis & Diœcesis Ratisbon. promiserimus iura & immunitates à Romanis Pontificibus, Imperatoribus & Regibus, nec non à nostris progenitoribus, datas & concessas firmiter obseruare, non molestè ferimus, nec per hæc nostra sibi facta rescindetur promissio; si ipsum dominum Episcopum Ratisbonen. aut ex iuris debito, seu ex aliqua vnione, cum domino nostro Salzburgen. Archiepiscopo, aut quibuscunq; aliis inita, excommunicationis, suspensionis, interdicti, priuationis seu concessionis sententias, si quę ab eisdem in personas seu terram nostram latæ fuerint, seruare contigerit, aut etiam mandauerit, per suam Diœcesim & ciuitatem obseruari, nec propter hoc ipsum dominum Episcopum, nec Clerum suum in aliquo offendemus. In cuius rei testimonium præsentes literas eidem domino nostro Episcopo dedimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Ratisbonæ, Anno Domini 1295. 7. Idus Iulij.

M. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Cunradus Dei gratia Ratisbonensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius. Notum sit tam futuris quàm præsentibus. Quod cùm inter Ratisbonensem Ecclesiam & Ducem Bauariæ

riæ à longo retroacto tempore graues inimicitiæ & belloru asperitates frequenter emergere consueuissent, dominus Ludouicus, inclitus Dux Bauariæ, hanc detestabilem insolentiam pro bono terræ & intuitu æterni numinis temporibus nostri Episcopatus antiquare volens, & tàm nobiscum quàm cum nostris Successoribus pacem conseruare; cum sapientibus Baronibus terræ vasallis suis, super concordia stabili nobiscum facienda nos conuenit, cui perlaudabili proposito quod habuit, benignũ assensum præbentes, sic amicabiliter sumus concordati. Quòd nos inuicem diligere & auxilium præstare promisimus contra quoslibet, exceptis Domino Rege Philippo & eius in imperio Successorib. & fautoribus Ecclesiæ Ratisbon. Ipse verò Dux pium propositum decorare volens beato memoriali, pro reuerentia Iesu Christi & B. Petri, & animæ suæ, ac parentũ suorum salute in altera parte Danubij, hæc prædia, scilicet castrum Kelheim, & Lutholdum cum pueris & familia & omni posteritate sua, castrum Lengenueld, castrum Stauffe, castrum Steueningen, castrum Wolfflheringen, castrum Bartesperch, castrum Durechelnburge: Ex ista verò parte Danubij, castrum Landeshuetæ, cum omnibus ministerialibus, & redditibus eis attinentibus & tota familia, si sine prole legitima decesserit, Ratisbonensi Ecclesiæ perpetuò possidenda donauit. Deuotione ergò tanta considerata & benigno voto, quo Dux Ecclesiã piè respexerat, pro aliquanta repensione suæ bonæ operationis, ipse in continenti beneficio Landgrauij (quod tunc vacans fuit situm in montanis) est inbeneficiatus; ita tamen quòd ei non liceat redditus eiusdem beneficij alicui vnquam in beneficio conferre.

PRÆTEREA si Dux decedens sine prole legitima, sicut donauit Ecclesiæ prædicta prædia, ita etiam Episcopatui Ducatum condixerit, ipse inbeneficiabitur proximo beneficio, quod vacauerit Ecclesiæ ab aliquo Principum; exceptis tribus, scilicet, beneficio domini Regis, & beneficio aduocatiæ maioris Ecclesiæ, & beneficio Comitis de Hochenburge; & ei insuper assignabuntur redditus tanti, quanti sibi persoluuntur de beneficio Landgrauij; & curiæ suæ tanta dabitur pecunia pro consilio, quanta tunc data est, cùm sæpedicta prædia Ecclesiæ conferrentur. Dux verò, si hoc facere noluerit, beneficium Landgrauij quod habet, habeat, sed curiæ suæ non dabitur alia pecunia quàm data est, sibi tamen media pars beneficij, quod ab alio dominorum proximo vacauerit, præter quæ excepta sunt, est concedenda; Et ipse in familiari consilio electionis Episcopi, sicut vnus ex Canonicis vel ministerialibus recipiendus est & audiendus. De iure quoque & iudiciis in hoc concordauimus, vt quidquid iuris in ciuitate vel vbiq; habere debemus ab hominibus nostris, quos ad hoc disponendum ordinamus, sine controuersia & lite inter se nobis illud conseruetur. Præterea conductum simul præstabimus, & lucrum inde acceptum simul diuidemus, & quicunq; contra velle nostrum aliquem vel aliquos conducere voluerint, illud ambo prohibebimus. Collectas etiam super ciuitatem generales æqualiter diuidemus, hoc excepto: Si homo noster vel Ducis econuerso domino suo singulariter aliquid tribuat, vel pro aliquo delicto gratiam suam acquirat, in quo alter alterum necessarium non habebit: Si verò aliquis nobis attinens se opposuerit, ne nobis seruiat, vel Duci attinens, simili modo, si seruire recusauerit, ambo promisimus ad seruiendum illum compellere, & lucrum simul æqualiter diuidere; sed hoc fiet secundùm consilium & moderationem Episcopi. Item de manifesto conflictu in ciuitate lucrum æqualiter diuidemus. Item de indicendo foro rerum venalium qualiumcunque, & de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuemus, & neuter sine altero vel alterius licentia aliquid de his statuet vel mutabit vel remittet: similiter de venditoribus salis Dux, quod statuet, aget de consilio Episcopi. De ordinatione verò pacis prouinciæ sic

ambo statuimus, vt quidquid inter nos vel coadiutores nostros, vel vtriusque Ministeriales emerserit, ex quo concordia & amicitia inter nos facta est, scilicet, quòd vnus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat & conqueratur Episcopo, si Ducis est, vel econuerso & plenariam recipiat satisfactionem: Si verò damnificatus hoc transgreditur, ita quòd pro iniuria sibi illata malum fecerit, factum duplo restituat, & pro sibi illata nullam habeat emendationem; & si damnificatus sine talione iniurias suas conquericur, & Sacramentum calumniæ præmiserit, ille, in quem agitur, damnum restituat confirmatione iuramenti trium autenticarum personarum, & si negare voluerit, simili modo negabit: Item si agens in alium Sacramentũ calumniæ præmittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare: Si verò damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo & à Duce proscribatur, & à tali damnatione non liberetur, nisi priùs de his, quæ deliquit, dignam exhibeat emendationem. Talẽ enim vltrà solam noctẽ vel prandium nullus in domo sua recipiat vel detineat. Qui verò eũ detinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expugnare noluerit, nec poterit, satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur, pro quocunq; facto, citabitur peremptoriè à Iudice, per sex hebdomadas; &, si se die constituto præsentauerit, infra duodecim dies post eà satisfaciat, & satisfactionis certitudinem coram Indice faciat per fideiussores: Si autem se citatum aliquis nescierit, & hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio recipiatur ab eo suprà dicta. Item qui in alium sine querimonia violenter per raisam insultum fecerit, damnum illatum integrè restituat, & pro dedecore insultus quinq; talenta reddat. De prædictis igitur excessibus, si aliquis corã Episcopo vel Duce, vel aliis quibuscunq; Iudicibus, quibus hoc commiserint, conuenitur, sicut suprà constitutũ est, & ipsi iudices hoc iudicare neglexerint vel noluerint, sine omni occasione & contradictione infrà 12. dies satisfaciant loco & vice eius, qui in causam tractus fuit, & ponent actori fideiussores, & ipsi, qui inimici fuerant, sint amici.

De Castro Chuofstain, ambo taliter statuimus, vt vel illud simul habeamus vel destruamus, & simul prohibeamus, ne reædificetur.

De Moneta Ratisbonensi statuimus, quòd stabilis sit, & nulla vnquam post eam fiat; sed si factum fuerit, Dux ad consilium & velle Episcopi prohibeat, & retractet. Hæc constitutio de concordia & amicitia inter nos & Ducem & statuto, quod de ciuitate statuimus & aliis, durabit, quàm diu simul vixerimus: Si verò Successor noster in Episcopatu cum Duce Bauariæ hanc amicabilem concordiã conseruare voluerit, & hoc apud ipsum impetrare potuerit, quæcunque statuta sunt, omnia rata habeantur. Testes huius rei sunt Gottfridus maior Præpositus, Magister Rupertus, Scholasticus maioris Ecclesiæ, dñs Conrad⁹, Comes de Mosbure, dñs Eberhardus, Comes de Dorenberc, Albero Lupus, Albertus Lutz emãnus, Syfridus Choph, Wirnto de Planchenstain, Cunradus de Hohenfels, Arnoldus de Schönenfeldt, Havvardus de Oüttingen, Wilhelmus super Danubio & alij quàm plures. Acta sunt hæc Anno M. C C. V, Indictione nona.

Copia confirmationis Philippi Rom. Regis, &c.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Philippus Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus. Quoniam pro pace ordinanda & iustitia terris facienda, coronam & regimen Imperij suscepimus, facilem assensum præbere tenemur, his quæ bono pacis fuerint prærordinata; Huius igitur rationis intuitu notum fieri volumus vniuersis. Quòd cùm Ratisbonensis Episcopatus cum Duca-

Ducatu Bauariæ ab imperio monetam, telonea, & quædã iudicia habeat communia, super quibus dissensiones & bellorum asperitates frequenter exurgere consueuerant; dilectus noster Cunradus Ratisbonensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, & Consanguineus noster Ludouicus, Nobilis Dux Bauariæ, huic morbo remedium adhibere volentes, communicante sibi meliorum terræ Baronum & Ministerialium consilio, in hoc conuenerunt amicabiliter, quòd fide coadunati sunt, sic quòd se inuicem perpetuò pacti sunt diligere, & alter alteri præstare promisit auxilium contra quemlibet; excepto nobis & nostris in imperio Successoribus. Episcopus etiam excepit coadiutores Ecclesię Ratisbonen. De iure quoq; & iudiciis & aliis agendis in ciuitate, in vnum sic conuenerunt, vt quicquid in ea simul vel singulariter habere debeant ab hominibus eorum, quos ad hoc procurandum deputauerint, sine lite & controuersia vtriq; ius suum in hoc conseruetur. Præterea conductum simul præstabunt, & lucrum inde acceptum pariter diuident, & quicunq; contra velle ipsorum aliquem vel aliquos conducere præsumpserit, illud ambo prohibebunt. Collectas etiam super ciuitatem generales, & lucra simul diuident, hoc excepto: Si homo Episcopi vel Ducis domino suo singulariter aliquid tribuat, vel pro aliquo delicto, bonis mediantibus, ad gratiam suam redeat, in quo auxilium vnius alteri necessarium non habetur.

Item si aliquis Episcopo attinens, se opponit, ne ei seruiat, vel Duci econuerso, ambo promiserunt illum compellere ad seruiendum, & lucrum simul diuidere; ita tamen quòd Dux exactionem faciat in hominem suum, secundùm consilium & moderationem Episcopi, & Episcopus econuerso secundùm consilium Ducis idem facere tenetur.

Item de manifesto conflictu in ciuitate, & de indicendo foro rerum venalium qualiumcunq;, & de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuent, & lucrum simul diuident; & neuter sine altero vel alterius voluntate aliquid de his statuet, vel mutabit vel remittet.

Similiter de venditione salis, Dux, quod statuerit, de cõsilio Epi ordinabit.

Item de moneta Ratisbonensi statuerunt, quòd nulla vnquam post eam fiat, quod si factum fuerit, Dux ad consilium & velle Episcopi prohibebit.

De ordinatione verò pacis sic statuerunt in prouincia, vt quicquid inter eos vel ipsorum coadiutores, vel vtriusq; ministeriales emerserit; ita quòd vnus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat, & conqueratur Episcopo, si Ducis est, & econuerso, & plenariam recipiat satisfactionem. Si verò damnificatus hoc transgreditur, ita quòd pro damno sibi illato aliud damnum fecerit, factum duplo restituat, & pro sibi illato nullam habeat emendationem: Sed si damnificatus sine talione iniurias suas cõqueritur, & Sacramentum calumniæ promiserit; ille, in quem agitur, damnum restituat, testimonio iuramenti trium denominatorum, si negare voluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium Sacramentum calumniæ præmittere noluerit; ille, qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare; Item si damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo, & à Duce proscribatur, & à tali damnatione non liberetur, nisi priùs de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim vltra solam noctem vel prandium, nullus in domo sua recipiat, vel detineat; sed qui eum detinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expurgare noluerit vel nequiuerit, satisfaciat pro ipso: Item qui satisfacere tenetur, pro quocunque excessu, citabitur peremptorie à Iudice per 6. hebdomadas, & si die constituto se præsentauerit, infra duodecim dies posteà satisfaciat, & satisfactionis suæ certitudinem faciat coram iudice

per fideiussores: Si autem se citatum aliquis nescierit, & hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio ab eo accipiatur suprà dicta.

ITEM, qui in alium sine querimonia violenter per reisam insultum fecerit, damnum, quod fecit, integrè restituat, & pro dedecore insultus reddat quinq; talenta. De prædictis igitur excessibus, si aliquis coram Episcopo vel Duce vel aliis Iudicibus, quibus hoc commissum est, conuenitur, sicut suprà constitutum est, & ipsi Iudices hoc iudicare neglexerint vel noluerint; ipsi pro eo, quod non iudicauerunt, omni occasione & contradictione remota, loco rei infra dies duodecim satisfaciant & actori dent fideiussores, & illi, qui pro tali facto inimici fuerant, fiant amici.

DE CASTRO quoq; Chufstain statuerunt, vt illud vel simul habeant vel destruant, & ambo prohibeant, ne reædificetur.

HÆC autem constitutio Episcopi & Ducis de vniuersis, quæ superiùs memorantur iudiciis, concordia & lucris, durabit, quàm diu ambo vixerint: Si verò Successor Episcopi hoc statutum cum Duce conseruare voluerit, & apud eum, vt ita sit, obtinere potuerit, quæcunque statuta sunt, per omnia rata habeantur.

ET DVX in familiari consilio electionis Episcopi, sicut vnus ex Canonicis vel ministerialibus recipiendus est & audiendus.

NE AVTEM huius concordiæ amicitia & statuti, quod fecerunt Episcopus & Dux, posse vel debere retractari fortè putaretur ab aliquibus, Dux, qui bono zelo & intuitu pacis ista fieri voluit, pium propositum beata decorauit memoria: Vnde pro reuerentia beati Petri & animæ suæ, ac parentum suorum remedio, hæc prædia, scilicet castrum Kelheim, & Lutoldum cum pueris & omni familia, & posteritate sua, castrum Lengenueld, castrum Stoufe, castrum Steueningen, castrum Wolfueringen, castrum Barsperch, castrum Durchelenburch, & castrum Landeshute, cum omnibus ministerialibus & tota familia, & redditibus eis attinentibus, si sine prole legitima decesserit, Ratisbonensi Ecclesiæ perpetuò possidenda donauit: Deuotionem ergo Ducis attendens Ratisbonensis Ecclesia, quòd ipsam piè respexerat, partes suas interposuerunt; Ita quòd Episcopus Ducem beneficio Landgrauij, quod vacabat eodem tempore, situm in montanis, hac conditione inbeneficiauit, quòd ei non liceat redditus eiusdem beneficij alicui vnquam inbeneficiare. Adiecit etiam Dux, si esset de cōcessione nostra, & sibi fortè placeret in posterum Episcopatui Ducatum, eo decedente sine hærede, condicere, quòd sibi concederetur beneficium proximè vacans ab aliquo Principum; exceptis tribus, beneficio scilicet, quod nos ab Ecclesia tenemus, & beneficio maioris Ecclesiæ Aduocatiæ, & beneficio Comitis de Hohenburch, & curiæ suæ tanta daretur pecunia pro cōsilio, quanta data est, cùm ipse castra, & prædia sua Ecclesiæ disponeret, sed si hoc non faceret, tamen media pars beneficij, quod vacauerit, ab aliquo Principum, tribus prædictis exceptis, sine pecunia consilij sibi concederetur. His igitur omnibus Ratisbonensis Episcopus & Chorus, & Ministeriales, quia ad pacem esse videbantur, præbuerunt assensum; Nos verò tùm quia laudabilia sunt hæc, quęcunque statuta sunt, inter Ratisbonensem Ecclesiam & Ducem, tùm quia ad pacem tendunt totius prouinciæ, approbantes & rata habentes hanc præsentem paginam rei gestæ seriem continentem, sigilli nostri impressione & subscriptione testium reddidimus confirmatam.

Alia copia prædictæ compositionis de Anno 1213. *in qua veteraiura Episcopi Ratisbonen. ac Ducum Bauariæ in ciuitate Ratispona latiùs continentur.*

HÆC EST forma compositionis factæ, inter Dominum Conradum, Ratisbonensem Episcopum & dominum Ludvvicum Ducem Bauariæ: Dux recepit medietatem castri Chufstaine ab Ecclesia Ratisbonen. in feudo, & reliquam medietatem debet acquirere à Natiuitate Domini proximè præterita infra annum, sine malo ingenio, & debet dare Ecclesiæ Ratisbonen. & postmodum ab ea recipere in feudo; Quod si non fiet, dabit castrum Stefeningen Ecclesiæ Ratisbonen. in concambium, pro illa medietate, & suprà dicto modo recipiet eandem medietatem ab Ecclesia in feudo, castrum Chontil similiter debet habere ab Ecclesia in feudo: Item decimam Atingen, pro qua vertebatur controuersia inter eos, debet Episcopus habere absolutè: Item Dux pro remedio animæ suæ, & parentum suorum, in altera parte Danubij castrum Kelhaim, & Luttoldum de Ovve, cum pueris suis & familia, & omni posteritate sua, & castrum Lengenfeld, castrum Stouffe, castrum Stefiningen, castrum Wolferingen, castrum Bartespere, castrum Durchelnburg, & ex ista parte Danubij, castrum Landeshutæ, cum omnibus ministerialibus & redditibus, suprà dictis castris attinentibus & cum tota familia, si vel ipse vel pueri sui, sine legitimo hærede decesserint. Ecclesiæ Ratisbonen. perpetuò possidenda donauit. Episcopus verò hanc deuotionem considerans, beneficio Landgrauij, sito in mõtanis, Ducem infeudauit tali conditione, quòd Duci non liceat eodem beneficio alium infeudare: Quod si fecerit, statim vacare debet Ecclesiæ. Insuper Episcopus concedet Duci mediam partem vnius beneficij, quod proximò sibi vacauerit ab aliquo Dominorum, exceptis tribus, scilicet beneficio quod detinet Imperator, & aduocatia maioris Ecclesiæ, & beneficio quod habuit Comes Fridericus de Hohenburch.

DVX etiam in familiari consilio electionis Episcopi, sicut vnus ex Canonicis vel Ministerialibus, recipiendus est & audiendus.

ITEM Dux Burgenses absolutos dimisit ab omni iuramento, quod sibi aduersùs Episcopum fecerant, & alter alteri debet ius suum in ciuitate per omnia integrum conseruare.

ITEM vterq; cum homine iuri suo attinente, sicut voluerit, liberè disponat: Si verò alterum ad hoc habuerit necessarium, quæstum cum eo æqualiter diuidat, & cum illo procedat secundùm sui consilij moderationem, sine malo ingenio.

ITEM Episcopus non debet violenter manu tenere Burgenses contra Ducem, qui in ciuitate domum suam sibi ædificent, aut pecuniam, quam eis ad hoc assignauerat, sibi restituant, aut ostendant cui dederint.

ITEM si aliquis Burgensium alteri eorum in iure sibi debito rebellis extiterit, contra eundem mutuum sibi debent auxilium impartiri, & lucrum inde proueniens æqualiter diuidere.

SIMILITER de manifesto conflictu in ciuitate quæstum æqualiter diuident.

DE statuendo etiam foro rerum venalium, qualiumcunque in ciuitate & de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuent, & neuter sine licentia alterius aliquid de his mutabit vel remittet.

PRÆTERE A conductum simul præstabunt, & lucrum inde acceptum similiter

mul diuident, & quicunq; contra velle eorum aliquem vel aliquos conducere præsumpserit, vel conductum eorum infregerit, illud ambo prohibebunt.

ITEM nec Episcopus Castrum Strazpurch, nec Dux aliud Castrum prope Heylsperch, nec alteruter eorum aliquod Castrum in præiudicium alterius ædificare debet, vsque ad sex annos post reditum Ducis de partibus vltrà marinis.

ITEM neuter eorum debet vasallum vel ministerialem vel hominem alterius, sibi in castellanum, vel quocunq; alio modo assumere, nisi de ipso alteri velit iustitiam exhibere. Item neuter eorum debet ministerialem alterius, qui gratiam suam non habet, siue per matrimonialem contractum, siue quocunq; modo assumere, aut contra eum violenter defendere; sed si fortè, altero eorum ignorante, ministerialis vnius transierit in potestatem alterius, per copulam matrimonialem; tunc ille, in cuius potestatem transiuit, prosequetur eundem, ad consilium Domini, à quo recessit.

ITEM si Comes vel liber vel ministerialis alterutrius eorum existens in familiaritate Domini sui gratiam suam amittat, illum non debet alter sibi assumere, nisi ille prius gratiam Domini sui habeat.

AD hæc Episcopus & Dux hoc similiter inter se statuerunt, vt ministeriales eorum vicissim nubant, & pueri æqualiter diuidantur, hoc modo distinguentes: Quòd primus puer, masculus vel fœmina, patrem sequatur sine diuisione, reliquis nihilominus diuidendis; si vnum tantum genuerit puerum, masculum vel fœminam, idem Patrem sequatur, & nubat post matrem, & eiusdem pueri, quos genuerit, similiter diuidantur. Item si Officialis Episcopi, veluti Marschalcus, Dapifer, Camerarius, vel alter quilibet vxorẽ de Ministerialibus Ducis duxerit, vel Officialis Ducis econuerso ministerialem Episcopi vxorem duxerit, Senior filius, qui Patrem sequitur, habeat Patris officium, & si solus sit, nubat in potestatem Domini, cuius erat mater; ita tamen quòd pueri, quos genuerit, diuidantur; si verò solus non est, sed plures sunt pueri, ipse nihilominus habeat patris officium, cum reliquis pueris, secundùm quod suprà dictum est, diuidendis.

DE ordinatione verò pacis prouinciæ sic statuerunt, vt quicquid inter eos, vel eorum coadiutores vel ministeriales vtriusq; emerserit, ita quòd vnus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat, & conqueratur Episcopo, si Ducis est, & econuerso & plenariam recipiat satisfactionem: Si verò damnificatus hæc transgreditur, ita quòd pro damno sibi illato malum fecerit, factum duplo restituat, & pro sibi illato nullam habeat emendationem: sed si damnificatus sine talione iniurias suas conqueratur, & Sacramentum calumniæ præmiserit, ille contra quem agitur, damnum restituat, sub testimonio iuramenti trium autenticarum personarum, & si negare voluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium Sacramentum calumniæ præmittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se expurget. Item si damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo, & à Duce proscribatur, & à tali damnatione non liberetur, nisi prius de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim vltra vnam noctem vel prandium nullus in domo sua recipere audeat vel detinere: sed qui eum detinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expurgare noluerit vel nequiuerit, satisfaciat pro ipso.

ITEM qui satisfacere tenetur pro quocunque excessu, citabitur peremptoriè à iudice per sex hebdomadas, &, si se die constituto præsentauerit, infra duodecim dies posteà satisfaciat, & satisfactionis suæ certitudinẽ faciat, coram iudice per.

se per fideiussores. Si autem se citatum aliquis nescierit, & hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio ab eo accipiatur suprà dicta.

ITEM qui in alium sine querimonia violenter per Raisam insultum fecerit, damnum, quod fecit, integrè restituat, & pro dedecore insultus, reddat quinque talenta. Item damnificatus Ducis non conqueratur coram iudicio prouinciæ, sed coram Episcopo, & si damnificans restiterit Episcopo, super emendatione, ipse debet eum excommunicare, & de bonis suis læso assignare, ad æstimationem damni illati, nisi bonis careat, & publicus prædo sit; & si necesse fuerit, eum cum Duce prosequi ad eius instructionem, potest id, quod in eius cedit personam: Idem Dux debet de suis Episcopo conseruare reum proscribendo hoc adiecto, quòd Dux præcisè damnificato restituat ablata, nisi reus publicus prædo sit, nec habeat, vnde satisfaciat, quod propterea adiectum est, quòd Dux potentior est de suis, quàm Episcopus de suis; Idem de vasallis Ecclesiæ, quàm diu respectum habebunt ad Episcopum, propter eum dimittendi & faciendi, & postquàm ab illo respectu destiterint, coram publico iudice, de ipsis querimonia proponatur.

DE moneta Ratisbonensi statuerunt, quòd stabilis sit, & nulla vnquam post eam fiat; sed, si factum fuerit, Dux ad Consilium & velle Episcopi prohibeat & retractet.

ITEM vtriq; tam Episcopo quàm Duci placuit, vt omnia instrumenta, ante hoc præsens instrumentum facta (fortè hic deest, &c.) nisi sub sigillo vtriusque deinceps careant effectu huius formæ ac constitutionum: Testes sunt, Clerici, Chuno Decanus, Vlricus de Werde Archidiaconus, Wernhardus de Iudenbrucker Archidiaconus, Theodoricus de Schönenfeld, Vlricus scriba, Vlricus de Sancto Cassiano, Vicedominus Ducis, Geroldus Notarius Ducis, Eberhardus Notarius Episcopi Laici, Comes, Kalhohus de Kirchpere Comes, Meinhardus de Rotenecke, Heinricus de Lapide, Grimoldus de Lapide, Marchvvart de Maringen, Rarold de Perge, Cunradus de Hohenfels, Heinricus de Ebersperunt, Havvardus de Outingen, Arnoldus de Schönenfeld, Otto Kopf, Heinricus de Ramisovvi, Heinricus de Syriching, Cunradus de Schmotshouen, Hermanus de Liechtenberch, Cunradus de Kirchdorf, & alij quàm plures. Acta sunt hæc Anno dominicæ incarnationis M. CC. XIII. indictione prima.

IN nomine Domini Amen. Cunradus Dei gratia Episcopus Ratisbonensis omnibus in perpetuum. Cùm ex quodam promisso Duci Bauariæ conferendum esset feudum vnum, & Episcopus Ratisbonen. quicunque tunc temporis, quando idem beneficium inciperet vacare, præsideret, ad id teneretur, & nos Ecclesiam nostram ab illo promisso absoluissemus per beneficium Eberhardi, Co. de Dornberch, aduocatiam, quæ Kasten Vogtei dicta, quæ erat de eodem feudo, excepimus illam Duci recompensaturi per feudum, quod vacare ceperit, ad æstimationem viginti librarum, quarum decem sint absoluti redditus, quod vulgò sonat vrbor. 10. verò in feudate, quod vulgò sonat Mannelechen. Hoc autem temporibus nostris faciendum reliquit gratiæ nostræ: Si verò temporibus nostris factum non fuerit, Successorem nostrum ad idem exequendum teneri per scriptum præsens profitamur. Adiectum est autem, si feudum idem Duci conferendum æstimationem viginti librarum excesserit, quod Dux pro eodem excremento faciet, quicquid Consiliarij tam ex parte Episcopi, quàm Ducis ad hoc vocati, consuluerint faciendum. Acta sunt hæc Anno incarnationis Domini 1224. indictione 12. 12. Calendas Martij.

P.

NOS LVDOVICVS Dei gratia, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, vniuersorum notitiæ præsentibus declaramus, quòd cùm in solutione Castri

Q.

stri in Roteneck non possemus Reuerendo in Christo Patri, & Domino nostro Henrico, Ratisbonen. Episcopo, satisfacere in pecunia numerata, videlicet in centum & quinquaginta libris denar. Ratisbonen. Officia nostra Ratisbonæ videlicet, iudicium pacis cameræ & sculteti eidem Domino Episcopo sub hoc discretionis moderamine obligauimus, quòd eadem officia Heinrico Vitrico & Carolo, fratribus de Ovve, Carolo Pragario, Heinrico Dulci, & Cunrado Gumperti commisimus vsq; ad festum Apostolorum Philippi & Iacobi, proximè nūc venturum, suo nomine conseruanda, ita quòd pro suprà dicta Summa centum & quinquaginta librarum ex tunc eadem absoluere debeamus. Quod si in crastino dictorum Apostolorum non faceremus, ipsa officia remanebunt illis personis, quibus per nos sunt superiùs recommissa per quatuor annos continuè secuturos, post illos quatuor annos, per quos dictis, Pragario Dulci & Cunrado Gumperti primitus fuerant recommissa. Et vt hæc rata permaneant atq; firma, ex parte hæredum nostrorū dilecti fideles nostri, Cunradus de Lupurch, Wernherus de Preintenecke, Winhardus de Rorbach, Wichnandus de Eringspurch, Dietericus de Wildenstein, & Vlricus de Perig, Marschalcus Obstagiorum nomine, per ipsum Dominum Episcopum moniti, Ratisbonensem ciuitatem intrabunt, inde nullatenus exituri, donec sibi de vniuersis & singulis defectibus, si quos eum ex hoc vel propter hoc sustinere contingeret, plenariè satisfiat. Et adiecto, quòd nos prædicta officia nulli infra eundem terminum committemus aliquatenus gubernanda, & si contingeret ipsum Dominum Episcopum nobis ex aliquibus causis seu defectibus aliqua defalcare, huiusmodi defalcatio non erit in pecunia, pro qua sunt subscripta officia obligata, sed in alia Summa est potiùs facienda, exceptione qualibet non obstante. In cuius rei Testimonium præsentes literas dedimus, nostri sigilli robore communitas. Datum Ratisbonæ, Anno Domini M. CC. LXX. nono. 12. Calend. Septembris.

Copia priuilegiorum Ratisbonensibus ciuibus per Fridericum secundum Rom. Imp. contra Episcopum ibi ac Duces Bauariæ datorum, Anno 1230.

R. FRIDERICVS secundus, Romanorum Imperator. Cùm ad fidelium deuotionem benignè dirigimus aciem mentis nostræ, ac horum profectibus intendimus diligenter, augetur in eis deuotio fidei, & tam ipsos quàm alios ad seruiendum fideliùs, per liberalitatis exemplum feruentius inuitamus. Inde est, quod notum fieri volumus vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, quòd nos attendentes puram fidem & deuotionem sinceram, quā ciues Ratisbonæ erga Imperium & nos semper habuerunt, considerantes quoq; fidelia & grata seruitia, quæ pro honore & exaltatione Imperij atq; nostra exhibuerunt diutius, & exhibere poterunt in posterum gratiora, volentes ciuitatem ipsam, propter ciuium merita, gratia & beneficiis nostræ celsitudinis ampliare, de immensa liberalitatis nostræ gratia concedimus eisdem ciuibus, hæredibus & Successoribus suis, in perpetuum omnia, quæ in Capitulis infrà scriptis aperciùs continentur, vt ipsis perpetuò vtantur pacificè & quietè,

In primis, quicunq; ciuis Ratisbonen. de duello impeditur, si se poterit expurgare duodecima manu honestarum personarum, de impetitione, qua impetitur, sit absolutus.

Item quicunq; ciuis impetitur, quòd de domo sua, vel in domum suam aliquis sit interfectus, vel quòd in ea seruauerit proscriptum, propter quod domus sua destrui deberet, si esset verum, & actor causam ipsam prosequitur conquerendo

querendo, sed pax eo tempore non esset in ciuitate iurata, sola se manu expurgabit: Si verò ciues pacem seruare iurauerunt, is, qui reus putatur, tertia manu se purgabit, inter quos sint duo, qui dicuntur denominati.

Item nullus inuadere debet domum alicuius ciuis, vel res in ea sibi vsurpare sine iudicio ciuitatis.

Similiter neque Dux, neq; alter potens Dominus debet domum alicuius ciuis, post mortem ipsius, vel eiusdem res infra ciuitatem, vel extra sibi vsurpare, sed bona ciuium, domus & reliqua, suis hæredibus relinquantur, & quicquid Domini, vel alij quiq; contra hæredes agere velint, illud ordine iudiciario prosequantur.

Item quicunq; ciuis Ratisbonen. conciuem suum extra ciuitatem detinuerit, vel res eius, querimoniam contra illum mouendo, nisi prius conquestus fuerit ciuitati. & iustitia sibi denegata sit, emendabit delictum Episcopo decem libris, Duci cum decem libris.

Item quicunq; residens in ciuitate impetitur de seruili conditione, qua teneatur impetenti, si talis probabit, quòd decem annis permanserit à nullo impetitus, deinceps securus permanebit à tali impetitione.

Item quicunq; domos, vineas, areas, curias vel alias possessiones, infra terminos pacis ciuitatis Ratisbonen. sine impetitione possederit decem annis, & posteà super illis fuerit impetitus; si quietam possessionem septima manu probabit, in pace res ipsas posteà possidebit.

Item infra muros ciuitatis ipsius, in vicino & foris extra fossatum nulla tenus ædificabit, nisi duodecim pedes distent, inter muros & ædificium, & totidem foris inter fossatum; Quod si aliter factum fuerit, præter licentiam ciuium, remouebitur ædificium, per iudicium ciuitatis.

Item Dux, quando solennem curiam habuerit in ciuitate Ratisbonen. solito more indictum, non exercebit iudicium contra Ministeriales Ecclesię, neque contra ciues, nisi tertio die, nec contra ciues procedet, nisi per sententiam suorum conciuium & non aliorum.

Item maior Aduocatus, qui Tümbuogt vulgariter appellatur, & potestatem habet iudicandi, ex parte Episcopi, & ex parte Ducis Burgkgrauius in nullum ciuem proscriptionis sententiam promulgabunt, nisi quando publicum habent placitum ex antiquo statuto, quod vtrique illorum habere debent tantummodo ter in anno.

Item tribus in anno vicibus ciues, pro vt expediens fuerit, de voluntate Episcopi & Ducis, Monetam intrabunt cum Magistris ab Episcopo & Duce ad monetæ officium deputatis, & denarios examinabunt, & si qua in eisdem inuenta fuerit falsitas, præfati Episcopus & Dux iudicabunt.

Item ciues potestatem habebunt eligendi Hansgrauium, qui disponat & ordinet extra ciuitatem & non infra, ea tantùm, quæ respiciunt negotia nundinarum.

Item nullus ciuis, neque bona illius detineri debent loco pignorum pro Episcopo, vel pro Duce, vel pro quacunq; alia persona, nisi tantùm pro suo conciue, hoc adiecto, quòd detentor ciuibus primò proposuerit causam suam, & iustitia sibi fuerit denegata.

Item quicunque ciuis acquisierit bona, vel à Monasteriis, vel ab aliis quibuslibet personis, vineas, domos, vel alias possessiones, ad spacium vitæ vnius, vel plurium personarum, si contingat Dominum, cuius sunt bona vendere vel infeudare, vel obligare illa, non minus habebit ille, qui acquisiuit bona, in eisdem

dem bonis iuxta quod dictum est, ius, quod acquisiuit, ei, qui tunc bonis dominatur, censum soluturus.

ITEM quicunque ciuis transfragium passus fuerit, & ob hanc causam à quocunq; spoliatus fuerit bonis suis; ipse spoliator propter causam delicti proscriptus Imperij habeatur.

ITEM quicunq; emendo & vendendo ritum negotiationis exercuerit, ille reddat cum ciuibus collectas; exceptis Clericis, quos super talibus relinquimus Episcopo corrigendos.

ITEM petitioni ciuium assentimus, statuentes, vt singuli potentes de ciuitate sua, qui vasallos sibi faciunt ad turbandam pacem ciuitatis. qui Mundman vulgariter nominantur, ad munitionem ciuitatis dent decem libras, nihilominus à fidelitate præscita relinquentes huiusmodi absolutos: Qui autem ad hæc contumaces extiterint, sint proscripti.

ITEM statuimus, quòd ciues Ratisbonen. non cogantur venire ad aliquod iudicium, extra ciuitatem, cùm hoc sit de antiquo iure ipsorum, nisi habeant prædia in rure, quæ impetantur, pro illis enim bene tenentur respondere coram Comite, in cuius Comitia prædium est locatum.

ITEM statuimus, quòd vnicuiq; ciui Ratisbonen. liceat cereuisiam facere, quæ familiæ suæ sufficiat, tali pacto, quòd eam non vendat, sed ad necessitatem familiæ suę tantummodo expendat, illorum contradictione, qui officiũ habent praxandi ceruisiam, non obstante.

ITEM statuimus, quòd telonium Imperij, quod solebat recipi ex antiquo, extra ciuitatem, quæ Chalmüntz nominatur, nullius contradictione obstante, in eodem deinceps persoluatur.

ITEM quicunq; residens in ciuitate impetitus fuerit, quòd sit Vogtman alicuius, & ille ciuis existens, collectas det nobis, & Episcopo, tanquam alius ciuis, nulla postmodum Aduocato seruitia exhibebit per coactionem, sed tantummodo certum, & ab antiquo determinatum seruitium exoluet.

ITEM si homo, qui censualis dicitur, continuam fecerit in ciuitate residentiam, iura ciuitati conseruando in dandis collectis & aliis, quæ à ciuibus statuuntur, nulla postmodum exhibebit Domino seruitia, per coactionem; sed tantummodo persoluat censum, saluum tamen in his esse volumus ius Ecclesiarum. Acta sunt hæc, Anno Dominicæ incarnationis, M. C C. X X X. mense Semptẽbris, 4. indictionis, imperante Domino nostro Friderico, Dei gratia gloriosissimo Rom. Imperatore, semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege, anno Imperij eius 10. regni Hierusalem; 5. regni verò Siciliæ 32. fœliciter Amen. Datum in Castris prope Anagniam, anno mense & indictione præscriptis.

ADDITIO.

ADDITIONES.

EPISCOPI RATISBONENSES.

Ratisbona, Secundarum Rhætiarum, seu quod est idem Vindeliciæ vrbs, Tiberij Cæsaris monumentum, in veterib. documentis Tiberina, & Augusta Tiberij appellatur. De qua, cum alio loco fusius à nobis sit dictum, eadem hic repetere noluimus. Sufficiat Diploma Leonis PP. adducere, quod oculis quorundam dolorem adfert, & est tale. a

In Aduers. hist. Boica.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Leo Papa. Agnitum esse volumus cunctis Christianæ religionis fidelibus, tàm præsentibus quàm futuris, qualiter Christianissimus Imperator & Augustus nomine *Carolus* Deo aspirante Christum hæreditatis suæ desiderans fieri possessorem, quoddam monasterium iuxta muros *Tiburinæ* ciuitatis, quæ à *Tiberio* Cæsare Augusto ædificata est, quæ modo vulgo appellata est *Reganespurch*, quod est constructum in honore S. Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi, & Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij martyris: vbi præclarissimus martyr & episcopus Pictauiæ corpore requiescit *Emerannus*, in nostram immunitatem successorumque nostrorum gratia defensionis transfudit. Et nos continuo pro Christi amore gratuita mente petitioni eius pie annuentes, decreuimus ita fieri, & iussimus hanc chartam auctoritatis nostræ inde conscribi.

Nihil minus quam à S. Seuerino Episcopo Rauennate, quod sicut & istud, non Paschasium Diaconum, sed Eugippium historiæ S. Seuerini auctorem, plures quoq; fuisse S. Seuerinos, & in designando vero isto Noricorum Apostolo auctores lapsos, clarissimè euincit doctissimus Eugippij Scholiastes his verbis. b.

Auctor huius historiæ Eugippius; de quo Isidorus Hispalensis episcopus, libro de viris illustribus cap. 13. scripsit, Eugippius Abbas (Eugipium nonnulli, quidam Eugypium vocant; Lazius Eugippium, Sabellicus Ennead. 8. lib. 2. Egisippum perperam, ineptius Irenicus, Exeges. Germaniæ lib. 3. c. 14. Cregiptium appellauit) ad quendam Paschasium diaconem libellum de vitâ Sancti monachi Seuerini transmissum, breui stylo composuit. Scripsit etiam regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Seuerini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris (Importunus consul anno Christi 509. aut sanè circiter) Anastasio Imperatore regnante. Isidorum sequutus Honorius Augustodunensis, de luminaribus ecclesiæ cap. 13. Eugippius Abbas composuit vitam sancti Seuerini monachi & regulam monachis. Scio Lazium iactasse Herulorum Eugippi historiam, & de eorundem in Norico sedibus: sed & compertum habeo, Seuerini hanc vitam isto verborum ambitu significasse. Quæ Fulgentij Ruspensis episcopi de charitate ad Eugippium quendam epistola extat, adhunc ipsum nostrum pertinet opinor, siquidem temporum ratio congruit. Noricum Auentinus dixit, Batauis quidem natum, vti in Germanicâ Annal. editione retulit: mihi constat in Norico aliquamdiu moratum, hanc illi patriam fuisse, non constat.

Alius Eugippius, itidem Abbas, ætate paullò inferior, sub Tiberio Thrace

vixit, vti annotatum à Sigeberto cap. 39. de viris illustrib. Is hortatu Renducis Neapolitani episcopi, quædam ex Augustino collecta Probæ virgini inscripsit. Plerique, inprimis Trithemius, cum priore temere confundunt.

Seuerini sanctitatis opinione clari plures fuere; huius qui Monachus in Norico egit meminere historiarum scriptores Paulus diaconus, Sigebertus, Gotfridus, Vincentius, Otto, Liechtenauius: posteriores nihil necesse enumerare: Martyrologium præterea Rom. VI. Id. Ian. quod fidei faciendæ, cum totius vitæ epitomen quandam complectatur, exscribam: Eodem die apud Noricos sancti Seuerini abbatis, qui apud eam gentem Euangelium propagauit, & Noricorum dictus est Apostolus. Eius corpus ad Lucullanum prope Neapolim diuinitus delatum, inde postea ad monasterium sancti Seuerini translatum est. Meminit reliquiarum S. Seuerini Gregorius Magnus Pont. lib. 2. ep. 58. & lib. 7. ep. 85. Monasterij & oratorij S. Seuerini in castro Lucullano lib. 2. ep. 40. & lib. 8. ep. 18. Quin Gregorium Seuerino Romæ Ecclesiam dicasse, quæ prius Arianorum fuerit, ex lib. 2. ep. 40. cognoscimus. Quod porrò Gotfridus Viterb. & Otto Frising. Seuerinum istum Rauenatem Episcopum nominanere, eos errasse palam est, idq; à Cuspiniano & Lazio, qui auctoritatem ratam habuere, non animaduersum miror. Mitto argumenta alia. Eugippius vtiq; cap. 1. eum ex orientis partibus in Noricum & Pannoniam venisse, cap. 9. Episcopatus honorem delatum recusasse, disertè scripsit. Qui paullò post Seuerus Rauennas sanctimoniæ laude illustris vixit, Seuerinum equidem à quibusdam appellatum Hier. Rubeus hist. lib. 4. prodidit, sed neque Episcopus lectus est, neq; in Noricum venit. Auentinus Anna. lib. 2. Seuerinum Africâ oriundum, fratrem Victorinum habuisse retulit: Æquè in vtroq; falsus, Africa quippe Norico ad meridiem est, neutiquam ad orientem: deinde, etsi vnus aut alter Seuerinus, & quidam in Africâ Seuerus, fratres tres Victorinos habuere, ij tamen longè alij à Norico Apostolo, quod ex martyrologiis in promptu.

Porrò ad Paulinum quod attinet Episcopum, operæ ni fallor pretium est audire Eugippij Scholiasten ad cap. XXI. vitæ S. Seuerini in hæc verba disserentem: Ab hoc (Paulino) Episcoporum suorum Catalogum auspicantur Reginoburgẽs; omninò temerè, nam ex ijs quæ ad caput decimum septimum annotauimus, liquidò constat, Tiburinam Norici metropolim, Reginoburgum non esse. Conradus quidam Reginoburgensis canonicus, qui ante ducentos annos vixit, primus istius sententiæ auctor, eum ceteri, vti fit, re parum examinata sequuti. Ne sibi verò Reginoburgenses, quorum beneficio Eugippium vulgamus, expuncto Paulino iniuriam fieri conquerantur, genuinos duos, pro supposititio hoc vno, Episcopos dabimus, in illorum fastos hactenus non relatos, *Joseppum* primum, cuius isto loco nemo meminit, *Cyrinum* deinde, cuius Hund. in metrop. subobscurè, at is in vita S. Emmerani quam scripsit, siue Hemmerammi, vt antiqui Codices habent sub finem Ioseppum Episcopum decessorem suum disertè appellat, & ex hac vita colligas *Gaubaldo*, qui sub *Pipino*, vtrumque fuisse supparem.

c. *Anno post Christum natum DVIII. Boios superato Danubio Romanam prouinciam Theodonis ductu ingressos ex probatorum consensu auctorum docet Velserus id cum ita se habeat, non subsistit illorum opinio qui asserunt Sanctum Lupum quendam Romanum, Anno CDLXXXIX. sub Theodone primo Bauariæ Duce, venisse Ratisbonam. Sed nec illud quoque subsistit, Lupum Ratisponæ Episcopum, quo tempore Theodo illam expugnauit, periisse: & fuisse eum Episcopum etiam Sclauorum & Carentenorum presbyterum*

Boicar. lib. 3. p. 149.

byterum, *Quam assertionem vtramque optimè verissimeq́, refellit Velserus his verbis:* Primus in ea vrbe (*Reginaburgo siue Ratisbona*) à Boiis conspectus Episcopus, (*Rupertus*) nam ante Boica tempora quosdam sedisse non ambigam, etsi memoria ferè excidit, vnius Lupi superat, sanctitatis famâ posteritati commendata. Quem qui Zenone imperante à Theodone primo, pietatis causa cæsum narrant, temporum rationem nullam habent, Neque ego exemplum quo Boij in Christianorum sanguinem vnquam sæuierint vllum proditum reperio. Absurdius errant, qui Lupum hunccum eo confundunt, qui Chermarum Carantanorum Principem Pipini ætate in fide instituit.

Boicar. IV. pag. 221.

Bene monet Velser. vbi suprà, in margine: Ratharium post Rupertum vixisse. d.

S. Ruperti vitam legat qui velit, apud Canis in. Antiq. Lection. Velserum præcitato libr. IV. Boic rer. P. Raderum de SS. Bauar. Tom. I. Fuit autem Salisburgensis Episcopus S. Rupertus; non Ratisbonen. nec inter hos numeratus. e.

De S. Emmerammo vide Velser. Boicar. IV. 228. cum seq. P. Rader SS. Bauar. Tom. I. Arnolf Com. Wochburgen: apud Canis. Antiq. lect. Tom. I. &c. Auentini commentum de Pictauia Noricorum vrbe, ex qua S. Emmerammus oriundus, cuiusq́ Episcopus fuerit, meritò reijcimus certiora nos docente Myræo Notit. Episcop. libr. V. p. 385. his verbis: PICTONES seu Pictaui, Galliæ populi, Cæsari & aliis noti. AVGVSTORITVM PICTONVM Ptolomæo. PICTAVIVM Hieronymo, Poitiers, V. E. & Academia. sub. A. Burdegalensi. &c. f.

Vrbs Episcopalis Archiepiscopo.

Lubet hoc loco inserere, quod in libr. Tradit. Ecclesiæ Frisingen. legitur.

Constat vniuersa Deo auctore ordinata cuius nutu futura, eius homo eminentiæ cuncta excellens signaculum similitudinis conditoris plasmatus fuerat, cuncta sibimet subiecta adeo fuisset imperatum, cuius largitoris munere viuimus & sumus, ipse enim & vires tribuebat, & intellectum, ipse tempus & locum, ipse suo beneficio spiritum inspirans facultati vt congrue succerrere corpore, vbi beatus Christi martir Emmerammum campum elegit certaminis vt victor triumphans perhenne cum Christo frueretur gaudio membris solutus amittere spiritum, eius amore, vt ibidem fundarem Ecclesiam vt pio apud Dominum delictorum merear veniam accipere. Sicque peractum est, vt ab incolis iusto emerem pretio meniis Ecclesiam prædicti honoris fabricaui martiris canona, dudum edificationem constitui honorifice bone memorie *Erimberto* Episcopo dedicatore ordinaui, quibus laboribus me remuneraturum confido. Propterea ego *Ortlaib* per consensum Abbatis mei *Riedhardi* prædictam Ecclesiam S. Emmerammi in loco Helffendorf constructa trado atque transfundo ad domum beate & intemerate Virginis Mariæ, & vt ne Canones repugnare videar *Arbonis* Episcopi ditioni subsistere debeat excepti beneficij illius vite mee, vt ex eis fruar beneficiis concesse licentie, stipulationes subnexa autem necessitate cogente filie mee, vt predictum fuisset eleuamen. Post obitum vero meum anime pro remedio mee Canonica subiaceat iura vt prenotatum est cum clero & seruientibus, cum libertis & allodionibus, cum termino & facultatibus ad domum Dei nostri genetricis M. pertinere debeat domum Castro Frisingas fundatum. Testes in libr. Tradition. inueniuntur. ' Actum in villa Isana sub die consule Non. Octobr. Anno XXV. regnante domino & Illustrissimo Duce Tassilone

[condidit] M. S.

in M. S. remedium

Videantur P. Rader. de SS. Bauar. Tom. I p. & Velser. Boicar. V. p. 238. quorum sententiæ tamquam veriori omninò inhærendum. g.

Vide. Velser. & P. Rader, vbi proximè suprà. h.

i. *Candidè Velserus, & ut solitus fuit semper, dextrè:* De Veliphołægo siue Vuolflaico, quem Erhardo & Alberto subijciunt, in neutram partem liquet.

pag. 189.

k. *Sufficient prudenti lectori, cum fabularum enim cupidis nulla nobis est communio, quæ Velserus de Victerbo doctissimè:* Victerbum vbiuis terrarum potius quàm Reginoburgi extitisse Episcopum, eædem rationes euincunt. Neque illos mirari desinam, qui non expensa tàm distincta notatione temporum Garibaldum Vhicterbo successisse, nugari adhuc pergunt.

ibidem

l. *S. WVNIFRIDVS, qui & BONIFACIVS, non est huius loci, nec quidquam hic de illo dicendum.*

m. Otlonus in Vit. S. Bonifac. lib. 1, cap. 39. Govvibolt nominat, à S. Bonifacio ordinatū Episcopum in Ratisponensi ciuitate, quæ metropolis Baioariæ est.

Nicol. Serar. Moguntiac. 3. pag. 361. & vid. eundem in notat. 28. pag. 497.

Velser. Rer, Boicar. VI. ad Anno Domini DCCXCI. de expeditione Caroli M contra Hunnos agens inter catera isthac tradit: Ex proceribus morte functi Angilramus Mediomatricum Archiepiscopus, & Simpertus Episcopus Reginoburgensis opinor, gratia & auctoritate apud Regem præstans.

n. Sunt qui eius obitum an. no ab hinc septimo referant, priuatos illius Ecclesiæ annales sequuti, verum nos eorum fidem alicubi vacillare experti, in hanc partem nutamus, nullo præterea per hæc tempora alio obseruato cognomine Episcopo. Corpus in S. Emmerammi Basilica, quam ampliori forma instauratam ornauerat, conditum, Adalvvinus Successor datus. Qui Constantinum Episcopum interijciunt, Arnolfi testimonio, cuius in hac causa grauissima debet esse auctoritas, reuincuntur.

Arnolf. lib. 1. de S. Emeran.

o. *De hoc Concilio Velf: Boicar. VI ita scribit:* Inermis se alius haud paullò infestior hostis, Fælix Orgelitanus in Pyrenæo saltu Episcopus, per pietatis speciem exeruit: qui ausus asserere Christum adoptionis tantum iure Dei filium esse, aduersus Ecclesiam grassabatur. At coacto Reginoburgi concilio, patrum consensu damnatus, Hadriano Pontifici satisfacturus Romam mittitur. *Idem Velser. d. loco. Anno. 798.*] Reginoburgi Adaluinus, coacto Episcoporum & clericorum, tum quoque nobilitatis concilio, Cathedram ex S. Emmerammi basilicâ in vrbem ad ædem S. Stephani tanstulit, approbante Rege & Pontifice. Emmerammi Monasterium in Romanæ sedis fide posthac fuit.

Alteri quoque Concilio interfuit hic Adalvvinus habito Salisburgi, iussu Caroli Magni, circa Annum 800. Velser. Boicar. VI. Anno 807. Concilium Salisburgi XVII. Kal. Decembr. indictum. Affuere Arno Archiepiscopus, Atto Frisingensis, Adaluinus Reginoburgen. Henricus Sabionensis Episcopi, de decumis & reliquo sacrorum iure disceptatum definitumque esse, annotatum reperio, ipsis concilij actis nondum erutis.

p. Ludouicus diuina prouidentia Rex Francorum & Boiariæ. Si nos ex munificentia & possessionib. nobis à Deo concessis locis sanctorum aliquid tribuimus, credimus indubitato, illud nobis ad præmium æternæ retributionis conducere. Idcirco notum sit omnibus Christi Ecclesię nostriq; fidelibus, quod nos ex augmento mercedis nostræ, sanctæ Ratisbonensi Ecclesiæ, quæ in honorem Principis Apostolorum Petri, & beatissimi martyris Christi sancti Hemeranni, qui inibi corporaliter requiescit, constructa est, cui in præsentia venerandus vir Paturicus Episcopus operatione diuina præsidet, concessimus aliquot prædia nostræ proprietatis, cum aliis circumsitis, videlicet tractum vbi quædam munitio Herlingoburg sita, in terra Auarorum, cum suis terminis, vt sequitur, distinguitur. Primo vbi fluuius Erlaphus in Danubium fluit, incipit modo nominatus circuitus, & extenditur sursum vnà cum ripis prædicti

Laz. de migratione 6.7. p. 247.

dicti fluuij, vsque ad fines Erdgastegi, Rursus propagatur prædictus tractus à superius nominato fluuio Erlapho ex parte Austri vsq; ad medium montis Slauorum Colmiza dicti, vbi duabus arboribus signa certa posita sunt. Et ab eo loco vlterius extenditur præfatus locus, ex parte Septentrionali, vsque ad Danubium. Et quæ plura sequuntur in literis quas subscripsit Adelbertus vice Ganzoaldi, anno Christi 832. 8. Octob.

Sequitur Diploma Caroli Crassi, in quo fit mentio Episcopi Bathurici.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si membra Christi infirmiora, sed abundantiori honore dignissima, debita charitate amplectimur, & imperialis auctoritatis robore communimus, id nobis, & ad temporalis tranquillitatis gratiam, & ad æternæ felicitatis gloriam pro futurum sine hæsitatione confidimus. Proinde omnium fidelium Christi tam præsentium quam succedentium nouerit industria, qualiter nos Monasterium beatissimæ Virginis matris Domini nostri Iesu Christi Mariæ in ciuitate Ratis. quod dicitur Oberenmunster, quod piæ memoriæ genetrix nostra Hemma regina, a Bathuricho Ratisponen. Episcopo solenni ac legittimo concambio recepit, vbi ipsa corporaliter sepulta requiescit, in nostræ emunitatis defensionem suscepimus, ea vidl: conditione, vt neque nos, nec quisquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut regalis exactor, siue ex imperiali, siue ex propria auctoritate quicquid ibi ordinandi, aut exigendi habeat potestatem. Sorores quidem Abbatissa decedente, aliam quæ succedat moribus atque vita probabilem, vnanimiter atque legittime eligant. Cui electioni siue ordinationi, non Imperator, non rex, non Episcopus, non aduocatus, non aliquis hominum in aliquo contradicat, nec difficultatem, nec molestiam quamlibet inferat. Sane aduocatum nullum habeant, nisi eum quem Abbatissa, & sororum concors discretio elegerit. Qui etiam aduocatus nihil iuris, nihil potestatis, nihil seruicij ibi requirere præsumat, nisi quod ei Abbatissæ & sanctimonialium bona voluntas constituat. Siquis vero deinceps hanc nostræ auctoritatis paginam propter suam cupiditatem infringere voluerit, omnium illorum criminum, peccatorum, delictorum, in extremo & districto examine, in præsentia Dei reus existat, pro quorum absolutione & redemptione piæ memoriæ genetrix nostra ipsum Monasterium ordinauit, ditauit, atque magnificauit, & tamen malum suum studium nihil valeat, sed vsque in finem seculi hoc præceptum nostrum inuiolabiliter perseueret. Et vt hæc nostræ auctoritatis constitutio firmiter, & certior habeatur, & diligenter obseruetur, manu propria subtus eam firmauimus, & bullæ nostræ impressione signari iussimus. Data XIIII. Kalend. Marcij, Anno Dominicæ incarnationis DCCC. LXXXVI. Indictione IIII. Anno Imperij piissimi Imperatoris Caroli in Italia VI. in Francia. V. In Gallia II. Actum in villa quæ Rotuile vocatur in dei nomine fœliciter Amen.

Signum domini Caroli Serenissimi Imperatoris Augusti.

Amalbertus Cancellarius ad vicem Luithardi Archicancellarij recognoui. Data XIIII. Kal. Marcij Anno Dominicę incarnationis DCCCLXXX-

 VI. In-

VI. Indictione IIII. Anno verò piissimi Imperatoris Caroli in Italia VI. In Francia V. In Gallia II. &c. vt supra. In his literis manifeste scribitur Hemmam reginam sepultam apud superius Monasterium. Hemmeranici fratres historiographorum auctoritate asserunt Anno Domini 809. apud se sepultam, & iam olim refossatam.

r *De hac contentione & super ea facta transactione ita legitur in libro Donationum:* Breue commemoratorium de conuentione piscationis & venationis ad Apirinisco quæ fuit facta inter Luipramum Iuuauensis Ecclesiæ venerabilem Archiepiscopum, & Erchanfredum Ratesponen. ciuitatis Episcopum. Coadunauerunt se ambo iuxta vnius hominis condictionem cui nomen est Heripald, vt sicut ille veracissimè proferret, ita vtrique consentire deberent. Qui interrogatus, se ab antiquis temporibus recordari respondit; quod de Iuuauen. sede per totius anni circulum in ipso supra nominato lacu vna nauis fieri deberet ad piscationem, alia de castello sursum, tertia de maninseo, excepto autumnali tempore, quando patuli pisces, quos vulgo Lahsos vocant coire debent, tunc solummodo in illo angulari loco vbi Iscola fluuius foris emanat, duæ naues ad piscationē illam fieri debeant, scilicet de Salzpurg, & de Maninseo. Simili modo in vernali tempore quando albuli pisces coeunt fieri debet. Sed nunc Erchanfredus Episcopus licentiam dedit, vt tertia nauis ibidem ad illam piscationem fieret. De venatione ita se coadunauerunt, vt vtrisque liceret in ista parte commouere & sic in antea caciando persequi. Similiter de altera parte liceret fieri, ea ratione vt primitus ad notitiam peruenisset ex vtrisq; partibus, & tunc cōmuni manu præfatum opus expleatur. Isti fuerunt præsentes testes Norplest Comes. Arfrid vassus dom. Folchrad pazrih. Vnolz. Gereat. Ratpor. Wihcor. Reginhart, Herupehrt. Tetih. Heripold. Iacob. Fritilo. Gerpold. Vnimili, Gundheri, Wasigrim. Rato. Meginprehr, Adalger. Ilpune. Item Arfrid. Wizirich. Etti. Ruetpreht. Isti clerici. Sigiheri. Erchanboh. Perachtram, Gisalhart, Rackor, Naudrat, & alij multi nobiles viri atque clerici. Actum ad Maninsee an. DCCCXLVIIII. indict. XII. sub die cons. XIV. Kal. Aug.

s Otkarium] *qui & Otkerus, sextus in ordine à S. Wilibaldo Eystetensis Episcopus. Embrichus autem Episcopus Ratisbon. Embricho quoq; & Ambricho appellatur: & notandum circa hanc variationem nominum propriorum quod benè monet R. P. Iacob. Gretser. in Catalogo Episcoporum Eystetensium de Erchenhaldo Episcopo agens:* Parum porrò interest, siue Erchenbaldum siue Erchenboldum scribas: vtraque enim scriptura vsitata est; nec diuersum hominem facit; & frustra sunt, qui Wiliboldum à Wilibaldo & Wuniboldum à Wunibaldo discriminant, & S. Bonifacij comitatum & societatem nouis comitibus & socijs augent. Quoties in istis Germanicis vocabulis mutatur a in o. vt Reginaldus, Reginoldus, Reinaldus, Reinoldus, Arnaldus, Arnoldus, & similia? neque vlla certa scribendi ratio in his Anglicis, Saxonicis, & Alamanicis vocabulis obseruatur, vt videre licet tàm in impressis, quàm in calamo exaratis codicibus.

t *Huic siue Asperto, siue Ansperto Episcopo transcribit D. Laurentius Hochvvart in suo Chronico Episcopor. Ratisbonen. commutationem factam cum Otkario Eystetensi Episcopo, de qua paulo ante mentio fuit facta.*

Sequuntur Diplomata Imperatorum & Regum, Tutoni Episcopo, & interuentu huius aliis quoq; concessa.

I. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus Dei gratia Rex. Si Dei Ecclesiis nostro videlicet Regimine procurandis dignos adhibere

hibere curamus honores, non solùm terreni, sed & cœlestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum præsentium, futurorumq́ue peruenire notitiam; qualiter conuenit inter venerabilem virum Radespoņensis Ecclesiæ Episcopum Tutonem, & quendam hominem nostrum, vt aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suam sancto Emmerammo Martyri, qualem visus est habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus in manum Episcopi & aduocati sui N. in perpetuam proprietatem: Econtrario verò retradente eodem Aduocato vnà cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et vt huius concambij præceptum firmum stabileq́ue permaneat, manu propria subtus illud firmauimus, annuliq; nostri impressione signari iussimus.

Diploma Arnolfi Imperatoris.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnolfus diuina ordinante clementia Rex, si id cuius diuino cultui mancipatur aliquod suffragium * id nobis ad perpetuam beatitudinem promerendam, quidquid profuturum esse credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium presbyterorum præsentium scilicet atque futurorum industria, quia nos quandam commutationem in Bauaria in pagis Chelezgouue cum Ambricho ven. Reginæ vrbis Episcopo, cũ consensu totius Collegij sibi subditi fecimus, dedit namque nobis præfatus Episcopus quandam proprietatem eidem vrbi contiguam ad Monasterium S. Hemmerammi martyris Christi constructam pertinentem, quæ quia ante illam aliquando ad inclusionem ferarum destinata fuerat, iterum ad hoc ab eo poposcimus concambiandum ac reuocandum. Nos vero in recompensationem eiusdem locelli, vulgari nomine Pruoil nominati, dedimusque ad prædictum Monasterium in pago Chelesgouue in villa Mandorff Ecclesiam cum decima & demum cum curte cæterisque ædificiis & vij hob, de terra scilicet, cum parstalkis omnique censu eorum, cunctisque iustè ad eandem proprietatem pertinentibus, agris, mancipiis, pratis, vineis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, exitib. & reditib. mobilibus & immobilibus, cultis & incultis. Et iussimus inde hoc nostræ auctoritatis fieri præceptum, per quod sancimus atq; iubemus, vt hæc commutationis auctoritas firma & stabilis perpetuis perseueret temporibus, sine alicuius contradicentis impedimento. Vt illa pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem manu propria confirmauimus, annuloque nostro assignari iussimus. Signum Domini Arnolfi piissimi Regis. Aspert, Cancellarius ad vicem Archicapellani recognoui. Datæ VI. Feb. Dominicæ incarnationis DCCC.LXXXVII. Indictione VI. Actum vrbe Regina, in Dei nomine feliciter Amen. Anno I. regni Domini Arnolfi piissimi regis.

2.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia Rex: Si debitores sumus, omnibus iniustitiam patientibus lineam æquitatibus exhibere, dignum fore arbitramur, quatenus Ecclesiasticæ res mundiburdum, ac defensionem à nobis habeant, nullamq́ue perpetiantur iniquitatem. Idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quamque futurorum industria, qualiter nos quorundam religiosorum virorum relatu didicimus, qualiter quædam res in pago Quiringouue in comitatu Hunolfi, in-

3.

ſi, infra terminum loci Scouinouua vocati de Monaſterio ſanctiſſimi Emmerammi & piiſſimi Martyris Chriſti iam longo tempore iniuſtè fuerint abſtractæ. Huiuſmodi iniuſtitiam non parui pendentes, iuſſimus eandem Marcham ad præfatum Cenobium pertinentem, fideles noſtros circumducere æquaque diſcretione ſequeſtare. Iſti ſunt, qui eandem marcham circumduxerunt, Engildeo Com. Odalrich Com. Meginhart Com. Chuniperht Com. Kerolt Com. Kunolt Com. Gero Com. & alii quam plures, quorum nomina alteri membranæ inſcripta præſenti auctoritatis noſtræ præcepto iacent inuoluta. Ita autem præfati loci terminus ab eis fuit circumductus atque limitibus diſtinctus. Id eſt de Murupach vſque ad Marachleo. Inde quoque vſque ad Riſpach. Deinde vſque ad caput Theanpach, inde vſque in rotam & ex rota ad Florginpach, ac deinde ad goldarun. Illinc ſiquidem vſque ſmalaga ſceit. Deinceps vſque ad graſa mare ſaho, ac deinde vſque ad cuiteem. Nos quoque ne vlterius exinde aliqua quæſtio oboriatur, ex integro eaſdem res veluti ibidem circumductæ eſſe noſcuntur ad prędictum Cenobium, pro venerandæ memoriæ remedio animæ patris noſtri Karlomanni videlicet inuictiſſimi Regis ac deinde noſtræ parentumque noſtrorum denuò tradidimus & iuſſimus inde hoc præſens conceſſionis noſtræ pręceptum conſcribi, per quod decernimus, atque regio munimine iubemus, vt omnes prærordinatę res ad ante dictum Monaſterium perpetim poſſidendę conſiſtant. Hoc quoque addimus, quatenus ipſæ res quas nos inde in beneficium acceptas habemus, ab eodem Monaſterio vllo modo tollantur, ſed ſi prius non redeant, poſt obitum noſtrum in ius Monaſterij redigantur. Et vt hæc donatio & conſtitutio noſtra firma ſtabiliſq; perenniter conſiſtat, manu propria præſens præceptũ firmauimus, Annuliq; noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus.

Signum Domini Arnolfi Inuictiſſimi Regis. Aſpertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognoui. Data XII. Kal. April. Anno incarnat. Domini D CCC XC. Indict. VIII. Anno III. regni Arnolfi piiſſimi Regis. Actum, Moſapurc regia ciuitate, in Dei nomine feliciter: Amen.

4. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Arnolfus, diuina gratia fauente Imperator Auguſtus.

Regalem igitur condecet dignitatem, vt facta fidelium ſuorum, quæ communi ipſorum congruunt vtilitati, vt piè eis conſulendo perſpiciat, ac in poſterum manſura gratanter corroboret. Inde quoque omnium Chriſtianæ religionis fidelium inſtantis ſcilicet temporis & futuri agnitum eſſe volumus notitiuè, qualiter Tuto honorabilis Ratiſponenſis Eccleſiæ Præſul, & commiſſi gregis nomine & merito tutiſſimus prouiſor. Et fœmina quædam Nobilis nomine Winburc quandam complacitationis inter ſe more populari perpetrare curtum noſtris præſentarunt obtutibus, ſupplicantes noſtri edicti tenore eum conſolidare, quod ita fieri decreuimus. In qua etiam continebatur inſertum, quomodo ipſa Winburc proprietatem ſuam, id eſt, curtem, quæ dicitur Nordilinga, in pago Rienſi conſtitutum cum omni integritate ſua, exceptis mancipiis XX. & vna Hob, Abſa cùm Argozzo; tradidit ad Sanctum Petrum, præcioſumque Chriſti Martyrem Emmerammum in manus V. præfati Epiſcopi & Aduocati ſui Gerharij perpetuò in proprium cum Eccleſiis binis decimatis, curtibus & caſis aliiſque ædificiis, familiis & vtriuſque ſexus mancipiis, cenſibus,

mitia

ſibus, vniuerſiſque appendiciis & adiacentiis ſuis. E contra verò eadem Winburc accepit per ipſas manus vna cum prænominato Aduocato ſuo, per quem & tradidit de rebus prædictorum ſanctorum locum Weindinga nuncupatum, cum attinentiis ſuis iure complacitationis poſſidendum. Quo peracto iuſſimus hoc præſens muniminis noſtri præceptum inde fieri: per quod decernimus atque omnino præcipimus, vt huiuſmodi complacitationis inſtitutio firma & ſtabilis perſeueret; eo videlicet tenore rationis, vt ſæpedicta Winburc ambas res ex integrò, id eſt, Nordilinga proprium ſuum, quod traditione filij ſui Zuentipulgi noſtraque præceptali donatione in poſſeſſionem adepta eſt, & Wemdinga omni tempore vitæ ſuæ ſecurè habeat, teneat atque poſſideat. Poſt obitum verò ſuum tum Nordilinga quumque Wenidinga ſalua integritate iuri & poteſtati ſupradictorum ſanctorum ſeu etiam tuitioni prouiſorum illorum abſque vllius moleſtatione ſubijciuntur in perpetuum. Et vt hæc complacitationis confirmatio à nullo vnquam Succeſſore noſtro violetur, ſed in Chriſti nomine vſque in finem conſolidetur, manu noſtra ſubtus eam roborantes, annulo noſtro iuſſimus inſigniri. Signum Domini Arnolfi Imperatoris Auguſti. Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognoui. Actum 15. Cal. Iunij. Annò incarnationis Domini DCCCXCVIII. indict. prima. Annò Regni Arnolfi piiſſimi Regis XI. Imperij eius tertio. Actum Reganeſpurc in Dei nomine feliciter, Amen.

Wendinga

5.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludouicus gratia Dei Rex. Si Pontificum ac miniſtrorum Dei noſtræ celſitudini fideliter famulantium petitiones quas nobis propriis ſeu Eccleſiarum vtilitatibus ob poſſibilitatem ſeruitij noſtri innotuerint, ad effectum perducimus: non ſolum imitando conſuetudinem anteceſſorum noſtrorum, verum etiam ad mercedem beatæ remunerationis talia facta nobis profutura prodeſſe liquidò credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque tam præſentium quam futurorum cognoſcat induſtria, qualiter nos pro æternæ mercedis augmento, cuidam venerabili ac dilecto Epiſcopo noſtro TVTONE nominato quaſdam res noſtri proprij iuris, in ius & proprietatem D. Emmerammi martyris per interuentum ac conſilium VEN. Pontificum Adalperonis & Ercanpoldi, imò etiam & reliquorum fidelium noſtrorum Luitpoldi ſcilicet dilecti propinqui noſtri, ac Gundpoldi Com. æternaliter poſſidenda conceſſimus, hoc eſt, in pago Nordgeüû in comitatu LIVTPOLDI, in villa quæ dicitur Teorinhoua, quæ pertinebat ad otunaſſam quæ eſt contigua loco qui dicitur Sentilapah, cum manſis & mancipiis vtriuſque ſexus, ædificiis, terris, pratis, paſcuis, viis & inuiis, aquis, aquarumue decurſibus, Molendinis, piſcationibus, exitibus ac redditibus, agris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, quæſitis & inquirendis, & omni communitate vtilitate ſyluæ, ſiue inſpeciali comprehenſione, ſiue etiam magiſtri alicuius conceſſione, quicquid ijdem ſerui eodem die vel tempore in poteſtate ac veſtitura ad noſtrum ſeruitium videbantur habere, totum ex integro tradidimus atque transfudimus prænominato Martyri eiuſque vicario in ius ac dominationem, perpetuis temporibus, & iuſſimus inde hanc præſentem ſcribi authoritatem noſtram, per quam volumus firmiterque iubemus, vt præfatus Epiſcopus firmiſſimam inde habeat poteſtatem, ſicut reliquarum Eccleſiæ ſuæ rerum. Et vt hæc authoritas largitionis noſtræ firma ſtabiliſque perpetuis temporibus perſeueret, manu propria ſubtus eam roborantes annulo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum Domini Ludouici Sereniſſimi Regis Ernuſtus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognoui.

tui. Data XVI. Kal. Mart. Anno incarnationis Domini. DCCCCIII. Indictione VI. Anno vero Ludouici piissimi regis IV. Actum Foreheim Curte regia in Dei nomine feliciter Amen.

v. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus diuina fauente clementia Rex. Nouimus nos ad sacra regimina, & ad Imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca Deo dicata diuino accensi amore procuramus. Ideoque sciat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurum posteritas, qualiter nos, per interuentionem nostræ dilectæ genitricis Outæ, quasdam res sui proprij iuris, quas à largitate beatæ memoriæ patris nostri Arnolphi Imperatoris per imperiale præceptum susceperat, ad cellam S. Emmerammi Martyris Christi, nostra regali auctoritate donauimus. Ea quidem ratione, vt easdem res, quædam vidua nomine N. diebus vitæ suæ possideat, ac post dies eius, in ius ac dominationem eiusdem cellæ redeant perpetuis temporibus tenendæ; id est curtem, quæ dicitur N. quidquid in potestate prænominatæ genitricis nostræ eâdem die erat. Quod antea præceptis datum non fuerat, extra vel infra terminum eiusdem curtis totum cum omni integritate per consilium & consensum venerabilium Episcoporum, nec non fidelium Comitum nostrorum, & cæterorum omnium, sicut priscis temporibus in singulis ministeriis Patrum nostrorum ordinatum fuerat, nihil extra dimittentes, in perpetuam possessionem tradidimus cum regimine, & eiusdem banno, mancipiis vtriusque sexus, ædificiis, pontibus & censu, sylua, omnique vsu eiusdem syluæ, aquis, piscina, vineis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, terris, cultis & incultis, molendinis, pratis, pascuis, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis.

Et iussimus in hoc præsens præceptum conscribi, per quod decernimus, firmiterque iubemus, vt præscripta Ecclesia B. Emmerammi, cui Tuto venerabilis Episcopus præesse dinoscitur, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem, sicut cæterarum Ecclesiæ rerum. Et vt hæc largitionis nostræ auctoritas stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum Domini Ludeuuici serenissimi Regis. Engelbero notarius ad vicem Theotmari Archicancellarij recognoui & subscripsi. Data II. Idus Augusti Anno Incarnat. Domini nostri DCCCC. III. anno Ludeuuici piissimi Regis IV. Indict. VI. Actum Ottinga in Dei nomine feliciter, Amen.

x. Quod antecessores sui non habuerunt] *Imò Principes Bauariæ ab antiquissimis temporibus, etiam ante hunc Arnolfum Bauariæ siue Regem siue Ducem (vtroque enim titulo ab historicis indigitatum reperio) habuerunt. Item inde à Carolo Magno deriuatum; & in consuetudinem & obseruantiam generalem perductum: de quo iure vel consuetudine cum Anno M.D.LXXXIII. de concordatis inter Serenissimum Bauariæ Ducem Guilielmum, & Metropolitanum cæterosque eiusdem suffraganeos auctore Sum. Pont. Gregorio XIII. instituta esse tractatio, pluribus actum fuit: & erit copiosius de hoc dicendi alia magis opportuna occasio.*

Vid. P. Rader de SS. Bauar. Tom. 1 pag. 99. b.

y. *De S. Wolfgango vid. P. Rader. Tom. 1. de SS. Bauariæ, & opera videtur adscribere carmen bon. mem. Philippi Menzelij D. Medici experientissimi, cùm erga Deum & omnes sanctos insigniter pij, tùm S. Wolfgangi cultoris deuoti: cuius sacram ædem in Alpibus Noricis quotannis inuisere à multo tempore in more habuit.*

Sueuo-

Sueuorum ſublime decus, ſed maior olympi
Gloria, magne, Deoque idem dilecte, Sacerdos,
Flos & Pontificum, WOLFGANGE, medulla ſacrorum:
Hæc ne adeò loca ſola, & inhoſpita tecta ferarum,
Syluæque, ſcopuliq́ue aſſueta cacumina nimbis,
Poſthabito luxu, ſplendoréque & vrbis & aulæ,
Arrisère tibi; Faſtis nam teſtibus olim
Quum fugeres contagem hominum, vitámque profanam,
Pertæſus, ſancto veterum de more parentum,
Sponte remouiſti te montes exul in altos,
Diſcludens humiles cæleſti pectore curas.
Hic Halo pyrgæas inter memorabilis Alpes,
Pinifer exibuit tibi durum Falco cubile
Sardanapalæis pro plumis, murice & auro,
Exeſum gelidi montis latus; aſpera ſaxa
Et caligantem latebroſâ in rupe receſſum.
Hic ſimplex epulis ieiunia victus inemptis,
Conditiſque fame, tenui, creberrima, menſâ
Leniit: atque auidam Bachi ſine munere fregit
Vnda ſitim: quæ Moſaico (mirabile) ritu
Te baculo tundente ſolum, de rupibus imis
Extitit, en ſubitò ſaliens: & diuite vena
Purior argento per ſaxa arentia rupit.
Nec tibi, qui ſanctóſque patres, natúmque Tonantis
Ipſum adeò ſolitus deſerta per auia ſtructis
Appetere inſidiis, multa vafer arte ſathanas
Abfuit ignipotens. Námque vt feruenter ad aſtra
Erectos animos, & nil mortale morantes
Deprimeret gelidâ coiens formidine ſanguis,
Te ſpectris malus ille cauis, & imagine falsâ
Terrere aggreditur. Videas nutare minaces
Falconis ſcopulos, aduerſíque ardua montis
Te ſuper horrendo iam iam impendentia caſu
Conuelli, rapidóque tonare fragore ruinas.
Talia, mentitis magnum per inane figuris,
Impoſtor volitans ſtygius ſimulacra ciebat,
At nihil his actum: tu contrà pectore firmo
Supplicibus placidum conuerſus ad æthera votis,
Perſtas impauidus: ſtragémque edentia tergo.
Et manibus paſſis obnitens marmora fulcis.
Iamque patent fraudes, & inania viſa fatiſcunt
Illa, precum valido impulſu difflata tuarum.
Vt pice nigrante quum diſijcit ætere nubes
Obductas Aquilo, ſolemque ſerenaque reddit.
Ipſa etiam cautes veteris veſtigia facti
Admiranda, hodie ſpectantibus obuia, ſeruat
Inſignita tui capitis, manuumque cauata
Appreſſu: diæque crucis victrice trophæo
Altè inſcripta, oculos paſcens animoſque legentûm.

Nec

Nec procul inde lacum qua mons Falconis Abernum
Despicit, erigitur frondosus in aëra vertex:
Vnde manu ancipitem, stans celsa in rupe bipennim
Correptam quatiens (fundandi illustre sacelli
Augurium) es vacuas quondam iaculatus ad auras.
Illa volans, vim supra hominis, solitúmque tenorem
Longius & Diuis acta impulsoribus ipsis,
Vestigando aciem circum huc illúcque ferenti,
Vallis in vmbrosæ tandem tibi colle reperta est,
Fatali depacta solo. Nam tanta secutus
Omnia, cælicolum regi pro tempore paruam
Hic properans struxti saxis rudioribus ædem.

Quid loquar, ante fores, templique in limine primo
Marmoreæ rupis molem, indubitátaque monstra?
Forte fatigatos somnus tibi longior artus
Presserat, in festi iam clarum manè diei
Productus: quùm tu domitor, censórque tuimet
Ante alios asper, tibíque ipse ignoscere durus,
Vt sua tam lentum mulctaret pœna veternum,
Hæc ad saxa ruens, plantásque manúsque pedesque
Feruidus aggrederis violento allidere pulsu.
Ecce autem (res mira) manus, plantásque pedésque
Accipit immersos, natiuum oblita rigorem,
Nuda silex: ceditque locum mollissima tactu,
Ductilis in morem argillæ, ceræué liquentis.

Cætera quid fando miracula mille retexam?
Siue tuis olim precibus, dum vita maneret,
Seu mundi euecto te post melioris ad arces,
Quæ patrata fuère, hodiéque stupenda patrantur:
Signatis equidem tabulis, & testibus illa
In luce, inque oculis hominum versantur, & ore.

Hæc omnis templi paries, postésque sacrati,
Vndique picturis fulgentes, vndique signis:
Quæ suspensa tholo, varijsè partibus orbis
Votorum posuère rei, donaria monstrant.

Sequitur Priuilegium Donationis ab Ottone II. Imp. S. VVolfgango Episcopo Ratispon. factæ, quod Ratisbonæ in monasterio Sancti Emmerammi originaliter extat.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si erga diuinis cultibus mancipata loca propter amorem Dei eorumque in eisdem locis sibi famulantib. beneficia oportuna largimur, præmia nobis apud Deum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostris præsentibus & futuris * qui vir venerabilis Wolfkangus reganespurgensis. Ecclesiæ Episcopus, quæ est constructa in honorem sancti Petri Principis apostolorum, necnon etiam sancti Emmerammi mart. Christi adiens celsitudinem culminis nostri innotuit auctoritati nostræ in terra quondam auarorum iuxta fluuiolum qui Erlaffa dicitur

tur locum quendam qui Steinina chiricha nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de Bauaria missis colonis incoli fecit. Qui vt tutiores ibi ab infestatione Vngrorum manere possent, petijt nostram serenitatem, locum quendam inter maiorem & minorē Erlaffam situm, vbi ipsi conueniunt castellum ad construendum, qui vocatur Zuisila. Cuius deprecationē propter diuinum amorem & reuerentiam sanctorum prædictorum libenter annuimus, & ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus Ecclesiæ, ab eo loco videlicet, vbi prænominati fluuioli confluunt, vsq; in Ibisa vbi ipsum flumen huic confluuio Erlaffarum proximum est, & sursum versus per litus Ibisæ vsq; in riuum qui dicitur Zucha, & per hunc vsq; in montem qui dicitur Sclauanicè rūznic. Ab orientali autem parte litus maioris Erlaffæ vsq; in montana propter munitionem locorum huic donoationi terminū statuimus. Et quidquid nostri iuris est ad donandum infra hos terminos ad sanctum Petrum sanctumque Emmeramum perpetuo iure contradimus. Et si minus quam VI. regales mansi arabilis terræ nostri iuris infra terminos præscriptos inueniatur, vbi proxime iuxta prædictum castelli locum habeamus ex vtraq; ripa Erlaffæ suppleatur. Has itaq; res & quidquid in posterum siluarum extirpatione omniq; alia cultura amplificetur, absq; vllius personæ obstaculo, cultis & incultis, quæsitis & inquisitis, ædificijs, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumq; decursibus, riuis cum riuaticis, molendinis, piscationibus. vijs & inuijs omnibus ad iam dictum terminum iuste legitimeque appartinentijs ad ipsius Ecclesiæ vtilitatem firmiter tradidimus. Ita videlicet vt supra memoratæ sedis rectores ob Ecclesiæ commoditatem liberam habeant potestatem faciendi quidquid elegerint. Et vt nostra largitionis auctoritas firma perseueret, annuli nostri impressione sigillari iussimus.

Hildeboldus Episcopus & Cancellarius ad vicem Willigisi archicapellani notaui.

Signum Domini Ottonis magni & inuictissimi Imperatoris Augusti.

Data II. Idus Oct. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXIX. Indictione VI. anno vero secundi Ottonis XV. Imperij autem IX. actum Radasponæ in Dei nomine feliciter Amen.

Copia Apostolici Diplomatis, super reliquijs B. Dionysij martyris Ratisbonæ.

IN saluatoris nostri Iesu Christi nomine, Amen. Leo Episcopus seruus seruorum Dei, Karissimo filio inclito regi Francorum, ac venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis in Christo filijs, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Decanis. Vniuersisq; tam subditis quàm prælatis eiusdem regni, salutem & apostolicam benedictionem. Deus omnipotens, qui non immerito per prophetam in sanctis suis esse mirabilis prædicatur, mira quædam inscrutabilis consilij profunditate disponit, quæ dum considerare non sufficit mens humana, ipsa suimet infirmitate deficiens, in quendam sui excessum rapi cogitur & stuporem, quod ipsi nos nuper experti, & vobis in Christo carissimis, & vniuersitati fidelium promulgare compellimur, vt & Dei opera pariter ammiremur. Nam cum per instantiam Serenissimi Imperatoris Henrici ad partes Germaniæ visitādas, ac præcipuè ad vrbē quę dicitur Ratispona vel Regenspurg euocati essemus, ad venerabile corpus B. Wolfgangi eiusdē vrbis Episcopi transferendū, hoc ea, qua decuit reuerentia & deuotiōe peracto, tui Francorū Rex in Christo fili Karissime, nos legati, tua tuorumque omnium vice solicitè rogauerunt, quatenus litem, quæ inter vos, & vrbem prædictam supra sacrosanctis ossibus Beatissimi Dionysij Ariopagitæ fuerat diutissimè ventilata, veritate discussa

dirimere curaremus. Vobis quidem eadem apud vos esse dicentibus: Ciuibus ac incolis vrbis præfatæ astruentibus è conuerso ea per inuictissimum Arnulphum quondam Imperatorem ad Ecclesiam sancti martyris Emerami esse translata, ibi denique deinceps contineri. Quæ quidem Ecclesia inibi sita est, atque ab omni aliorum subiectione ac iurisdictione libera ac exempta, ad ius atque proprietatem Beati Petri, apostolicæque sedis immediate pertinere dinoscitur, oblatione videlicet Excellentissimi Romanorum Imperatoris Caroli magni, ac posterorum ipsius, qui eidem hactenus successerunt seu in Imperio, seu in regno. Idipsum nihilominus venerabilis Abbas Reginbardus, ac fratres eiusdem Ecclesiæ cum vniuersitate Ratisponen. instantissimè petiuerunt fieri. Nos ergò vtriusque partis precibus inclinati, nec volentes vlterius corda fidelium dubij huius ambiguo caligare, in fratrum nostrorum, ac plurimorum Episcoporum ac Prælatorum præsentia & conspectu, scripta Arnulphi Augusti, ordinemque rei diligentissimè perlegentes, nec eo contenti Capsas, Thecas & scrinia in quibus sacræ reliquiæ conditæ dicebantur, ac titulos & epigrammata eorundem oculotenus solerti examinatione discutiendo, nihilque omittendo quod ad indagationem certitudinis pertinet, tam imperialibus quam papalibus antecessorum nostrorum literis sufficienter instructi, picturis quoque parietum multiplicibus, & sculpturis vetustissimis exprimentibus indicia veritatis, & notas indubitata fide comperimus, dicti Doctoris & martyris ossa venerabilia, excepta particula vnica, simul & minima manus dextræ, apud memoratum Beati Emmerami martyris cœnobium integraliter contineri. Etenim ne testimonia hominum, quæ iam diximus non sufficerent, diuina quoque non defuère prodigia & portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt, quæ nos quoque conscribi iussimus diligenter, vobisque transmitti per vestros nuncios ac legatos, nec non apud Ecclesiam prædictam perpetuo conseruari, vt & ad posteros gestæ rei notitia deducatur, & vlterius litigandi materia penitus conquiescat. Insuper districtè etiam præcipimus statuentes, vt translationis ipsius veneranda solemnia tam à fratribus eiusdem Ecclesiæ, quam ab vniuersis vrbis iam dictæ annis singulis cum omni iocunditate & gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germanorum tanti patris atque patroni aduentui non ingrata. Vos autem in Domino dilectissimi filij, rex Francorum tuique fideles, quamuis inuidendi theutoniæ gaudio videamini iustam quidem habere materiam, ita vt merito putatis de Allemannorum vobis lætitia sit dolendum, considerantes tamen & Dei omnipotentis, & inuicti martyris sui, quem ablatum plangitis, consolationis tandem admittite placamentum, pensantes attentius, quod nec vobis totus ablatus est, quippe qui charissimos prædicationis suæ & passionis consortes Rusticum & Eleutheriũ in dilectionis adhuc & tutelæ pignus dereliquit. Nec dolete si Germanos iam visitare dignatus est vel defunctus, qui vobis adhuc viuus prædicauit, & apud vos bonum certamen certauit cursum consummando, fidem seruando triumphum peregit victoriosissimæ passionis apostolatus sui, super vos signa tam in vita perficiens quam in morte. Cur igitur Alemanniam ipsius ossa fouere non permittatis in solatium & tutelam, quem vobis Athenæ, vt Christo vos lucrifaceret, viuum recipere, audire, & transmittere permiserunt? Accedet nihilominus consolationis & alia ratio & auctoritas, scilicet & excellentia subtractorum. Pretiosum quidem thesaurum vos perdidisse fatemur, sed ablatoris attendite dignitatem, simulque patris & apostoli vestri gloriæ congaudete, qui cum vos meritorum & doctrinæ suæ gaza ditauit, & reliquiarum suarum saltem ac ossium pretiositate locupletaret Theutonicas etiam apothecas, tam deuotum furem sui corporis habuit,

quam

quam insignem auro vtique & topazio meliorem, qui sui valore ad ossa sua sanctissima subtrahenda Cæsareum etiam verticem inclinauit, nec maiestas imperialis, nec regia celsitudo pij furis hic notam aut nomen erubuit in Arnulpho, dummodo beati corporis opibus vel doli vel furti atque sacrilegij modo satiari atque ditescere mereretur; & qui fures atque sacrilegos solitus erat condemnare, dummodo macharij Dionysij pretioso corpore frueretur, fur ipse hic fieri, & sacrilegus non contempsit. Cuius insuper fides atque deuotio dubium etiam omne per hoc penitus amputauit, quod non in ipsa Roma, non in quacunque metropoli, non in vrbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam: sed suum vbi se Dionysium condidisse & sciuit & lætabatur, suo se sperans patrocinio defendendum, & resuscitandum in die nouissimo cum beatis. Igitur dilectionem vestram monemus attentius, & hortamur in Domino, districtè quoque præcipientes, quatenus beatis Rustico & Eleutherio piè contenti, non fallentes vosmetipsos & alios, beatissimi Dionysij ossa in vrbe Ratispona apud Ecclesiam S. Emmerami martyris & noscatis & fateamini coruscare. Datum & actum Ratisponæ, Anno Domini Millesimo Quinquagesimo secundo, Non. Octobr.

Refert D. Laurentius Hochvvart in suo Catalogo Episcoporum Ratisponensium historiam, auditu, vt ipse ait, quam imitatu iucundiorem, quam hic repetere volui. bb. *Lib. 2. cap. 19.*

Anno Domini MLXIV. Sigifridus Mogonciacensis archiepiscopus, Vielhelmus Traiecten. Guntharius Babenbergen. Otho Ratisponen. episcopi, Alemannus à sacris Augustæ, Fridericus Damasiæ, Ekardus Schirorum, Ortulfus Hochvvartorũ Comites, atq; alij quam plurimi tum Episcopi tum nobiles Galliarum columina autumnali tempore hierosolymam orandi voto petunt. *Auent. lib. 5. fol. 332.* Cum autem eorum numerus vsq; ad septem millia fuisset auctus, dum anno domini 1065. suarum opum magnitudinem gentibus per quas erant ituri iactantius ostentarent, extremum sibi malum, nisi domini pietas illos paululum restituisset, accersiuerant. Nam Barbaros, qui vicatim ad tam celebres peregrinatores conspiciendos, vndiq; concurrebant, peregrinus cultus in admirationem, apparatus autem ingens ad spoliorũ dulcedinem illiciebat, peragrata itaq; Lycia, cum Saracenorum fines iam intrassent, nec iam multum ab oppido, cui Ramulo nomen est, abessent, proximo perasceue ante pascha circiter horam diei tertiã ab Arabitis prędatoribus incursati sunt. Primi qui salutem armis tutari conabantur cæsi sunt, & omnibus rebus expoliati, nudi relicti sunt in campo, inter quos Wilhelmus Traiecten. episcopus brachio plagis debilitato, nudus & semiuiuus iacuit, reliqui qui lentiores erant ad pugnam lapidibus ejaculatis, quod genus telorum locus ipse tum ministrauit, non periculum, sed mortem imminentẽ differebant, pedemq; pedentim retrahentes in castellum, quod post se viderant in ipso itinere mediocriter distare, peruenerunt. Capharnaum hoc è vocabuli similitudine coniiciebant esse. Illuc ingressi atrium quoddam, materia humili, & ex vetustate fragili septum occupant, In cuius medio domus erat cœnaculum habens satis editum, & ad repugnandum quasi ex industria præparatum. Huius superiora Moguntinus & Babenbergen. episcopi, cum suis clericis, Inferiora Otho cum cæteris episcopis sibi vendicabant. Laici omnes ad vim hostilem arcendam, & putrem materiam defendendam distinarunt impigre, & primã quidem certaminis procellam, lapidum iactibus propulsauere. Sed cum Arabes magnam telorũ imbrem in eos coni[illegible]ssent, & ipsi plerumq; impressione in eos facta, clipeos & gladios eorum manibus excussissent, non solum iam materiam tueri, sed etiam portis interdum erumpere & pugnã cominus audacter lacessere. Quorum impetũ dum Arabes nullo iam loco, nulla acie sustinere

possent, consilium tandem à tumultuaria congressione, ad obsidionem paran-
dam vertunt, vt inedia lassitudineq; conficiant, quos ferro non poterant expu-
gnare. Itaque multitudinem qua satis exuberabant; XII. siquidem milibus cen-
siti sunt, ita partiti sunt, vt alij vicissim alijs ad oppugnationem succederent,
nec vllam illis respirandi copiam facerent, hoc pacto Christiani tota parasceue,
toto sabbato, vsq; ad terciam fere horam paschalis festi, diu noctuq; sine inter-
missione sunt oppugnati, vt totum triduum cum Iesu Christo excruciati duxe-
rint insomne. Cibi & potus, cum mors illorum oculis obuersaretur, nullum de-
siderium erat. Quod si magnopere desiderassent, nihil omniū quod sumerent,
inopes rerum habebant. Cumque die tercio, iam inedia laboribusque prorsus
exhausti, ad vltimum periculorum peruenissent, quod virtutis conatus mem-
bra ieiunio fracta non sequerentur, quidam presbyter exclamauit, perperam
illos agere, quod spei plus in armis, quam in deo ponerent, calamitatem quam
deo permittente incidissent, suis viribus propulsando, propterea sibi placere,
deditionem facerent, præcipue cum inedia triduana iam illos pugnæ reddidis-
set inutiles. Deo facile esse, deditis & sub iugum missis, misericordia sua respice-
re, qui suos toties in vltima necessitate positos mirabiliter liberasset. Barbaros
non illorum vitam, sed opes appetere, quibus acceptis incolumes abire facile
passuros omnes. Placuit consilium, statimque ab armis ad preces conuersi, per
interpretem vt in deditionem acciperentur orabant. Quo audito dux Arabum
citato equo in primos aduolat, & submotis cæteris, ne admissa multitudo præ-
dam passim distraheret, ipse septemdecim suæ gentis honoratissimos secum ad-
sumens ingressus est, filio suo præsidij causa pro foribus relicto, ne prædæ auidi
post se non vocati fortassis irrumperent. Cumq; scalis admotis in cænaculum
Moguntini & Babenbergen. episcoporum, cum paucis ascendisset, Guntharius
Babenbergen. ætate quidem iunior, sed virtute & corporis dignitate ab omni-
bus prælatus, rogare cœpit Barbarum, vt omnibus quę haberent, vsq; ad nouissi-
mum teruncioluin sublatis, nudos se sineret abire. Ille tot congressionum cla-
de efferatus, & victoria superbiens, ait, se iam triduo aduersum eos, non sine
grandi exercitus damno belligerasse, vt suis conditionibus erga victos ageret,
non quas ipsi constituissent. Ne ergo spe falsa cluderentur, se rebus illorū omni-
bus conuasatis, etiam carnes eorum comesturum & sanguinem bibiturum. Nec
mora, linteum quo more gentis inuoluerat caput expediens, facto vinculo in
collum episcopi iniecit; episcopus vt erat vir liberalis verecundiæ, grauitatisq;
admodū maturæ, non ferens ignominiā, tanto nisu pugnum illi dedit in faciem,
vt vnico ictu consternatum ad pauimentum vsq; præcipitem daret, vociferatus,
prius eum pœnas daturum pro impietate, qua manus impuras in Christi sacer-
dotem profanus, & idololatra mittere præsumpsisset. Irruunt protinus alij cle-
rici & laici, & tam huic quam cæteris, qui cœnaculū ascenderant adeo nexibus
arctis manus à tergo constringunt, vt rupta cute per vngues sanguis plerisq; pro-
flueret. perlato autem facti tam audacis iudicio ad eos, qui in inferiori domus
parte consistebant, & ipsi principes Arabum, qui apud se erant, itidem nodis il-
ligant, posthac omnes Laici sublato in altum clamore, vocatoq; in auxiliū Chri-
sto, rursus arma capessunt, maceriā occupant, præsidium, quod circa portas erat
conferta manu fundunt fugantq;: & sic alacres sicut ĩnouatis inopino successu
viribus vbiq; rem agunt, vt nihil lassitudinis ex inedia laboreq; triduano puta-
res accessisse. Arabes hanc alacritatem tam subito & rebus trepidis & desperatis
ortam admirati, nec aliam huius nouitatis causam suspicati, quam quod de
principibus suis sumptum fuisset supplicium, infestissimis animis in pugnam
ruunt, & cuneo facto, per arma, per viros in castra perrumpere parant, & actum


done-

de nostris erat, nisi maturo consilio Christiani vinctos eo loco principes statuerent, vbi vis hostium atrocissima, & creberrima nix telorũ impluebat, apposito super eorum capita spiculatore, qui strictum manibus gladiũ tenens clamabat per interpretem. Ni quiescerent ab oppugnatione, non armis aduersum eos, sed principum capitibus dimicaturos. Tum ipsi principes, quos præter vinculorum acerbitatem imminens quoq; ceruicibus gladius vehementer angebat, eiulatu magno suos obtestabantur, vt moderatius agerent, ne certamine prorsus obstinato Christianos in sui supplicium necemq;, cum præcisa foret omnis spes veniæ, irritarent, filius ducis Arabum periculo patris attonitus, gradu quam concitatissimo in suorum confertissimũ gregem se dedit, & furientis exercitus impetum, voceq; manuq; increpans retinuit, in hostesq; tela iacere prohibuit, quæ non hostes, vt ipsi putarent, sed sui principes proprijs pectoribus excepturi forent. Hac occasione parumper ab armis & incursionibus vacatio data est, nunciusq; venit in Christianorum castra, missus ab iis, qui in parasceue cunctis amissis, nudi saucijq; Ramulo vsq; perexerant. Is amaritudine metu confectis mentibus, magnum attulit refrigerium, subindicans ducem prædictæ ciuitatis paganum licet, diuino tamen, vt putabatur instinctu, animatum cum ingentibus copiis ad ipsos liberandos aduentare. Nec latuit Arabes aduentantium hostium fama, statimque omnes auersis ab aliorum oppugnatione ad seipsos saluandos cogitationibus, præcipiti fuga, quo quemq; spes euadendi vocabat dilabuntur. In ea trepidatione dum alij ad alia curanda discurrerent, vnus vinctorum euasit, vsus opera cuiusdam Saraceni, quem ducem habebant itineris Christiani. tanto omnium dolore, tanto gemitu, vt ab eo cuius indulgentia dimissus erat, ægre manus abstinerent. Nec multo post dux, vt nunciatum erat aduenit, pacificeq; in atrium Christianis susceptus est, omnibus tamen inter spem metumq; suspensis, ne forte non sublata calamitas, sed hostis tantum mutatus esset, & ob rei nouitatem non temere credentibus, qui Satanam Satanas eijceret, & paganus paganum ab infestando Christiano prohiberet, Primo omnes vinctos sibi præsentari iussit. Quos cũ aspexisset, & quæ facta fuerant audiuisset ordine, maximas Christianis gratias egit, pro magnifice rebus gestis & acerrimis hostibus reip. fortiter expugnatis, qui regnũ Babylonicũ iam longo tempore populationibus assiduis infestassent, & magnos plerumq; contra se instructos acies pugna commissa obtriuisset, Traditos eos custodibus Regi Babiloniorũ viuos seruari præcepit, Ipse pecunia quanta conuenerat, à Christianis accepta, secum eos Ramulo perduxit. Deinde addito eis expeditorum iuuenum præsidio, ne qua denuo latronum incursione periclitarentur, vsq; hierosolimã eos perduci iussit, nihil deinde discriminis in eundo, nihil in redeundo perpessi Lyciam peruenerunt, gratias deo referentes, qui emensis tot rerũ asperitatibus viuos & incolumes in portũ adduxisset. Ex hoc per Christianorũ fines reditũ facientibus omnia cedebant ex sententia. Vbi vero peruentũ est in Vngariã, Guntharius Babenbergẽ. Episcopus, heu imatura morte præuentus prosperæ ac lætę reuersionis lugubrẽ omnibus exitũ fecit. Decessit autẽ X. Kal. Aug. ætate satis integra, vir præter morũ gloriã, & animæ diuitias, corporis quoq; bonis ornatus apprime. Natus erat ex primis palatij, priuatis possessionibus prȩter episcopatũ affluentissimus, lingua promptus & consilio, literis eruditus, tam diuinis quã humanis, tũ statura & formæ elegantia ac totius corporis integritate ita cȩteris eminens mortalibus, vt in illo hierosolymitano itinere ex vrbib⁹ & agris, eius spectandi studio cõfluerent, vnde cũ in illis in diuersorio plerũq; turba petulans propter ipsũ molestior esset, compulsus est aliquoties à cæteris episcopis, vt in publicum procederet, & obsidentem fores multitudinem sui spectaculo à cæterorum vexatione auo-

caret,ipse vero nihil huius felicitatis splendore factus insolens,ita propter Deum hominis gloriam contemnebat,vt infimæ quoq; conditionis hominibus popularem sese præberet,& à seruis suis plerumq; maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri itaque pompa funeris in patriam reportatus, & magnis omnium qui eum nouerant planctibus exceptus, in Babenbergen.Ecclesia, vbi a puero adoleuerat, sepultus est. Successit ei in Episcopatu, sed symoniace Herimannus Vicedominus Moguntinus,qui in eadem hierosolymitana peregrinatione constitutus, dum eum inualescente ægritudine videret ad exitum vrgeri,legationẽ præmisit ad necessarios suos,quibus domi discedens suæ rei familiaris dispensationem delegauerat, petens vt sibi ad Episcopatum quaqua ratione possent,aditum pararent. Quod & sedulo fecerunt, in coemptionem cuius, argenti & auri inæstimabili pondere profuso, eo tempore & Egilbertus Pataujens. Episcopus obiit, cui Altman sacellanus imperatricis successit, qui dum ipso tempore cum cæteris principibus hierosolymam abiuisset, per interuentum Imperatricis absens designatus est Episcopus.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Henricus diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore Othonis Ratisbonen. ciuitatis Episcopi Scotigenæ quidam, pro cruciando corpore, saluandaque anima patria sua exularant, ac diu orationum loca visitantes, Ratisponam tandem venerant. Qui dum licentia prædicti Episcopi, assensuque Dominæ Abbatissę Willæ, quæ tum apud S. Mariam in Monasterio superiori præerat, Ecclesiam in Wihen S. Petri vulgo dictam ad idem superius Monasterium attitulatam ministerio orationis prouidendam susciperent, mox officinas claustri adiutorio bonorum ædificant, monachicamque vitam inibi celebrant, & ab eleemosynis fidelium tantum ibi victitant, tandem pro Dei misericordia concessum est eis aliquantulum iustitiæ & vtilitatis ad eandem Ecclesiam pertinentis. Deinde ad me Henricum Dei gratia tertium Romanorum Imperatorem veniunt, & mundiburdium defensionis meæ expetunt. Ego vero petitionibus eorum facile acquiescens, in mundiburdium defensionis eos suscepi, & talem libertatem à prædicto Episcopo Othone, & ab Abbatissa Hazega, quæ tum locum S. Mariæ in superiori Monasterio regebat, eis acquisiui: vt nulla persona maior vel minor in eos, aut in bona eorum qualemcumque dominationem habeant, præter me & successores meos Reges vel Imperatores; sed securi maneant absque omni eiectione vel perturbatione, orantes pro se, & pro salute totius Ecclesiæ. Locus tamen subiectus sit superiori monasterio cui adtitulatus est, ad defensionem potius, quam ad destructionem. Si quis autem huic testimonio libertatis contradixerit,seu eos monachos peregrinos in aliquo molestauerit CCC. libras fisco nostro persoluere constituo. Et vt hæc auctoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conscribi, & sigilli mei impressione iussi insigniri. Data est Kal. Februarij, Anno Dominicæ incarnationis M. LXXXIX. Imperij quidem anno V. Actum Ratisponæ feliciter Amen.


Vid. Heb. Wart. ab. 8, cap. 19.

Signum Domini Henrici  Tertij Romanor. Imper. Aug.

Herimannus Cancellarius recognoui.

In

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia quartus Rom. Imperator Augustus. Nouerit omniũ sanctæ Dei Ecclesiæ fideliũ nostrorumq; vniuersitas præsentiũ scilicet ac futurorum, quod pro remedio animæ patris nostri Henrici III. Imperatoris, rogatu Scotigenarũ nec non ob interuentũ Principum nostrorum, Alberti Moguntinensis, Adelbaldi Magdaburgen. Archiepiscoporũ, & Episcoporum, videlicet Ottonis Babenbergen., Vdalrici Constantien. Comitum quoq; Herimanni de Saxonia, Gotfridi de Caloen, Hermanni Marchionis, & aliorum nostrorũ fidelium in nostrũ mundiburdiũ suscepimus Ecclesiam Ratisponæ, quæ iacet ante portam occidentalem, quæ Roselint, alias Ruselin porta dicitur, Quam Otto Ritenburgen. vrbis præfectus Ratisponæ, & alij quidam ex ciuibus eiusdem prænominatæ ciuitatis, videlicet Matho, Vdalricus, Luduinus, Adelhardus, & frater eius Anebast, Otto, Henricus, Heselinus & filius suus Ruobertus, Balduuinus, Eggehardus, Ludvvinus Wizenlinus, Lubelbertus, Dietmarus, Engilscalcus emerunt ab Adelhuno & filiis eius Vdelrico & Adelluino, & prædio illo, quod Monespach nominatur dotauimus, assensu quoque Hartvvigii venerabilis Ratisponen. Episcopi, Friderici aduocati Ottonis Comitis, Alberti Comitis, Henrici aduocati, Mathonis & aliorum prælatorum eiusdem loci, donantes ea sanctæ Mariæ matri Domini, & sanctis Apostolis Dei Petro & Iacobo, sicut mos est sanctis tradi, sine omnium contradictione, quatenus in illorum honore Deo ad seruiendum Ecclesiam ibidem construerent, quod & ita factum esse ab omnibus cernitur, eo siquidem tenore, vt eadem Ecclesia in perpetuum libera permaneat, nec ab aliqua persona magna vel parua ibidem Deo famulantes grauentur, nec quicquã seruitij nisi soli Deo & sanctis eius alicui inde soluere cogantur. Si quis autem hanc libertatem infringere tentauerit, XII. libras auri compositurus banno nostro subiacebit, medietatem Cameræ nostræ, & medietatẽ supradictæ Ecclesiæ. Quod vt verius credatur, & ab omnibus obseruetur impressione nostri sigilli iussimus insigniri.

Signum Domini Henrici quarti  Rom. Imper. inuictissimi.

Arnoldus vice Adelberti Archiepiscopi & Archicancellarij recognouit. Data VII. Kal. April. Indict. IV. Anno Dominicæ incarnationis MCXI. Anno ordinationis Domini Henrici Regis Romanorum XI. Regni autem eius VI. Imperij verò primo. Actum est Goslariæ, in Christo feliciter, Amen.

Not. hoc diploma scriptum secundum computationem Italorum, qui Henricum I. eximunt Imperatorum numero, cum reuera hoc diploma Henricus V. dedit, vt ex numero dato apparet.

Ordinatio Episcopi Conradi, de Capella S. Saluatoris Ratisponæ.

CVnradus Dei gratia Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus. Volentes animarum prouidere saluti vocatos ad nos viros bonos, qui dicuntur fratres minores, quorum vita sanctitatem redolet, & mores honestatem, a quibus etiam verbũ Dei seminatum, eo amplius ædificat ad correctiones hominum, quanto euidentius hoc ipsum affirmant eorum actiones, quod docere solent ex iniuncto sibi officio prædicantes, locauimus apud Capellam S. Saluatoris, quæ iure fundi spectare dinoscitur ad Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ, vt ibi diuinis vacantes obsequiis, prædicantes etiam fructuosum domino prestent famulatum. Ordinauimus autem mansionem eorundem bonorum fratrum in area vicina

dictæ capellæ, & eidem attinente in domo sumptibus nostris ædificatâ, vbi Wernherus Ecclesiæ S. Ioannis Canonicus, tunc eiusdem capellæ possessor legitimus, aliam domum prius ædificauerat, quam Ecclesiæ prædictæ S. Ioannis pro remedio animę suæ tradiderat, sub hac forma memorandæ traditionis videlicet vt eandē domum quilibet in capella eius successor ad opus suum de cætero possideret, eamque vetustate dilapsam repararet, soluturus etiam ex ea annuatim in festo beatæ Katharinę Virginis & martyris. LX. denarios Canonicis suius festum deuote celebrantibus distribuendos, pro cuius domus & areæ recompensatione non de consilio & bona voluntate Capituli nostri donauimus eisdem Canonicis libram vnam denariorum annuatim soluendam de Ecclesia nostra in Pondorff a Sacerdote qui nunc præest, & a quolibet qui in futurum præerit illi Ecclesiæ, siue vice & nomine procuratoris, aut perpetui Vicarij iure, aut etiam legitimi pastoris. Nec vlla difficultas obstet, aut dilatio, aut præpediens occasio, quæ possit aut debeat, prædictæ pecuniæ solutionem singulis annis, in festo beati Emmerami de cætero ratardare, aut eius euentui cōtraire. Nec hoc prætermitti debet a Canonicis, quia annua prænominatæ solennitatis exequutio, scilicet præordinata fuerat de prioris domus pensione, ita semper ordinetur de ipsius recompensatione. Concessimus etiam ex gratia nostra ipsis Canonicis, vt de cætero semper habeant, ad supplementum suarum præbendarum, dotem ipsius Capellæ, agros quosdam in Villa Altha, vnde soluitur annuatim libra denariorum. Cuius tamen quietam possessionem & antedictæ libræ singulis annis perceptionem prænominatus W. quamdiu vixerit habebit, sed post mortem eius cedet ad vsum vniuersitatis. Idē etiam tunc agent anniuersarium depositionis nostræ diem vigiliarum exequiis & missarum. Si vero fratres minores in eodem loco institutos aliquo casu emergente abire contigerit, Capella cum attinentiis omnibus ad caput ordinis eiusdem nihilominus respiciet quamdiu durabit, vt nihil in eius præiudicium ordinetur, donec totus cessauerit, aut illam noluerit habere capellam, tunc primum capella cum suis attinentiis ad Ecclesiam S. Ioannis redibit, attamen libra semper dabitur Canonicis annuatim in termino supra memorato. Vt autē hæc institutio firma semper permaneat, præsentem paginam scribi fecimus nostri sigilli appositione confirmatam, & sigillo capituli maioris Ecclesiæ cum testibus subnotatis. Testes sunt Gotfridus præpositus maioris Ecclesiæ, Magister Rubertus Decanus, Vlricus Vicedominus, Magister Hermannus Scolasticus. Vlricus de Weide Archid. Eberhardus Comes de Abensperg Archid. Dietricus de Schoneuelt, Vlricus de Talmeizinge Selpfradus Capellanus, Chuonradus de Veltkirchen, Chuonradus de Taufkirchen. Magister Chuonradus de Kirchpergk, Alhardus de Hutte. Henricus de Lerchenuelt, Hermannus de Svvindespach, Actū Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXVI. Indictione XIV.

ff. *Quibus porrò insidiis Conradus Rex, Imp. Friderici II. filius Ratisbonæ in Monasterio S. Emmerami petitus fuit ab Alberto & fratre huius Patauien. Episcopo Berchtoldo, & quæ euentu, dilucidè si quisquam alius, narrat auctor Chronici Episcoporum Patauien. sub Berchtholdo, sequentibus verbis.*

Ecce communi voto Dominus Ratisponensis cum suis fratribus, & domino Conrado de Holnuels, Ratisponam adeunt (vbi tunc Conradus Rex fuit, qui possessiones Episcopi & ministerialium Ratisponensium incendiis deuastauerat) milite adiuncto muros ciuitatis circa monasterium S. Emmerammi transeunt, proxima nocte post Innocentium, & quasi media nocte palatium intrantes, ostia cameræ in qua Conradus Rex cubabat, cū securibus excecantes, & cū per explora

ploraturum dicta non plures quam Regem cum quatuor sociis in ea dormire putabant, duobus occisis & tribus captis, credebant se occidisse Regem, sed nouus sextus fortuito casu superuenerat, & loco ipsius Regis est interfectus. Rex autem latitans sub scamno valde miraculose vi numinis periculum mortis euasit, propter quod factum (quia Vlricus abbas eiusdem facti suspectus habebatur) dictum Monasterium Rex Conradus & Dux Otto in prædiis & in ædificiis multiformiter offenderunt, venerant prædicti ministeriales ad Episcopum suum, qui foras muros ciuitatis cum multis armatis euentum rei sollicitus expectabat.

Post reconciliatos Regi Conrado Monachos S. Emmerammi clerus etiam cum ciuibus concordiam iniuit conceptis literis quæ sequuntur.

IN nomine Domini Amen. Vniuersis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis, Henricus Dei gratia Decanus cum vniuersitate capituli maioris Ecclesiæ Ratisbon. salutem in domino. Cum occasione generalis discordiæ inter S. Patrem nostrum dominum Innocentium, ac Fridericum quondam Imperatorem suscitatæ, membra Ecclesiæ capiti suo cohærentia quod non decet, a capite discedere, in multis partibus & maxime per Theutoniam solitæ pacis & quietis solatio fuerunt orbata, pestem illam ad instar canceri serpentem in his vltimis temporibus vsque ad nos plusquam credi potest, contigit deriuari. Nam cum venerabilis pater noster Albertus Ratisbonen. Episcopus, quosdam Burgenses captiuasset, & in vinculis captiuos teneret, Dominus Chunradus natus quondam Friderici Imperatoris, vna cum illustri Duce Bauariæ & liberis suis ad ciuitatem Ratisbon. manu armata, & copioso exercitu diuertentes, clerum & alios religiosos Ratis. ciuitatis, & diœcesis in personis & rebus hostiliter & grauiter offenderunt, adeo quod quidam à domibus eorum & vniuersis rebus eiecti, alij vero bonis sunt spoliati, quidam etiam vt personas saluarent, & id quod habebant, cum ipsis transigere sunt coacti. Et quod non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & culpam procul dubio habet, qui quod potest corrigere negligit emendare, cum scriptum sit, quod non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt, participes iudicantur, videbatur nobis & aliis, & non immeritò, quod ex conniuentia ciuium Ratisbon. hæc damna fuissent nobis tam atrociter irrogata, vnde fugæ subsidium eligentes quidam ex nobis, se ad alia loca transtulerunt, alij vero mediantibus treugis, non semel sed sæpius interpositis in ipsa ciuitate non sine metu tamen rerum & corporum steterunt. Dicti vero Burgen. innocentiam nostram, & reliqui cleri considerantes, quod nullis nostris exigentibus meritis iacturam istam pateremur, mærentes etiam dissidium vnionis nostræ, cum hæc tam nobis quam ipsis non modicum dispendium generaret, studiose tractare cœperunt qualiter ad concordiam & vnionem nos cum ipsis pariter reuocarent, & fratres nostros absentes per literas ipsorum patentes ad ciuitatem Ratisb. euocantes, multis se circa nos allegationibus excusarunt, & non paruam nobis compassionem de damnis & iniuriis irrogatis ex parte communitatis ipsorum sæpius obtulerunt, allegantes etiam & firmiter asserentes, quod vniuersitas ipsorum in damnis nobis illatis culpam aliquam non haberet, præter hoc quod circa tutelam & defensionem nostram minus solliciti, & desides aliquantulum extiterunt, obtulerunt insuper quod si singulariter ex ipsis aliqui in personis vel rebus vniuersos & singulos grauasset, de illis amicabiliter nobis satisfacerent, vel iustitiæ complementum exhiberent. Quare post varios hincinde tractatus inter nos habitos sub isto tenore cæpimus concordare, quod

gg. *Reconciliationis præsentis formam reperiet lector supra pag.*

quod si Burgen. omnia iura & libertates, quas ab antiquo nos, & totus Clerus Ratisb. ciuitatis habuit, & eorum antecessores soliti sunt habere restituerent, & quod personas, res, honores, libertates, & iura nostra sicut se ipsos quantum possent, rebus & corpore protegerent, ac defensarent, & ipsi defendẽdo propensius cõseruarent. Nos aũt omni actioni, quæ nob. cõtra ipsorũ cõmunitatẽ, occasione præmissorum damnorũ & iniuriarum cõpetere poterat, renunctiauimus & ipsos reddimus absolutos, saluo hoc quod de singulis eorum, qui nos in aliquo læserunt, vel damna intulerunt amicabiliter satisfaciant, vel iustitiæ faciãt complementum. Promisimus etiã quod quæcunq; dicti Burgen. à nobis requirerent, salua tamen obedientia nostra & libertate, consilium & fauorẽ ipsis melius quod poterimus impendemus. Vt autẽ hæc vnio nostra & concordia firma perseueret, nec a quoquã possit violari, literas nostras mutuo nobis ad inuicem tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hæc an. Domini. M.CCLI. Data Ratisb. mediante & approbante fratre Henrico de ordine prędicatorum penitentiario, & nunctio domini Papæ, 4. Kal. Augusti Indictione VIII.

Literæ quas Ciues Clero tradiderunt.

hh. IN nomine Domini Amen. Vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, Fridericus Magister ciuium cum vniuersitate ciuium Ratisb. salutẽ in Domino. Cum occasione generalis discordiæ inter S. patrem nostrum dominum Papã Innocentium, ac dñm Fridericum quondã Imperatorem suscitatæ, mẽbra Ecclesiæ capiti suo cohærentia, quia non decet a capite discedere, in multis partibus, & maxime per Theutoniam solitæ pacis & quietis solatio fuerunt orbata, pestem illam ad instar cancri serpentem in his vltimis temporibus vsq; ad nos plusquam credi potest, contigit deriuari. Nam cum venerabilis pater Albertus Ratis. Episcopus quosdam nostræ ciuitatis Burgen. captiuasset, ac in vinculis captiuos detineret: Dominus Chuonradus natus quondam Imperatoris Friderici, vna cum illustri duce Bauariæ & liberis suis ad nos manu armata, & copioso exercitu diuertentes, Clerum & alios religiosos Ratis. ciuitatis & diocesis, in personis & rebus hostiliter & grauiter offenderunt, adeo quod quidã a domib. ipsorum & vniuersis rebus eiecti, alij vero bonis suis spoliati, quidã etiã vt personas saluarent, & id quod habebant, cum ipsis transfigere sunt compulsi. & quod non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & culpam procul dubio facientis habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Cum scriptum sit, quod non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt participes iudicantur, videbatur multis, & non immerito, quod etiam conniuentia nostra, hæc damna fuissent ipsis tam atrociter irrogata. Vnde fugæ subsidium eligentes, quidam ex eis se ad alia loca transtulerunt, alij vero mediantibus treugis non semel sed sæpius interpositis, in ipsa ciuitate non sine metu tamen rerum & corporis nobiscum steterunt.

Nos vero innocentiam non tam Canonicorum maioris Ecclesiæ, quam etiã totius Cleri nostrę ciuitatis considerantes, & quod nullis ipsorũ exigentibus meritis iacturã istam paterentur, mærentes etiam dissidium vnionis nostræ, cũ hoc tã nobis quã ipsis non modicum dispendium generaret, studiose tractare cæpimus qualiter ad concordiã & vnitatẽ nos cũ ipsis pariter reuocaremur, & fratres ipsorũ vidl. Canonicos maioris Ecclesiæ absentes per literas nostras patentes ad ciuitatẽ Ratis. reuocãtes, multis circa ipsos allegationib. excusauimus, & nõ paruã ipsis cõpassionẽ de damnis, & iniuriis irrogatis ex parte cõmunitatis nostrę sępe obtulimus, allegantes etiã & firmiter adserentes, quod vniuersitas nostra in damnis eis illatis culpam aliquam non haberet, præter hoc quod circa tutelam & de-

& defensionem ipsorum minus solliciti ac desides aliquantulum extiterimus. Obtulimus insuper quod si singulariter ex nobis aliqui in personis vel rebus vniuersos vel singulos eorum grauassent, de illis amicabiliter eis satisfaceremus, vel iustitiæ complementum præberemus. Tandem post varios hinc & inde tractatus inter nos habitos, sub isto tenore cœpimus concordare, quod ipsos Canonicos & Clerũ, nec nõ religiosos cuiuscunq; sexus nostræ ciuitatis ad omnia iura & libertates, quas ab antiquo habuerunt, & eorum antecessores soliti sunt habere restituimus, & quod personas, res, honores, libertates, & iura ipsorum sicut nos ipsos, quantum possimus rebus & corpore protegemus, ac defensabimus, & nos ipsi defendendo propensius conseruabimus. Promiserunt etiam quod quandocunq; nos ab ipsis requisierimus, salua tamen obedientia ipsorum ac libertate, consilium & fauorem nobis melius quod potuerint impendere non omittent. Ipsi autem omni actioni, quæ eis contra nostram comunitatem occasione præmissorum damnorum & iniuriarum competere poterat, renunciauerunt, & nos reddiderunt absolutos, eo ipsis saluo quod de singulis nostrûm, qui eos in aliquo læserunt vel damna intulerunt amicabiliter satisfaciemus, vel iustitiæ faciemus complementum. Vt autem hæc vnio nostra & concordia firma perseueret, nec à quoquam possit violari, literas nostras mutuo nobis ad inuicem tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hæc Anno Domini M.CCLI. Data Ratis. mediante & approbante fratre Henrico de ordine prædicatorum pænitentiario, & nunctio domini Papæ. 4. Kalend. Augusti, Indictione VIII.

Nos Henricus præpositus. Leo Decanus cum vniuersitate Capituli maioris Ecclesię Ratisbon. omnibus in perpetuum. Dilectus & venerabilis dominus frater Albertus, Episcopus noster nobis à domino Papa præfectus in Episcopum & pastorem, ad nos veniens & inueniens præbendas nostras modicas & attenuatas ex diuersis litibus & incursibus aduersis præteritis, nec sufficientes futuris euentibus propellendis, nostri misertus dedit Capitulo nostro Ecclesiã Munster siue Chamb, tunc vacantem pleno iure ad ipsum pertinentem in præbendarum nostrarum subsidium & augmentum, & nos contulimus eam cuidam confratri dicto de Hagenhul, ad determinatam pensionem. Quo mortuo vacanti adhuc Ecclesia imposuimus ei onus pensionis LX. librarum soluendarum annuatim, specificatis terminis expressis quantum, & ad quæ officia distribuenda esset pensio memorata, videlicet à principio anni vsque ad finem singulis sextis feriis vna libra. VIII. vero librarum reliquarum 4. in anniuersario prædicti domini nostri fratris Alberti Episcopi huiusmodi beneficij largitoris. Reliquarum vero quatuor librarum duę inuentionis S. Stephani Capitulo ad consolationem, vltimiæ vero duæ libræ in anniuersario Alberti quondam Episcopi fratris Alberti prædecessoris. Electus autem a nobis ad eandem Ecclesiam, suscipiet eam ad prædictam pensionem soluendam terminis prædistinctis sub hac pœna, vt si prędictorum terminorum aliquo soluere neglexerit quod debebit, eo ipso ab officio sit suspensus, & si infra mensem postea non purgauerit moram, quod neglexerat persoluendo, Ecclesia vacet ab eo sine spe ac fiducia rehabendi, & ipse nihilominus erit debitor retentorum, & domini habebunt potestatem omnes res quas tunc temporis habet, pro eisdem debitis confiscandi. Habebit quoque in Ecclesia continuam residentiam, nec petet a residentia absolui à quoquam, qui absoluendi habuerit potestatem, & si obtinuerit & literas super eo, nec factum literæ roboris alicuius erunt, sed Ecclesia vacabit ipso facto, alteri conferenda. Datum Ratispon. Anno Domini M. CC. LXII. quinto Kal. Martij.

kk. *Hic ipse Episcopus Heinricus contulit Capitulo suo Cathedrali Ecclesiam Dietfurt forma & modo, quemadmodum sequentes donationis siue collationis literæ testantur.*

Heinricus Dei gratia Ratispon. Episcopus. Vniuersis præsentes literas inspecturis salutem in omniū saluatore. Et si ex susceptæ administrationis officio, quo Ratisbon. Ecclesiæ gubernacula, licet immeriti, moderamur, vniuersarum & singularum nostræ diocesis Ecclesiarum, ac Ecclesiasticarum nihilominus personarum prouectinoibus & incrementis paternę solicitudinis vigilantia studere volumus & intendere debeamus, illis tamen in officiis charitatis primo loco nos reputamus obnoxios, & ad promotionum augmenta liberalius debitores, per quos & inter quos nutriti creuimus ad honores, & à quibus nostræ sublimationis auspicia nos recognoscimus accepisse. Cupientes itaq; prædecessorum nostrorum, quibus pacem & quietem optamus in Domino, pro viribus inhærere, qui pro consideratione cultus & personarum commendabilium honestate, ad instaurandos notabiles defectus, quos Ratisponen. capitulum sustinet, in prębendis paterna diligentia propensius cogitabant, sicut hodie suæ liberalitatis exemplis colligitur manifeste, Dilectis in Christo fratribus nostris Ecclesiæ Cathedralis, Ecclesiam Dietfurt, cuius donatio ad nos spectare dinoscitur, pleno iure cum omnibus redditibus seu prouentibus, & generaliter cum vniuersis & singulis suis iuribus, iure patronatus videlicet & aliis pertinentiis quęsitis & inquirendis perpetua donatione conferimus, & donamus, perpetuo & pacifice possidendam, & suis consolationibus irrefragibiliter applicandam. Quo magis & melius prænominati fratres nostri diuinis cultibus valeant interesse, & hospitalitatis onera tollerabilius subportare, nobis & successoribus nostris, qui pro tempore fuerint Ratisbon. Episcopi, ius confirmandi plebanum in eadem Ecclesia per iam dictos fratres seu Canonicos nostros præsentandum, tantummodo reseruantes quem institui volumus & mandamus in Ecclesia supradicta, sub titulo perpetuæ vicariæ, ita quod non plus quam pensionem quindecim librarum, singulis annis soluere teneatur, quo vtilius & fidelius posśit hospitalitatis solatia exhibere. Cæterum quod gratiarum actio est percepti beneficij recognitio, sæpefati fratres nostri de accepto beneficio non ingrati pro recognitione gratiæ sibi factæ, quędam festa & anniuersaria nobis omnimodo specialia libenter & fideliter celebrabunt. In quibus hunc modum & ordinem statuimus & præcipimus annis singulis obseruari, videlicet quod pro festiuitatibus Conceptionis beatæ virginis Mariæ, & beati Augustini cum pulsatione terroris & aliis solemnitatibus æqualiter celebrandis. Ita quod ad lectiones & versus fratres cappis Choralibus induantur quinque libras denariorum: Ratisbon. cellario qui pro tempore fuerit: In assumptione beatæ Mariæ Virginis assigneatur, de quibus in eisdem festis ad Chorum more consueto distribuet denari: Zoll: artocreas & simulas maiores, quemadmodum ipsæ simulæ in recordatione fratrum dari hactenus consueuerunt. Et quælibet simula tantum valere debet, quantum valent tres simulæ cottidianæ. Et hanc distributionem ad fratres existentes in vesperis & in matutinis & in missa maiori agendi tantummodo volumus & non vltra. Ita tamen vt careant artocreis qui vesperis non intersunt, & similis qui neglexerint matutinas, hiis verò qui missæ non interfuerunt, non dabuntur, eundem ordinem volumus in vicariis maioribus etiam obseruari. Excipimus tamen annos habentes gratiæ cum debilibus & infirmis. Præbendas vero regis, Episcopi, & Custodiæ, & quatuor officialium tantum integraliter de cellario voluimus ministrari. Et quod præsentes in officiis absentium onera ferre videntur de portione seu parte ipso-

ipsorum absentium cuilibet vicario præsenti & ad singulas prebendas officialiũ vna simula minor, & duæ artocreæ ministrentur. Et si in feriam sextam cadere contigerit ipsa festa, volumus vt cellarius præmissa cõpleat, quinta feria præcedenti, nec in ipsa sexta feria, vel si in feriam secundã, aut quartã, siue sabbatũ euenerint, oua vel caseos sicut ratione seruitialium dierum solitus est facere, subtrahat de prebendis & nihilominus det artocreas his diebus. Item volumus vt per cellarium in quolibet supradictorum festorum scil. Conceptionis & Augustini XII. denarij Ecclesiasticis tribuantur. Reliquæ vero decẽ libræ, quarum obellarius existens pro tempore in festo beati Martini quinque, & in Epiphania domini quinque recipiens, & distribuentur per ipsum obellarium in hunc modum. In natiuitate domini promissa lux fulgebit. Quæ propter labores, vigiliarum & officiorum grauitatem ad ipsam diem pertinentium consueuit à fratrib⁹ aliquando minus debito frequentari. Et pro añ hæc dies quam fecit dominus immediate post ipsam missã alta voce cantanda. Hiis qui toti missæ & antiphonę interfuerint, & nulli alteri dabit ipse obellarius duas libras, exceptis debilibus & infirmis, & tribus præbendis, scil. Regis, Episcopi, & Custodiæ. Qui denarium per festum natiuitatis domini, pro denariis oblationum poterunt deputari, portione tamen vicariorum præsentium non obmissa. Cantores tamen etiam in ipsa missa chorum honesta solennitate regentes XII. denarios vltra portionem debitam consequentur. Item pro festo beati Ambrosij, quod propter quadragesimam in qua cadit, rite celebrari non potest, in die translationis suæ, hoc est in crastinum Nicolai cum pleno offitio celebrando dabitur vna libra fratribus & vicariis qui fuerint tunc præsentes, vt superius est expressum. Item quod prædicta festa scil. Conceptionis & Augustini desiderabilius & solennius celebrentur. Volumus vt in quolibet istorum festorum diuidatur præsentibus & vicariis ac clericis vna libra. Item pro commemoratione omnium benefactorum Ecclesiæ quorũ si memoria sigillatim ad plenũ non agitur, saltim vno generali & communi officio, quod ex nunc in vigilia beati Petri cum vigilia & missa & ministris Canonicis, processione, pulsatione sicut in recordatione fratrum fieri cõsueuit, annis singulis statuimus solenniter celebrari, quod amodo suppleatur iuxta modum de alijs festis præmissum, tres libræ fratribus diuidantur recolentes quod salubris est cogitatio pro mortuis exorare. Item duas libras pro nostro anniuersario deputamus. Statuimus etiam quod obelarius prebendã Regis, Episcopi, & Custodiæ, de suo officio similiter integraliter administret. Ordinamus adhęc, vt in omnibus festis & anniuersariis pars absentium, & quicquid supererit diuidatur inter præsentes quantũ poterit tunc extendi. Ita quod cuilibet vicario dentur quatuor denarij, in quodlibet festo & anniuersario antedictis, eo prouiso pro negligentibus vigilias in cõmemoratione benefactorũ, & anniuersario nostro medietas & neglĩgẽtibus missam similiter medietas in denariis subtrahatur. Obellarius etiã in ipsa commemoratione benefactorum & anniuersario tribuet Ecclesiasticis XII. deñ. In aliis autem festis prænotatis, sex tantum deñ. eis dabit. Sæpe fati etiã fratres nostri ex superhabundanti in signum mutuæ dilectionis voto concordi liberaliter admiserunt & fideliter promiserunt, quod in festo Virginis gloriosæ scil. assumptionis q.d tãto deuotius & solẽnius est celebrandũ, qn. præ cæteris sanctis dñs ipsam suã genitricẽ extolli voluit, & miraculis excellentioribus illustrare, processionẽ solennẽ ad inferius monasterium Ratisbonæ, ad instar processionis Apostolicæ in exequiis ipsius B. Virginis ab Apostolis ipsis factæ singulis annis facient & seruabunt. Itẽ specialiter prohibemus ne de præmissis omnib⁹ alicui habenti præbendã noĩe precario vel titulo emptionis quicqd debeat ministrari. Sed eosdẽ ac omnes absentes, qui tũc in vesperis & in

 matu-

matutinis maiori missa & alijs horis canonicis præsencialiter in choro non ste-
terint, exceptis infirmis & debilibus, annum gratiæ habentibus, prout superius
est expressum, ab huiusmodi consolationibus præcise duximus excludendos,
& licet aliqui vt de ciuitate taceamus, in claustro vel monasterio suam præsen-
tiam exhibeant, eos tamen nisi in choro fuerint præsentes minime reputamus.
Verũ quod statuta huiusmodi, licet pia, quandoq; ex horum desidia & antiqui-
tate ipsorum, si aliquibus pęnis vallata non fuerint, deficiunt & decrescunt, si-
cut ex quibusdam statutis antecessorum nostrorũ exemplariter nobis constat,
testimonio seu auctoritate præsentium duximus irreuocabiliter statuendum,
vt si quando per negligentiam aliquid obmissum fuerit de præmissis, vel aliter
quam præsentes literæ contineant distributum, eodem anno custos existens
recipiet omnes prouentus siue census ecclesiæ supradictæ, eosq; in vsus fabricæ
totaliter conuertendo, addimus etiam quod quando cunq; in terminis præno-
tatis prouisor sæpedictæ ecclesiæ censum debitum neglexerit, ipso facto cadat à
iure suæ perpetuæ vicariæ, quod sibi in ipsa ecclesia competebat. In cuius rei
memoriam & certitudinem pleniorem præsentes literas sigillo nostro, & Capi-
tuli nostri, quod se ad obseruantiam præmissorum voluntarie astrinxit, duxi-
mus muniendas. Datum Ratisponæ Anno domini M. CCLXXVIII. In Vi-
gilia assumptionis beatæ Mariæ Virginis XIX. Kalend. Septembris. Indictione
sexta, Pontificatus nostri anno primo.

11. Henricus II.] *occasione prætensionis huiusmodi iniquæ Ciuium Ratisponensium contrà Clerum, omnes ecclesiæ & Clerus ibidem, simul conuenientes sese confœderârunt ratione & modo, vt sequitur.*

Nos Chunradus Dei gratia Præpositus, Chunradus Decanus ecclesiæ Ra-
tisp. Carolus S. Emerami. Matthæus S. Iacobi Abbates, Alheidis Inferioris, Al-
heidis superioris. Ieuta S. Pauli monasteriorum Abbatissæ. Henricus Vetteris
Capellæ, Radvvicus S. Ioannis Decani, & Capitula seu conuentus earun-
dem ecclesiarum. Plebani, Capellani seu Clerici Ratisp. ciuitatis. Prouidæ con-
siderationis oculis intuentes, quod etiam corpus naturale ex multis membris
compositum, vno spiritu viuificatur & regitur, sic omnimodis expedire vt cor-
pus Ecclesiasticum in illa voluntate se vniat & coniungat, per quam status liber-
tatis antiquæ in solido robore conseruetur, cum ab ipsa libertate salus & vita
dependeat corporis memorati, per præsentia præhabito consilio, matura de-
liberatione præuia, promittimus & in scriptis obligamus, quod in petitione il-
la, per quam à ciuibus Ratisp. ad exactiones extraordinarias vrgeri seu compelli
timemus mutuum nobis præbemus auxilium pro testamento immunitatis ec-
clesiasticæ, si ad hoc quod absit, necessitas impulerit, vnanimiter & viriliter
opponemus, murum nos pro domo domini statuentes, sic vt si aliquis ex nobis
se communi necessitati subtraxerit, amodo locum non habeat inter nos, nec
illorum priuilegiorum beneficio protegatur, à quorum defensione se subtra-
hit, & subterfugit in tempore oportuno. Verum ne nimia multitudo sit in tra-
ctatu illius negotij forsitan onerosa, & vt quocienscunq; causa requirit facilius
in vnum locum & propositum conueniant ipsius negotii tractatores, ecce ho-
norabiles & sapientes viros, de tota nostra vniuersitate elegimus, quibus totum
pondus imminentis causæ tamquam veris & legitimis procuratoribus integra-
liter committendum. Ita tamen quod quodlibet collegium, ac etiam plebani
pro se procuratorem specialem suo nomine designent, sicut in inferioribus est
expressum, promittentes nos ratum & gratum habituros, quidquid per eos, vel
maiorem partem ex ipsis fuerit ordinatum, & ad exequenda vniuersa & singu-
la per eos diffinienda, nos & nostras ecclesias obligamus, ac si se, & ecclesiam
suam,

al. Ludvvicum

suam, nostrum quilibet proprijs dictis vel scriptis legitime astrinxisset. Et quod verisimile existit, quod illud negotium tam in legationibus quam in alijs causam contingentibus sumptus exigat expensarum, auctoritatem præmissis procuratoribus concedimus, quatenus considerata qualitate incumbentis negocij ac facultatibus eccl esiarum contributiones possint imponere ac exigere cum effectu, & instantis necessitatis vsibus secundum prouidentiam applicare, renunciantes exceptioni doli mali, & beneficio petendæ restitutionis in integrũ, & omnibus iuris vel facti suffragijs, per quę posset prosequutio tã salubris negotij impediri forsitan vel differri. Nos itaq; capitulum Ratisponen. venerabiles dominos nostros Præpositum & Decanum antedictos pro nobis eligimus. Nos conuentus S. Emerami, & Abbas & conuentus S. Iacobi, pro nobis statuimus dominum Abbatem S. Emerami. Nos autem Abbatissæ superius memoratæ & conuentus earundem designamus pro nobis, dominum Albertum Archidiaconum Ratisp. Nos verò capitulum veteris capellæ exhibemus pro nobis dominum Henricum plebanum S. Cassiani, & Nos Capitulum S. Ioannis offerimus dominum Chuonradum canonicum nostrum. Et nos plebani & capellani seu Clerici ciuitatis eligimus dñm Henricũ Vicariũ maioris parochiæ. pro procuratoribus, & tractatorib. diffinitorib. & exequutoribus negotij sæpedicti, volentes eos in omnibus præmissis, & quolibet eorũ habere sine contradictione cuiusquã plenam & liberam potestatem, & si durante negotio prælibato, aliquem ex tractatoribus nominatis decedere contigerit, vel alias à partibus elongari, ille vel illi quorum procurator taliter est subductus, alium teneatur substituere, in omni potestate prioris, & sub conditionibus supradictis. In cuius rei testimonium & euidentiam, præsentes literæ sunt confectæ, & eos sigillo nostri capituli Ratisp. necnon nostri Abbatum videl: & conuentuum Sancti Emerami & S. Iacobi: Abbatissarum & conuentuum Inferioris & superioris, & S. Pauli monasteriorum: Capitulorum Veteris capellæ ac S. Ioannis sigillorum munimine placuit roborari. Nos vero plebani capellani seu Clerus ciuitatis cum proprio careamus sigillo venerabilis domini Chuonradi Præpositi supradicti maioris ecclesiæ nostri Archidiaconi vsi sumus. Actum Ratisp. anno domini M. CCLXXXXIII. pridie Idus Iunij.

ANNO DOMINI M. CCC. LXIIII. iste liber scriptus est per manus Rudolfi Rozpekchi tunc temporis Notarij Vicedominatus Straubinge.

Nota daz sind die Recht / die ein Hertzog von Bayern in der Statt zu Regenspurch hat.

ER schol seinen Hof da haben / vnd den schol suchen der Bischof von Babenberch / der Bischof von Saltzpurch / der Bischof von Freysing / der Bischof von Aychstett / der Bischof von Auspurch / der Bischof von Pazzaw / der Bischof von Brichsen / den schol der Hertzog da richten / waz si zu klagen habent.

Er schol auch hintz in richten alle die recht / di der Künich von Rom gewalt hat zu richten hintz andern Bischouen.

Swaz man auch hintz den Burgern zu Regenspurch zu clagen hat / da schol niemant dhain vrtail übergeben / dann die gesworn Haußgenousen.

Hat awer ein Burger hintz einem Autzmann icht zusprechen / da schol dhain Burgär vrtail übergeben.

Ez mag auch der Römisch Künich daz Juden gericht von recht niemant emphelhen / wann dez Landes Herren.

Ez schol auch der Hertzog di Purgrafschafft zu Regenspurch leihen / vnnd alle den recht di zu der Purgrafschafft gehörent.

Daz ist daz Fridgericht

Daz ist daz Schulthazz Ampt.

Daz ist di Prewen.

Di klainen Zöll.

Daz Saltz Eysen vnd Korn / vnd waz chlains dings ist / vnd die Fürstet / da schol der Bischof seine recht hin engegen haben.

Er schol auch di vier Ampt leihen die Pfaltzengrafschaft der ist Truhsäzz.

Di Hallgrafschaft / der ist Kamerer.

Di Grafschaft von Hirsperch der ist Schench.

Der Graf von Ortenberch ist Marschalkch.

Vnd di Lantgrafschaft der an seiner stat sitzen schol / vnnd daz recht für in vragen schol.

Ez schol auch der Pfalenzgraf von dem Routal / an dez Hertzogen stat sitzen in dem Latron / vnd schol richten hintz dem Hertzogen swer hintz im icht zu chlagen hat.

Dauon mag dem Hertzogen auz dem Land dhain recht nicht getun.

Es mag auch der Hertzog wazzu dem Ampt gehört / daz daz Fürst Ampt angehört vnd get.

An dem Hol.

An den Hofsteten am Hof.

In dem Veld an den Hueben.

An schüssel lehen.

An pecher lehen.

Di mag niemant zu rechtem Lehen hin geleihen.

Di schüssel schol man geben von dem groussen Zoll.

So schol der Amman von Vusten daz Holtz füren / vnd waz man zu füren hat hintz chuchen vnd hintz Keler.

Man schol auch dem Hertzogen alle sein Hofstet raumen / di zu dem Hof gehörnt zu Keller zu Kuchen vnd zu Speis gaden.

Es schol auch niemant dheinen martt an dez Herzogen Hof haben / an dez Hofgämeltz willen.

Es schol auch niemant daran schüten / noch dhain Holtz darauff legen.

Es schol auch der Purgraf vor dem Hertzogen alle die Strazz reiten di er wil vnnd schol ein recht gemäzz sper nemen / vnd an der mitt für sich in den Satelpogen legen / vnnd wo ez anraicht / alz verr schol man jm vmb vnd vmb di strazz rawmen.

Ez schol auch dhain Scherig in dhains Herren Haus noch Edelmannes Haus nichz zuschaffen noch zutun haben / der sein Haus vmb sust hinlät.

Es sullen di Burger vmb Aygen vnd vmb Lehen / daz recht tun vor ainem jeglichem Grafen in des Grafschaft ez leit / vnd vmb Gelt nicht.

Nota daz sind di recht di der Juden Scherg hat zu Regenspurch in der Statt.

Primo Saltzpurger Wellsär Rusär Linsär / Euerdingär gebent jm nicht mer wann ij dn.

Nota Judenburger gebent den Stattzöllndrn iij. dn. der gehörent dem Juden schergen ij. dn.

Nota

Nota Pragär gebent XXXI. dn. der gehörent dem Juden schergen j. dn. Steirär gebent ij. dn.

Nota di Korherrn von Altenkappel gebent dem Juden schergñ alle Jahr vj. prott vnnd vj. trinckñ piers / darumb schol er in daz Jar dienen vmb waz si mit den Juden zu schaffen habent an Lonn.

Nota von Obern Münster geit man zu Sand Haymrans tag ein Gans.

Nota von Nidern Münster geit man jm ein Gans zu Sand Haymrans tag.

Nota di Pecken in der Statt gebent jm alle Jar ein mal vnnd viij. dn. oder an daz mal X. dn.

Nota di Hoffstatt bei dem Turen am Mart gehört demselben Schergen zů.

Nota die Panch oder di stat da der tůch weraitter der Swartz sitzt / gehört auch dem Schergen zu.

Nota di Hoffstat di da Rinoldus Mango an dem Mart gilt jm all Jar xv. dn.

Nota di Juden gebent im all Jar XXXII. dn. für ainen Graben Rokch vnd ein pfunt Pfäffern.

Nota hůb vnd Gartten di der Chogmalr da het / di hat der Romar inn vnter der Ledrär lauben / vnd swer vnßlit da vail hat / der schol alle Jar dauon gebñ j. dn.

Nota daz sind der Münzz recht / di mein Herr der Hertzog zu Regenspurch hat.

Es ist auch di Münzz der groutz zol vnnd der pfunt zol dez Hertzogen vnnd dez Bischofs.

Es schol auch dhain Zol man dhain recht nicht entun dann vor dem Zollnär.

Es schol auch niemant dhain silber da chauffen / dann daz er zu hort legen well / oder hintz markt fůren well / oder auff den Gotzweg zieren / oder zu klainad machen well / daz ander schol nieman kauffñ weder Juden noch Kristen wann di Münzzer.

Es schulln auch di Münzzer allez daz Silber / daz si chauffent verslachsatzñ / Si verbürchen ez oder nicht / An daz si zů hort legent / oder auff dem Gotzweg ziernt oder zu Chlainad verbürchen wellen.

Swaz aber si enfragen kauffent oder verchauffent / daz schullen si verschlagschatzen.

Es schol auch niemant dhain swartz silber verkauffen noch chauffen / noch wechseln / weder Juden noch Kristen / wann di Münzzer.

Waz di Münzzer di Hausgenoussen sind Silbers lösent vnd verwechselnt an der Wechselpanch / daz schullñ si nicht verchauffen noch verfůren / si werden dann e vor zu ain mit jr Ayden di meines Herren Rat sind vnd vor dem Münsmaister / daz si daz slachschatzen / waz si silbers verwechselt haben / vnnd dauon geuelt meinem Herrn ie von der mark vj. dn. di si gebñ schullen / darumb daz si bey dem wechsel weleiben vnd gesitzen mügen / So vreit in mein Herr di genat.

Es ist auch meines Herren recht / wann ein Bischof zu Regenspurch gestirbt / So mag vnnd schol auch daz Herzetum niemant geirren / Ob ez vmb einen Bischof zu krieg wurd er haizz di Münzz für sich slahen ob er wil.

Es hat mein Herr der Hertzog auch daz recht / swann ein markch silbers giltet X. sol. dn. ob di münzzer dañ nit pfennig slahen wolten / so mag sie dez der Herr wol wendten zu slahen / Giltet di mark tewrer / so schol er si nicht wendtten.

Es schulln auch alle Hausgenossen die Münsser sind vnnd geschworn habent/ Swaz si silbers verfürent oder in chaufmanschaft vertreibñt / da schullen si den slagschatz von gebent von der Mark vj. dn.

Es schullen auch di Haußgenoussen vnd Münzzar anderswo nindert wechsel treiben/ wann an der rechten Wechselpanch.

Es ist auch der Münsser recht swann si di pfennig verraît habent / daz si di pfennig nicht herauz antwurten/ si haben vor einen quitbrief von den Münzzmaistern / vnnd di gebent auch ir brief nicht/ si haben vor dez Herren brief wenn si den schlagschatz geben schullen vnd gebent.

Nota daz ist die Gült di mein Herr der Hertzog zu Regenspurch in der Statt hat.

Von dem groussen Zoll vnd von kleinen C. pf. Reng.
Von der Maut C. pf. Reng. dn.
Von dem Juden Gericht XXX. pf. Reng.
Von den Hofstetten an dem Hof XIII. pf. dn.
Nota von dem Hof zu Dusten vnd von zwain huben in dem Veld daselben viij. mutt Rokken/ viij. mutt Gersten/ viij. Habern/ daz macht allez XII. sol. dn.

nn. CONradus Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Ratisponen. Venerabilibus in Christo patribus dominis Abbatibus, Præpositis, Decanis, ac dilectis nobis in Christo Decanis ruralibus & ecclesiarum parochialium rectoribus plebanis, diuinorum socijs, & eorum loca tenentibus, ac presbyteris, & clericis alijs quibuscunq; per ciuitatem & diœcesim Ratisponen. vbilibet constitutis, ad quos præsentes peruenerint & præsertim in Mentzenbach & in Pettenreut Ecclesiarum plebanis cum subscriptorum noticia salutem in Domino sempiternã. Dilectionibus vestris magna cum cordis amaritudine insinuare cogimur, quod Stephanus Laüffer quondam ciuis Ratisponen. certis cum suis complicibus nescitur quo spiritu ductus, ausu proprio & temerario, proh dolor Dei timore postposito, manus iniecit violentas in dilectum nobis in Christo Ioannem Weinobeinander presbyterum, & plebanum in Pfaffenhofen nostræ diœcesis ipsum detinendo & captiuando, sicque captum & detentum in castrum validi viri Ioannis Paulstorffer in Churn deducendo, & licet dictus Ioannes Paulstorffer certis nostris literis & scriptis admonitus sit, & existat ad præsentandum nobis & iudicio nostro Ecclesiastico dictum presbyterum de quo sibi & aliis conquerentibus spospondimus iustitiam reddituros, tamen ipse nec dictus Stephanus huiusmodi monitionibus acquiescentes eundem presbyterum magis & peramplius contumaciter & friuole detinere præsumunt, in nostræ Iurisdictionis totiusque Ecclesiasticæ libertatis contemptum, non modicum præiudicium & detrimentum, propter quod non est dubium prænominatos Ioannem Paulstorffer & Stephanum Lauffer vna cum complicibus aliis detentoribus & ratihabitoribus ipsorum, ac eorum quaslibet sententias excommunicationis iuxta Canonicas sanctiones. c. Si quis suadente &c. damnabiliter incurrisse, declaramus præsentibus in his scriptis. Cum itaq; iuxta constitutiones sacrosancti concilij prouincialis Saltzpurgen. huiusmodi nostram, ac Cleri iniuriam, oppressionem, & violentiam surda aure pertransire non debeamus, prout etiã de iure nõ possumus, ne huiusmodi eorũ temeraria præsumptio

à cæte-

à cæteris præsumptoribus trahatur in exemplum. Icciroo in ipsorum detestationem locum ipsum & parochiam in quibus ipse presbyter supradictus detinetur, & etiam ad quem seu quam dicti detentores, & præsumptores ac eorum complices seu coadiutores in hac parte culpabiles peruenerint, seu in eisdem moram traxerint ecclesiastico subiicimus interdicto. Quo circa vobis omnibus & singulis supradictis & cuilibet vestrum in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna firmiter & districte præcipimus & mandamus, quatenus præfatos Ioannem Paulsdorffer & Stephanum Lauffer eorumque complices & coadiutores in hac parte culpabiles in ambonibus Ecclesiarum vestrarum coram populi multitudine, dum ad diuina audienda conuenerint, singulis diebus dominicis & festiuis, sic vt præfertur, excommunicatos, & interdictos publice denuncietis & denunciari faciatis sine intermissione, & nihilominus in locis ipsis & parochiis, in quibus ipse presbyter detinetur, & ad quem seu quos dicti detentores ac eorum coadiutores vt præfertur culpabiles peruenerint, & quamdiu ibi permanserint, & post eorum recessum ad triduum seruetis districtissime Ecclesiasticum interdictum, prout fuerit de iure obseruandum, diuina officia in publico nullatenus celebrando, neque Ecclesiastica Sacramenta porrigendo, præter baptisma paruulorum, viaticum pro infirmis, & morientium pænitentias &c. Abinde non cessantes donec aliud à nobis recipietis in mandatis, Reddentes præsentis de earum exequutione & his quæ feceritis impræmissis nos legitime certificantes. Pœna sub prædicta. Datum Ratispon. penultima die mensis Aprilis Anno Domini 1429. nostro appenso sub sigillo.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitimè congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Iustis & honestis supplicum votis, illis potissime, que Ecclesiarum, presertim Cathedralium vtilitatem ac pacem, & quietem fidelium, nec non animarum salutem respiciunt, Synodali conuenit auctoritate fauorabiliter annui, & ea que pro illis optato effectui mancipandis inter ipsarum Ecclesiarum Prælatos & seculares Principes piè & prouidè tractata & peracta sunt, vt firma & illibata persistant, eadem decet auctoritate etiam communiri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis Conradi Episcopi Ratisbonen & dilectorum Ecclesiæ filiorum Prepositi, Decani, & Capituli Ecclesie Ratisbonen. petitio continebat quod alias Castro in Werde Ratisponen. diocesis, cum dominio iuribusque & pertinentiis suis, ad dilectum Ecclesie virum nobilem virum Wilhelmum Comitem Palatinum Rheni & Bauarie Ducem iure hereditario legitime deuoluto, nonnullisq; amicabilibus inter ipsos, Episcopum, Prepositum, Decanum, Capitulum & Ducem super restitutione Castri & Dominij Iuriumque & pertinentiarum predictorum per ipsum Ducem facienda collocutionibus seu collationibus prehabitis : tandem idem Dux, receptis per eum pro ipso Castro, quod progenitoribus & predecessoribus suis Bauarie Ducibus, pro viginti quatuor milibus florenis de Vngaria impignoratum fuerat, duntaxat decem millibus octingentis & triginta florenis Renensibus, qui computatis etiam fructibus per eundem Ducem, ex illo Castro, à tempore quo illud tenuit perceptis, & illis de maiori summa sibi debita, iusto calculo defalcatis, eidem restabant, & quos pro predicti Castri ac Dominij Iuriumque & pertinentiarum eiusdem recuperationem exposuerat, illud cum dominio ac iuribus & pertinentijs suis vniuersis, prefato Episcopo & suis successoribus Episcopis Ratisbonen. futuris, ac dicte Ratisponen. Ecclesie, in honorem omnipotentis Dei,

omnium bonorum retributoris, ac pro pace inter eos ac ipsum Ducē, successoresq; suos perpetuo conseruanda, nec non pro sue, ac prefatorū progenitorum ac predecessorum animarum salute de mera sua liberalitate, sponte restituit, ac etiam assignauit, Hoc pacto videlicet, quod tam ipsum in Werde, quam Tuembstauft prope Ratisponam, & Hochenburg circa Enum, que in aliquorum proborum manibus, sub spe restitutionis ipsi Ratisponen. Ecclesie faciende posita existunt, cum restituta fuerint, Nec non etiam Hohenburg in Norico, non obligatum, Frisingen. & dicte Ratisponen. diocesis ad ipsam Ecclesiam Ratisponen. legitime pertinentia Castra cum dominiis ac iuribus & pertinentiis suis, eidem Ecclesie perpetuo remanere, & nequaquam per Episcopum, Prepositum, Decanum, & Capitulum prefatos vel eorum successores impignorari, vēdi, obligari, aut alias qualitercunq; ab ipsa Ecclesia alienari debeant, quod ipsi dicto Duci, suisq; heredibus & successoribus etiam promittere teneantur, neq; per eosdem facta restitutione predicta, cum Castris ipsis contra dictum Ducem ac dilectum Ecclesiæ filium Nobilem virum Ernestum eius fratrem, eorumq; filios legitimos, de suis lumbis descendentes, per se vel alium seu alios, aliquid contra rationem vel iustitiam, temere valeat attemptari. Quodque quicunque Episcopus, ac etiam Prepositus, Decanus & Canonicus Ratisbonen. presentes & futuri recepti & in antea recipiendi, præmissa omnia & singula, sub priuatione dignitatum & aliorum cuiuscunq; qualitatis fuerint beneficiorum suorum omnium, nec non habilitatis ad illa, & similia imposterum obtinenda, penis quas si secus egerint, ipso facto incurrant, firmiter & inuiolabiliter in perpetuum obseruare, Nec non super hoc iuramentum prestare, ac Prepositus & Decanus moderni, nec non Capitulum Ecclesie Ratisbonen. nouum inde statutum in eadem Ecclesia perpetuo obseruandū & aliis illius successoribus iniungendum facere teneantur, prout in certis autenticis desuper confectis literis dicitur plenius contineri. Quare pro parte prefatorū Conradi Episcopi, Prepositi, Decani, fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus restitutioni & assignationi per ipsum Ducem, vt premittitur factis, ac alijs premissis, pro eorum subsistentia firmiori robur Synodalis confirmationis adiicere, & alias super hiis, oportune prouidere, auctoritate predicta dignaremur. Nos igitur, qui inter cunctos Christi fideles pacem vigere, intensis desideriis affectamus, & Ecclesiarum vtilitati, ac animarum saluti libenter intendimus, de premisis plenius informati, huiusmodi supplicationi inclinati, restitutionem & assignationem easdem nec non omnia & singula premissa, ac inde secuta quecunque rata & grata habentes, ac quoscunq; defectus, si qui interuenerunt in eisdem, dicta auctoritate supplentes, ea omnia & singula eadem auctoritate confirmamus & approbamus, ac presentis scripti patrocinio comunimus. Decernentes & dicta auctoritate statuentes, quoscunq; Epōs, Prepositos, Decanos & Canonicos Ratisp. pro tēpore existētes, qui pacto predicto directe vel indirecte, quouis quesito colore, in aliquo contrauenirent, quod eis sub predictis, qui aūt contra ea Apostolicas seu quasuis alias literas impetrarent, aut etiā impetratis vti pertinaciter presumpserint, quod eisdem sub periurij penis non liceat, easdā fore penas ipso facto incursuros. Non obstantibus tam Apostolicis, quā in ꝓuincialibus aut Synodalib. Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, ac dicte Ratisp. Ecclesie, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā cōfirmationis & approbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorū Apostolorū Petri & Pauli

eius

cius, se noverit incursurum, Datum Basileę VI. Non. Mar, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio.

Cum inter hunc Episcopum & Bauariæ Ducem Albertum IV. aliqualis dissensio de iure Patronatus Ecclesiæ in Lintkirchen suborta fuisset: Episcopus de iure Ducibus Boior. competente ab antiquo circa istam Parochiam certior factus Capituli sui assensu cessit, sicut sequentes literæ ostendunt. pp.

Nos Heinricus Dei & Apostolicę sedis gratia. Episcopus Ratisponensis, Notum facimus vniuersis & singulis, ad quos presentes venerint litere & recognoscimus. Quod orta dudum aliquali dissensione inter illustrem principem & Dominum, Dominum Albertum Comitem Palatinum Reni, superioris & inferioris Bauarie Ducem ex vna, & nos ex altera partibus, de & super Iure patronatus conferendi seu presentandi parochialis Ecclesię in Lintkirchen nostre diocesis. Eo quod arbitrabamur collationem dictę Ecclesie ad nos & successores nostros Episcopos Ratisbonen. pleno iure pertinere, dicto Illustri Principe contrarium firmiter affirmante, videlicet quod Ius patronatus & presentandi personam idoneam ad Ecclesiam prefatam quotiescunque vacauerit ad Principes Bauarie Duces Monacenses pertineat. Quodque genitor & predecessores sui bone memorie in possessione vel quasi predictorum Iurium hactenus fuerint. Nos qui aliquamdiu in ea re dubitauimus, tandem habito sano & maturo consilio attendentes possessioni vel quasi supra memoratę, de assensu Venerabilis Capituli nostri eidem Illustri Principi duximus condescendendū. Volen. & quantum in nobis est expresse consentientes. Vt Illustres Principes & Domini Duces Monacenses possint & valeant prefato iure possessionis vel quasi in posterum vti & frui. Et cum Ecclesia predicta vacauerit, liberè ad eandem presentare, & alias de predictis patronatus & presentandi iure disponere prout voluerint, sine & absque nostro aut successorum nostrorum contradictione & impedimento quocunque, saluo semper nobis & successoribus nostris Iure in dicta Ecclesia instituendi siue inuestiendi secundum Canonicas statutiones. In cuius rei testimonium has literas nostri sigilli munimine iussimus roborari. Datum Ratisbone in Curia nostra spirituali die Sabati sexta Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Impetrauit hic Episcopus Ioannes à Leone PP. X. confirmationem prohibitionis vsurarum à suis subditis; vt populus & Clerus suus à Iudæis vsurarijs tutiores essent cuius Bullæ tenor hic est. qq.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officij, cui disponente Domino præsidemus, ex poscit, vt supra gregem Dominicum attente vigilemus, & oues gregis eiusdem in semitis veritatis & iustitiæ dirigere, & ab errorum præcipitiis erigere curemus, ac ijs quæ prætereà prouide statuta dicuntur, vt illibata persistant, cum à nobis petitur Apostolici muneris præsidium propensius impartiamur. Sanè pro parte dilecti filij Iohannis electi Ratisponen. exhibita nobis nuper petitio continebat, quod aliâs cum vsuraria prauitas in ciuitate & Diœcesi Ratisponensi, in quibus Iudæi in copia degunt, ita inualuisset, vt ipsi Iudæi se publice fore super recipiendis vsuris cōductos & priuilegiatos, etiam per nonnullos Rom. Pontifices, mendaciter iactitarent, & illo colore freti indies Christianorum facultates adeò exhaurirent, vt eisdem vix vitam miseram relinquerent, ac in fraude vsurarum, quo minus Christiani prædicti super vsuris in iudicio expediri valerent, copias probationum eisdem dolosi auferrent, vsurasque summis capitalibus, tanquam vsura minimè esset, connumerarent, nec non Christianos ipsos ad obligandum

se pro

se pro illis tanquam capitali inducerent. Et quod deterius est, nonnunquam etiam eos iuramento adstringerent adeò publicè & notoriè, quod nec ipsi Iudæi extraiudicialiter requisiti quouis modo diffiterentur; præfatus Ioannes, qui Ecclesiæ Ratisponen. Administrator in spiritualibus & temporalibus, ad certum tempus nondum elapsum deputatus, & deinde illi in Episcopum præfectus per sedem Apostolicam extitit, attendens quod Canonica auctoritas Iudæos ad remittendum vsuras Christianis compelli præcipiat, & tam veteris quàm noui testamenti scriptura vsurariam prauitatem detestetur, & aliis rationabilibus causis generale statutum per Diœcesim & forsitan etiam per ciuitatem prædictas perpetuis futuris temporibus pro lege Diœcesana obseruandum de consilio & consensu dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Ratispon. inter cætera condidit & statuto suo Diœcesano vniuersis & singulis iudicibus, & officialibus tàm Ecclesiasticis quàm secularibus suæ iurisdictioni subiectis per Diœcesim Ratisponen. vbilibet constitutis sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna districtè præcipiendo inhibuit, videlicet ne aliquis querimoniam seu petitionem in iudicio super quacunque vsura à quouis Iudæo admitteret, vel reciperet, nec sententiam aliquam super obligata querimonia afferret, postquam constaret eundem Iudæum vsurarium esse. Iudex illius iudicij debeat terminum legitimum Christiano reo statuere, in quo reus iuramento affirmare debeat, quantum ab initio perceperit, & Iudæo de vera capitali summa absque fænore & vsura debuerit, in quo Iudex iuxtà consuetudinem & obseruationem illius iudicij contra reum executionem facere & ad satisfaciendum eum compellere debeat. Et si vsuræ Iudæis solutæ fuerint, omnimodo iuxta iuris communis dispositionem repetendi easdem contra vsurarium, non obstantibus quibuscunque instrumentis ministret. Si vero quispiam repertus fuerit, qui hoc præsens mandatum transgressus sit, & ob id in excommunicationis pœnam, vt præfertur, incideret, illius absolutionem sibi duntaxat reseruauerit, ita vt non nisi ab eo aut de speciali mandato suo absolui possit. Quare pro parte dilecti filij Ioannis electi nobis fuit humiliter supplicatum, vt statuto & prohibitioni huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori Apostolicam confirmationem adijcere, ac aliàs in præmissis opportunius prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quorum est huiusmodi conatibus euidenter in perniciem cedentibus, congruis remediis obuiare, eundem Ioannem electum, qui etiam Comes Palatinus & Dux Bauariæ extitit, à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum & inhibitionem prædicta, ac prout illa concernunt omnia & singula in eis contenta, & inde sequuta quæcunque, quatenus sint licita & honesta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac illis plenum firmitatis robur adijcimus, ipsaque in violabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem, non obstantibus præmissis, & ordinationibus priuilegijs & indultis Apostolicis eisdem Iudæis per felic. recordationis Martini quarti & Nicolai quinti Rom. Pontifices, prædecessores nostros, vt dicitur, concessis, firmatis, & innouatis, quibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro expressis habentes, quo ad præmissa specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirma-

firmationis, adiectionis, decreti, suppletionis, & dengationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ MDXVII. Septimo Idus Iunij. Pontificatus nostri anno quinto.

Non defuit Episcopus Iohannes suis partibus, Ratisponensibus ciuibus, Clerum grauiter prementibus resistendo, & omnia remedia adhibendo, vt illos ab iniusto illorum ausu auerteret; quod cum ex alijs, tum ex subsequentibus manifestum est.

rr.

Johannes von Gottes Gnaden / Administrator zu Regenspurg / Pfaltzgraue bey Rein vnd Hertzog in Beyren, ꝛc.

VNser Pfleger zu Hohenburg am In vnnd Lieber Getrewer Jörg von Breitenstain zum Hampersberg / solle auff vbergebene Credentz vnnd nach erbietung vnsers günstlichen Grues vnd alles guets zuuor / bey den verordenten deß Außschuß gemainer Landtschafft deß Fürstentums zu Bayrn / jetzo zu München versamlet / fürbringen vnd erzelen / wie Camerer Rath vnnd Gemain zu Regenspurg / zu den zeiten nechstuerschiner Beurischen auffrur die Gemein Geistligkeit in der Statt Regenspurg gesessen / aigner gewaltsam vnrechtmessiglichen / vnd mit der tadt / aller jhrer habenden vnnd rueblich wolhergebrachten / von gemeinen Geistlichen vnd Weltlichen Rechten / darzu von Bäpsten / Kaisern vnd Königen erlangten Priuilegien entsetzt / auch zwischen jhnen den Geistlichen Stenden / vnd jhnen von Regenspurg vormals / vnnd jetzo neulicher zeit / durch die hochgebornen Fürsten Herrn Wilhelm vnd Herrn Ludwig gebrüeder / Pfaltzgrauen bey Rein / Hertzogen in Obern vnd Nidern Bayrn / ꝛc. vnser freundlich lieb Vettern ec. sonderlich auffgericht Verträg vnd Taidungen / denselben obberürten Freyheiten vnnd Verträg zu wider / vnser Geistlichheit mit Steuer / Wacht / Vngelt / vnd andern Burgerlichen beschwerden / gleich den Laien / vnd mehr beschwerlicher dann ander Inwohner belestiget / vnd darzu inn einen vngewonlichen vnerhörten Aide / welcher auch einer erbarn billigkeit zuwider / betrangt / vnd durch solches alles mehrgedachte vnser geistlichheit / von vnser gehorsam zum mehrern thail abgewant / vnd hierin vns / wie gemelt / der Bischofflichen Iurisdiction on recht vnd vrsach entsetzt.

Deß vns dann / als rechten Ordinarien, nit zu vnbillichem mißfallen vnd beschwerung raichet / in bedenckung der hohen pflicht / so wir zu Handhabung Geistlicher vnd vnsers Stiffts Priuilegien, Bäpst: H. vnd Röm. Kay. M. gethon / wür wissen auch solches bey Gott / vnd ernenter vnser Obrigkeit mit keinem glimpff zuuerantworten.

Hetten also bey vns selbs betracht / wo diser der von Regenspurg vnbillichen verderblichen betrangnuß / die sie auch mit ainichem gebürlichen fueg nit vertaidigen mögen / in weiter kommende zeit wurde verzogen / daß darauß nichts gewiser / dann verderbung der Stifft in Regenspurg erwachse.

Welchem mit Rath zufürkommen / haben wür auß schuldiger mitleidung / vnser Geistlichheit zu gnaden / vnd gemainer Landtschafft in Bayrn / vnd sonderlich den vom Adel zu allem guten vnd nachbarlichen willen / so wür zu beeden thailen tragen / nit wollen vnterlassen / solche ergangene handlung jhnen zueröffnen / Sie derwegen gnediglich vmb Rath / beystand vnnd hilff ermanende / deß versehenß (in betrachtung gelegenheit vnd aller vmbstende deß Handls) sie werden jre geborne Freunde vnnd Nachbarn mit nichte verlassen / sonder mit hohem fleiß dahin gedencken / was jetziger zeit vnd künfftig

jhnen

jhnen allen gemeinglichen/ vnd jedem insonderheit/ dero Erben vnd Nachkommen daran lig/ dannenher vnd vil hundert Jar verweilet/ ein merckliche anzal vom Adel vnnd sonsten der mehrer thail auß dem Landt zu Bayrn herkommen/ bey den Stifften zu Regenspurg ehrlich vnnd notturfftiglich erhalten/ vnd hinfüro dermassen auffgenommen vnd erhalten sollen werden/ vnd also solches auß erzelten wichtigen vrsachen billich jhnen fürgetragen würdet/ als jenen/ dero Vorfarn vnd eltern zu denen Stifften gantz hilfflich gewesen/ derowegen jhnen auch aller rechtmessigen gebür nach zimen will/ vnd für sich selbst mehr dann vnser ansinnen vermag fleissigklich darauff zuarbeiten/ daß vor allen dingen mehr gemelte Geistlichheit in alten Stand ergentzt/ vnd zu gueter leidlichen vnterhandlung vnnd beteidigung gebracht/ zweifels an/ wo sie als der Außschuß gemainer Landtschafft solch beschwerlich vnd hoch nachteillig der von Regenspurg vorhandlung an jhr Landsfürsten/ vnsere Freundliche liebe Vettern bringen/ wie dann solches zubeschehen vnser gnedig ansinnen vnd bit stehen/ es erfolge darauß dz jr liebe auff vnser vnd jhre bitt dahin handlen/ damit ermante vnser Geistlichheit auß disem vnerleidenlichen last gebracht werde/ dz wöllen wür/ sambt daß sie jr aigen sach darinn handlen/ vmb gedacht vnser Vettern freundlich verdienen/ vnd vmb sie gnedigli:h beschulden.

Deß zu guetem Glauben haben wür vnser Secret hiefür getruckt/ Montags nach dem Sontag Trinitatis/ in fünfftzehenhundert acht vnd zwaintzigisten Jar.

Quacunque tandem ex causa Episcopo Pangratio morbus obuenerit; nequaquam tamen primis saltem annis sui Præsulatus officio suo defuit; sed contraire irrepenti paulatim hæresi in vrbe Ratisponâ, ac circa alia Episcopatus sui commodis vigilanter prospicere ope auxilio Cæsaris A. Caroli V. implorato, operam nauauit. Testes in medium produco literas Caroli V. ad Serenissimos Baioariæ Duces Guilielmum & Ludouicum anno M D X L I. datas.

WJr Karl von Gottes genaden Römischer Kayser/ zu allen zeiten mehrer deß Reichs/ in Germanien/ zu Hispanien/ beeder Sicilien/ Jerusalem/ Hungarn/ Dalmatien/ Croatien König/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgundi/ zu Brabant/ &c. Graue zu Habspurg/ zu Flandern vnd Tyrol/ Embieten den hochgebornen Wilhelmen vnnd Ludwigen/ gebrüedern/ Pfaltzgrauen bey Rhein/ Hertzogen in Bayrn/ vnsern lieben Vettern vnnd Fürsten/ vnser gnad vnd alles guts/ hochgeborn liebe Vettern vnnd Fürsten/ als sich etlich nachbarlich gebrechen Speen vnnd irrung zwischen dem Ehrwürdigen Pancratzen Bischouen zu Regenspurg/ vnserm Fürsten vnd lieben Andechtigen/ aines/ vnd den Ersamen/ vnsern vnd deß Reichs lieben getrewen N. Cammerer vnnd Rath allhie zu Regenspurg anders thails erhalten/ deren zum thail vnser Kayserlich hochheit/ aigentumb vnd Regalia rüren/ vnd wür nun gern sehen/ daß sollich Speen vnd jrrung auff treglich Weeg vnd Mittel hingelegt wurden/ So haben wür eur Liebden sambt vnnd besonder/ als vnser Kaiserlich Commissarien darzu verordnet/ Euch hiemit ernstlich beuelhend/ vnd wöllen/ daß jr die obgenanten Parteyen fürderlich auff ein benanten Tag für euch erfordert/ vnd also in der gute nottürfftiglichen verhöret/ vnd darauff alles fleiß handlet vnd arbeitet/ die Partheyen also in güete berürte jhrer Speen vnd jrrung halben gentzlich vnnd endtlich zuuertragen. Vnd so ferr also die gütligkeit nit statt erlangen möcht/ darauff was recht ist erkennet vnd entschaidet/ vnnd sonst alles anders tuet/ gebietet/ verbietet/ vnnd handlet/ daß hierinn die notturfft erfordern/ vnd sich nach rechtlicher ordnung gebüren will. Daran thuen Eur Lieb den vnsern willen vnd ernstliche mainung/ Geben vnter vnserm auffgetruckten Insigl/ in vnser vnd deß Reichs Statt Regenspurg/ am 16. Tag deß Monats Julij/ Anno im ein

ein vnd viertzigisten/ vnsers Kaiserthumbs im ein vnd zwaintzegisten vnd vnserer Reiche im xxiij

Carolus.

Ad Mandatum Cæs. & Catholicæ M.^{tis} proprium.

Ioh. Obernburger.

PHILIPPVS Vtr. Baioariæ Dux, Com. Palat. Rheni, ex causis à Dn. Hundio relatis in Episcopum Ratisponen. postulatus; cum in minoribus adhuc constitutus esset, Serenissimus Dux Guilielmus impenso labore, studio & industria sategit, vt Episcopatus res, donec filius adolesceret, & ipse per se gubernationem adire posset, optimè gererentur. Multa eius rei testimonia adducere possem: sed vnum hoc loco sit satis; Concordata nimirum An. MDLXXXVII. auctore Sum. Pont. Clementis VIII. in aula Cæsaris Nuncio, Illustrissimo & Reuerendissimo Dn. Philippo Episcopo Placentino erecta quæ quia Serenissimi Ducis studium ac feruorem pientissimum, rei quæ statum optimè declarant, hic loci minimè prætereunda fuêre.

Concordata Ratisbonæ die vndecimo Iunij 1587. facta inter Commissarios Serenissimi Domini Dn. Guilhelmi Comitis palatini Rheni, ac Vtriusq; Bauariæ Ducis, ad comprobationem suæ Serenitatis, ac Capitulum Ratisbonense, interueniente admodum Illustri & Reuerendissimo Dn. Philippo Episcopo Placentino, ex Aula Cæsarea Nuncio Apostolico recedente, studio nunc eiusdem Reuerendissimi Dn. & consensu Serenissimi Ducis ac Capituli Procuratorum nonnullis mutatis, in hanc sequentem meliorem formam rediguntur, atque hac die vigesima secunda eiusdem mensis Iunij, manu ac omnium sigillis ad laudem omnipotentis Dei muniuntur, & comprobantur.

Breue Administrationis bonorum mensæ Episcopalis à Summo Pont. Sixto V. sub datum Romæ die octaua Maij, 1585. Serenissimo Duci concessum, non discutiatur, & in robore suo maneat, cum nudam bonorum administrationem, ne dilapidentur bona, respiciat; & nedum primo capiti concordatorum satis conueniat, verum & ipsi æquitati. nemo enim fide, solertia & amore in pertinentibus ad filium præferri patri prætendere potest. Patri inquam Episcopi, protectori Ecclesiæ ab eiusdem antiquis fundatoribus descendenti, nullum prorsus nisi filij, Ecclesiæ, religionis Catholicæ, conscientiæ, & proprij honoris interesse prætendenti.

Verum cum Serenissimus Dux Pater Administratorem per seipsum agere nequeat, substituat sibi benè visum, & Capitulo iure non inuisum Oeconomum idoneum, qui antequam Administrationem suscipiat, in præsentia Capitularium, aut certè in Senatu iuramentum solemniter præstet in manibus suæ Serenitatis, vel alterius sui Procuratoris, quod Serenitati suæ erit obediens, Ecclesiæ verò & Episcopo fidelis, solitique consiliarij sæculares eidem adiungantur, in quibus sua Serenitas dignabitur eandem habere ra-

 tionem,

tionem, ne Capitulo sint inuisi, & vt stipendio eius præscitu constituto sint contenti: ac insuper ad tutiorem bonorum Mensæ Episcopalis tutelam consuetæ quatuor dignitates, seu Canonici Capitulares pro more iurati, quorum interuentu & assistentia contractetur ab eodem, & singulis annis Serenissimo Duci in præsentia Capituli dati & accepti ac totius administrationis ratio reddatur. quod reliquum est, in ærarium Episcopale reponatur, & opportuno tempore in vtilitatem Episcopalis mensæ con-consilio Serenissimi Ducis & Capituli consensu exponatur, nec extraordinarij vlli graues sumptus prius fiant, quam Canonici quatuor Consiliarij pro eorum arbitratu de illis ad Capitulum retulerint. Quod si controuersia quandoque oriatur inter Serenitatem suam tanquam Ducem Bauariæ & Episcopatum, eo casu Oeconomus Serenitati suæ ratione illius Administrationis nullo iuramento obstrictus sit, sed soli Ecclesiæ, adeoque cum Capitulo liberrimè agat, & deliberet quid expediat. Eueniente verò vt in Concordatis habetur, casu mortis Episcopi Philippi (quod Deus diu auertat) aut quod Episcopus quoquo modo esse desineret, sit pariter ipse Oeconomus iuramento obedientiæ S. Serenitati promissæ solutus, aliumque Dominum non agnoscat, quam Capitulum.

Summus Pontifex à Serenissimo Duce rogabitur, ut in iurisdictionibus Ecclesiasticis & spiritualibus, ac in causarum spiritualium, temporalium, seu mixtarum, ad forum Episcopale quoquo modo pertinentium cognitione, ac ad personarum coërctionem cum plena ordinaria & Apostolica authoritate pro suæ Sanctitatis benignitate dignetur ad libitũ decernere Vicariũ Generalẽ Germanum, virum doctum, prudentem, expertum, Deum timentem & ad nutũ suæ sanctitatis amouibilem, cui pro more assistat Consistorium, in quo si in negocijs consistorialibus aliquo casu iuris vel facti ipse supplere nõ possit, aliquem ex Capitulo vel Senatu Consistoriali substituere eiusdem Senatus consilio valeat, & eius vices generales, si aliquo modo deficere contigerit, & Ecclesia huiusmodi superioritate Ecclesiastica repente nudaretur, donec ab ipso Pontifice oportunè prospiciatur, is gerat, qui pro tempore fuerit Decanus, si modo doctrina & experientia polleat, sin minus, suffraganeus.

Et si aliquæ inter Serenissimum Ducem eiusq; Cameram Ducalem & Mensam Episcopalem iurisdictionis, jurispatronatus, collationis beneficiorum, finium, iuris pascendi, & huiusmodi controuersiæ exoriantur, hæ ipsorum Iudicum, quibus vel iurisdictio ordinaria loci competit, vel qui hactenus huiusmodi lites dirimere soliti fuerunt, determinationi subiiciantur.

Visitatio Ecclesiæ & Diœcesis Ratisbonen. fiat per Vicarium Apostolica ordinaria iurisdictione, & seruatis ijs quæ continent Concordata inter Serenissimum Ducem & Ordinarios Bauariæ, saluo Serenissimi D. N. & Sanctæ sedis Apostolicæ Decreto, si aliud circa eandem visitationem authoritate Apostolica decernatur.

Fundatio & erectio Collegij Patrum Societatis Iesv in ciuitate Ratisbonæ, pro libitu Serenissimi Ducis instituatur, & ex pecuniis relictis ab Hochvvart, ac etiam sex millibus florenis ab Ærario Episcopali, vel ex annuis Mensæ Episcopalis redditibus exigendis, si ita Summo Pontifici placuerit, iuuetur, atque in posterum vnanimi consensu suæ Serenitatis & Capituli, totis viribus conseruetur, & augeatur: ita tamen ne Mensæ Episcopali hac occasione onus perpe-

perpetuum imponatur, & nisi cum auctoritate sedis Apostolicæ in prouentibus annuis non grauetur; Verum vt Mensa ipsa in prouentibus etiam in vtilitatem Collegij versis aliquo modo reficiatur & compensetur, S. Serenitas occasionem & commoditatem à summo Pontifice procurabit, atque implorabit.

Gaudebit vero Societas in Collegio illo omnibus immunitatibus & Priuilegijs, quibus gaudet totus illius Ciuitatis Clerus, habebiturque pro membro Ratisbonen Ecclesiæ. Patres autem cum primum potuerint, studeant pro eorum instituto instrui iuuenes qui eidem Ecclesiæ Ratisbonensi addicti sint, & seruiant.

Conseruetur modernus Concionator ad tenorem Breuis Serenissimi Dn. N. Sixti Papæ Quinti sub datum Romæ die nona Ianuarij 1587. & in posterum, ad eiusdem Breuis & Sacrosancti Concilij Tridentini dispositionem Episcopali authoritate de idoneo, cuiuslibet ordinis prouideatur, & redditus ad munus prædicationis absolutè destinati, non attento quod Concionator antea absque alio quam ab Episcopo deputatus fuerit, eidem muneri seruiant.

Vicarij foranei in Visitatione decernantur, si non sint, & à Vicario deputentur. Collatio Diœcesis Ratisbonensis iure fiat, ne Serenissimus Dux, Episcopus vel Capitulum, in Collationibus ad vnumquemque ipsorum pertinentibus, inuicem grauentur, & S. Serenitas in collationibus Episcopi & Capituli nullo modo se immisceat; ac in substituendis, & à S. Serenitate Vicario præsentandis, seruetur solitum, & seruatis seruandis præuio examine ad Concilij Tridentini ordinationem idoneis beneficia conferantur. Et in casu controuersiæ, donec fiat discussio, ne aliquis iure proprio priuetur, simplex prouisio sine præiudicio iurium partium per Vicarium Apostolicum fiat de ea persona, quam sua Serenitas ex suo iure præsentauerit.

Serenissimus Dux gratiosè reuocet exactionem quantitatis hucusque decursæ trium millium florenorum annuorum iuxtà Concordata pro Episcopo exigendorum; vt ad suæ Serenitatis piam intentionem commodo & beneficio Mensæ Episcopalis cedant. In posterum autem suæ Serenitati ad tenorem Concordatorum eandem summam trium millium florenorum singulis annis, cum dies solutionis cesserit, exigere liceat: ex eius enim pietate, & in Catholicam religionem Zelo, vt hanc quantitatem in vsus pios & ad commodum ipsius Ecclesiæ S. Serenitas sit erogatura, facilè sperari potest.

Arresta Capitularibus ob resistentiam Capituli à Serenissimo Duce facta, postquam hæc concordata ab eisdem acceptata & comprobata fuerint, gratiosè remittantur.

In omnibus differentijs quæ horum Concordatorum, vel alia occasione euenire possint inter suam Serenitatem seu eius ministros Episcopales & Capitulum, quæ via ordinaria decidi aut componi non poterunt, ab vtraque parte recursus haberi possit ad Nuncium Apostolicum pro tempore in Aula Cæsarea residentem.

Hæc concordata manu Sereniſſimi Ducis. & ſingulorum Capitularium comprobentur & ſuæ Seren. & Capituli ſigillis muniantur, eiſque prædictus R.^{mus} Dominus Epiſcopus Placentinus manu & Sigillo proprio robur & firmitatem adiungat, & à Notario R.^{mæ} Dom. ſuæ in omnium præmiſſorum teſtimonium ſcribantur, & vnicuique parti exemplum authenticum concedatur.

Philippus Epiſcopus Placentinus & Co: N. Apoſtolicus.

Guilielmus Dux.

Sbinco Berka Baro de Duba & Leipa Præpoſitus.

Ego Bartholomæus Viſcherus Doctor, ſubſcribo huic tranſactioni, vt Commiſſarius peculialiter ad eam deputatus à Capitulo Ratisbonen. & vt eiuſdem Decanus,

Ego Iohannes Wilhelmus ab Holdingen, ſubſcribo huic tranſactioni, vt Commiſſarius peculiariter ad eam deputatus à Capitulo Ratisbonenſi, & vt eiuſdem Canonicus.

Chriſtoff à Fronhouen Senior, manu propr.

Philippus à Parſperg. Iohannes Georgius Stinglhaimer m. p.

Sebaſtianus Kölderer Scholaſticus. m. p.

Iohannes Fridericus ab Hægnenberg.

I. Vngenem D. Martin. Dumius.

Ad Sereniſſimum & Reuerendiſſimum Epiſcopum Philippum S. R. E. Cardinalem proclamatum die 2. mens. Febr. An C. 1597. tranſeo; Principem ſummæ exſpectationis, & verè miraculum naturæ, ſiue ſapientiam ſpectes rerum tam diuinarum, quàm humanarum: ſiue humanitatem, manſuetudinem, clementiam, quid de vitæ caſtimonia in omni vita ſua commemorem? quid de reuerentia ergà parentes ſumma? quam excellens eius fuit in Deum pietas? animus quàm fortis & excelſus? Tot tantaſq; virtutes beatus Philippus ex hac vita diſceſſus ſecutus eſt, in arce Dachavv, 18. Maij An. C. 1598. ſepult. cum maioribus ſuis Monachij in templo Collegiatæ Eccleſiæ B. Virginis. Quem Sereniſſimus frater Boiorum Monarcha Maximilianus inter alia pietatis fraternæ munera tali monumento in Cathedrali Eccleſia Ratisbonæ ex orichalco artificiosè conflato decorauit.

PHILIPPO GVIL. V. F. COM. PAL. RHENI, BOIORVM DVCI ECCL. RATISB. ANTIST. ROM. CARD. PRINCIPI INCOMPARABILI. ANTE DIEM MALA TABE CONFECTO ET EHEV REBVS HVMAN. EREPTO IN SVMMA FORTVNA, IN ÆVI FLORE, IN INCREMENTO HONORVM; MAGNO PARENTVM, MAGNO FF. SSQVE LVCTV. ILLACRVMANTE FVNERI PATRIA, INGEMISCENTIBVS EXTERIS, MOESTIS OMNIBVS, IRATIS ORBI SVPERIS, QVI IN HOC PRINCIPE OSTENDERE, QVANTVM BONVM DARE POSSENT TERRIS, QVANT. DARENT COELIS.

DESIDERATISSIMO FRATRI
MAXIMILIANVS PRINCEPS
RERVM IN BOIA POTENS

F. C.

DECESSIT XII. CAL. IVN. AN. cIɔ. Iɔ. IIC. ÆT. XXII.

VIATOR QVID ROGAS, QVIS FVERIM: QVI SIM, MAGIS ROGA EHEV, MAGNA VMBRA MAGNI PRINCIPIS. HIC IN TENEBRIS AGO, ET IN PVRPVRA CINERESCO MISER. SCIBAM HOC OLIM FVTVRVM, TAM CITO NESCIBAM. SVBITVM FATA PROPERAVIT NVMEN MEA, VENI IN HANC VITAM IDEO SOLVM VT EXIREM.

TV


INRI
fol. 280.

TV QVID SPERES? AH, VANI SVMVS, ET DVM NON SVMVS, ET DVM SVMVS: VITA AD MORTEM ITER EST. ET QVID HORRESCIS? NECESSE EST MORI, ET EHEV, NECESSE EST MORI FVTVRI INCERTIS, VIATOR ABI ET REDI POST PAVLVLVM, CRAS VOLES, HODIE VENIES.

ET ADHVC HIC ES VIATOR? IAM INSEQVITVR VT TE PREHENDAT PALLIDVS LICTOR, IBIS, HEV, IBIS AD VERENDAM SEDEM. VBI IVDEX TERRET, VBI OMNES TREMVNT, MVLTI ACCVSANT, NEMO DEFENDIT ET IBIS VLTRA. QVO? EHEV, QVO? AH, MISER, QVID QVÆRIS? SPERARE POTES, TIMERE POTES, PROVT VIVERE POTES, SCIRE NON POTES. ET HORAM ET SENTENTIAM NVMEN OCCVLIT, VT TV VIDEAS. ABI ET VIDE, ANTE QVAM SVPREMVM OCVLI CALIGENT, ET COECVS EHEV, ÆTERNVM ERRES, QVOD ERRARIS.

SIGISMVNDVS FRIDERICVS Fugger Baro in Kirchperg & Weissenhorn, Canonicus Salisburgen. Ratisbon. & Patauien. ibidemq; Decanus, eligitur Episcopus R. in festo Visitationis B. Virginis Mariæ, 2. die Iulij, An. C. 1598. Ob. optimè functus Episcopali munere suo, die 5. Nouembr. inter horam secundam & tertiam vespertinam, An. 1600.

WOLFGANGVS II. Præpositus & Dominus in Elvvang, ex nobili familia ab Hausen oriundus, electus in Episcopum Ratisbon. in præmortui Episcopi locum, obiit die 3. mens. Septembr. circa horam 8. vesperi An. 1613. singulari fulsit hic Antistes pietate, humanitate, ac beneuolentia ergà omnes, *ab omnibus amorem & venerationem promeritus.*

ALBERTVS huius nominis IV. Baro à Torring, Stain & Pertenstain, Canonicus Salisburgen. & Ratisbonen elig. die 22. mens. Octobr. An. 1613. Huius inter optimos Antistites recensendi Principis virtus varios aduersæ fortunæ casus experta, hactenus cum Deo semper superior euasit, superauit: & vt ad annos plurimos viuat beneq; ac feliciter præsit, pia piorum comprecantium vota cæleste numen haud sinet esse irrita.

Catalogus Præpositorum, eorum scilicet, quos ex monumentis Ecclesiæ Ratisbonensis, alijsq; eruere hactenus licuit.

DN. GODEFRIDVS ab Ast. an. 1221.
Dn. WERNTO, an. 1226.
Dn. GODEFRIDVS à Pilsting, ex Comitibus de Frantenhausen an. 1228.
Dn. EBERHARDVS de Abensperg an. 1229.
Dn. Berctoldus ab Oberndorff. an. 1259.
Dn. HENRICVS de Lerchenfeld, an. 1260.
Dn. ALTMANNVS Comes à Rodeck, an 1267.
Dn. VLRICVS à Dornsperg, al. Comes à Leonsperg. an. 1283.
Dn. CONRADVS ab Ernfels, an. 1295.
Dn. CONRADVS à Luppurg, an. 1296 factus postea Episcopus.
Dn. HEINRICVS ab Avv, inde Auburg. an. 1298.
Dn. HABART à Sinching, an. 1304.
Dn. CONRADVS de Haimberg, an. 1309.
Dn. WERNTO Schenck an. 1325.
Dn. HILBOLDVS de Haimberg an. 1348.
Dn. DIETERICVS ab Avv, an. 1350.
Dn. HEINRICVS ab Avv, an. 1362.
Dn. VLRICVS de Hohenfels, an. 1397.
Dn. STEPHANVS à Satelbergen, an. 1423, electus Episcopus.

Dn. JACOBUS Seeburger, an. 1427.
Dn. FRIDERICUS de Parsperg an. 1436. fit Episcopus an. 1437.
Dn. CONRADUS Khonhoner an. 1445. ob. an. 1452.
Dn. RUPERTUS Com. Pal. Rheni, Dux Bauar. an. 1452.
Dn. HENRICUS de Abensperg, an. 1462 fit Episcopus an. 1468.
Dn. MICHAEL Riederer de Parr, an. 1468. ob. an. 1472.
Dn. JOANNES Com. Pal. Rheni Bauar. fit Canonicus an. 1460. post an. 12. Praepositus per annos 35. administrauit Episcopatum annis 30. mira res, & rara, quae vix alicui alteri contigisse legitur, tot annis, septuaginta nimirum septem, vno super vixisse loco.
Dn. FRANCISCUS Schlickh, an. 1486 ob. an. 97.
Dn. HENRICUS Schönleben Doct. an. 1498 ob. an. 1501.
Dn. MARCUS Fuggarus absq. Canonicatu Praepositus factus an. 1506. ob. an. 10.
Dn. CHRISTOPHORUS Welser Doct. an. 1511 obtinuit tandem Canonicatum an. 1514. ob. an. 1536.
Dn. ANTONIUS Welser Doct. an. 1548. ob. an. 1557. Praepositus & Canon.
Dn. HIERONYMUS Welser Doct. & Can. an. 1563. ob. an. 1564.
Dn. JOANNES Fetz an. 1564.
Dn. VICTOR AUGUSTUS Fugger Baro à Kirchperg fit Canonicus an. 1561. Praepositus an. 1568. resign. an. 1582.
Dn. SBINCO Bercka Baro à Duba & Lippa, an. 82. Archiepiscopus Pragen. creatur an. 1593.
Dn. JACOBUS Miller Doct. an. 1593. ob. an. 1597.
Dn. SIGISMUNDUS FRIDERICUS Fuggarus Baro an. 97. fit Episcopus an. 98.
Dn. ADAMUS Orth, Westphalus, Doct. an. 1598. ob. an. 1599.
Dn. QUIRINUS Leonius Leodiensis, Doct. an. 1599. ingressus Societatem IESU resignauit an. 1617.
Dn. FRANCISCUS GUILIELMUS Comes de Wartenberg, Dn. in Wald. an. 1619.

CATALOGUS Decanorum Cathedralium Ratispon.

DN. ADALWERT. an. 1145.
Dn. BABO an. 1185.
Dn. CONRADUS Puto, al. Comes à Kirchperg an. 1221.
Dn. LEO Tundorfer nobil. Patricius Ratisbonen. Magr. an. 1240, fit Episcopus an. 1262.
Dn. ALHARD. ab Hutt, in 1265.
Dn. ULRICUS Puto de Hachelstatt, al. Eglofshaimer, an. 1276.
Dn. HENRICUS Seeman in Seemanshausen, an. 1279.
Dn. CONRADUS à Luppurg, an. 1281.
Dn. HABART à Sinching, an. 1304.
Dn. ULRICUS à Schwarzenberg ob. an. 1317.
Dn. ULRICUS de Avvin Prennberg, ob. an. 1326.
Dn. CONRADUS Com. à Schwarzenberg, an. 1330 vixit adhuc an. 1350.
Dn. CONRADUS de Haimberg an. 1353. fit Episcopus an. 1368.
Dn. IOHANNES à Peyn an. 1385.
Dn. ARNOLDUS à Weydenberg, an. 1389.
Dn. BERCHTOLDUS Fraunberger, an. 1398.
Dn. FRIDERICUS à Parsperg Canonicus, an. 1430 Prepos. an. 36. Episcopus. 37.
Dn. DEGENHARDUS Sälchinger an. 1436. resign. & ob. an. 1453.

Dn.

Dn. CONRADVS Reichershouer, an. 1441. ob. an. 43.
Dn. CHRISTANNVS Stinglhamer in Thürntenning, an. 1443. ob. 50.
Dn. NICOLAVS à Königsperg. an 1450. ob, an. 73.
Dn. JOHANNES Neuhauser, Licent an. 1473 resign an 1513. vir consultiss. primùm Cancellar Duc. Bauar Landishut. postmodum Præpositus Vet. Oeting & Monacen. an 1513.
Dn. GEORGIVS SinZenhouer, an. 1513. ob. an. 17.
Dn. CASPARVS Gumpenberger an. 1519. ob. an 1532.
Dn. PANGRATIVS. à SinZenhouen, an. 1532. fit Episcopus, an. 1538.
Dn. PAVLVS Stadler, ob. an. 1544.
Dn. GEORGIVS Kolb de Hailsperg Doct. ob an. 1545.
Dn. HAVBOLT à Braitenbach ob. an. 1546.
Dn. JOANNES Christophorus à Parsperg an 1557.
Dn WOLFGANGVS à Closen, fit Episcopus Passauien an. 1559.
Dn. DAVID Khölderer in Purchsstal. an 1561. fit Episcopus an. 69.
Dn JOANNES Pirrer Doct. ob an. 81
Dn. THOMAS Grosthomannus Eckius Doct. ob an. 1583.
Dn. FRIDERICVS Speter à Kreidenstein Doct. ob. 1584.
Dn. JOHANNES Tättenpeck in Haúspach recusauit an. 1584.
Dn. CHRISTOPHORVS à Fronhouen, recus. eod. an.
Dn BARTHOLOMÆVS Vischer S. Theol. Doct. El. an. 1584. ob. an. 94.
Dn. JOANNES Wilhelmus ab Holdingen an. 94. resign. an. 95.
Dn. ADAMVS Orth Theol. Doct. an. 95. resign. an. 96.
Dn. QVIRINVS Leoninus Doct. Th. fit Præpositus an. 1599.
Dn. WILHELMVS Weiblaimer S. Theol. D. an. 99. cui adhuc superstiti vitam & felicitatem ex animo precor.

EPISCOPORVM LAVREACENSIVM PATAVIENSIVMQVE CATALOGVS.

LAVRENTIVS I.

PATAVIENSIBVS Episcopis Laureacenses Archiepiscopi dederunt originem, à Laureaco Norici oppido Metropolitano sic dicti. Ciuitas ea dicitur ab Ænea Syluio laureata, à laureatis † forte literis, quæ Imperatoribus illic olim cum exercitu constitutis victoriæ cuiusdam nunciæ fortassis aduenerunt. Fuit vrbs admodum insignis in ampla camporum planicie, & super flumen, quod Anasum vocant: sed postquàm Atila Vrbem deleuit, vbi Arx erat, oppidum ex nomine fluuij se in Danubium exonerantis, restructum est: Sedes verò Metropolitica Patauium primò, deinde Salisburgam translata. Annales autem Patauienses ciuitatem putant appellatam à beato Laurentio, Christianismi illic primo Doctore, prædicatoreque. Beatus siquidem Laurentius, vir literis & pietate clarus, eo ipso ferè tempore, quo S. Marcus Euangelista à beato Petro Apostolorum Principe, ad amplissimam Histriæ ciuitatem Aquilegiam in Christianismo informandam missus erat, cum aliis quibusdam piis fratribus in Noricum venit, & populo ad Danubium & Anasum degenti Christum pro peccatis passum, suaque virtute resuscitatum, primus annunciauit. Is Laurentius (quicunque tandem fuerit) Laureacensis huius Vrbis & Ecclesiæ primus habetur Apostolus, cuius honori ac nomini primaria, eademque Parochialis eius loci Ecclesia (quæ nostro seculo extra Anasianum oppidum est) dedicata, ad hæc nostra vsq; tempora primi sui Christiani Doctoris & Antistitis nomen retinuit. Quamdiu verò Episcopus iste ad Ecclesiæ huius clauum sederit, quoue anno ex mortali vita hac emigrârit, aut quis illi successerit, ignotum planè, & in fastos relatum non est, quemadmodum de aliquot aliis etiam eiusdem loci Præsulibus, præter sola nomina nihil certi scriptum vel annotatum reperitur. Vt autem omnium rerum mundanarum exigua sunt initia; ita hanc quoque Ecclesiam humilem initio, & eiusdem Pastores re ac fortuna tenui contentos fuisse credibile est: Paulò verò post hæc initia, cùm Episcopi literis & virtuti dediti, officium suum pastorale fideliter facerent, populoque doctrina pariter & exemplis vitæ fœliciter præessent, excitati sunt diuinitus ipsius etiam doctrinæ vi & scripturarum testimoniis summi pariter atque infimi quique, qui symbola sua certatim ad alendos pios Ecclesiarum Ministros contulerunt, liberalitateque & munificentia sua velut Ecclesiæ Nutricij, Pastores suos, cùm studiosè adiuuârunt, tùm vt in sua functione sic perstarent, diligenter incitârunt: Hi cùm sumptuosi quoque non essent, multò verò minus molles aut voluptarij, sed honestam parsimoniam temperantemque frugalitatem turpi luxui vitæque Sybariticæ longè anteferrent, facilè hac ratione fieri potuit, vt mediante salutari Dei benedictione diligentique rerum œconomicarum cura, ex pauperibus opulenti tandem & ex humilima sorte splendidi euaderent. Dignum siquidem erat, iustumque, vt quorum studio accedebat aliquid quotidie spiritualium bonorum ad sapientiam cœlestem aspirantibus auditoribus, ad eosdem grata remu-

hera-

neratione, aliquid temporalium etiam fortunarum rediret ab his, qui agnoscerent habere se fideles atque bene meritos Doctores, quos habere equidem (vel Apostolo teste) conuenit; vnde & ipsi commodè viuere, & ad Apostolicum munus fideliter exequendum, accendi & excitari possint.

PATAVIAE extat vetustus liber in membranis scriptus, continens annales Patauien. deductos vsq; ad Annum Domini 1255. vnà quoq; Catalogum succinctum Laureacen. ac Patauien. Archiepiscoporum & Episcoporum, cũ copiis diplomatum, tam summorum Pontificum quàm Rom. Imperatorum, quem mihi Reuerendissimus Dominus Vrbanus, Episcopus Patauien. legendum cõmunicauit. In hoc opere, per me sæpissimè citato (illi enim propter antiquitatem, meo iudicio non modica fides habenda) huius Laurentij, neq; in annalibus, neq; in Catalogo fit mentio, sicut neq; sequentis Floriani.

b. 2. D. FLORIANVS, † Eques Pannonius & Noricorum militiæ Præfectus, qui in Zeiselmuro habitâsse scribitur, vnus ex primis Norici & Pannoniarum Apostolis, Laureacensi Ecclesiæ concionatus est; sed quibus & quot annis certò sciri non potest; Martyrio coronatus legitur Anno 230. sub Aquilone Diocletiani Præfecto ac militum Tribuno (quem aliàs Aquilam vocat Cuspinianus in Austria sua, quem vide) in Anasum fluuium præcipitatus. In huius honorem peruetustum delubrum conditum est; Ex quo posteà successu temporum, celebre Monasterium natum, quod Benedictinorũ alipuamdiu domicilium, Annum Christi circa 1050. ab Engelberto Episcopo Patauiensi repurgatum, & Canonicis S. Augustini traditum; tandemq; post aliquot annos, ab Altmanno Episcopo secundariò reformatum, paulòque pòst ab Austriæ Principibus locupletatum, & à Baronibus à Volckenstorf auctum & illustratum esse legitur, S. Floriani dictum.

c. 3. IERARDVS † præfuit Ecclesiæ Laureacensi Anno Domini 250. Hunc annales non habent, sed Catalogus his verbis: His temporibus S. Ierardus Laureacen. Archiepiscopus creditur præfuisse, &c. Philippus vtriusque Pannoniæ Dominus, qui primus inter Imperatores Romanos doctrina Magni Origenis institutus, ex Ethnico Christianus factus est, & pauperẽ hactenus Laureacensem Ecclesiam honoribus ac diuitiis exaltauit; Qui vnà cum filio Philippo duobus annis pòst Decij militis sui dolo & instinctu apud Veronam Alpestrem Hystriæ Vrbem trucidatus est. Aliud de hoc Ierardo nihil legitur, nisi quòd eo tempore miserabilis facies Ecclesiæ huius prouinciæ fuerit, Ostrogothis Duce Echina circumquaq; Romanorum prouincias ad Danubium ferro & igne vastantibus.

4. EVTHARIVS, aliàs Eleutherius, & alibi Leutherius, Metropolitanæ Laureacensium Ecclesiæ præsedit Anno Christi 268. secundùm annales & Catalogum. Interfuit Sardicensi Concilio, quod celebratum est, sub Iulio I. Pontifice Maximo, non sub Stephaño, vt quidam per errorem tradunt, & hoc circa Annum 345, vt ex historia Ecclesiastica & libris Conciliorum apparet; qui numerus non quadrat cum superiori numero annalium Patauiensium Anni 268. cogitandum relinquo. In illo Concilio sese Eutharium subscripsit idem ille Eutharius. In Fabiana (quæ hodie Vienna Austriæ Metropolis est) Christianam doctrinam propagauit circiter Annum Christi 250. vbi posteà à D. Seuerini tẽporibus Metropolitana etiam Ecclesia floruisse, & inde tandem Laureacum translata, aut Laureacensi vnita vel subiecta esse legitur. Aliud, quod sciam, de hoc Eutherio nihil extat.

d. 5. SANCTVS QVIRINVS, † Philippi Imperatoris primi illius ad Christianismum conuersi, & per Baptismum à Fabiano Pontifice Maximo regenerati filius, vir sanguinis nobilitate & virtutum dignitate conspicuus, insigni sapientię doctri-

doctrinæque cœlestis cognitione minimè vulgari prædítus, ab ipso parente suo Laureacensi Ecclesiæ commendatus; tandemque, eo à Decio Tyranno è viuis sublato, vnanimi totius populi suffragio eidem præfectus esse legitur: Cuius Ecclesiæ non solùm Philippus, Pater liberalissimus, dum viueret, extitit benefactor, sed & filius Quirinus, qui post crudele parentis fatum, omne suum patrimonium (cuius termini latissimè per Pannonias & Mœsias patebant) huic Ecclesiæ suæ deuotè & munificentissimè delegâsse scribitur. Docuit verò S. Quirinus etiam in Aquilegia aliquandiu, cuius amplissimæ Ecclesiæ eum primum Patriarcham fuisse aliqui scribunt, etsi in eius loci Patriarcharum Catalogo non reperiatur. Cùm autem in inferiori etiam Pannonia Christum intrepidè & magnanimiter profiteretur, ac Ethnicas Idolomanias acerrimè impugnaret, à Maximo quodam impio Tribuno militum, apud Sisoram (quod municipium in Saui fluminis ripà è regione Ostiorum Colapis fluuij situm est) captus, Sabariam ad Pannoniæ præsidem missus est. Ab hoc Vindobonam, hodie Viennam, relegatus, in tristi custodia inclementissimè tractatus est; tandemque Sacarbanciam Sabariæ vicinam reductus, cùm diis gentilitiis Ethnico more sacrificare nollet, in proximum riuum antiquitus Sabariam, hodie Gunsium dictum, præcipitatus est, imperante his terris Galerio Cæsare, totius Illyrij Domino; corpus ipsius à pia plebecula quæsitum, sublatumque Romam honoris causa delatum est: Hinc anno à Martyrio S. Quirini quadringentesimo, tempore Pipini Regis, in Bauariam ad Tegorinum Monasterium translatum est, † vt patet ex eius loci annalibus, & præsertim ex libro Metelli Poëtæ ac Monachi ibidem, qui anno Christi 1160. floruit, ac Lyrico carmine, totam huius Sancti vitam elegantissimè descripsit, atque Quirinalia intitulauit.

Iohan. Cuspinia. in austria.

le. Sisciam

e.

Legitur in vita S. Seuerini S. Quirinum habuisse Socios 40. † qui sacras literas studiosè discebant, & alios docebant. Hi Laureaci fame enecati sunt omnes, in eo loco, quem hodie minorum Cœnobio insertum Romanorum carcerem appellant.

f.

Qvirini Episcopi, quòd Anno 308. passus sit, meminère annales Patauien. sed de eo, quòd Archiepiscopus Laureacen. fuerit, nihil, sicut neq; Catalogus. In prædictis annalibus ad marginem eadem manu, iuxta Annum 312.† g. asscriptum reperio, propter persecutiones huius temporis, & clades Ecclesiarum Archiepiscoporum & Episcoporum per Laureacen. prouinciam, Catalogus non habetur vsque ad tempora Erckenfridi, Episcopi Patauien. quoniam, quasi omnes sunt Martyrio coronati, præter illos tantummodo, qui suis reliquiis, pecuniis, libris. & priuilegiis raptis Neapolim secesserunt.

B. MAXIMILIANVS, vir morum & vitæ integritate magnus, constantia verò & intrepida Christianæ professionis assertione maximus, ex Celeya Pannoniæ ciuitate, tùm temporis celeberrima, Nobilibus admodum & locupletibus parentibus natus, & à pueris in Christianis literis à Presbytero quodam, singularis innocentiæ & sanctitatis viro, Oranio, institutus, præficitur Ecclesiæ Laureacensi Anno 268. hac occasione: Fugerat ipse cum aliis Decianam persecutionem, cumque Romam venisset, & beato Xisto huius nominis secundo innotuisset, persuasus ab eo est, vt in Pannoniam rediret, & Ecclesias metu Tyrannidis turbatas & dispersas colligeret, vtque rem maiori animo faceret, consignauit, confirmauitque eum abiturum Xistus Pontifex, addita Apostolica benedictione, & data ei plenaria potestate verbum diuinum annunciandi & Ecclesias instaurandi. Maximilianus suscepit negotium, & in Pannoniam rediit, ac Laureaco in primis (quæ ciuitas erat munitior, ideoque exulantibus Christianis tutiorem præbebat receptum) concionatus est, ibique ab omni-

h. 6.

omnibus magno cum desiderio receptus, & Laureacen. Ecclesiæ Episcopus constitutus. Cùm autem suæ functioni fidelissimè præfuisset annis penè 20. reuersus est in patriam suam Celeyam, vt illam à superstitionibus & Idolatrico cultu, quo fœdata erat, repurgaret, idque factum est Anno Christi 288. Miserat eo tempore Numerianus Imperator Præfectum Eiulasium in Pannoniam, vt crebris irruptionibus Hunnorum & Barbarorum resisteret. Ille igitur Celeyam ingressus, conuocatis præconis voce, omnium ordinum eius ciuitatis hominibus, Marti sacrificare iussit. Ibi cùm quidam ex Christianis metu mortis sese gentilitiis adiunxissent, vnaque contra conscientiam sacra facerent; S. Maximilianus indignitate rei commotus, Deum optimum Max. precatus est, vt sua misericordia & bonitate etiam erga hunc populum vti vellet; cùmq; ei diuinitus responsum fuisset, vt abiecto omni timore Tyranni huius audaciam verbis comprimeret, signans se signaculo sanctæ crucis, in medium agmen sacrificantium prosilit, Imperatorium Præfectum magnanimiter increpando, cur tot animas perderet: Cùmq; multis verbis vltrò citroq; habitis, mandato Præfecti iuberetur eidem Marti sacrificare, nec, vt id faceret, perduci posset, statim extra mœnia Vrbis, iussu Tyranni gladio percussus est, quarto Iduum Octobris, Anno Domini 289. imperante Diocletiano & B. Gaio Romano Pontifice, sepultus est à Christianis extra Vrbem, vbi miraculis claruisse legitur. Translatum est ipsius corpus posteà Laureacum à Diuo Rudperto, Bauarorum Apostolo, qui plurimas Ecclesias ipsius nomini & honori dedicauit.

Reliqvias eius tandem transtulit Patauiam Heinricus 2. Imperator, vbi adhuc nostro tempore post aram, quæ extra Chorum summæ Basilicæ in eiusdem medio ferè conspicitur, honorificè asseruantur. Extat vita eius eleganter descripta in Bibliotheca Formpacensi.

Post Maximilianum Martyrem (cuius Catalogus meminit, sed annales non) qui Ecclesiæ Laureacensis Rectores fuerint, planè ignoratur; nimirum propter grauissimas Romanorum Imperatorum, & horum præsidum in Christianos persecutiones, & maximos bellorum motus, per vniuersam Europam; quod etiam suprà annotatum est.

i. Anno 453. & adhuc 477. floruit S. Seuerinus Monachus, & vnus ex Norici Apostolis, primùm apud Boiodurum, quæ nunc Oenana est ciuitas, vbi hodie adhuc fanum S. Seuerini ad Oeni & Boioteæ † confluxum conspicitur: posteà apud Fabianam sub monte Cœcio, vulgò Kalenberg, vbi hodie adhuc in incomparabili Paradiso celebria & sancti viri nomen referentia loca Seueringum & sancta ciuitas extant. Et legitur Odoacer Rugorum & Herulorum Rex à Theodorico Veronensi posteà victus, dum magna crudelitate Noricum vastaret, in Fabianis ad hunc ipsum Seuerinum venisse, & ab eodem reprehensus esse Ann. 477. Obiit S. Seuerinus in Norico Anno 494. sub Gelasio Romano Pontifice. De hoc S. Viro, qui plura scire cupit, legat librum secundum annalium Bauariæ Ioannis Auent. fol. 241. cum sequentibus, vbi fol. 245. meminit Pontificis Patauiensis, qui occupata vrbe ab Hunimundo Alemannorum Rege in Templo suprà labrum lustricum, ad quod confugerat, interfectus sit, nomen Pontificis non ponit. Idem quoq; fol. 446. ponit S. Seuerinum Anno 481. obiisse.

† lg. Batt.

k. 7. CONSTANTIVS ex eiusdem S. Seuerini cella, quæ sub Cœcio monte, non procul à dextra Danubij ripa, à S. Seuerino condita erat, euocatus à Pont. Max Celestino Episcopatui Laureacensi præficitur: Quē gubernauit An. Christi 427. imperante Theodosio iuniore, sed quamdiu, nihil de eo scitur, propter suprà dictas causas. Author vitæ S. Seuerini scribit, sub eius gubernatione fuisse Laureacum ab hostibus oppugnatum, sed à S. Seuerino incolas & Episcopum

An. 471.

pum præmonitos fusis ad Deum precibus omne periculum euasisse. Legitur in annalibus Pataujen. cuius Catalogus non meminit, decessisse eum Anno Christi 487. & eodem anno ei successisse Theodorum.

Circa hæc tempora, Patauiensi etiam vrbi aliquamdiu concionatus est Lucillus quidam, vir pius & in doctrina Christi eruditus, qui S. Seuerini discipulus fuit, & ab eodem ex Fabianense cella vnà cum Maximo quodam (qui Salisburgi docuit) ad Baioriæ populos ab impiis Arrianorum furoribus in viam veritatis reducendos missus, circa Annum Domini 460. tandem Fabianensis designatus Episcopus post Martianum, Comes eius S. Maximus, cum aliis Symmystis 55. Salisburgi ab Herulis & Ostrogothis infidelibus, sub Duce eorum Vidomario. è summi montis canernis (quæ hodie adhuc Salisburgi apud S. Petrum ostenduntur) præcipitatus, ac patibulo tandem appensus, funisque Martyrio coronatus est Anno 467. Legimus verò circa hæc ipsa tempora, Anno nimirum 484. Hunerichum Vandalorum Regem, & Arrianæ Sectæ propugnatorem maximum, plures quàm 330. Episcopos in exiliũ pepulisse; quorum multi postea Arrianismum publicè professi sunt.

THEODORVS, † Archiepiscopus & Arrianæ Sectæ strenuus oppugnator, præfuit temporibus Theodorici Veronen. qui à Zenone Imperatore, vt Italiam aduersùs Odoacrem defenderet, Romam vocatus. Iste Theodorus, primus inter Pont. Laureacenses Pallium à Symmacho Pontifice Romano adeptus est; à quo etiam ad eundem Theodorum hac ipsa de re scripta extat Epistola, cuius hoc est exemplum.

Symmachus, S. Apostolicæ Sedis Dei gratia Episcopus, Reuerendissimo & Sanctissimo Fratri Theodoro, S. Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo, diebus vitæ tuæ, pallij vsum, quem ad Sacerdotalis officij decorem & ad ostendendam vnanimitatem, quam cum B. Petro Apostolo vniuersus grex Dominicarum ouium, quæ ei commissæ sunt, habere non dubium est, ab Apostolica sede, sicut decuit, poposcisti, quod vt pote ab eisdem Apostolis fundatæ Ecclesiæ, Maiorum more libenter indulsimus, ad ostendendum te Magistrum & Archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem Ecclesiam prouinciæ Pannoniarum sedem fore Metropolitanam. Idcirco Pallium, quod ex Apostolica charitate tibi destinauimus, quo vti debeas secundùm morem Ecclesiæ tuæ solerter, admonemus, pariterq; volumus, vt intelligas, Quia ipse vestitus (quo ad Missarum solennia ornaris) signum prætendit crucis, per quod scito te & fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in effectum crucifigi; vnde rogo, vt cùm deforis huiusmodi insigni indueris; intus in animo considera, quòd hoc sit magis oneris quàm honoris, atque cor tuum, Deo regente, ab appetitu istius sæculi sic tempora, vt & commissam exequi gubernationem sic studeas, vt adeptæ dignitati (cuius sublimaris officio) & probitate morum & viuacitate solicitudinis, ac custodia integerrimæ fidei congruas; quatenus tuipse à remuneratore omnium bonorum Deo & benedictionis gratiam vitamque æternam consequi merearis.

Liber annalium Patauien. non habet annum. Ac Theodorus secundùm prædictos annales obiit Anno Christi 524. quod etiam in veteri Vormbacensi libro scriptum reperitur: Huic qui successerit iterum ignoratur, fierique potest, vt grassante in Norico Theodone † aut nulla, aut perexigua fuerit Ecclesia Laureaci. Eam namque Vrbem Romanorum præsidiis firmatam, ac diu idcirco rebellem vi expugnâsse dicitur Theodo. Atq; hoc tempore bellorum scilicet, Theodonis Ducis Bauarorum, primùm fit mentio aliquot † Episcoporum Patauiensium; inde coniicere licet Episcopalem sedem fortè ex Laureaco Pataujam translatam fuisse, vel aliquem Episcopum Laureaci; alium verò Patauij diuersarum partium sedisse. Qua quidem de re iudicium sit penes Lectorem.

Iohann. Auent. lib. 3. annalium ponit, tempore Theodonis tertij, Ducis

Boiorum ac S. Ruperti, Gerardum † Laureacensi Templo præfuisse, Boiorum Max. Pont. & Archiepiscopum nuncupatum, fol. 266.

9. ERCHENFRIDVS Laureaci primùm in Chorepiscopum & Decanum electus, anno 570. posteà Pataniensis Ecclesiæ & ciuitatis Episcopus constituitur anno Domini 598. à Theodone tertio, Duce Bauariæ, quem S. Rupertus, ab ipso Ratisbonam inuitatus, cum filio Theodoberto ac tota familia baptizauit et ad Christum conuertit. Hic Theodo munificus admodum fuit in Christi Ministros; Erchenfrido enim Patauiam, B. Ruperto Salisburgum renouandas, in Christianismo reformandas, & tanquam proprietatem perpetuò possidendã tradidit. Præfuit Erchenfridus magna cum vtilitate Ecclesiæ annis 26. & fœliciter post superiorum temporum vastationes muros ciuitatis & muros incolarũ instaurauit. Obiit anno Christi 623. aliàs 624.

10. p. OTHOCARVS † Roma mittitur ab Honorio Pontifice ad administrationem Episcopatus Patauiensis, anno 624. sed quàm diu præfuerit incertum est, diu non præfuit: legimus enim Brunoni, de quo statim, eundem Episcopatum ab eodem Honorio commendatum esse.

11. PHILO Romanus Laureacensi Ecclesiæ continuis bellis ad extremum vsq; attenuatæ præsidere cepit, anno 615. Præfuit annis 45. in magna paupertate, sicut eius Antecessores tenui re & fortuna humilima contenti; nimirum victu & amictu, ab omni luxu & aulico apparatu alieni, vt viros Ecclesiasticos & rerum mundanarum contemptores decet. Obiit Archiepiscopus Philo anno 659. Ante ipsum & sub ipso sedit Patauiæ Episcopus Erkanfridus, qui obiit año. 624. cui succedit Othocarius in Episcopum Patauien. secundùm annales ibi, & sic eodẽ tempore alius fuit Archiepiscopus Laureacen. alius Episcopus Patauien. quod notandum pro declaratione sequentium: aliud enim de eo in fastos relatum nihil est. Non fuerunt enim isto seculo barbaro & militari homines literati, quorum studio & labore res gestæ ad posteritatem scriberentur.

12. q. BRVNO † ab Honorio primo, Pont. Romano, Episcopus Patauiensis designatus anno 638. Præfuit diutissimè & fœlicissimè, annis nimirum 60. quibus Episcopatum magnis opibus & facultatibus auxit. ei maximè fauit & subsidio fuit Plectrudis, Germanicè Pluetrud, Magnifica Francorum Regina, Pipini grossi repudiata coniunx, Grimoaldi Bauariæ & Campaniæ Regis filia, quæ Patauij summam S. Stephani Prothomartyris Basilicam sua munificentia erexit & liberalissimè dotauit, vt inscriptiones & eiusdem Templi monimenta ipsa vetustate penè illegibilia testantur.

Hæc gloriosa domina Plutrudis Bosonem, Campaniæ Ducem, & Grimoaldum Galliarum Regulum, Magnificos Principes genuit, quæ Coloniæ in Capitulo Basilica insigni pro sacratis virginibus, in honorem beatæ Mariæ virginis à se condita sub insigni marmore cubat; cui hi versiculi incisi sunt, Legali thalamo Plectrudis inuicta Pipino Bosonem genuit magnum Ducem Grimoaldum.

Cvm anno 660. Archiepiscopatus Laureacensis vacaret, Philone mortuo, eidem Bruno à Pontifice Vitalliano Præfectus esse legitur; ab eo tempore vtriq; Episcopatui iam vnito annis adhuc 38. præfuit. Obiit anno 698. nonagenarius secundùm annales.

13. THEODORVS, huius nominis secundus, fit Archiepiscopus Laureacensis & Episcopus Patauiensis, anno 699. Præfuit vtriq; sedi 23. annis, quibus & doctrinæ purioris studium penè interciderat, & omnis disciplina apud Clerum collapsa erat, Episcopo magis cumulandis opibus, quàm Christi ouibus pascen-

pascendis operam dante. Obiit anno 722. secundùm Catalogum, at secundùm Annales 721. sub Theodorico, Dagoberti Galliarum Regis filio.

VIVILO à scriptoribus torta & deprauata voce iam Vnilo iam Wilo, sed in Conciliorum libris Phiphilo, à quibusdam Cronographis Veiuolus variè nuncupatus, Laureacensi Ecclesiæ præficitur anno 722. Rexit piè & fideliter annis 23. honoratur Pallio Magisterij Christiani ornamento summo, à Gregorio secundo Pont. Max. anno Christi 730. à quo Romæ in Archiepiscopum etiam consecratur; scribunt ei Pallium iterum ademptum fuisse à Zacharia Pont. quòd honorantias (vt vocant) pro Pallio Romam mittere nollet; sedit Viuilo primùm Laureaci, sed cùm anno 735. mortuo Hugoberto, Boiorum Duce, Hunni & Auares regionem omnem supra & infra Anasum flumen sitam, ferro & igne depopularent, & Laureacum etiam funditus excidissent, iussus est ab Vtilone, Hugoberti filio, cum suis Simmystis, Sacerdotibus videlicet & Monachis, sanctisque Virginibus Pataviam, in locum tutiorem & egregiè iam tum florentem, commigrare; sic Patauia Vrbs Laureacensium Arciepiscoporum lecta & confirmata est sedes & domicilium, ipsi appellati sunt Pontifices Patauien. & Archimystæ Laureacenses, vt legitur in Arnulphi & Ottonis † Imperatorum diplomatibus; ita quidem Bruschius de Laureaco veteri, at ego in diplomatibus Arnolphi Imperatoris non reperio aliter nominatos, quàm Patauien. Præsules seu Antistites: Otto secundus diuersimodè, aliquando Laureacen. aliquando Patauien. Præsulem seu Pontificem vocat, infrà sub Piligrino, &c. fuerat Vrbs Patauia ea tempestate Ducum Bauariæ, sed ab Vtilone Duce ac Tassilone filio Episcopis cum omnibus iuribus ac pertinentiis dono data; posteà per Arnulphum Imperatorem confirmata, iuxta illius diploma, quod ibi extat, cuius Datum anno, 899. secundo Regni Arnulphi, Imperij autem tertio. Actum Reganesspurch. Agapitus 2. Anno 947. S. Pontifex factus in sua Epistola ad Gerhardum Archiepiscopum Laureacen. scribit, quòd cum Hunnorum barbarica feritate non solùm Laureacen. ciuitas, verùm etiam in circuitum adiacentes regiones depopulatæ ac funditus dispoliatæ fuissent, hinc contigisse, vt Episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atq; aliò translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem: Modernis autem, nec multò retrolapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno, Arno primus sanctæ Saltzburgensis Ecclesiæ subrogatur Archiepiscopus, &c.

EODEM tempore S. Bonifacius primus Archiepiscopus Moguntinensis, primariusq; Germaniæ Apostolus, à Gregorio secundo † Pont. Max. in Laureacensium prouinciam missus est, ad reformandos dissolutos mores Cleri. Is igitur vniuersam prouinciam in quatuor Parochias siue Diœceses, consentientibus etiam Pipino & Carolomanno, Francorum & Boioariorum Regibus, & Vtilone Boiorum Duce, distinxit, præfecitq; Salisburgensi Iohannem, Frisingensi Erimbertum, S. Corbiniani fratrem Germanum, & Ratisbonensi, quæ caput tunc Boiorum erat, Geobaldum; extatque hodie adhuc Gregorij tertij Pont. Max. insignis Epistola † huic Viuiloni, cæterisque Bauariæ Sacerdotibus de reformando Ecclesiæ Bauaricæ statu, missa. in secundo Tomo Conciliorum, qui vult ibi videat. Nam verba illius Epistolæ, præsertim circa finem, quòd Sacerdotes castè viuere, aut vxores ducere debeant, &c. non satis fideliter per aliquos referuntur, cùm talia ibi non reperiantur.

SVB hoc Viuilone plurima circumquaq; Monasteria in Bauaria constructa sunt: In primis verò superius & inferius Altachium ad Danubium, Metanie nse paululum à Danubio suprà Deckendorf, Lunulacense ad Luneccensem

Osterhouense locum, vulgò Mansee, ac Austrauiense ad Danubium. Extat huius Viuilonis memoria in decretabilis Gregorij & Zachariæ, nec non in prædicto diplomate Arnolphi Imperatoris. Obiit Viuilo, Antistes ille venerabilis, Anno Christi 745. 10. Cal Martij.

15. SIDONIVS vtrique loco, Laureacensi & Patauiensi Præfectus Viuiloni successit Anno Domini 745. sedit ad clauum Ecclesiæ decem vel vndecim annis, vir magna doctrina præditus, & Philosophus insignis, obiit Anno 755. vel 56. secundùm annales Patauien. Extat de hoc Sidonio Epistola Zachariæ Pont. x. Max. ad S. Bonifacium † scripta, de nō rebaptizandis Neophytis, qui incongruis verbis per indoctos Sacerdotes baptizati fuissent, in Tomo secundo Conciliorum. Meminit Iohan. Auentinus, libro 3. Annalium circa finem, Sub hoc Sidonio Archiepiscopo Laureacensi Anno 748. Tassilo, Vtilonis Bauarorum Reguli filius, pulso Griphone Carolomanni ac Pipini fratre Bauariæ Ducatum potenter tenuit, & post obitum patris rerum patriæ potitus est solus.

A. Antelmo 16. ANTHELMVS, aliàs Anshelmus, item Aurelianus & Antelinus secundùm Annales, Sidonio Archiepiscopo substituitur, sedit ad gubernaculum annis nouem. Obiit 5. Iduum Martij. Anno 765. sub Papa Paulo primo, imperante Constantino Copronymo, Leonis tertij filio.

17. VVISERICVS, secundùm Annales Viscarius appellatus, Antelino successit, & Archiepiscopus Laureacensis & Episcopus Patauien. factus est, Anno 765 præfuit sapienter annis nouem. Discessit ex hac vita pridie Calendarum Maij, Anno Christi, secundùm Annales 774. aliàs 775. Sub Adriano Pont. Interfuit Synodo prouinciali Dingolfingij † (quod inferioris Bauariæ oppidum est in y. ripa Isaræ) celebratæ, cui multi Episcopi & Abbates Bauariæ etiam interfuere. In illo Concilio Boiorum leges veteres correctæ & emendatæ sunt, sicut iam in Bibliothecis habentur, multaque cùm ad pietatem tum ad honestatem publicam vtilissima præcepta constituta sunt, quæ videre est apud Auent. lib. 3. annalium.

Hvivs Wiserici ætate Tassilo ambitiosus ac regnandi cupidissimus Boiorum Dux, Carinthiam armis sibi subiicit, cuius filius Theodo ab Hadriano Papa baptizatur Romæ. Circa eadem tempora Carolus Magnus, contra Longobardorum Regem Desiderium in Italia grassantem fœliciter dimicat, & Romæ triumphans, Ecclesiæ non pacem tantùm restituit, sed eandem Spoletano & Beneuentano Ducatibus etiam munificentissimè donat: Vnde Patricij Romanorum titulo honoratus est, Anno Domini secundùm Annales Patauienses. 773.

Velser. Boicar. V. pag. 207.

18. VVALDERICVS Archiepiscopus Laureacensis, & Episcopus Patauiensis declaratur, anno Domini 775. Rexit Ecclesiam secundùm Annales Patauien. annis 31. Sub eius gubernatione magnarū rerum in Bauaria incidit mutatio: Tassilone enim ad plurium terrarū possessiones, ac imperium indies insatiabiliter aspirante, potentissimoq; Franckorum Regi, Carolo Magno in soceri sui Desiderij, Longobardorum Regis, paterno regno eiecti, iam & capti gratiam, aliquoties rebellante; Auaresq; tandem ac Hunnos in Norico sibi vicinos, aduersùs Carolum Magnum excitante, & arma peregrina in Pannonos inducente, factum est, vt amissa Bauaria, Tassilo vnà cum filio Theodone, tanquàm fœdifragus ac perduellionis reus, Caroli Victoris sententia & iussu Monasticum habitū z. sumere coactus, Laurishamensi ad Rhenum sito, aliis Laureacensi Monasterio à se priùs fundato intruderetur: vnde Bauaria Pipino, Caroli Magni filio cessit, qui paulò antea Italiæ quoq; Rex designatus fuerat.

Habvit Waldericus Antistes iste admodum clementem Carolum Magnum

gnum,ſtrenuum illum ex deuictis Auaribus (qui in Bauariam à Taſſilone inuitati irruperant) fœliciſſimum; Victorem, ſed & Eccleſiæ ſuæ Pataúienſis munificum benefactorem; ab eo ſiquidem tūc temporis Rege Francorum ac Longobardorum,& Patritio Romanorum,fit confirmatio traditionis Chirchpach, cum Templo ibi ſanctæ Mariæ Dei genitricis,& S. Michaëlis in pago Rotangou, quam fecit Nobilis Matrona Iriminſvvint Walderico Epiſcopo Patauienſi. Extat ibi diploma, cuius ſubſcriptio: Signum Caroli glorioſiſſimi Regis. Erckanbald, ad vicem Radoni, &c. ibi Waldericus Epiſcopus vrbis Patauien. tantum vocatur, non Archiepiſcopus Laureacen. Ac paulò pòſt Carolus Magnus Pannoniarū ab Anáſo ad Rhabam vſq; Victor, Laureacenſi Eccleſiæ loca plurima, in Auarorum prouincia potenter à ſe deuicta, aſſignauit; In primis locum Leytha dictum,& in terra Hunnorum Zeizzir murum, Treiſmaur, Wachouuam, Pelegum, Nardinum, Rheode, Aſbache, Wolfeſvvane, Erlaffam,& ſimilia quædam vicina eidem Eccleſiæ munifica manu dedit. De qua re extat diploma Ludouici Pij Imperatoris, filij Caroli Magni, de quo infrà apud Reinharium Epiſcopum.

Legitur Waldericus hic conſecraſſe, Menſe anno 776. & anno ſequenti Monaſterium S. Agapiti Krembſmünſter in Auſtria, quod Thaſſilo III. Dux Bauariæ, anno 30. ſui regiminis, iuxta fluuium Chremiſſa conſtruxerat, & in honorem S. Saluatoris dedicauerat; quam donationem & dotationem Carolus Imperator poſteà eidem Walderico Epiſcopo confirmauit. Extat diploma, cuius ſubſcriptio: Signum domini Caroli inuictiſſ. Imper. Erchanbald Not. ad vicem Radonis Archicapel. recognoui. Datum in Menſe Martio, Ind. 4. anno incarnationis Domini 802. anno 11. regni noſtri puto eſſe 40. Actū Aquiſgrane palatio fœliciter in Dei nomine Amen. Ibi etiam Waldericus ſanctæ Patauien. Eccleſiæ Præſul tantùm nominatur, vt habent copiæ horum diplomatum deſcriptæ in ſuprà citato veteri libro Annalium Patauien. Quòd ſi annus Chriſti in Autographo ita expreſſus eſt, de quo dubito, labitur Ioan. Auent. lib. 4. Annalium, fol. 461. dum dicit Carolum Craſſum, qui Pronepos Caroli Magni fuit, primùm annos Chriſti omnibus Epiſtolis, libellis, diplomatibus addidiſſe, poſthac vſque ad nos ita obſeruatum eſſe. Quod etiam paulò poſt in diplomatibus Ludouici Pij Imperatoris, & eius filij Ludouici Regis, &c. notabitur.

Obiit Waldericus Archiepiſcopus plenus dierum, de anno non concordant Chronographi; alij enim ponunt 776. alij 807. Auentin. annum 767. ſeù 798. Annales Patauienſes habent annum 804. viuente autem adhuc Walderico, ſeu tunc ſene decrepito, ac per hoc quaſi vacante regno Boiariorum ab Apoſtolico Vicario, (iſta ſunt verba Agapiti ſecundi, Summi Pontificis, cuius diploma ibidem extat) Leo tertius, Summus Pontifex, ad quem Arno Saliſburgen. Epiſcopus à Carolo Magno, cui admodum charus erat, aliquoties Legatus miſſus fuerat, hunc ipſum Arnonem, eiuſque Succeſſores, Archiepiſcopos Bauariæ, perpetuis poſt hæc fore temporibus decreuit, pallioque Chriſtiani Prædicatoris inſigni decorauit, Anno ſecundùm Auentinum 798. Idem ſecundùm Annales Patauien. his verbis, Anno 796. Leo Papa ſedit, hic Arnonem Iuuauenſem Pallio ſublimauit, quod intelligendum puto non eo ipſo anno, ſed biennio poſteà, tenorem diplomatis Leonis tertij inuenies apud Saliſburgen. Archiepiſcopos ſub Arnone; & hoc etiam teſtatur Auentinus in ſua vulgari translatione; licet in Latinis Annalibus ponat translationem poſt mortem Walderici factam, quod eſt contra tenorem illius Bullæ.

Sic dignitas Archiepiſcopalis de Patauia ac Laureaco, vbi à primordio

Christianismi sedem hactenus habuerat, Salisburgum translata est: Sed maximum ex ea re discordiæ incendium natum, quod vix tandem tùm Romanis Pontificibus, tùm Imperatoribus autoritatem suam huic contentioni interponentibus extinctum ac sopitum est.

De sequentibus tribus Episcopis discrepant Annalium scriptores, tàm in ordine successorum, quàm etiam in tempore; Annales Patauien. ponunt Vrolphum primo, Hattonem secundo, Reinharium tertio loco; Auentinus idem, nisi quòd videtur primo loco Hattonem ponere; Bruschius de Laureaco veteri, qui Annales Patauienses mendosissimos dicit, inuertit ordinem, ponens Hattonem primo, Reinharium secundo, & Vrolphum tertio loco. Ego sequor Annales Patauien. quibus in hac re ob vetustatem plus fidei tribuo, quàm Bruschio; sequor etiam autoritatem Ioannis Auentini, diligentissimi viri, putoq; hanc diuersitatem, contrarietatemq; temporum ac diplomatum hinc inde allegatorum saluo aliorum iudicio, sequenti modo concordari posse.

VROLPHVS Walderico Anno 804. defuncto succedit Anno 805. Laureacen. Archiepiscopus sedit vno anno. Sed in Catalogo Episcoporum ita scriptum est, Anno 805. Vrolphus Archiepiscopus Laureaci & Pataniæ sedit vno anno & menses tres. Post hunc Vrolphum Archiepiscopum Arno Iuuauensis Episcopus à Leone Papa cæcato pallium impetrauit, &c. neque in annalibus, neque in Catalogo dicitur Vrolphum obiisse, sicut apud alios Episcopos; puto igitur Vrolphum vno duntaxat anno sedisse, pòst, relicta Patauia, transiisse ad Hunnos, atque vltimò ad Morauos, plantandæ religionis Christianæ causa: interim Pataniæ duos alios Episcopos præfuisse, Hattonem scilicet, ac post illum Reinharium, quos in diplomatibus sequentibus non Archiepiscopos Laureacen. sed solùm Patauien. Episcopos nominatos reperio; Ita quòd eodem tempore Vrolphus Archiepiscopus Laureacen. atque alij duo successiuè Pataniæ fuerint Episcopi. quod etiam supra tempore Erckanfridi, Ottochari & Philonis accidit. Vrolphus itaque docendo ac prædicando in Hunnia & Morauia, per plures annos feliciter gesto negotio, orandi ac religionis ergò, limina Apostolorum visitauit; vbi ab Eugenio secundo Pontifice, qui secundùm Platinam quatuor, secundùm Ioannem Lucidum in libro de emendatione temporum tribus annis Ecclesiæ Rom. præfuit, nempe 823. 24. & 25. Episcopis ac Ducibus Hunnorum & Morauorum per Epistolam commendatus est, quæ ita habet:

9. an.

Velser. Boicar. VI. an. 805.

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Radfredo Fauianiensis, Methodio Speculunensis Ecclesiæ, atque Albino Nitrauensis, & Annoni Vetuariensis Ecclesiæ, Episcopis, simul & Tutundo, nec non & Mœmaro, Ducibus & Optimatibus, vniuersisque exercitibus plebis Hunniæ & Morauiæ & infra, &c. Vrolphum Reuerendiss. S. Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopum, sanctissimum fratrem nostrum, ab hac sancta Romana Ecclesia vobis Rectorem transmisimus, atque in præfatis regionibus Hunniæ (quæ & Auaria appellatur) scilicet & Morauiæ, prouinciarumque Pannoniæ & Mesiæ, Apostolicam vicem nostram atque ius Ecclesiasticum exercendi autoritatem committimus; Cuius dilectioni ad honorem suum nostram Apostolicam vicem & autoritatem nostram insuper accumulamus, quod nunquàm suis permissum est prioribus; Quatenus & vos Confratres & Coëpiscopi deinceps reuerentiam ei ampliorem exhibere sciatis, atque vos Laici primates & vulgus saluberrimis præceptis suis non velut homini, sed tanquàm Deo humiliter obtemperetis, &c.

De Vrolpho ita scribit Auentinus libro quarto Annalium:

Ea-

Eadem tempestate, Regis Boiorum mandato, Vrolphus Patauiensis Pont. Auares & Hunnos in Pannonia & Norico considentes, vbi nunc Austria & Vngaria nominantur, in religione Christi instituit (nam illi partim Christum Dominum Deumque nostrum, partim Auita numina adhuc colebant) falsorum Deorum superstitionem radicitus extirpat, Tutundum Regulum Auarorum atque Hunnorum sacris Christianis lustrat, & Ratofredum ipsis consecrat Episcopum, Viennæque inter eos habitare iubet, vbi & eo tempore Romanorum Episcopus consedit, à quibus Fauium vocatum reperio, transgressus inde Vrolphus Danubium, Morauos Venedorum populum, itidem sacra nostra recipere persuadet, Mœmorum Ducem cum popularibus, & tota gente, ad cognoscendam veritatem cohortatur, Pontifices, qui eos sedulò doceant, Methodium Iuliomontanum, Adeluinum Nitrauensem esse iubet. Hæ vrbes nomina adhuc seruant, & dum Sueui & Gepidæ, ea loca incolerent, Pontificum fuêre domicilia: Hæc vbi ad Eugenium secundum, Pont. Max. delata sunt, Vrolpho Episcopo Patauiensi, Archimystæ dignitatem honoremque cum Morauia, Pannonia, Hunnia, Auaria restituit, præcepit superiores Pastores, cum grege & Ducibus Vrolpho, Archiflamini Laureacensi, sicut parenti non quidem corporis, sed animorum, Nuncio Dei, & à se misso obtemperare.

HATTO succedit Vrolpho, dum is apud Hunnos ac Morauos est, in Episcopatu Patauiensi, Anno 807. Hic interfuit Synodo † prouinciali Salisburgæ, iussu Caroli Magni habitæ, ob decimas opesque sacras, super quibus inter Monachos ac seculares Sacerdotes in Boiaria tum litigatum est, interfuêre Episcopi ac alij, maximè quorum intererat, Arno Archiepiscopus Salisburgensis, Atto Frisingensis, Adalbertus Ratisbonensis, Heinricus Sabionensis, & hic Hatto Laureacensis, vbi decretum, dona Templorum, bona Ecclesiastica in quatuor portiones diuidenda; quorum vna Episcopi, altera Parochi, tertià pauperum, quarta esset ad refectionem Templorum, cum aliis. Quorum obiter meminit Ioan. Auentinus lib. 4. fol. 356. Et hoc Anno Domini 807. Annales Patauienses ponunt hunc Hattonem sedisse sine Pallio annis 11. obiit Anno 817. — bb. 20.

REGINARIVS, aliàs Reinharius, Rinharius vel Reginardus dictus, sed iuxta diplomata sequentia Reginarius dicitur, Hattoni successit. Anno 818. electus in Episcopum Patauiensem, & Anno 822. in Episcopum ordinatus secundùm Annales. Sed in Catalogo Episcoporum scriptum est, quòd cum Arnone Archiepiscopo Salisburgensi pro Pallio decem annis contenderit, contra quem Arno quendam Baturicum in Episcopum Patauiensem ordinauerit, sed Reinharium à Summo Pontifice Pascali primo, sexto anno Pontificatus sui, qui fuit 822. Romæ cum Pallio in Archiepiscopum solenniter ordinatum, sedisse Patauiæ, vt Archiepiscopum decem annis: cuius Ioan. Auentinus non meminit, neque aliud vllum documentum huius rei extat, ac vt suprà dictum est, Reinharium hunc in diplomatibus non reperio Archiepiscopum, sed solum Episcopum Patauiensem nominari. Hic Reinharius impetrauit à Ludouico Pio Imperatore confirmationem Carolinæ donationis suprà relatæ, iuxta diploma quod ibi extat. Cuius datum Anno 823. quarto Calend. Iulij Franconofurt, regnante Ludouico annos decem, refert Ioannes Auentin. libro 4. folio 332. — 21. — fol. 119. in Walderico Epist.

Reperio apud Auentinum aliam contentionem Reginarij cum Adelramo Archiepiscopo Salisburgen. de terminis Diœcesum lib. 4. fol. 387. his verbis: Hoc Anno, cùm Vrolphus Patauiensis Pontifex, Archimystes Laureacensis obiisset, Patauiensi Templo Reginarius Pontifex capitur, is litem mouet

Adelramo Flamini Iuuauensi, ob Regiones, quæ vltra montes Commagenos cubant; dicebat hic Arnonem decessorem suum ibidem religionis Mysteria aperuisse; ille Patauiensi Laureacensiq; Templo subditos esse comprobat; Rex Boiorum Ludouicus, Ludouicij Pij filius, Reginoburgium vtrumq; ad se accersit, Episcopos discordes ad pacem reuocat, inter vtrumq; ita superiorem regionem partitur. Aquilonarem Occidentalemq; oram, qua Spiraza amnis exoritur, & cum altera Spiraza & Arabone confluit, Patauiensi adiudicat, reliqua Orientem Austrumque spectantia, in rebus diuinis procurare Salisburgenses iubet Pontifices. Extat hæc tabula, cuius finis, actum Reganespurch anno Christo propitio 829, anno 17. Ludouico Imperatore, filio eius Ludouico, regnante in Boiaria anno 5. 14. Calend. Decembris. Hoc diploma in libro Annalium non reperio, & Auentinum in hoc lapsum puto, quòd Reginarius post obitum Vrolphi factus sit Episcopus Patauien. nam diplomata tam Eugenij II. quàm Ludouici Imper. aliud probant.

cc. EXTAT aliud eiusdem Ludouici† Regis Boiorum, filij Ludouici Pij Imperatoris diploma recentius, quo eidem Reginario Episcopo Patauiensi in regione Auarorum donat Chirchpach, terramque centum prædiorum per circuitum, vsque ad Chumenperg, Datum 14. Calend. Martij, anno Christo propitio III. regni domini Hludouici Regis, in Orientali Francia, Indictione 14. actum Ostrohoua Palatio Regio, &c. Hludouicus hic postulantibus Boiis, à parente Ludouico Pio Imperatore Rex declaratus est anno secundùm Tilium 817. qui anno Domini 825. cum vxore Hemma in Boiariam migrat, Reginoburgiúque habitare cœpit.

ITEM aliud eiusdem Regis diploma, cuius tenor, Hludouicus diuina fauente gratia Rex Boiariorum, si libertatis nostræ, &c. quia nos pro mercedis nostræ augmento, &c. concessimus Ecclesiæ Patauiensi, quæ est constructa in honore S. Stephani Prothomartyris, &c. cui præsenti tempore vir venerabilis, Reginarius Episcopus præesse videtur, quasdam res proprietatis nostræ, quæ sunt in prouincia Auarorum, in loco qui dicitur Lytha, super fontem, qui dicitur Schönprunn, &c. Datum quarto Non. Martij, anno 20. Imperij Ludouici, & anno regni nostri 7. Actum Osterhouen in Palatio nostro] qui fuit meo iudicio secundùm suprà dicta 832. annus. Obiit hic Reinharius, Archiepiscopus Laureacensis & Patauiensis, anno Domini 838. & vacat Patauiensis Ecclesia propter discordiam per annum, & ampliùs secundùm Catalogum Episcoporũ, in quo Morauorum Apostolus nuncupatur. Annales autem Reinharium Episcopum Patauiensem tantùm, & non Archiepiscopum vocant, quod nomen fortè, defuncto demùm Vrolpho, consecutus est; & hoc modo puto concordanda esse diplomata Eugenij II. necnon Ludouici Pij Imperatoris, dum de Vrolpho & Reinhario Episcopis eodem quasi tempore meminère, quorum alter Laureacensis, alter Patauiensis fuerit. Quòd si Autogrophis amborum Ludouicorum diplomatibus suprà relatis annus Domini appositus est, vt copię habent, eo ipso Ioan. Auentini error suprà in Walderico Episcopo notatus arguitur.

21. HARDOVICVS Archiepiscopus Laureacensis, & Episcopus Patauiensis constituitur anno Domini 840. vir potens opere & sermone, vt qui suam Ecclesiam quantùm potuit exaltauit, sub Ludouico Pio, Lothario & Ludouico secundo, Imperatoribus. Ad petitionem huius Hartvvici venerabilis Episcopi, Ludouicus Rex Albrico Chorepiscopo suo, &c. mansos proprietatis suæ consistentes inter Raba & Chumberch dono dedit. Datum 8. Calend. Octobris, anno, Christo propitio, 28. regni domini Ludouici, Serenissimi

Regia in Orientali Francia regnantis. Indictione 8. Actum Ostermoutingen, villa regia, in DEI nomine feliciter, Amen, &c. Extat diploma ibi. Sedit Pataují annis 26. Obiit tertio Iduum Maij, Anno 866. Annales Patauienses & Catalogus in numero annorum non conueniunt.

HERMENRICVS, Ostrogothus & Alemannus, is Patauiensis Ecclesiæ Antistes designatus, Hardouico successit, Anno 866. sedit sine cura Pallij deditus otio annis 9. Obiit 4. Nonarum Ianuarij, Anno Christi 875. 23.

ENGELMARVS † Archiepiscopus Patauiensis designatur, Anno 875. aliàs secundùm Annales 874. sedit ad gubernaculum Ecclesiæ annis 22. Legitur Cremiphanense Monasterium plurimum locupletâsse, huic Engelmaro Episcopo & Pastori Patauiensis Ecclesiæ Arnolphus Rex dono dedit quædam mancipia in proprium tenenda, Anno Domini 892. Indict. 11. anno secundo regni piissimi Regis Arnulphi. Actum in ciuitate Regia, in Dei nomine fœliciter. Amen. Extat diploma ibi, ac etiam aliud de Anno 890. super quibusdam mancipiis, in quo Engelmarum dilectum Episcopum & Ministerialem nostrum vocat, &c. Obiit pridie Calend. Ianuarij, Anno 886. secundùm Annales 897. At secundùm aliud diploma Arnulphi Imperatoris vixit adhuc Anno 898. Nam hoc Anno dedit ei aream Patauiæ, Idus Decembris, Anno 898. † regni 11. Imperij tertio. 24. dd *leg. Regino.* ee.

WINECHINDVS, aliàs Wichindus vel Wichingus, natione Ostrogothus & Alemannus, Leupoldo Duci familiaris, & ab hoc ipso apud Romanum Pontificem Stephanum quintum sic commendatus, vt Apostolica authoritate Episcopus consecraretur, ac propagandæ Christianæ professionis ergò in Morauiam mitteretur; Arnulpho deinde Bauarorum ac Francorum Regi innotescens, Cancellarius eius, ac defuncto ENGELMARO Episcopus Patauiensis factus est. Ad cuius preces, necnon Isingrinij Illustris Comitis Ministerialis Imper. quem alibi Dapiferum suum vocat Arnulphus Imperator, ædem sacram in Rantenstorff, nunc Ranshouen, diuo Pangratio de nouo extruxit, munificentissimè eundem locum dotauit, ac Ecclesiæ Oetingensi subiecit; ita vt sub eius iure perpetuò consisteret, iuxta diplomata, ibi, quorum datum Anno 897. 25.

IDEM Arnulphus † Anno 899. quo & defunctus, donationem Patauiensis vrbis ab Ottilone ac Tassilone, Ducibus Boiorum, olim factam pio zelo renouauit, confirmauit, alia maiora quoque priuilegia immunitatis dedit, iuxta diploma suprà sub Viuilone Archiepiscopo relatum, quòd ibi extat. In hisce diplomatibus vocatur tantùm Episcopus. Præfuit annis 13. parum quietè, propter æmulationem Diethmari Archiepiscopi Salisburgen. ff. *al. An. 898.*

RICHARIVS à Theodomaro Salisburgensi & Suffraganeis suis in Synodo aduersùs Wichindum Patauiensis Episcopus designatur Anno 897. Cùm verò Arnulphi Regis consensu Winchindus Patauiensem Episcopatum & occupâsset iam & potenter teneret, Richarius ad regimen non priùs peruenit, quàm post mortem Arnulphi Imperatoris, quo Anno, nempe 899. vel secundùm Annales Patauien. 900. defuncto, Richarius eligitur Patauien. Episcopus. In Catalogo scriptum est, Richarius Episcopus Patauien. sedit sine Pallio, annis 12. & tribus cum Pallio Archiepiscopus, quod alibi non reperio. Fuit autem hic vnus ex Boiariæ Episcopis, nempe Theotmarus, Iuuauen. Ecclesiæ Archiepiscopus, Waldo Frisingen. Erckenpoldus Aichsteten. Zacharias Sabionen. Tuto Ratisbonen. Richarius Patauien. Ecclesiæ Episcopi, qui vnà cum vniuerso Clero & populo Christiano conquesti sunt Ioanni IX. Sum. Pontifici super Morauis, qui se à iurisdictione Patauien. Episcopi eximere, ipsismet Archiepiscopum designare, & ex vna Pontificali prouincia quinque conficere nitebantur, 26.

tur, de qua re latiùs Auent. lib. 4. fol. 475. cum sequentibus; vbi etiam, quòd hic Richarius interfuit expeditioni Luitpoldi, Marchionis Boiariæ Orientalis cōtra Vngaros, in qua Cusala Rex cum Vngaris cæsus est. Hic quoque à Ludouico Arnolphi filio impetrauit, vt Anisum ciuitas, nunc Enns, Monasterio suo S. Floriani propter damna à Paganis illata traderetur. Extat diploma Pataviæ summatim huius tenoris.

88 IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ludouicus Dei fauente gratia, Rex &c. ait Richarium Patauiensem Episcopum, per quosdam proceres suos, & Adalberonem Antistitem & studiosissimum Nutritorem suum Walthonem, Frisingensem Episcopum, nec non Luitpoldum, illustrem Comitem, dilectum propinquum suum, aperuisse lamentando damna illata sibi à Paganis circa Monasterium S. Floriani, improuisa impugnatione, deprecatus, vt ciuitatem illam, quam fideles, inquit, nostri Regni pro tuitione Patriæ vnanimiter contra eorundem Christiani nominis persecutorum insidias nouiter in ripa Anassi fluminis in proprio iam dicti Martyris, partimque in terra Præfecturæ, &c. extruxerunt, ad prædictum Cœnobium traderemus, vbi ipse corporaliter quiescit, &c. donat, firmat, tradit, in Aquilone Danubij ad dictum Monasterium quicquid habuit, &c. 14. Calend. Februarij. Anno 900. Indict. quarta, regni primo.

LVBET quoque subscribere, quæ Ioan. Auent. lib. 4. Annal. de Wickingo & Richario Episcopis breuiter annotauit:

EODEM tempore, inquit, Angelmarus, Pataviæ Episcopus diem obiit, Bichingus ab Imperatore Sacerdotio condonatur. Is fuit primò Morauorum Episcopus, quem, petente Suatebogo magno, Stephanus quintus Pontifex Maximus consecrat; ipsum Suatebogus non Morauiæ antiquæ, quam Pontifex Patauiensis in rebus diuinis procurabat, sed vlterioribus Sclauis imposuit, quos idē Dux armis domitârat, Philosophiam Christianam recipere coëgerat; cumque Suatebogus Imperatori rebellat, Wichingus ad Imperatorem aufugit, atq; ab eo Patauiam accepit: Verùm in paucis diebus, quibus hæc acta sunt, Imperator moritur, Theodomarus Iuuauiensis Archimysta Boiorum, cum collegis suis, Wichingum ad gregem desertum redire iubent, classe Patauiensium Episcoporum mouent, Richarium in tribum Pontificum Pataviæ referunt, vnde nongentesimo anno, cuius anni sexto Calend. Decem. Imperator Arnulphus, Cæsar Augustus, paterna ægritudine Vtini extinguitur &c.

Quàm diu vel Wichingus vel Richarius præfuerint, quóue anno defuncti sint, nihil certi habemus, nisi quòd Richarius cum Leopoldo, Marchione Austriæ, progenitore Principum Bauariæ, in ea expeditione contra Vngaros fuit, qua iuxta Anassi hostia feliciter contra eos pugnatum est, Auent. eodem loco, fol. 477.

87 BVRCHARDVS Episcopus Patauiensis designatur Anno Domini 903. quo Richarius secundùm Annales obiit. Sedit annis 12. homo fuit voluptarius & perpetuo otio deditus, nec de retinendo Pallio solicitus, fuit beneficus in suos Canonicos, quibus integras decimas dono dedit in Bauariæ pagis, Prama, Curtana, Lubichinespach, Pollinga, Hohinhar, Alcheim, Osternacha in Matahgoue, Kerpheim, Hohunstat, Schardinga, & aliis locis adiacentibus, perpetuis temporibus possidendas & vsurpandas; idque est actum cum consensu Ludouici Regis in Ottingen, † Año 903. Extat ibi diploma. Idem Ludouicus Rex, ob præces Dietmari Archiepiscopi, Luitpolt & Isingrini, illustrium Comitum, huic Burckhardo, ob deuastationē Diœcesis à paganis factam, confirmat Otingam Episcopi proprietatē 15. Cal. Iulij, Anno 907, Indictione 10. regni Hludo-

uici

uici inuictiss. Regis 8. Actum ad S. Florianum, anno 903. Quidam Madalvvinus, Chorepiscopus Patauien. in placito seu Synodo, per Burckhardum Episcopum cum Ecclesiasticis ac Nobilibus suis habita, dedit Episcopo ac Ecclesiæ totum apparatum suum, hoc est, suas vestes, quibus ad sacrum stare consueuerat, Item integram suam Bibliothecam, Item proprietatem suam, quam ei Rex Arnolphus donauerat, in loco qui dicitur Wolfesvvanch, Item in Pannonia Huebas salicas nouem, post obitum suum, &c. Econtra accepit ab Episcopo quædam bona, ad dies vitæ suæ vtenda ac fruenda, &c. Hæc ex libro Annalium Patauien.

Fvit quoq; hic Burckhardus Episcopus inter alios Commissarius Ludouici Rom. Regis, super querelis & grauaminibus statuum Boiariæ, ratione enormium teloneorum ac portariorum, de quo Auent. fol. 479. Interfuit etiam magnæ expeditioni eiusdem Ludouici Regis contra Vngaros, fol. 480. Hic Burckhardus obiit anno Domini 915. secundùm Annales 914.

GVMPOLDVS sedit ad gubernaculum Ecclesiæ, imperante Heinrico Aucupe, Duce Saxonum, annis 17. homo suo Antecessori non absimilis, nihil præclarum vel memoriæ dignum egit. Obiit anno 931. 28.

GERHARDVS, vel Gebhardus, Laureacensis Archiepiscopus eligitur anno 931. Sedit Patauij annis 14. Temporibus Heinrici Aucupis, & Ottonis primi, Imperatorum, obiit 16. Cal. Octobris, anno 945. vir maximis virtutibus præditus, qui ius Pallij Antecessoribus suis ademptum, & aliquamdiu negatum, apud Leonem septimum, Summum Pontificem, ipse Romam profectus, magna cum laude recuperauit. Extant diplomata, quorum copiam vidi in sæpe citato libro Annalium Patauien. Et refert Auent. in lib. 4. fol. 490. sed longè aliis ac diuersis verbis, &c. Consecratur in Archiepiscopum à Pontifice Maximo Stephano octauo, quem Germanum fuisse dicunt, plurimum commendatur etiam mortuus in suprà allegato diplomate; Quo Agapitus, II. Pontifex Romanus, dissidium inter Ecclesias, Laureacensem & Salisburgensem, æqua transactione composuit, vt, diuisis in duas partes Noricæ regionis prouinciis, Heroldo Archiepiscopo, qui se fortiter opposuit, Occidentalis Pannoniæ cura & pastoralis custodia commissa esset: Gerardo verò Laureacensi Archimystæ, & eiusdem Successoribus, propter emeritam S. Laureacensis Ecclesiæ antiquitatem, cui iure iuniorum reuerentia assurgeret, in benedictionis & sedis honorem, Orientalis Pannoniæ, Regionisque Auarorum, Hunnorum, Morauorum, Sclauorum etiam & Mæsiorum inspectio commendaretur; sic singulis prouinciis datus est Metropolitanus. Agapitus Pontifex Maximus magna solennitate Gerardum hunc Archiepiscopum constituit, & facultatem, autoritatemque ei plenariam dedit, per omnes Sclauorum regiones liberè prædicandi, & suo arbitrio plures Episcopos constituendi, omniaque disponendi, ac si ipse Pontifex esset præsens, vt priuilegium ea de re datum manifestè testatur, quod Pataviæ extat. Eius tenorem refert Wolfgangus Lazius de Repub. Romana, lib. 12. fol. 1256. Item Ioan. Auent. lib. 5. fol. 498. qui hunc Episcopum alibi Geroldum vocat, &, conuentui Boiorum, per Arnoldum Ducem Dingelfingij habito, interfuisse, dicit lib. 4. fol. 487. 29. ii.

ADALBERTVS Laureacen. Archiepiscopus factus anno 945. Præfuit annis 25. De quo nihil memoria dignum in annalibus Patauien. legitur, præterquàm quod infrà sub Piligrino Episcopo de concambio prædij Anisburg cū Heinrico Duce Bauariæ facto annotatum est. In eo diplomate Ottonis II. Imperatoris, Adalbertus, S. Patauien. Ecclesiæ Antistes nominatur, non Laureacen. Archiepiscopus. Obiit anno 970. 30.

PILE-

31. PILEGRINVS, Patauienſis Eccleſiæ Antiſtes & Archiepiſcopus Laureacenſis, Adalberto ſucceſſit An. Domini 971. Imperante Ottone Magno. Præfuit ſapienter & vtiliſſimè, ſub tribus Ottonibus, Patauiæ ſedens annis 20. vir Magnificus, & qui Eccleſiam ſuam ſub Vngarorum graſſatione à Bauaris occupatam, & ab Hunnis admodum vaſtatam, cùm ſuo ingenio, tum Imperatorum auxilio præclarè liberauit, & in meliorem ſtatum collocauit. Concionatus eſt Vngaris, ad Deum quidem antea conuerſis, ſed in fœdiſſimos errores relapſis, quibus ad veram pietatis viam reducendis, egregiam nauauit operam docendo, & idoneos Eccleſiæ paſtores præficiendo. Singulis ſiquidem diebus ad gentem recens Chriſtianiſmo imbutam ex Monachis & Canonicis tranſmittere ſolebat, qui Euangelium propagarent & latiſſimè ſpargerent, populumq; adhuc rudem informarent. Hac pia & verè Epiſcopali virtute, nec non ope diui Wolfgangi, Epiſcopi Ratisbonen. viri illius æui doctiſſimi ex vtriuſque ſexus Nobilioribus, quinque Vngarorum millia Chriſto lucratus eſt: vnde factum eſt, vt tota penè Vngarorum natio prona ad percipiendam Chriſti fidem ſit facta; redegit totam de Deo & humani generis ſalute profeſſionem, in certam quandam Methodum. Vnde, quantus ipſe vir fuerit, quanta doctrina, & quo ingenio præditus, poſteritas omnium temporum iudicare poteſt, quam doctrinæ ſuæ formulam Benedicto VII. Pont. Max. Romam miſit, additis vnà literis, in quibus ſuam abſentiam excuſat, & ius Pallij ſubmiſſe petiit: Pontifex ingenium & eruditionem viri Germani admiratus, illi Pallium & Metropolitanum honorem Cathedræ ſuæ S. Laureacenſi Eccleſiæ, confinio Vngarorum adiacenti, reſtituit, eumque aliis Germaniæ Archiepiſcopis, nec non Ottoni Magno Imperatori & Nepoti eius Heinrico, Duci Bauariæ, per Epiſtolam commendauit, eximens Laureacen. ab omni ſubiectione Salisburgen. Eccleſiæ, & honore Metropolitico ſublimans; ſicut modernis temporibus S. memoriæ Agapitus Papa terminos earundem Parochiarum ab inuicem diſtinxit; ſic & ipſi diffinimus, &c. ita quoq; vt alter illorum, qui prior ſit, in ordinatione, ipſe etiam, quoad viuat, Prioratum teneat & in ordine, &c. Penitus enim determinatis vtrinq; Diœceſibus, omnique excluſa altercandi occaſione, Canonica ſub diſtrictione interdicimus, vt neuter earundē Eccleſiarum Archiepiſcopus inuadere alterius Parochiam præſumat, &c. Sunt verba illius Epiſtolæ &c. quæ Patauię extat, ac illius copia in libro Annalium, relata ad longum per Wolfgangum Lazium de Rep. Roma. lib. 12, fol. 1247. per Bruſchium de Laureaco veteri; per Auent. ſummatim lib. 5. Annal. fol. 503. licet vtrobiq; aliis atq; diuerſis verbis, qui in hoc differunt, quòd alij Benedictum VI. alij VII. habent. Hoc conſtat, Benedictum V. & VI. ſub Ottone I. ſeu Magno vixiſſe, &c. Benedictum autem VII. ſub Ottone II. &c.

HABVIT autem Piligrinus hic benigniſſimum ac beneficentiſſimum Imperatorem, Ottonem ſecundum, qui priuilegia ac traditiones Eccleſiæ Patauienſi ab Anteceſſoribus ſuis factas non ſolùm confirmauit, verùm etiam pio zelo ampliauit, ac plura nouiter conceſſit, vt ſequitur.

OTTO ſecundus Imperator precibus dilecti Nepotis noſtri Heinrici, Ducis Boiariorum, confirmat S. Laureacen. Eccleſiæ venerabili Pontifici Piligrino traditionem Ludouici Regis factam vinearum in Wachovv, in Comitatu Reuerendi Marchionis Burckhardi, Anno Domini 973. Indict. 15. anno regni Ottonis 13. Imperij 6. Nam in vita patris Ottonis I. in Regem Rom. electus, & Aquiſgrani coronatus eſt, Anno 961. deinde Anno 968. à patre Romam vocatus, ibi Imperator coronatur: Errant igitur, qui hæc Ottoni primo tribuunt, cùm is hoc 873. Anno Nonis Maij obierit, ita Ioann. Auent. lib. 4. fol. 500. & 501. Paulus Phrigio in Chronica Regum.

I. e. patruelis, ſc. Henrici Ducis, dicti rixoſi, patris Henrici S. Imp.

Kk.

IDEM

Idem Otto secundus S. Laureaceñ. Ecclesiæ venerabili Pontifici Piligrino, precibus Heinrici Boiariorum Ducis, Nepotis sui, hoc est, Patruelis sui, confirmat, ac tradit aream in vrbe Ratisboñ. non longè ab Ecclesia S. Cassiani, quam ipsius Antecessor Adalbertus à Patruo suo (scilicet Ottonis) Heinrico Boiariorum Duce receperat Concambio, &c. Datum 3. Idus Septemb. anno Domini 974. Indict. 15. anno regni domini Ottonis 14. Imperij autem 6. Actum Erlafurt, in Dei nomine feliciter. Amen.

Cvm verò post Ottonis magni obitum filius ipsius Otto II. iam diu designatus in imperio Successor, Pataviam (propterea quòd illa Heinricum Bauariæ Ducem Imperatorem habere mallet, & reclamante etiam Pilegrino Archiepiscopo, exercitibus contra Ottonem receptum præberet) viarmorum expugnâsset; Pilegrino, qui ab ipsius partibus steterat, laudatissimus Imperator in compensationem damni, quod per id tempus Pilegrinus fecerat, ac precibus fratruelis sui Ottonis, Ducis Boiariorum atq; Willigisi Archiepiscopi Mogunt. Monasterium S. Crucis in Nidernburg donauit, cum Walachunestorff, cæterisq; omnibus appendiciis & pertinentiis. Datum 11. Cal. Augusti, Anno Domini 976. Indict. 4. anno verò regni Ottonis Imp. Augusti 15. Imperij aût 9. Actum Ratisbonæ in Christi nomine Amen. In hoc diplomate, quod ibi extat, Pilegrinum S. Patauieñ. Ecclesiæ Præsulem venerandum vocat.

Extat ibi aliud diploma Ottonis secundi, in quo Abbatiolam nostri proprij iuris, sitam in Patauiensi vrbe, quæ est in honore sanctæ Dei genitricis, ad eiusdem vrbis Episcopalem sedem, cui Pilegrinus Episcopus præesse dignoscitur, iure perenni donat, & hoc precibus dilecti fratruelis sui Ottonis, Ducis Alemanorum ac Willigisi Archiepiscopi. Fuit hic Otto filius Ludolphi, fratris Ottonis secundi, Dux Sueuiæ, cui Otto secundus, expulso Heinrico Hezylone fratruele suo, ob rebellionem Ducatum Bauariæ contulerat, &c. puto eandem esse Abbatiam sanctæ Crucis in Nidernburg. Datum huius diplomatis anno incarnationis Domini 980. Indictione quarta, Augusto Imper. Ottone regnante. Actum Ratisbonæ. Idem Otto secundus, ac eodem anno * Piligrino Patauiensi Præsuli immunitatem exactionum ac censuum dedit; Ita vt Patauiensis ciuitatis possessores amodò nullum teloneum per omnes aquas in nostro regno sursum neque deorsum soluere cogantur, &c. Actum Ratisbonæ, &c.

B. & Sueuia. Otto hic fuit fil. Ludolfi, fratris Ottonis II. Imp. cui Ducatum B. Henrico rixoso patrueli suo ademtum tradidit: Sed Ducatus postea iterum ad Henricum rediit. Vid. Lamb. Schaffn. an. 976.

* imo anno Domini 976.

Idem Otto secundus Piligrino sanctæ Laureaceñ. Ecclesię Pontifici donat partem telonei in ciuitate Patauieñ. pro Ecclesiæ S. Stephani restauratione, & ad tecta procuranda, nec non pro luminaribus, ac in sustentationem fratrum Deo ibidem seruientium, quam Adalbertus Antecessor huius ab Ottone primo Imperatore Patre suo, ad refectionem Ecclesiæ, ad dies vitæ suæ anteà impetrârat. Datum anno Domini 876. vt suprà, Eodem anno ac loco. Idem Otto venerabili Piligrino, sanctę Patauien. Ecclesiæ Episcopo, confirmat omnia priuilegia & immunitates Imperatorum, Caroli & Ludouici, nec non Ottonis genitoris sui, &c. cum pertinentibus Monasteriis & Ecclesiis S. Floriani Martyris, atq; Treisima ad Monasterium S. Hippolyti, nec non Cremisa, &c. ita vt Ecclesia Patauieñ. cum omnibus suis bonis ac Ecclesiis, præsentibus & futuris, sit sub defensione Imperij, ab omnibus tributis & oneribus libera, ac etiam ab eo, quod iure fisci exigi poterat, quod totum luminaribus Ecclesiæ & stipendiis pauperum, seruorumque Deo ibidem famulantium concedit.

Idem ille Otto constituit Piligrinum hunc Archiepiscopum Laureacem Ecclesiæ, deditq; pro reparatione ciuitatis Patauiensis, quam ipse Otto ab hostibus captam denuò deuastauerat, quoddam prædium iuris (inquit ipse) nostri, Anespurck nominatum, quod quondam venerandæ recordationis Adalbertus

Patauiensis Ecclesiæ Antistes, ex massa patrimonij S. Laureacensis Ecclesiæ, Heinrico Duci piæ memoriæ, patruoq; nostro, tradidit in Concambium in pago Troungeu, in ripa Anasi fluminis, decemq; regales Huobas, ab Occidentali parte prædicti fluminis Anasi, in quadam nostri iuris villa, nomine Lorach, cum omnibus iuribus & pertinentiis. Sicut enim inquit Otto Imper. priscis temporibus S. Laureacen. Ecclesia, quæ extra murum, in honorem S. Stephani, sanctiq; Laurentij Martyris constructa & dedicata est, ante dissidium & desolationem regni Boiariorum, Mater Ecclesia & Episcopalis sedes fuit; Ita deinceps pristino honore ac dignitate, Canonica autoritate perfruatur, quam & præsenti præcepto nostro renouamus atq; roboramus, & iam sæpedictæ Laureacen. Ecclesiæ venerabilem Piligrinum reintronizamus Antistitem, quatenus amodò tam ipse, quàm omnes sui Successores Laureaceñ. fiant & nominentur Pontifices. Datum Nonas Octobris, Anno Domini 977. Indict. 6. anno regni domini Ottonis, Imperatoris Augusti 17. Actum in ciuitate Ratisbona, &c.

Otto tertius Imperator, propter deuastationem terræ Patauieñ. Ecclesię, à Barbaris vicinis in Orientali plaga factam, vnde quasi syluescat, Piligrino huic, venerabili S. Patauieñ. Ecclesiæ Præsuli, ad intercessionem Theophaniæ matris & amborum Nepotum suorum Heinricorum Ducum, scilicet Bauariæ ac Carinthiane Regionum, omnes colonos in locis ad Patauiam pertinentibus sitis in Marchia Luitepaldi Co. à publicis exactionibus liberos fecit, à Ministerialium suorum districtione absoluit; ita vt quicquid publicus Imperatoris fiscus ab illis exigere vel percipere poterat, hoc Aduocatus illius Ecclesiæ exigat ad iam dicti Piligrini, Successorumq; suorum vtilitatem, neq; pro vlla alia occasione, aut vadium soluere, aut ad Comitatum ire à Marchione vel aliqua iudiciariæ potestatis persona cogantur, Datum 2. Cal. Octobris, Anno domini 985. Indict. 14. anno autem 3. Ottonis regnantis 2. Actum Babenberg fœliciter, Amen.

Idem Pilegrinus dignissimum meruit habere hospitem & conuiuam, S. Wolfgangum, paterno genere Comitem de Pfullingen & Achalm; Materna verò stirpe, Comitem Veringensem, natione Sueuum, virũ & suo & gentilitio splendore clarissimum, de quo Pilegrinus sæpe exclamâsse legitur. O fœlicem Ecclesiam, quæ Deo fauente hoc donabitur Sacerdote: Hunc paulò pòst ad Ratisboneñ. Ecclesiam tunc vacantem apud Ottonem II. Imperatorem promouit Pilegrinus, ipsique Pontificalem eam Cathedram impetrauit, Autor fuit cuidam sui sæculi versificatori germanico, vt is rythmis gesta Auarorum & Hunnorum, Austriam supra Anasum, tunc tenentium, & omnem viciniam latè deprædantium, celebraret, & quomodo hæ barbaræ gentes ab Ottone Magno profligatæ sint. Extat hic liber in Pergameno scriptus, quem ego Wigileus Hundt, collector huius operis, in arce Prunn ad Altmilam repertum, ac per Generosum dominum Ioachimum, Comitem de Ortenberg, donatum in Bibliothecam Illustrissimi quondam Principis Alberti, Ducis Bauariæ piæ memoriæ, anno 1575. dedi.

Dicitvr natus fuisse Pilegrinus ex familia Roderici seu Rudigeri de Præclara hodie Pechlarn, eius qui Auaris & Hunnis præfuisse, & Arnulpho Duci Boiorum, Hunnos in Germaniam inducenti, suppetias tulisse, in eodem & similib. poëmatibus legitur. Decessit vltimus iste Laureacensium Archiepiscopus Pilegrinus 2. Cal. Iunij Anno Christi 991. De quo in quadam Chronica Salisburgensi legi: Anno 1171. Vitalis, Vergilius, Hartvvicus, Salisburgenses, & Pilegrinus Patauiensis, Episcopi, claruerunt miraculis.

32. II. CHRISTANNVS, aliàs Christianus, non iam ampliùs Laureacensis Archiepiscopus, sed solùm Patauiensis Ecclesiæ Præsul, quemadmodum & omnes

omnes sui Successores, eligitur Anno Domini 991. sedit in ciuitate Patauiensi sine Pallio, annis 22. impetrauit ab Ottone tertio Imperatore omnium priuilegiorum Patauiensis Ecclesiæ confirmationem, & Monasterij Cremsmünster cum omnibus pertinentiis, & Capellæ in Oettinga, & Abbatiæ in Mathase, & curti Riute incorporationē. Datum 6. Calend. Februarij, Anno Domini 993. Indict. 6. anno autem tertij Ottonis regnantis 10. Actum Trotimanniæ.

IDEM quoque Otto tertius, Rom. Rex, Episcopum hunc & Ecclesiam Patauień. & loca illuc pertinentia, ab omni Ducum, aliorumque potentum personarum seruitio exemit, ac in defensionem suam ac Successorum suorum, Roman. Regum, recepit, iuxta diploma de eodem Anno 993. &c. Actum Diaspurgo, &c.

HABVIT hic Christianus Episcopus grauem contentionem cum Leopoldo, Marchione Austriæ in Comitiis, per Heinricum Hazilonem, Ducem Bauatiæ, Tulnæ habitis, qui Leopoldus volebat sibi seruire prædia Patauiensia, & quædam oppida vi occupârat; decreta ibi est immunitas ac restitutio. In eodem Concilio decretū, quoniam ea Regio Bauariæ ob frequentes Vngarorū incursationes desolata syluescebat, vt Otto III. suprà in suo diplomate vocat, vt noui coloni omnium onerum immunes forent: Dataque Boiariis tàm Ecclesiasticis quàm secularibus libera potestas, Castella, oppida ac arces, contra Vngarorum irruptiones construere. Extat diploma Ottonis III. de quo Auentinus latiùs Lib. 5. fol. 506. &c.

IDEM Otto III. donat Christiano Episcopo Patauiensi, & Successoribus eiusdem ciuitatis, mercatum, monetam, bannum, teloneum, & totius publicæ rei districtum, tali tenore, vt prædictus Præsul, suique Successores, omnem publicam rem hactenus nobis in eadem ciuitate pertinentem habeat, & firmiter intra ciuitatem & extra teneat, sine omnium hominum contradictione, &c. Hæc sunt verba formalia priuilegij, cuius datum Anno Domini 999. Indict. 13. anno Ottonis 3. regnantis 15. imperij 3. Actum Romæ feliciter. Amen.

CVM HOC Christiano Episcopo Heinricus sanctus, tunc Rex Rom. comutauit ac dedit pro prædio Treuina alia sua ꝓpria prædia Ernusteſtorf & Albarn dicta: Datū huius diplomatis 15. Cal. Maij, Indict. 5. An. Dñi 1007. āno Heinrici II. 5. &c.

SVB HOC Christiano Martyrio affectus est S. Colomannus, ex regali Scotorum progenie oriundus apud Stockerouium, Anno 1012. ab agricolis trucidatus, mox inde ad Melicense Cœnobium translatus. Christianus Episcopus obiit Anno 1013. secundùm Annales, Anno 1012. 12. Calend. Octobris.

BERENGERVS, qui & Benno secundùm Auent. fol. 531. successit Christiano rebus humanis exempto, sedit in vrbe Patauiensi, quæ ab Arnoldo Schyrensi iterum occupata erat. annis 33. præfuit laudabiliter, Canonicis suis victum augens & potū vsitatæ & quotidianæ mensuræ, in certis quibusdā Festis, charitatis haustum adiiciens, Episcopalia munia, quæ hodie Episcopi suis Suffraganeis committunt, ipse obiuit, plurimasq; possessiones Episcopatui adiecit. Eius tempore Heinricus Imperator sanctus & claudus appellatus, Patauiensi Ecclesię abstulisse legitur Comitatū ab Iltz, fluuiolo Bohemico, ad Regen amnem vsq; omnē; ducentosq; Mansos ex Austrauiano Cœnobio, ad Babenbergensem recensà se fundatum Episcopatum illustrandum & ditandum, pro quo Comitatu reddidit Episcopatui medietatē ciuitatis Patauień. ab Arnoldo Bauarorum Duce priùs ablatam. Hæc Bruschius, vnde habeat nescio. Annales Patauień. † non ponunt, neque satis conueniunt cum priuilegio Ottonis tertij proximè relato, &c.

33.

mm: Hinc apparet Dn. bat quæ

Hund. non vidisse Annales Episcoporum Patauiens. in membrana conscriptos, qui adhuc Passauij extant, aliàs enim Bruschium hic scribit, in ij reperisset, Vid. infr. in addit. plura.

IDEM Berengerus Episcopus, in Nortvvald Ecclesiam Gunthario conse-

crat

erat diui Ioannis Baptistæ, Deiparæ Virginis, S. Crucis, Anno 1019. Heinrici regni XVIII. Imperij VI.

CONRADVS secundus, Rom. Rex, ad preces Gisilæ Reginæ Conthoralis suæ, & Aribonis Moguntiaceñ. Archiepiscopi, dono dedit huic Beringero Episcopo, omnes decimas in Orientali prouincia sitas in Septentrionali parte fluminis Danubij, in Comitatu Adalberti Marchionis, in omnibus locis constructis & construendis de rebus omnibus, de quibus decimæ de iure & legaliter persolui debent, vt & ipse & Successores eius liberam super his habeant disponendi &c. facultatem. Datum huius diplomatis 2. Nonas Decemb. Ind. 7. Anno do: in carn. 1025. anno autem domini Conradi II. regni II. Actum Triburiæ. Obiit Berengerus Anno 1045.

HEINRICVS Rom. Imper. eidem Beringerio concessit in Orientali Regno, in Comitatu Heinrici Marchionis prædium quoddam, in his locis Hertzogenburch locum ad construendam Ecclesiam, quam ibi propter Marchionem facere posset, & vnum Regalem mansum: In Chremisa autem & Sigemaresvvert, & Tulna, extra ciuitatem & Vecineslevve, similiter in singulis locis, singulos Regales mansos, &c. Datum deest in libro Annalium.

an. 34. ENGELBERTVS, † alibi Egilbertus, eligitur Episcopus Patauiensis Anno 1045. Sedit Patauij annis 20. secundùm Annales. Is ab Imperatore Heinrico Nigro, cuius vxoris Sacrificus fuerat, Auent. lib. 1. fol. 531. venandi ius in prædio sancti Stephani in Comitatu Alberti Marchionis, inter geminas fluminum Sabynichi & Tuminichi ripas, impetrauit. Datum huius diplomatis 16. Cal. Iulij, Anno Dominicæ incarnationis 1049. Indict. 2. Anno autem Heinrici tertij regnantis Imperatoris secundi, ordinationis eius secundi, regni quidem 11. Imperij autem 3. Actum Gemunde in nomine Domini Amen. Idem Imperator precibus Agnetis Conthoralis suæ, confirmat eidem Egilberto curtes, Ecclesias, villas, & omnia prædia, cum suis pertinentiis à Regibus, Imperatoribus, vel aliis, Ecclesiæ Patauieñ. tradita; specialiter Abbatias, Chremissa, Munstuire, Matiseo cum prædio, nomine Hunisperch, Capellam Atingam & curtim Ruite, & villam Vffenhusen; quemadmodum eandem Adalbertus, scilicet Patauieñ. Ecclesiæ Episcopus, pro Anespurch S. Laureaceñ. Ecclesiæ prædio, vbi quondam Episcopatus fuisse sedem nouimus, ab Heinrico Duce Boiariorū iustè & legaliter in Concambium accepit atque possedit, & in Osterrichi, in loco qui dicitur Kirpach, territorium quoddam ad radices montis Commageni situm est, & in eodem monte mansus centum faciendos cum omnibus ad eam pertinentibus. Datum 13. Cal. Augusti, Anno Do: incar. 1052. Ind. 5. Anno autem domini Heinrici III. secundi Imperatoris ordinationis eius 24. regni verò 13. Imperij 6. Actum Bazovve in nomine Dei fœliciter. Amen.

IDEM Imperator precibus Agnetis vxoris, filij Heinrici Regis quarti, dat atque donat ad Monasterium sanctæ & indiuiduæ Trinitatis atque intemeratæ Virginis Mariæ, necnon beati Stephani Prothomartyris honorem, in loco, qui dicitur Bazovv constructa, & piæ memoriæ Episcopi Engilberti intercessione tale prædium, quale Richvvinus habuit: cùm in Palatino placito reus maiestatis criminabatur, & communi iudicio omnium capitali sententia damnabatur in villis Gabatisprunnen & Chrubaten. Datum Anno 1055. Indict. 8. Anno autem Heinrici III. Regis Imper. 2. ordinationis 27. regni 17. Imperij 9. Actum Vlmæ.

IDEM Imperator ad easdem preces dat eidem Episcopo locum cuiusdam vici, Paumgarten nominatum, cum omni vtilitate, quæ contra Bohemos quoquo modo conquiri potest, omnemque terram intra terminos hos conclusam, idest,

idest, vallem Paumgartintal sursum vsq; ad notas definitas Vngaricorum terminorum, deorsum vsque ad prędium Heinrici Co: exinde in directum vsq; ad stratam Lauindenburch ducentem, vsque ad prædium Richvvini. Datum Berchenstat, anno Domini 1056.

HABVIT clementem & beneficum Heinricum etiam quartum, qui petitione dilecti sui Magistri Annonis, Coloniensis Archiepiscopi, cæterorumq; fidelium nostrorum confirmat omnes traditiones Rom. Regum, Imperatorum, ac aliorum piorum hominum Ecclesiæ Patauiensi factas in specie illa, quæ ab Heinrico 3. parente suo fuêre expressa ac confirmata in tribus proximis diplomatibus. Datum huius confirmationis 8. Calend. Nouembris, Anno Dominicæ incarnationis 1063. indictione secunda; Anno autem ordinationis Heinrici quarti Regis 9. regni 7. Actum Ratisbonæ in Dei nomine. Amen.

CONSECRAVIT Parochialem S. Pauli Ecclesiam & Monasterium Cremiphanense, Cœnobium S. Floriani ab Hungaris destructum reparauit, & Canonicis S. Augustini restituit, habuit sub se Præpositum summi Templi Azilonem; Decanum verò Rauonem. Decessit ex hac vita, Anno Christi 1065. secundùm annales anno 1064. Diploma Heinrici tertij, cuius Datum Anno 1055. suprà relatum, videtur innuere Engelbertum ante annum illum defunctum esse, in illis verbis, piæ memoriæ, &c. Potuerunt autem hæc verba secundùm stylum illius seculi etiam superstiti tribui. Ego relinquo cogitandum, &c. Munsterus in Cosmographia latina fol. 605. scribit Wotolphum quendam, Canonicum Augustanum, Episcopum Patauien. postulatum.

Ex Chronic. Episcop. Patauien. & ex Priuileg. Henrici IV. liquidò constat Engelbertum adhuc vixisse an. 1063.

ITEM reperitur in monumentis Gotvvicensis Monasterij Sigilbertus Patauiensis Episcopus anno 1065. Credendum est, Wototolphum Engelberto, ac illi Sigilbertum successisse, qui forte vsque ad annum 1065. præfuit. Auentinus horum non meminit, sicuti neq; annales Patauienses. Ponit autem Auentinus lib. quinto, fol. 553. hæc verba: Eodem Anno profectionis, in Palæstinam scilicet, qui fuit 1063. vel 64. Angelbertus Patauiæ Episcopus obiit, cui Heinricus quartus Cæsar Sacrificulum suum Altmannum substituit.] Sepultura horum Antistitum, sicut & omnium ferè Antecessorum ignota est; sed nec de genere vel natalibus eorundem quicquã certi scribi potest, siquidem hæc omnia in obliuionem venerunt, & nihil de ea re annotatum reperitur vsquam.

Auentino hæretico vsitatam Phrasin lector transcribat, nõ Domino Hundio Catholico optimo.

ALTMANNVS, † patria Saxo, aut ferè Westphalus ex celebri & peruetusto Putinensium, fortè Wittinensium Ducum genere natus, Agnetis Imperatricis, Heinrici Nigri coniugis Sacellanus designatus, mox eiusdem Dominæ fauore summorum Templorum, Coloniensis & Aquisgranensis Canonicus, paulò pòst Præpositus etiam electus, per omnes dignitatum gradus ad id fastigium peruenit. Erat vir pietate, literis, consilio, vt ista tempora ferebant, & autoritate magnus, summis Germanis Principibus summoperè charus, peregrinatus fuit ad terram sanctam, cum Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, Gunthero Antistite Bambergense, & aliis aliquot Principibus sæcularibus & Ecclesiasticis, Anno 1063. secundùm alios 1064. Interim, Engelberto Episcopo fatis concedente, Imperatricis Agnetis intercessione, Patauiensis Ecclesiæ Antistes declaratur etiam absens, tanta erat ipsius in aula Imperatoris autoritas & gratia. Reuersus Hierosolyma, suscipit Episcopatum, cui præfuit satis varia fortuna annis 26. consecratus est à Gebhardo Archiepiscopo Salisburgensi, quem Parisiis condiscipulum habuit, vbi non tantùm hunc Gebhardum, genere Comitem ab Helffenstein; sed & Adalberonẽ Comitem Lambacensem, qui posteà Herbipolensis Episcopus factus est, contubernalem habuit. Fuit Altmannus Episcopus admodum religiosus, Deique timens plurimùm, Clero suo

OO. 35.

Vid. Paulū Bernriedē. in Vit. Gregorij VII. pag. 73.

nihilominus inuisus, ob hanc ferè solam causam, quòd Sacerdotum tum temporis (propter schisma videlicet Henrici quarti crescente licentia) contra Canones & antiquam consuetudinem coniugatorum, vitam & mores dissolutissimos insectaretur. Augebat verò hoc odium in Clero, quòd liberalior quoque esset in pauperes etiam cum iactura suppellectilis Episcopalis, dum aliquot pauperum millia interdum pasceret, multaq; Monasteria de nouo erigeret & collapsa instauraret; inter quæ præcipua sunt Gotvvicense, in Comageno monte è regione Chremisianæ ac Steinensis ciuitatum Austriæ amœnissimo loco situ, & S. Nicolai perelegans Cœnobium extra muros Patauienses in sinistra Oeni, eo loco conditum, quo Parochialis Ecclesia S. Andreæ ad lapides dicta antiquitus sita fuerat, quod ope Agnetis Imperatricis, &c. & Heinrici Com. Neuburgen. iuxta literas fundationis Anno Domini 1074. de nouo extruxit.

HABVIT ab initio munificum benefactorem Heinricum quartum Imperatorem, à quo priuilegium & insignia quædam bona impetrauit, ad intercessionem matris Agnetis, Berthæ Conthoralis; Gebbardi Salisburgen. Archiepiscopi, & Epponis Niunburgen. in Misnia seu Ciciensis Episcopi, &c. & ob fidele meritum ipsius Altmanni, nempe villam quandam Tylensurt dictam, & transitum ipsius fluminis, qui dicitur Moracha, & infra hæc loca Paumgarten, Sturphereich, Madridata, quod est prædium Ernesti Marchionis, & quinquaginta regales Mansos in pago Ostricha, in Marca Ernesti Marchionis sitos, cum omnibus appendiciis suis, hoc est, vtriusque sexus mancipiis, vineis, agris, &c. Extat diploma ibi, cuius Datum 2. Non. Martij, Anno Do: incarnationis 1067. Ind. 5. Anno autem ordinationis Heinrici 4. Regis 15. regni verò 11. Actum Ratisbonæ in Dei nomine feliciter Amen.

FVIT in luxuriantem Clerum acerrimus animaduersor, quem in meliorem ordinem & statum redigere obnixè laborauit: Cumq; tanto labori & oneri sese imparem videret, Romam scribit, Consilium Gregorij Sept. Pont. Max. ea de re expetit; is rescribens fulmina sedis Apostolicæ in coniugatum Clerum coniicit, Altmanno plenariam potestatem confert eiiciendi ex Ecclesia Sacerdotes vxoratos, & substituendi cœlibes; hac autoritate armatus Altmannus, Clerum suum conuocat, literas Pontificias in ipso Patauiensis Ecclesiæ gremio recitari iubet, & mandato Pontificis, suoque consilio proposito, Presbyteros à consuetudine coniugum abstinere præcipit. Huius rei nouitate odium Cleri sibi anteà infensi plus accendit; pertinaciter illis respondentibus, sese nec posse, nec velle hoc vitæ genus commutare: Altmannus se parum proficere posse intelligens, & primo furori cedendum arbitratus, concionem dimisit; pòst capta meliori occasione, edictum Pontificis iterum promulgat. Ibi vniuersus Clerus maiori furore percitus, in S. Stephani Templo eum inuasisset, nisi quorundam procerum auxilio defensus, è Templo aufugisset. Cùm verò nihilominus in sua sententia persisteret, Pontificisque decretum exequeretur. Clerus ad Heinricum quartum Imperatorem, cui cum summo Pontifice de Episcopatuum collatione & inuestitura, ac aliis grauibus negociis contentio erat, confugit, qui Pataniam ingressus, Clerum coniugatum restituit, & Altmannum, quòd cum Gebhardo Metropolitano ac quibusdam aliis Episcopis, summo Pontifici in hoc Schismate, vt ipsi videbatur, nimis perseueranter ac pertinaciter adhæreret, proscribit. Post eius discessum Monachi cœlibes S. Nicolai, quòd vxoratos Cœnobio ab Imperatore restitutos expulissent, à Satellitibus Imperatoris Cœnobio extracti, virgis publicè cæduntur, & restitutis prioribus Sacerdotibus coniugatis, magna ignominia non solùm è Monasterio, sed etiam Vrbe & omni vicinia eiiciuntur.

ALT-

Altmannus, nulla spe in Episcopatum redeundi proposita, in Saxoniam fugit, & apud Bernhardum Bucconem, Halberstadiensem Episcopum, aliquamdiu mansit; posteà in Westphaliam reuersus. Cum verò nec ibi Clero, propter hanc ipsam Cœlibatus causam gratus esset, Romam abiit ad Gregorium Pont. Max. eique Patauiensem Ecclesiam resignauit. Interim Heinricus Imperator à Pontifice, quòd Cleri partes tutaretur excommunicatus, Moguntiæ Comitia indicit; in quibus Altmannum ab Ecclesia Patauiensi in vniuersum excludit, eidemque Hermannum quendam filium Leutholdi, Ducis Francorum & Carinthiæ substituit. Emigranti verò huic ex hac vita Thiemo quidam successit Herbipolensis Canonicus; is occupauit Episcopatum omnem ad Anasum vsque; Quæ enim infra Anasum erant Episcopalia feuda, ea Leopoldus Austriæ Marchio in Altmanni gratiam occupârat, & potenter tenebat. De his duobus, Hermanno & Thiemone nihil præterea extat. Altmannus, qui Romæ agebat, à Pont. Max. in Templum Diui Petri vocatus, inspectante & annuente toto Clero Romano, non modò Patauiensis Episcopus denuò consecratur, sed etiam pontificius in Germaniam Legatus designatur, & multis priuilegiis ablegatur; posteà in Austriam reuersus, in Mauterensi oppidulo Austriaco reliquum vitæ egit, illustrando suo Gotvvicensi Collegio vacans. Cùm verò magna annonæ caritas esset eo tempore, Altmannus in Mauterensi oppidulo & Gotvvici in Cœnobio magnam pauperum multitudinem indies pauisse legitur, qua virtute in primis clarus & à Monachis suis Gotvvicensibus commendatus: dum in Austria vixit, vicina Monasteria etiam quædam, S. Hippolyti nimirum, Chremiphanense ac S. Floriani, Anno scilicet 1080. mira seueritate reformauit, vbique vxoratos Monachos & Canonicos eiiciens & cœlibes substituens. Consecrauit Thiemonem Archiepiscopum Salisburgensem, mandato Pont. Max. Vrbani secundi, Anno 1091. an Patauiam redierit incertum est; hoc verò inter ipsius laudes commemoratur, quòd Ecclesias Patauiensis Episcopatus ante se ligneas, ipse saxeas fecerit primus. Obiit secundùm annales Anno 1091. aliàs 1092. sexto Iduum Augusti, in oppido Austriaco Zeyselmaur, sepelitur in Crypta Gotvvicensis Monasterij, à se fundati, vbi & miraculis claruisse legitur, illic & pedum eius Episcopale & infula, qua vsus est, ostenduntur, quæ omnia miram simplicitatem & frugalitatem ostendunt; pompam verò nullam.

Ita Auent. lib. 5. folio 581. at in Epitome ponit fratrem Leutholdi fuisse. &c.

36.

VDALRICVS, illustris Comes à Heeffr, ex Tyrolensi prouincia, aut Meraniæ potiùs Ducatu natus. Quem Iohan. Cuspinianus in Austria sua vocat Comitem Ciliæ & Tyrolis. Nam tum Comitatus Tyrolen. & eius Comites noti fuerunt, vt testatur Radeuicus lib. 3. cap. 37. & Abbas Vrspergen. in vita Heinrici 4. vbi de Alberto adolescente, qui partium illarum quodam insignis comitatu, in valle Tridentina cepit aliquos Episcopos contra Heinricum IIII. Romam missos per filium Heinricum V. Anno 1106. Fuit hic Vdalricus, Vdalscalci Comitis eius nimirum, qui Seydenstetense perelegans Monasterium in Stiria Anno Domini 1112. fundâsse legitur, filius; is, inquam, eligitur Patauiensis Episcopus Anno Domini 1092. Sedit ad gubernaculum annis 32. vir religiosus & pius, peregrinatus ad terram sanctam cum Thiemone Archiepiscopo Salisburgensi & aliis Principibus multis, quandoquidem eo tempore Godefridus Bulionensis Comes, ac Lotharingiæ Dux, Hierosolymam è Saracenorum & Turcorum manu magnanimè recuperauerat. Inde Deo propitio fœliciter reuersus, vt Deo gratus esset comiti itineris sui, & eundem ad maiorem erga sese clementiam excitaret, condidit Anno Christi 1112. ad Traysmam amnem Monasterium S. Georgij, quod ex insula Danubiana posteà translatum, Austrij hodie Heerzoburgense ab oppidulo, in quo situm est, appellant.

Idem Canonicis è Gotvvico eiectis Benedictinos introduxit, & eis Abbatem præfecit. Hic donauit Ecclesiæ Patauiensi prædium hæreditarium, in loco qui dicitur Mardingen, in prouincia Sueuia in pago Ogesgoue, cum omnibus suis pertinentiis; confirmat hanc donationem Heinricus quintus Imperator. Extat ibi diploma, cuius Datum Patauiæ, Anno Domini M.C.XI. Obiit septimo Iduum Augusti, Anno M.C.XXIIII.

37. REGIMARVS, aliis Regimannus, & secundùm annales Reimarus, Vdalrico subrogatus. Præfuit annis 17. Patauiæ sedens, vir secularium rerum peritior, quàm spiritualium: In primis verò pecuniæ admodum studiosus, Melicense Cœnobium propter luxum Monachorum ad sese pertrahere voluit; sed Abbatis Erchenfridi industria & consilio impeditus est. Appellatur is in Patauiensium annalibus Ecclesiæ desertor, sed quæ occasio cognomenti fuerit, non extat. Apparet enim ipsum propagandæ & conseruandæ religionis studio deditum fuisse, & iuuentutis institutionem curæ habuisse, ex eo, quod de illo annotatum est, eum fuisse Autorem Principibus Bauariæ & Austriæ, aliisq; Regulis circumquaq; construendorum Cœnobiorum. Cœperunt huius Episcopi tempore Monasteria S. Crucis, Marianæ Cellæ Neuburgum, quod est sub Cœcio monte opulentissimum, Gluniacum, Baumgartenbergum, & in Bauaria Raitenhaslachium, & alia quàm plurima: fuit hac tempestate Patauij Magister quidam Arnoldus, qui in Clerum luxui & voluptatibus indulgentem sæpe inuectus; tandem captus & malè mulctatus est. Recuperauit hic Regimarus Episcopus, ope Lotharij tertij Imperatoris, decimas Parochiarum Nivvnburg, Holaprun, Gors, Pölan, Eckendorf, Æuspach, Mistelbach, Valckenstain, Lizze, Murlieke, Widefelde Maior, Pucka, Alhate, Heimburch, quas tam ipse Marchio Liupoldus, quàm generosi sui Antecessores seculari consuetudine non iure Canonico possederant, &c. & hoc etiam consensu filiorum Luipoldi, Adalberti & Luipoldi, idque pro tranquilitate & salute vitæ suæ, nec non Conthoralis & omnis generosæ cognationis, &c. Rursus Episcopus, gratitudinis ergò, decimas Niunburch Parochiæ Cœnobio S. Mariæ, quod idem Marchio religioso affectu construxerat, consensu Cleri sui, facta legitima transmutatione, per manum Domini Adalberti potenter delegauit, &c. Econtra Præpositus illius Monasterij quatuor virorum beneficia Kalmüntze sita, per manum Marchionis & Aduocati, Episcopo delegauit, &c. Facta est hæc commutatio Graffenstein Anno Domini 1135. indictione 3. regnante Lothario 3. huius nominis Imperatore, anno Imperij eius 11. Decessit Antistes ille Anno 1141. secundùm annales 1140. pridie Calendarum Octobris.

38. REGINBERTVS, alibi Reinibertus, Comes de Pilenstain vel Peyhelstain, natione Austrius, ex eorum genere & familia ortus, qui Monasteria Austriæ, Paumgartenbergum, Waldhusium & Ehrlacum fundârunt, eligitur Episcopus Patauien. Anno 1140. Præfuit annis septem. Is Anno 1147. Canonicis suis dono dedit Ecclesiam Kirchberg ad Wacrinum, vulgariter Wachrein, & idem primus Oenum ponte coniunxit. Antea enim traiectus erat per Oenum à S. Seuerini Templo, versus S. Nicolai Oratorium, & ante conditum istud Cœnobiũ, versus Templum S. Andreæ Parochiale. Episcopus verò iste S. Nicolai Præposito Adalberto dedit pro traiectu pagum Hartkirchensem, supra Schärdingensem ciuitatem situm; ipse autem ad pontem perpetuò conseruandum Ecclesias Maselkirchensem & illam, quæ ad Boietra fluuiolum S. Seuerino dicata, & è regione S. Nicolai adhuc conspicitur, deputauit; huius pontis curator & inspector est, quicunq; Oenanæ ciuitatis Parochus est.

Hvivs Reginberti tempore, Eugenius tertius Pontifex summus expeditionem

nem pro recuperatione Palæstinæ instituit, cui & iste Episcopus interfuit, à qua in Patriam reuersus non legitur, dedicauit primariam Ecclesiam Viennensem, antequàm ad terram sanctam proficisceretur, Anno nimirum 1147. sequenti verò anno legitur ex hac vita emigrâsse, tertio Calend. Octobris.

CONRADVS Iunior, filius Leopoldi Pij, Marchionis Austriæ, ex Agnete Imperatoris Heinrici quarti filia longè speciosissima, germanus frater Ottonis Episcopi Frisingensis, eligitur ex S. Crucis Abbate Austriaco Episcopus Pataujensis Anno 1148. Præfuit annis 16. pp. 39.

IMPERATOR Fridericus primus huic Conrado, Patruo suo, Meerding villam, quam Conradus Rom. Rex Welphoni Duci concesserat, in Conuentu celebri Babenbergæ, in præsentia Welphonis auunculi sui restituit: Testes Episcopi, Eberhardus Babenbergensis, Gebhardus Wirtzburgen. Hartvvicus Ratisbonen. Conradus Aichstetensis, Daniel Pragen. Waderlaus Dux Bohemiæ, & frater eius Diopoldus, Heinricus Dux Austriæ, Fridericus Dux, filius Conradi Regis, Berchtoldus Comes de Andesse, Eckibertus Comes de Butone, Heinricus Præfectus Ratisbonensis, Rapoto Comes Abenbergæ, Cunradus Dux & Comes de Dachau, Marchuuardus de Grunbach, & filius Marchquardus, Babo de Zolling, Adalramus de Kambe. Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Mogunt. Archiepiscopi & Archicancellarij recog. Babenbergæ, quarto nonas Iulij, Anno 1147. Regni septimo, Imperij tertio.

FVIT hic Princeps egregiè doctus & Dei timens, iustitiæ fautor & defensor summus, pauperum Nutricius memorabilis, qui S. Egidij Xenodochio Patauino plurimum donariorum & prædiorum tradidit; sed & Patauiensi ciuitati suæ quatuordecim dierum annuas nundinas à festo S. Iacobi inchoandas in præstitæ fidelitatis remunerationem concessit primus Anno 1164.

HIC ipse laudabilis Antistes cum Friderico Barbarossa, fratris sui, scilicet vterini filio Imperatore Romam profectus magno tumultu, qui propter inuestituram Prælatorum inter Pontificem & Imperatorem exarserat, præsens interfuit, & non sine maximo periculo sese vindicem opposuit, Imperatorem lesæ Pontificiæ Sanctitatis reum publicè reprehendit, pluribus Pontificibus per discordiam designatis, ipse Alexandro legitimè electo adhæsit, obedientiamque debitam libens præstitit; tandem Pontifice Alexandro pristinæ dignitati restituto, cùm posteà Imperator Fridericus Mediolanum expugnâsset, idem iste Conradus, Episcopus Patauiensis, eidem obsidioni & expugnationi cum alijs plurimis Germaniæ Episcopis, Principibus & Baronibus interfuit, vbi super S. Crucis Niderburgensi Abbatia pro religione in ea reformanda priuilegium consecutus est, in quo Imperator illi Abbatiam cum omnibus possessionibus donat; ita vt singulis annis in Epiphania Domini 40. libras Ratisbonensis Monetæ, regio fisco de eadem Abbatia persoluat; excepta tum Aduocatia prædictæ Abbatiæ, cuius inuestituram sibi Imperator & suis Successoribus reseruat. Acta sunt hæc Anno 1161. Extat ibi diploma. Idem Anno 1155. anno sexto Pontificatus, donauit quasdam areas & hortos, vt spaciosior esset locus pro habitatione Canonicorum Patauien. quibus etiam donat Petznkirchen & Svvainakirchen Anno 1159. *Vid. inf. sub Monaster. Niderenburg.*

HIC illustris Conradus, Episcopus Patauiensis, mortuo Eberhardo, Archiepiscopo Salisburgen. per Alexandrum Pontificem, cui fideliter adhæserat, suffectus est, à quo & Pallium impetrauit, sedit Salisburgæ annis adhuc quatuor. Obiit 4. Calend. Octobris Anno 1168. sepelitur in Monasterio Admontensi.

RVPERTVS ab Imperatore Friderico aduersus Conradum, Alexandri Pontificis partes sequentem, Patauiensis Episcopus constituitur Anno 1159. qq. 40.

Sed

Idem Canonicis è Gotvvico eiectis Benedictinos introduxit, & eis Abbatem præfecit. Hic donauit Ecclesiæ Patauiensi prædium hæreditarium, in loco qui dicitur Mardingen, in prouincia Sueuia in pago Ogesgoue, cum omnibus suis pertinentiis; confirmat hanc donationem Heinricus quintus Imperator. Extat ibi diploma, cuius Datum Patauiæ, Anno Domini M. C. X I. Obiit septimo Iduum Augusti, Anno M. C. X X I I I I.

37. REGIMARVS, aliis Regimannus, & secundùm annales Reimarus, Vdalrico subrogatus. Præfuit annis 17. Patauiæ sedens, vir secularium rerum peritior, quàm spiritualium: In primis verò pecuniæ admodum studiosus, Melicense Cœnobium propter luxum Monachorum ad sese pertrahere voluit; sed Abbatis Erchenfridi industria & consilio impeditus est. Appellatur is in Patauiensium annalibus Ecclesiæ desertor, sed quæ occasio cognomenti fuerit, non extat. Apparet enim ipsum propagandæ & conseruandæ religionis studio deditum fuisse, & iuuentutis institutionem curæ habuisse, ex eo, quod de illo annotatum est, eum fuisse Autorem Principibus Bauariæ & Austriæ, aliisq; Regulis circumquaq; construendorum Cœnobiorum Cœperunt huius Episcopi tempore Monasteria S. Crucis, Marianæ Cellæ Neuburgum, quod est sub Cœcio monte opulentissimum, Gluniacum, Baumgartenbergum, & in Bauaria Raitenhaslachium, & alia quàm plurima: fuit hac tempestate Patauij Magister quidam Arnoldus, qui in Clerum luxui & voluptatibus indulgentem sæpe inuectus; tandem captus & malè mulctatus est. Recuperauit hic Regimarus Episcopus, ope Lotharij tertij Imperatoris, decimas Parochiarum Nivvnburg, Holaprun, Gors, Pölan, Eckendorf, Æuspach, Mistelbach, Valckenstain, Lizze, Murlicke, Widefelde Maior, Pucka, Alhate, Heimburch, quas tam ipse Marchio Liupoldus, quàm generosi sui Antecessores seculari consuetudine non iure Canonico possederant, &c. & hoc etiam consensu filiorum Luipoldi, Adalberti & Luipoldi, idque pro tranquilitate & salute vitæ suæ, nec non Conthoralis & omnis generosæ cognationis, &c. Rursus Episcopus, gratitudinis ergò, decimas Niunburch Parochiæ Cœnobio S. Mariæ, quod idem Marchio religioso affectu construxerat, consensu Cleri sui, facta legitima transmutatione, per manum Domini Adalberti potenter delegauit, &c. Econtra Præpositus illius Monasterij quatuor virorum beneficia Kalmüntze sita, per manum Marchionis & Aduocati, Episcopo delegauit, &c. Facta est hæc commutatio Graffenstein Anno Domini 1135. indictione 3. regnante Lothario 3. huius nominis Imperatore, anno Imperij eius 11. Decessit Antistes ille Anno 1141. secundùm annales 1140. pridie Calendarum Octobris.

38. REGINBERTVS, alibi Reinibertus, Comes de Pilenstain vel Peyhelstain, natione Austrius, ex eorum genere & familia ortus, qui Monasteria Austriæ, Paumgartenbergum, Waldhusium & Ebtlacum fundârunt, eligitur Episcopus Patauien. Anno 1140. Præfuit annis septem. Is Anno 1147. Canonicis suis dono dedit Ecclesiam Kirchberg ad Wacrinum, vulgariter Wachrein, & idem primus Oenum ponte coniunxit. Antea enim traiectus erat per Oenum à S. Seuerini Templo, versus S. Nicolai Oratorium, & ante conditum istud Cœnobiũ, versus Templum S. Andreæ Parochiale. Episcopus verò iste S. Nicolai Præposito Adalberto dedit pro traiectu pagum Hartkirchensem, supra Schärdingensem ciuitatem situm; ipse autem ad pontem perpetuò conseruandum Ecclesias Maselkirchensem & illam, quæ ad Boietra fluuiolum S. Seuerino dicata, & è regione S. Nicolai adhuc conspicitur, deputauit; huius pontis curator & inspector est, quicunq; Oenanæ ciuitatis Parochus est.

Hvivs Reginberti tempore, Eugenius tertius Pontifex summus expeditionem

nem pro recuperatione Palæstinæ instituit, cui & iste Episcopus interfuit, à qua in Patriam reuersus non legitur, dedicauit primariam Ecclesiam Viennensem, antequàm ad terram sanctam proficisceretur, Anno nimirum 1147. sequenti verò anno legitur ex hac vita emigrâsse, tertio Calend. Octobris.

CONRADVS Iunior, filius Leopoldi Pij, Marchionis Austriæ, ex Agnete Imperatoris Heinrici quarti filia longè speciosissima, germanus frater Ottonis Episcopi Frisingensis, eligitur ex S. Crucis Abbate Austriaco Episcopus Pataujensis Anno 1148. Præfuit annis 16. pp. 39.

IMPERATOR Fridericus primus huic Conrado, Patruo suo, Meerding villam, quam Conradus Rom. Rex Welphoni Duci concesserat, in Conuentu celebri Babenbergæ, in præsentia Welphonis auunculi sui restituit: Testes Episcopi, Eberhardus Babenbergensis, Gebhardus Wirtzburgen. Hartvvicus Ratisbonen. Conradus Aichstetensis, Daniel Pragen. Waderlaus Dux Bohemiæ, & frater eius Diopoldus, Heinricus Dux Austriæ, Fridericus Dux, filius Conradi Regis, Berehtoldus Comes de Andesse, Eckibertus Comes de Butone, Heinricus Præfectus Ratisbonensis, Rapoto Comes Abenbergæ, Cunradus Dux & Comes de Dachau, Marchuuardus de Grunbach, & filius Marchquardus, Babo de Zolling, Adalramus de Kambe. Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Mogunt. Archiepiscopi & Archicancellarij recog. Babenbergæ, quarto nonas Iulij, Anno 1147. Regni septimo, Imperij tertio.

FVIT hic Princeps egregiè doctus & Dei timens, iustitiæ fautor & defensor summus, pauperum Nutricius memorabilis, qui S. Egidij Xenodochio Patauino plurimum donariorum & prædiorum tradidit; sed & Patauiensi ciuitati suæ quatuordecim dierum annuas nundinas à festo S. Iacobi inchoandas in præstitæ fidelitatis remunerationem concessit primus Anno 1164.

HIC ipse laudabilis Antistes cum Friderico Barbarossa, fratris sui, scilicet vterini filio Imperatore Romam profectus magno tumultu, qui propter inuestituram Prælatorum inter Pontificem & Imperatorem exarserat, præsens interfuit, & non sine maximo periculo sese vindicem opposuit, Imperatorem lesæ Pontificiæ Sanctitatis reum publicè reprehendit, pluribus Pontificibus per discordiam designatis, ipse Alexandro legitimè electo adhæsit, obedientiamque debitam libens præstitit; tandem Pontifice Alexandro pristinæ dignitati restituto, cùm postea Imperator Fridericus Mediolanum expugnâsset, idem iste Conradus, Episcopus Patauiensis, eidem obsidioni & expugnationi cum alijs plurimis Germaniæ Episcopis, Principibus & Baronibus interfuit, vbi super S. Crucis Niderburgensi Abbatia pro religione in ea reformanda priuilegium consecutus est, in quo Imperator illi Abbatiam cum omnibus possessionibus donat; ita vt singulis annis in Epiphania Domini 40. libras Ratisbonensis Monetæ, regio fisco de eadem Abbatia persoluat; excepta tum Aduocatia prædictæ Abbatiæ, cuius inuestituram sibi Imperator & suis Successoribus reseruat. Acta sunt hæc Anno 1161. Extat ibi diploma. Idem Anno 1155. anno sexto Pontificatus, donauit quasdam areas & hortos, vt spaciosior esset locus pro habitatione Canonicorum Patauien. quibus etiam donat Petznkirchen & Svvainakirchen Anno 1159. Vid. inf. sub Monaster. Niderburg.

HIC illustris Conradus, Episcopus Patauiensis, mortuo Eberhardo, Archiepiscopo Salisburgen. per Alexandrum Pontificem, cui fideliter adhæserat, suffectus est, à quo & Pallium impetrauit, sedit Salisburgæ annis adhuc quatuor. Obiit 4. Calend. Octobris Anno 1168. sepelitur in Monasterio Admontensi.

RVPERTVS ab Imperatore Friderico aduersus Conradum, Alexandri Pontificis partes sequentem, Patauiensis Episcopus constituitur Anno 1159. qq. 40.

Sed

Auent. fol. 645. Sed ab Alexandro excommunicatus cessit. Huic mox ab Imperatore subrogatus est alius quidam, nomine Albero (diplomata Albonum vocant) Frisingensis Canonicus, & Præpositus Patauiensis Anno 1160. Is excommunicationem Pontificis contemnens, Patauij triennium sedit: Sed accusatus coram Imperatore de enormibus quibusdam criminibus exauthoratus est iterum Anno 1163. Albanum vocat Auent. & scribit eum vrbe exactum; quòd ab Vlrico Patriarcha Aquilegiensi & non à Christiano Moguntino contra decretum Concilij initiatus foret, lib. 6. fol. 645. Idem Auent. in suis Rapsodis lib. 10. ita annotauit, Anno 1167. 10. Calend. Augusti, Albonus electus Patauien. dat Syfrido Abbati Alderspacen. aream domus. Cogita quia numerus annorum non concordat.

Hvic subrogatur ab Imperatore quidam Heinricus. Comes Bergen. ex Sueuia Auent. ibidem, homo decrepitæ senectutis. Is propter excommunicationem, quia à Moguntino consecrari renuerat, Auent. lib. 6. fol. 645. resignauit Episcopatum post paucos menses. In præd. libro Raspodiarum Auent. ita notauit, Anno 1172. Heinricus Episcopus dat Canonicis Chirchdorf.

Conrado verò in gratiam cum Imperatore redeunti; & ad Archiepiscopalem sedem Salisburgum vocato, Rupertus, qui prius excommunicationi Pontificis cesserat, ad gubernationem Ecclesiæ Patauien. repetitur, Anno 1164. Præfuit per vnius anni & quatuor mensium spacium. Obiit Anno 1165.

41. THEOBALDVS, Comes Bergen. in Sueuia, & Berchtoldi tertij Marchionis Histriæ sororis Gisalæ filius, & Heinrici, cuius proximè mencio facta est, (electi quidem sed propter Pontificum excommunicationem resignantis Episcopi) Germanus frater, ita Auent. in annalibus fol. 645. 656. 698. subrogatur illico Conrado Antistiti; sed, quia Pontificis magis quam Imperatoris partes foueret, impeditur initio; admissus tamen posteà post Ruperti ex hac vita emigrationem, Anno nimirum 1165.

Ex priuilegio huius Episcopi, Monasterio Osterhouen. concesso, apparet, Episcopum hunc electum Anno 1176. Sic enim habet Datum illarum literarum in Palatio Patauiensi, Anno incarnationis 1188. indict. 10. sub Vrbano Papa 3. regnante Domino Friderico, Imperatore gloriosissimo, anno regni eius 37. Pontificatus Domini Theobaldi 12. Præfuit annis 20. omninò non inglorius: Canonicis enim suis Patauiensibus Ecclesiam S. Pauli Parochialem, intra Vrbem ad Tilias sitam, dedit Anno 1179. Testes, Perchtoldus Marchio, cognatus meus, Vlricus Comes, frater meus de Sueuia, Engelbertus de Blanckberg: Pro sustentatione autem leprosorum ad S. Egidium dedit Ecclesiam Zetenuuihensem, ad Oeni pontem conseruandum Ecclesias Parochiales, Muselchirchensem, Wicheftoranensem, & S. Seuerini ad Oenum sitam Anno 1182. Interfuit Comitiis habitis Ratisbonæ à Friderico Barbarossa, Monasterium Cremiphanense in hoc plurimum offendit, quòd Germanum fratrem suum Manegoldum sine Canonica electione intrudens, Abbatem illic constituerit.

Hoc verò laudis post se reliquit, quòd Pontificale officium diligenter ipse executus fuerit, de obitu eius dubium est: ex diplomatibus Patauien. constat ipsum adhuc Anno 1188. in viuis fuisse. Aliqui enim scribunt decessisse eum ex hac mortali vita Anno 1189. tertio nonarum Nouembris; quo ipso anno, qui susceptæ à Friderico Barbarossa Asiaticæ expeditionis primus erat, Episcopus idē cruce signatus, duo Altaria in Ranshouen consecrâsse legitur. Alij ad terram sanctam vnà cum Taganone Decano suo peregrinatum esse verius scribunt, & in itinere, cùm redire in Germaniam vellet; peste correptum apud Arcam Pelopo-

Ioponensi ciuitatem obiisse, & terræ mandatum affirmant, cui sententiæ summi Templi Patauiensis Chronicon & vetera omnia diaria suffragantur.

VOLFGERVS, vir nobilis de Ellenbrechtskirchen, in diuinis literis admodum eruditus, & autoritate præstans singulari, Theobaldo subrogatur Anno 1189. Præfuit magna cum laude annis 15. secundùm annales 14. Profectus est primo statim gubernationis suæ anno cum Imperatore Friderico Ænobarba, cum Regibus Franciæ & Angliæ, cum Leopoldo Austrio & aliis plurimis Principibus in Asiam, ad occupandam Ciliciam, & recuperandam terram sanctam; interim cùm quatuor annis abesset, domi graue bellum exarsit. Comites enim Ortenburgenses & Bogenses, ac quidam alij Bauarorum Reguli horum complices, inuocato Bohemorum etiam auxilio, non modò Ludouici Bauarorum prouinciam, sed & Patauiensem Episcopatum hostili manu inuaserant, flammis & ferro omnia vastantes, anno 1193. secundùm annales anno 1199. Quos tamen Episcopus anno sequenti fœliciter in Germaniam reuersus, magnanimiter repressit; In primis verò Rapathonem & Heinricum, fratres, Comites de Ortenburg, quorum omnia Castra expugnauit, & solo æquauit: Confugerant hi in arcem quandam, Graben dictam, eam diutissima obsidione cinctam, magna illic edita Ortenburgensium strage, fortiter etiam expugnauit ac vastauit. Propter hunc ipsum tumultum aliqui Bauarorum Reguli capite mulctati sunt; in primis Godefridus à Stain, vir nobilis, publico iudicio victus, ac è medio sublatus.

42.

HEINRICVS sextus, Imperator & Rex Siciliæ, litem de seruis & seruabus inter Alberum Comitem de Pogem, & hunc Wolfgerum Episcopum dirimit, vt ex æquo diuidant: Testes, Otto Comes de Liubnaue, Rapoto Comes de Ortenberch, Albertus de Cambe, Walchunus de Rotenberch, Moguntiæ anno 1196. 2. Non. Iunij, extat diploma ibi. Auent. in Rapsodis lib. 10. annotauit Wolfgerum Anno 1197. peregrinatum Hierusalem. Consecrauit Wolfgerus Episcopus Scotorum Monasterium Viennæ anno 1198.

CASTRVM Obernbergense, quatuor supra Patauium miliaribus ad Oeni dextram situm, idem Wolfgerus primus construxit, anno eodem, quo Ortenburgenses vicit.

SVASOR fuit & Autor Consanguineo suo Baboni, vt prædia quædam in Austria, infra Anassum sita, videlicet in Brunne & in Erlahe, cum pertinentiis, similiter Castrum suum gentile Ellenbrechtskirchen, cum aliis quibusdam prædiis in Boiaria sitis, Ecclesiæ Patauiensi dono daret, si sine liberis decederet, anno Domini 1194. Extat diploma ibi, ac illius copia in libro annalium; in quo multi testes, tam Ecclesiastici quàm seculares, partim ex liberis hominibus, partim ex Ministerialibus sunt adscripti.

EODEM anno Heinricus sextus Imperator, filius Friderici primi, confirmat traditionem, quam Bertha, vxor Heinrici Comitis de Altendorf, Wolfgero Episcopo ea lege fecit, vt filij sui in feudum ab Episcopo reciperent. Extat ibi diploma, cuius Datum Moguntiæ Anno 1197.

CARAS fuit Wolfgerus iste Imperatori Heinrico sexto, & Philippo eiusdē fratri, qui Anno 1204. vacanti post mortem Pilegrini Patriarchatu Aquilegiensi Wolfgerum eundem præfecit: Vbi cùm sedisset annis 14. obiit anno 1218. sepelitur in Ecclesia Aquilegiana.

POPPO, Aquilegiensis Ecclesiæ in foro Iulij Præpositus, & cuiusdam Cœnobij adhuc incogniti Abbas, Wolfgero Aquilegiam translato in sede Patauiensi substituitur anno 1204. Præfuit per vnius annis & sex mensium breue spatium. Obiit sept. Calend. Ianuarij, anno salutis 1206.

43.

MANE-

44. MANEGOLDVS, Comes Bergensis, Theobaldi Episcopi suprà nominati Germanus frater, primùm Abbas Cremiphanensis; tandem etiam S. Quirini, in Tigorino superioris Bauariæ lacu, Pataulen. Episcopus eligitur anno 1206. Præfuit annis 9. sed parum fœliciter, contendit diu, & bellum grauissimũ gessit cum Rapathone, Comite Palatino, anno 1212. Hoc bello & Bauaria attenuata est, & maximam rerum suarum iacturam fecerunt Episcopales Ecclesiæ plurimæ & Monasteria Bauariæ; In primis Teogorinum & Aspacense, quæ incendio conflagrârunt, & solo tenus penè euersa sunt.

LITEM habuit Manegoldus cum Leupoldo, Duce Austriæ, de iure Patronatus Viennensis Ecclesiæ, &c. Dux cessit liti: Testes, Eberhardus Saltzburgen. Archiepiscopus; Episcopi, Otto Frisingensis, Conradus Ratisbonen. Sifridus Augusten. Conradus Præpositus Frisiacen. &c. Ludouicus, Dux Bauariæ & Palatinus Rheni, Diopoldus, Marchio de Hohenburch, Albertus Comes de Eberstain, Hartmannus Comes de Wirtemberg, Heinricus de Nyffen, Wernher de Bonlandia Dapifer, Waltherus Pincerna. Extat diploma Friderici II. Rom. Regis, &c. de Anno 1215. regni tertio, Augustæ, Non. April.

CONSECRAVIT hic Manegoldus Cœnobium Aldersspacense, non procul à Villo fluuio Bauarico situm; ampliauit ciuitatem Patauien. Eam enim partem, quam hodie nouum forum appellant, mœnibus inclusit, fossaque egregia muniuit; nouum ob hanc causam vectigal imponens, non diutius tamen duraturum, quàm donec ciuitatis ea pars, quæ nullis non calamitatibus exposita erat, muniretur; factum hoc est anno 1209. Habuit beneficum Ottonem, Meroniæ Ducẽ, à quo emit pro feudo Comitis de Pilstain Ecclesiæ Patauieñ. tunc vacante, & pro 1800. Marcis Castrum Windeberg, & Comitatum quendam à Regi fluminis ponte, vsque ad Illicensem fluuiolum, & à flumine Danubij ad terminum Bohemiæ, confirmante idipsum Philippo Imp. anno 1207. Obiit anno 1215. quinto Iduum Maij.

45. VDALRICVS huius nominis secundus, Diepoldi, Comitis Bergensis, ex Domina Gisala, Comitissa Diessensi filius, Germanus frater Heinrici, Theobaldi & Manegoldi, Episcoporum suprà nominatorum, nec non Ottonis tertij Episcopi Frisingensis, Canonicus Patauiensis & Austriæ Ducum Cancellarius, Ecclesiæ Patauieñ. creatur Episcopus, Anno, quo eius Antecessor ex hac vita decessit, 1216. hic primus annus fuit sui regiminis, ex diplomatibus ibi collegit Auent. in Rapsodiis. Præfuit annis octo secundùm annales & 7. mensibus. Consecutus est priuilegium ab Imperatore Friderico secundo sub aureo Sigillo super feudo vexilli, vulgò Fanlehen/ quod de Concambio antiquitùs inter Imperium & Cathedralem Ecclesiam Patauien. de regali nunc Cœnobio sanctimonialium, intemeratæ virginis & Dei genitricis Mariæ facto, tunc cessit Imperio: Quod feudum tunc vexilli, vulgò Fanlehen nuncupatum, illustris quidem Otto, Dux Bauariæ, ab Imperio dignoscitur assecutus. Hoc idem feudum dilectus Consanguineus & fidelis noster illustris Ludouicus, Palatinus Comes Rheni & Dux Bauariæ, ad preces nostras in manus Regiæ celsitudinis voluntariè resignauit, nosq; illud in continenti præfato Vlrico, Patauiensi Episcopo & suæ Ecclesiæ, liberaliter dignati sumus conferre & confirmare: Ipse autem Episcopus sollicitè procurans Ecclesiæ suę vtilitatem, ipsum feudum statim titulo legalis successionis contulit præfato Duci Bauariæ, ab ipso Episcopo & suis Successoribus non ab Imperio ratione feudi de cætero recipiendum & possidendum, &c. Ita sonant verba diplomatis, cuius Datum Anno 1218. anno regni Romani. V. Siciliæ XVIII. in solemni curia Nurmberg. 12. Calend. Feb. Idem Fridericus secũdus ibidem, ac eodem anno 9. Calend. Februarij, eidem Vlrico Episcopo tradit

Comi-

Comitatum Ilsgoue resignatum à Duce. Ludouicus enim Palatinus Comes idem & Dux Bauariæ ex concessione Imp. iure hæreditario quietum possedit, inde iure feudi ab Episcopo sumatur, &c.

COMITATVS iste, vt puto, Halsensis est, &c. quem idem Ludouicus Dux, acceptis 500. marcis Argenti, eidem Episcopo posteà resignauit: Testes, Conradus Comes de Moseburg, Chalhohus Comes de Chirchperg, Vlricus de Scrobinhusin, Conradus de Bairprunne, &c. Bozani Non. Sept. Anno 1220. indict. 8. Extat diploma.

HVIC Vlrico Episcopo Conradus, Comes de Wasserburg, cruce signatus, & ad terram sanctam profecturus, primò impignorauit Comitatum Viechgenstain prope Danubium; cum pacto: Quòd si in itinere absq; liberis moreretur Episcopo & Ecclesiæ suæ cederet; iuxta diploma Friderici secundi Imperatoris de Anno, &c. 1218. Qua de re, inter prædictum Comitem, ducta posteà vxore, & Gebhardum Episcopum, Successorem Vlrici grauis orta est contentio, plura damna hincinde data, transactio posteà facta. Anno 1226. tamen res non planè sopita; Episcopus Gebhardus captus, 300. marcis Argenti liberatus; quę contentio vsq; ad Rudigerũ Episcopũ durauit, cui tandẽ Comitatus ille emptionis titulo cessit, Anno 1234. vel 44. vide latiùs apud Comites Wasserburgen. Extant diplomata.

IDEM Vlricus ex beatæ virginis Sacello Berchtoldsdorffensi Parochiam fecit ad preces fundatoris, Ottonis de Berchtoldsdorff, supremi Camerarij Austriæ, Castrũ superius Pataujense in monte S. Georgij, vulgò Oberhauss appellatũ, extruere cœpit Anno 1219. De inferioris autem Castri (vulgò Niderhauss) origine nihil extat; antiquissimum verò est, & ab Abbatissa quadam S. Crucis conditũ creditur. Nam eius loci Abbatissarum illic olim sedes fuit & domiciliũ.

IDEM Antistes Vlricus Canonicis suis, præter donationem pagorum Elmisvverg & Zagelovv, etiam octo libras annuorum redditũm tradidit, vt in antiqui moris memoriam, singulis saltem diebus Dominicis, simul in communi refectorio cibum caperent; pœnam verò transgressionis fundati census amissionem adiunxit.

CORAM Apostolicis deniq; Legatis Anno 1220. Synodum Patauiæ celebrauit, super vicesima omnium fructuum parte Romam toto triennio porrigenda, vt Innocentius tertius in Lateranensi Concilio constituerat.

IDEM Vlricus Episcopus pro eo, quòd conferret feuda vacantia per mortem Chelonis de Wessenberch fratri suo, percepit ab eodem fratre Castrum Griespach, & forum Velden, centum Huobas & 46. homines.

ANNO 1221. vnà cum Ludouico Bauarorum Duce Transmarinæ expeditioni interfuit, in qua Domyata ciuitas Ægypti ad Nilum sita, multo Christianorum sanguine capta; & paulò pòst iterum amissa est. Ex hac peregrinatione rediens, in itinere, antequàm Patauiã venisset, obiit pridie Calendas Nouemb. Anno 1222. Auentinus ponit lib. 7. fol. 664. cum in Ægypto cum aliis periisse. *al. Damiata.*

GEBHARDVS, Comes de Playn & Hardeck, Leupoldi Comitis ex domina Ita filius, ac Leutholdi, qui cum aliis Damyatæ in Ægypto periit, Germanus frater, ex ea familia, quæ Anno Christi 1260. in Ottone & Conrado, fratribus, sub Othaccaro Rege Bohemorũ, aduersus Belam Hungariæ Regem militante, exploratum missis & interemptis extincta est, & cuius monumenta adhuc hodie in Cœnobiis Reichersperge. & Heegeluerdensi visuntur; is, inquam, Patauiensis Canonicus eiusdem Ecclesiæ designatur Episcopus, Anno Christi 1222. **46. XXI**

HABVIT hic Gebhardus, necnon Eckebertus, Bambergen. Episcopus, grauem contentionem cum Alramo & Alberto de Hals, fratribus, & Wernhardo de Vtendorf, propter feuda Walckuni de Rotenberch, aliàs de Cham, quæ

Dd ipse

ipse prædictis suis patruelibus concesserat. Episcopis verò nolentibus consentire, defuncto Walckhuno, res coram Ludouico Duce Bauariæ, in iudicium deducta, in reorum contumaciam, cùm bis citati non comparerent, sententia pro Episcopis lata est, interfuerunt plures Assessores & Sigillares; quorum nomina vide in libro meo Stemmatum Bauariæ apud Comitem de Hals. Actum Strubingæ Anno 1224.

In alio diplomate Gebhardus Episcopus fatetur: se de lite cum Walckhuni de Chamb Nepotibus in Castrum Rotinberch, per Ducem Ludouicum adiudicatum, per Rapothonem Palatinum Comitem Bauariæ missum in poessionem, rursum in feudum dedisse Anno 1226.

Inter hunc Gebhardum Episcopum, item Ludouicum Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bauariæ & Ottonem filium suum, conuenit in præsentia Archiepiscopi Salisburgensis, ne sinant ædificari loca Castri Niunberch, aut ea loca à Graben vsque ad Patauiam: Testes, Eberhardus Archiepiscopus Salisburgen. Heinricus Episcopus Aichstetensis, Waltherus de Tannberg Anno 1225. Straubingæ.

Idem Ludouicus & Otto Duces, fatentur in quodam diplomate: Quod cùm Albertus Comes de Pogen Episcopo Patauiensi ob Comitiam Windebergæ iniuriatus, dum idem Episcopus iturus Romam in Landau esset, Comes commonitus à Ducibus, fassus est ob amorem dilecti sui Consanguinei Gebhardi, Episcopi Patauiensis, vi se possedisse Windberg, nullo iure, cui Episcopus contulit in feudum Sebach, & partem dictæ Comitiæ de nouo; ita vt vetera feuda non abalienaret Comes: Testes, Berengerus Comes de Livvenberch, Aliam & Albertus, fratres de Hals, Heinricus de Lapide, Conradus de Hohensels, Leutholdus Pincerna, Perchtoldus de Ode, Fridericus de Pâsischinge, ex Clericis Abbas de Alderspach, Magister Fridericus Notarius, Anno 1228. Calendis Martij, Landavv, &c. Præfuit annis 10. Canonicis suis, quibus tanquam munificus Pater duas Ecclesias in Grauendorf dono dedit, admodum inuisus, etsi, quæ talis odij causa fuerit, ignoretur.

Erat hoc tempore grauissimum schisma inter Imperatorem Fridericum secundum & Pontifices Romanos, quòd seminarium fuit multorum malorum in Germania. Nam quòd Episcopi Imperatori adhærebant, excommunicabantur à Pontifice, imò deponebantur: In hoc ipso missus erat Roma Albertus quidam Bohemus, Patauien. Archidiaconus, cum maxima potestate & autoritate, per vniuersam Alemanniam, Bohemiam, Poloniam & Morauiam, exauthorando quoscunque Episcopos, Friderici Imperatori adhærentes, &c, Hinc etiam, eodem Alberto autore, grauissima dissensio inter hunc Antistitem & Canonicos Patauienses, à quibus ob hoc ipsum ciues capitalibus odiis diffidebant, cùmq; indies magis ac magis malum serperet, in cædem tandem erupit: In qua Canonicus quidam Patauiensis, Eberhardus de Iahenstorf, aliàs Iohansdorf, mutilatis & truncatis omnibus membris ab ipsis ciuibus & trucidatus & excoriatus est, Anno 1231. De quo annotatum reperitur, quòd pro Ecclesiæ suæ libertate Martyrio affectus, non nisi quarto post occisionem anno sepulturæ traditus sit, & ab aliquibus beatorum Martyrum numero ob id asscribitur. Huius cædis conscius habitus est à suis Canonicis Gebhardus Episcopus, quem tam diu exagitârunt, donec Episcopatum resignaret. Cùm verò summus Pontifex illum, quem innocentem iudicabat, amouere nollet, & Patauiam remitteret; adeò tamen non quieuerunt Canonici, vt quiduis vellent potius perpeti, quam hunc Episcopum habere Dominum, quem ad extremum etiam per Albertum, Pontificis Legatum, ex Episcopali sede pepulerunt

Anno 1232. Miserrima fuit tum temporis Ecclesiæ Patauiensis facies. Trucidato enim Eberhardo Canonico, sacra omnia suspensa sunt; & Episcopo à Canonicis exauthorato, sedis Episcopalis sine gubernatore integrum annum mansit, quòd in schismate inter ipsos de Successore non possent conuenire, adeò vt ad instantiam prædicti Alberti extraneum aliunde postulare maluerint, quàm sibi ipsis honorem hunc fauere.

RVDIGERVS à Radegk, Episcopus Chiemensis primus, in eadem Ecclesia Chiemensi, cui 15. annis laudabiliter præfuerat, ad Episcopatus Patauiensis gubernationem, altercantibus inter sese de electione Canonicis, accersitur Pontificia autoritate ab Alberto Archidiacono suprà nominato, Pontificis Legato, Anno 1233. Præfuit annis 17. ciuibus & Canonicis non ingratus, Parochialis Templi, quod S. Paulo dicatum est, benefactor studiosissimus. 47. Ez

EXAVTHORATVR Anno 1250. ab Innocentio quarto, non officio tantùm, sed & beneficio omni exutus, quòd in schismate Friderico secundo nimis fauere visus fuerit.

SECVNDO anno gubernationis huius Episcopi, Eberhardus de Iahenstorff occisus Canonicus, quatuor annis post ipsius cædem in Ecclesia Patauiensi, ipsa die S. Ioannis ante portam latinam, die eadem, qua trucidatus fuerat, honorificè sepelitur.

IN suprà dicto magno Schismate inter Fridericum secundum & Pontificem Romanum, cùm Fridericus Dux Austriæ ab Imperatore ad Comitia Moguntiam citatus, comparere nollet; Otto Bauariæ Dux, mandato Imperatoris, vnà cum Rege Bohemiæ, Patriarcha Aquilegiensi, Poppone Bambergen. Rudigero Patauien. & Conrado Frisingen. Episcopis sumptis armis, Austriam & Stiriam vastârunt, Linzium frustra obsederunt, Anno 1236. In quo bello Patauiensis & Frisingensis Episcopi, à Friderico capti sunt; tandem, datis & acceptis hinc inde grauibus damnis, res composita est.

CIRCA hæc tempora sæpe memoratus Albertus Archidiaconus, quòd in bello contra Fridericum Austrium (à quo captus & re composita dimissus est) Rudigerum Episcopum offenderat; quòd nimis pertinaciter Pontificis partes tueretur, nouos motus contra Cæsarem subinde excitaret & Priuilegiis Canonicorum insidiari videretur, vnanimi & Episcopi & Canonicorum consensu, omnibus facultatibus exutus, Vrbe eiicitur, Anno 1237. Hic Romam confugiens, expositis summo Pontifici suis malis, redit in Germaniam armatus fulmine excommunicationis in omnes, qui à partibus Cæsaris starent. Quod cùm intellexissent Bauariæ Episcopi, maximo Principum Conuentu Ratisbonam indicto, cui Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus, Rudigerus Patauiensis Episcopus, Sigefridus Ratisbonen. interfuerunt, Otto Bauarorum Dux Albertum Archidiaconum, quem Roma redeuntem honorificè exceperat, & diu eidem hospitium præbuerat, mutato Episcoporum precibus animo, publico edicto ex tota Bauaria proscribit; Albertus vt sese vlcisceretur, Templorum omnium decimas ac prouentus suarum partium Nobilibus distribuit; cuius rei occasione plerique Nobilium, inprimis Comites de Wasserburg & Schaunburg, omnem finitimam Bauariam, Cœnobia & Templa ferro flammisq; deuastant, & Ecclesiastica bona sibi vendicant & vsurpant omnia. His auditis, Imperator Fridericus, missis Legatis ad Egram, Anno 1243. Ottonem Boiorũ Ducẽ eò ad Comitia Principum accersit, qui absq; omni mora comparuit, seseq; purgauit, quòd Alberto hospitium præbuisset; indicans se ignorâsse, quæ fuerint ipsius negotia: Postquàm verò ea intellexisset ex Episcopis suis, statim sese eum ex omni sua prouincia proscripsisse; sic tota Bauaria Imperatori reconciliata, eiusdem par-

tes posteà acerrimè defendit; aduersabatur Imperatori adhuc Fridericus Austriacus. Is Ottoni Duci Bauariæ propter desertum Albertum parum propitius, cum Heinrico de Waldeck, Episcopi Patauiensis perfido quodam Ministeriali ac Obernbergensi Præfecto paciscitur, de Arce Obernbergensi sibi tradenda, quàm cùm facilè nactus esset, commisit eam, & armis & cōmeatu instructam, Bernhardo & Vlrico, Comitibus de Schaumberg, anno 1244. Vt ex ea Ottonem Bauarorum Ducem oppugnarent. Otto eam Arcem obsidione cinxit sesquimestri, sed expugnare non potuit; Albertus etsi ex Bauaria proscriptus, tamen in ea latuit, cumq; Episcopis dum in Arce Wernstein moraretur, à Wilhelmo cognato suo proditus, & mille argenti Marcis venditus esset; patefacta proditione, elapsus, in aliam Arcem Chirnbergensem confugit, vbi spacio anni & sex Mensium etiam latuit; sed & hoc loco Episcopis proditus: Cùm illi obsidionem pararent, nec satis cautè aut maturè in negocio progrederentur, ipse animaduersis insidiis Wasserburgium confugit, vbi itidem per dimidium annum latuit, donec Anno 1245. in Bohemiam secedens, per Wenceslaum Regem Sifrido Moguntinen. Archiepiscopo, à se prius exauthorato reconciliaretur, cum quo per Germaniam in Gallias ad Pontificem, Lugduni tum sedentem, proficiscitur, vbi Innocentij quarti iussu in Presbyterum ordinatus est, à quo Decanus antea electus Patauiensis & Parochus Weytensis confirmatur. Miserant jam Episcopi ex tota Germania Legatos ad Pontificem, cui volebant reconciliari; cui negotio etiam iste Albertus adhibitus est, qui compositionis huius Lugdunensis occasione sperabat se aliquando Episcopum Patauiensem fore: cum nunciis itaque Rudigeri, quibus per Pontificem recōciliatus erat, Patauiam redire statuit; At cùm venisset Patauiam, ab Episcopo est prohibitus ingredi, in arce igitur Wasserburgensi diuertit, & apud eius loci Comitem Conradum commoratur. Quod cùm accepissent Episcopi & Principes Bauariæ, Wasserburgium obsidione cinxerunt, anno 1248. Fugientibus verò Alberto & Comite Conrado, Ludouicus Boiorum Dux totum Comitatum Wasserburgensem occupans, in suam potestatem redegit, Albertus ad Pontificem Lugdunum reuersus, tantum effecit, vt Rudigerus contra voluntatem Conradi quarti Regis & Ottonis Boiorum Ducis anno 1249. Aquisgrani Pontificia autoritate per Legatum quendam, Petrum Caputium, Diaconum Cardinalem exautoraretur, & speciali Pontificis mandato, in vniuersum ab Episcopatu amoueretur; addita etiam hac ignominia, vt quicquid per ipsum factum & ordinatum esset, id irritum haberetur. Subrogatus est eidem Berchtoldus, Comes de Pietengevv, Dominus in Sigmaringen: Cui cùm Rudigerus cedere nollet, ad arma Berchtoldus animum adiecit, & anno 1249. circa festū beati Martini, vnà cum fratre suo Comite à Sigmaringen, plurimisq; Ecclesiæ Patauiensis Nobilibus, quibus ex rapto viuere dulce fuit, magnam Episcopatus partem, vsq; ad Brunonium & Wilhardum, ferro & igni depopulatus, iumentorum ac pecorum 1500. capita insontibus agricolis abegit. Cuius rei indignitate commoti Reguli Bauarorum, præcipuè Alramus de Vtendorf, Ortholfus de Wald, Heinricus de Ror, armis subitò correptis, vexilloq; sacro ex Templo Neukirchensi rapto, hostes insecuti sunt, & in fugā verterunt, trucidatis pluribus prædam recuperârunt, fratremq; Berchtoldi Comitem de Sigmaringen, duos de Morspach fratres, Wilhelmum item de Prambach, & plerosq; alios capiunt, & Burchusium adducunt; Rudigerus Episcopus cedere tandem Episcopatu coactus est, anno 1250. Nam nec Pontifex ei reconciliatus est & Albertus contra eum cœlum & terram fatigare non destitit. Vixit autem post depositionem adhuc 4 annis, ita annotauit Auent. lib. 10. Rapsodiarum fol. 51. Albertus iste tandem à Patauiensibus captus & excoriatus est secun-

dùm

dùm annales Patauienses. Hic Rudigerus Episcopus permutationem fecit cum Syfrido, Episcopo Ratisbonen. dans illi Vshusen & recipiens Strassvvalchen & Wisselburch, Anno Domini 1243. secundùm diplomata ibi.

CONRADVS, Ducis cuiusdam Polonici filius, & Bohemiæ Regis Nepos, tantum apud Albertum Decanum pollicitationibus effecit, vt non solùm Rudigero exauthorato substitueretur; sed etiam Berchtoldo anteferretur. Castrum enim Bubuz Alberto dono dedit iste Cunradus, cum omnibus iuribus ad ipsum pertinentibus. Factus est itaque Episcopus Patauiensis, Anno 1250. Præfuit per anni vnius & trium mensium spatium, & quia gubernationem vidit plenam contentionis, Episcopatum deseruit, & in patriam Poloniam reuersus, animum ad ducendam vxorem adiecit: Duxit verò Odovviczij Polonici cuiusdam Ducis filiam, Alberto Decano gratitudinis ergò, quòd ipsi ad Episcopatum promotor fuerit, arces VVildenstein & VVolchenstein cum adiacentib. villis & iurisdictione tradidit; assignauit eidem Patauiense vectigal, & Canonicorum, qui eius electioni aduersati fuerant, beneficia, datis insuper priuilegiis, ei confirmauit: Rediturum itaque in Patriam Conradum equis quatuor, & viatico 66. marcarum puri Argenti Albertus instruxit, Coloniæ etiam pro eodem in centum marcas Argenti sponsor factus est. 48.

CONRADVS in Poloniam reuersus, duobus fratribus suis captis, solus obtinuit gubernationem. Nec quicquam aliud in Patauiensibus Annalibus de eo scriptum inuenitur.

BERCHTOLDVS, Comes de Pietengevv, Zigenhein & Sigmaringen Vicedomini Ratisbonensis, sed & eiusdem loci Antistitis Alberti Germanus frater, paterno genere Hessus, materno Sueuus, is aduersùs Rudigerum ab Alberto Decano electus, Anno 1249. cùm ad Episcopatum non admitteretur, & ferro flammisq; omnia vastaret, inuisus ob id multis illico esse cœpit, & licet Rudigerus cederet Episcopatui, tamen ne tunc quidem admissus, sed Conradus iam nominatus largitionibus sibi viam ad sedem Patauiensem aperuit. Ann. 49.

REDEVNTE verò ipso in Patriam; tandem Berchtoldus ad instantiam Alberti Decani, & Alberti Episcopi Ratisbonensis à Canonicis, qui Marquardum Mosbachium electuri erant, post plurimos labores 17. Calend. Iulij, Anno 1251. vnanimi consensu recipitur. Metuebant enim Canonici, quòd scirent Leodij aliquem externum Decanum, nimirum quendam Coloniensem, ab Albensi Episcopo & Pontificis Legato Petro, autoritate Apostolica confirmatum esse Episcopum Patauiensem, quem facilè sese propulsuros sperabant Duce hoc BERCHTOLDO. Electus itaque concorditer Berchtoldus, mox regalia apud Wilhelmum Hollandiæ Comitem, electum Roman. Regem facilè obtinuit. Nam Regem ipse adiit, coramque causam suam egit, & præclarè expediuit; rediens ex Longobardia per Acronium lacum ac Sueuiam, longis itineribus Bohemiam petit. Neque enim ipsi tutus erat per Bauariam transitus, quòd Otto Boiorum Dux, cuius prouinciæ partem deuastauerat, inito cum Patauiensibus ciuibus fœdere, omnem ei directum ad Pataniam aditum intercluserat. Societate itaque cum Rege Bohemorum facta, & consiliis cum eo habitis, auxilio & præsidio eiusdem fultus, cum quibusdam Bohemiæ Regulis, Baronibus & Nobilibus Bauariam ingreditur. Patauiam verò ingredi prohibitus, in Neuburgense castrum vicinum, medio verò inter Patauiam & Scherdingum itinere, ad Oeni dexteram situm, cum suo Equitatu sese recipit. Ibi cùm per aliquot dies latitaret, cum ciuibus quibusdam, & præcipuè Ministerialibus per internuncios de occupanda per insidias vrbe consultare & pacisci cepit; ab his pecunia corruptis in festo sanctorum Prothi & Hyacinthi, Mense

 Septem-

Septembri per portulam, quam hodie vulgò das verlorn Thörlin nominant, nocte clàm intromissus, ciuitatem armata manu ingressus, Alberti Ratisbonensis Episcopi auxilio in breuissimo temporis spatio Episcopatum recuperauit. Præfuit annis tribus, admodum inclementer tractans suos ciues & Clerum, cuius libertates & priuilegia multis modis violauit & attenuauit, æs alienum conflabat magnum, nusquam non corradens, quo Nepotes suos ditaret, ac Neptibus dotem de Episcopatus etiam facultatibus augeret, dicens: hac munificentia quærere se Ecclesiæ Patauiensi Amicos, Patronos, ac rebus dubiis defensores.

PRIMISLAO seu Ottocharo, Bohemorum Regi, ac Austriæ Duci feudum Austriæ & Styriæ (cuius inuestitura antiquitus ad Patauiensem Ecclesiam pertinebat) cum duodecim Ecclesiis parœcialibus vendidit 4000. Marcarum argenti. Vt huic venditioni Canonici suffragarentur, dedit illis Parochiam Holbrunnensem, perpetuis temporibus liberè possidendam, vectigalia, Obernburgense, Mœrspaecense ac Patauiense in triplo auxit. Eidem quoque Ottocharo plura alia & maxima feuda, quæ in Austria habuit, post mortem Ducum Austriæ contulit, cùm Austriam occasione matrimonij, quod cum filia Luipoldi Ducis Austriæ contraxerat, occuparet, anno 1253.

ERAT Canonicis admodum infensus, sed & inuisus, quòd magnam in eos exerceret tyrannidem; horum vni aliquando oculos erui, ac aures & nasum abscindi iussit. Cumque is ex eo dolore moreretur, caput eius Romam missum, ac Pontifici ostensum est, qui deformi spectaculo motus, exauthorari & ex Episcopatu eiici eum iussit; quod & factum fuisset, nisi morte citiùs quàm mandatum Pontificis venisset, sublatus esset. Obiit anno 1254. sepelitur in Ecclesia Cathedrali, iuxta sepulchrum Iahenstorphij.

Bbb.

50. OTTO de Lonstarf, aliàs de Lenstarf, Castello non procul ab Abensperg, secundùm Auent. lib. 7. fol. 703. vir generis & virtutis nobilitate conspicuus, natione Bauarus, ex Patauiensis Ecclesiæ Canonico & Thesaurario & Archidiacono Maticensi Episcopus designatur, vnanimi omnium Capitularium consensu anno 1254. Sedit annis 11. mensibus 2. vir prudentia, maturo consilio, mansuetudine & iustitia clarus, religionis Catholicæ fautor & custos cum singulari zelo, quo Pontificalia munera ipsemet obibat. Hactenus annales Patauienses.

HIC INITIO suæ gubernationis Bauariæ Ducibus, Ludouico & Heinrico reconciliatus, sacra triennio suspensa Bauariæ reddidit: pacis siquidem & tranquillitatis publicæ conseruandæ studiosiss. & qui probè nosset, & multa iam didicerat experientia, quantum mali & ærumnarum infelix post se trahat discordia, iisdem Ducibus feuda, quæ Comites à Pogen, nec non Rapato, Comes Ortenbergensis, ac Palatinus Bauariæ ab Ecclesia Patauiensi in beneficium tenuerant, cum Capituli consensu concessit: Dux Heinricus econtra cessit iuri suo castrensi in Obernperg, cum aliquot aliis concordiæ Capitulis. Iuxta diploma Heinrici Ducis Bauariæ, quod Patauiæ extat de anno Domini 1262. 18. Calendas Iunij; Testes, Fridericus Burggrauius Nürnbergeñ. Albertus de Halls, Heinricus de Rorbach, Otto de Fraunberch, Heinricus de Pholing, Grimoldus de Preising, Heinricus de Ror, Winmarus Asinus, Hartliebus de Wintzer, Richerus de Ahaim, Heinricus de Harthaim, Otto de Trunna, &c.

Fromb Esel.

HIC EPISCOPVS donabat fructus primi anni beneficiorum omnium suæ collationis ad fabricandam Ecclesiam Patauiensem, strenuè animaduertebat in Monasticos cœtus, &, si quos à regula discessisse moribus & vita intelligebat, seuera reformatione in meliorem vitam reduxit. Abbatem Rudolphum Monasterij Cremiphanensis, non admodum Monasticè viuentem exauthorauit, Mona-

Monasterium Cellæ Meraniæ in Austria, non procul à S. Crucis Cœnobio situm, ac alia minora Templa plurima consecrauit. Interfuit coronationi Othochari, Bohemorum Regis, quæ Pragæ celebrata est, Mense Aprili, anno 1261. Obiit anno 1265. sepelitur in Ecclesia Cathedrali ante altare S. Bartholomæi, cum tali inscriptione: anno Domini 1265. 5. Iduum Aprilis, obiit Otto de Lonstorf, Patauiensis Episcopus.

PETRVS, Artium & Philosophiæ Magister, vir in diuinis & humanis literis apprimè eruditus, Vlasdilai Poloniæ Ducis in Paduano gymnasio Pædagogus, Viennensisque Ecclesiæ primariæ Parochus, Patauiensi Ecclesiæ Episcopus tali occasione præfectus esse legitur. Electus erat vnanimi Canonicorum consensu, statim post obitum domini Ottonis prædictus Vladislaus, Heinrici Silesiorum Ducis filius, quem Patauienses Catalogi Poloniæ Ducem vocant; sed is Princeps mira virtute & humanitate præditus, cùm paucis Mensibus Patauij sedisset, concordibus Canonicorum Salisburgensium suffragiis, ad vacantem eodem tempore S. Ruperti Ecclesiam Metropolitanam gubernandam accersitus est: Cùm verò mitterentur Legati Romam, Pontificis confirmationem petituri, Vladislaus, data ad Romanum Pontificem Epistola, pro domino Petro Pædagogo olim suo intercessit; Pontifex Clemens quartus vtrique petitioni annuens, Vladislaum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensi; Petrum verò Patauiensi sedi præfecit, anno 1266. Præfuit iste Petrus annis penè 14. quietis & pacis custos, & de Episcopatu benè meritus; sed cui cum ciuibus Patauiensibus non perinde conueniebat, à quibus inclementer tractatus legitur, etsi causæ reticeantur.

ccc. 51.

INTERFVIT Viennensi Concilio, cum aliis Bauariæ Episcopis, anno 1267. In quo actum est de pace inter Othocarum, Bohemiæ Regem, & Heinricum Ducem Bauariæ.

RVODOLPHVS, Romanorum Rex, confirmat huic Petro Episcopo Mutam in Obernberg, à claræ memoriæ Friderico Rom. Imper. concessam, Testes, &c. anno 1276. Pataviæ in castris. Ruodolphus Rex permittit huic Petro Episcopo villas suas, S. Hippolytum, Euerding, Amstetten, munire fossis mœniis vt vult. Viennæ, in cuius obsidione atque occupatione cum Rudolpho erat, Idus Decembris, anno 1276. regni quarto. Cùm eidem Ruodolpho Rom. Regi, sumptus militiæ in Austria defecissent, inter cætera fidelia obsequia Fridericus Archiepiscopus Saltzburgen. Berchtoldus Bambergeñ. Leo Ratisbonen. Petrus Patauieñ. Dietricus Gurceñ. Ioan. Chiemensis, Wernhardus Seccouieñ. Episcopi, consensère de prædiis eorum Monasteriorum, Templorum, Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchiæ, subsidium, tollerabile donarium sola liberalitate: nullum igitur postulare debere. Extat diploma Ruodolphi Regis. Datum Viennæ 5. Calend. Iunii. anno 1277. regni quarto.

IDEM Ruodolphus hunc Petrum Episcopum laudat à fide & obsequio, & ait, quòd feuda Austriæ contulerit filiis suis, Alberto, Hartmanno, Ruodolpho. Testes, Episcopi, Berchtoldus Bambergensis, Ioan. Chiemensis, Wernhardus Secouiensis, Albertus Dux Saxoniæ, gener noster, Albertus & Hartmannus, filij nostri, Comites de Habspurg, Fridericus Burggrauius de Nürnberch, Eberhardus Comes de Katzenelenbogen, Marchio de Hochberg, Philippus de Bolandia, Vlricus de Tauvers, Magister Gotfridus, præpositus Sabioneñ. Prothonotarius, Otto de Berchtolstorf, Camerarius Austriæ, Vlricus de Pylichdorf, Dapifer Austriæ. Datum in noua ciuitate 8. Idus Decembris, anno 1277. regni quarto.

PETRVS Episcopus Pontificalia munera ipse omnia obiuit diligenter, consecrans

secrans plurima Templa; inter præcipua verò, Monialium portæ cœli, ac S. Nicolai Viennæ. Obiit Calendis Maij, anno 1280. Tulnæ in Austria. Sepelitur in meditullio Patauiensis Templi ante aram S. Valentini, sub lapide inscripto: an. 1280. 10. Calend. Maij, obiit dominus Petrus, Episcopus Ecclesiæ Patauien.

52. VVEICARDVS, aliis Bicardus, Heinrici Nobilis viri à Polhaym filius, Matre domina Geuta, Dietherici à Weissenburg filia, prognatus Austrius, morienti in Tulna Petro substituitur Anno 1280. Consecratur Viennæ vnà cum Conrado Hindbergero, Chiemensi Episcopo, 3. Non. Maij à fratre Paulo Minorita, Episcopo Tripolitano, ac ad Rudolphum Habspurgium Imperatorem legato Pontificio. Præfuit fœliciter annis tribus. Testis introducitur in fundatione Monasterij Tulnensis, quod Anno 1280 sancti Dominici sororibus ac fratribus construxit Rudolphus Habspurgius, vt Deo gratus esset, pro præstito sibi auxilio contra Othocarum seditiosum Bohemiæ Regem, vt verba diplomatis sonant. Confirmauit hoc eodem anno Cœnobiolum in Weelsensi patrio suo oppido Franciscanis Monachis ad Tarunam amnem, eo ipso loco à se & fratre suo Alberone constructum, vbi antea fuerat Sacellum quoddam à Sigmaro quarto, Abbate Lambaceñ. circiter Annum 1080. erectum. Consecrauit hic quoq; Ranshouen. de integro, Auentin. lib. 7. folio 716. Hic quoque vnà cum Heinrico Ratisbonensi Episcopo, inter Albertum Ducem Austriæ, & Heinricum Ducem inferioris Bauariæ pacem facit; Ibidē obiit Weicardus, anno 1282. sepelitur Patauiæ ad S. Stephanum, ante aram S. Mariæ Magdalenæ, cum inscriptione: anno 1282. obiit Wichardus Episcopus Patauien. 16. Cal. Ianuarij.

53. GODEFRIDVS primus, natione Westphalus, vir doctrina & prudentia clarus, Rudolphi Habspurgij Secretarius, vt fidei suæ ac laborum pro regno & Rege toleratorum haberet iustam remunerationem, Senatui Patauiensium Canonicorum à Rege commendatus, eorundem vnanimi consensu ad Episcopatus gubernationem electus est anno 1283. Præfuit, vt Episcopum decet, piè & fideliter per biennij spatium. Eius anniuersaria peraguntur ante altare S. Bartholomæi, circa festum Tyburtij, expulit seditiosos Monachos ex inferiori Altachio, qui, conspiratione in Abbatem suum Volcmarum facta, cognatis suis trucidandi ipsius autores fuerunt, Auent. lib. 7. fol. 716.

54. BERNHARDVS, Nobilis vir de Prambach, Austriacus, Canonicus Patauiensis ac Viennæ ad S. Stephanum, ante restitutum ibi Episcopatum Parochus ab Alberto Austriæ Duce, Rudolphi Habspurgij filio, Patauiensi Ecclesiæ commendatus, eidem præficitur anno 1285. Præfuit laudabiliter annis 30. vir admodum mitis & mansuetus, &, qui erga omnium ordinum & conditionum homines humanitate vteretur singulari, Angelorum Cellæ Cistertiensis Monasterij tribus infra Patauiam miliaribus, in dextra Danubij, & in ipsius Austriæ initio siti, fundator, anno 1293. Huic Monasterio omne suum patrimonium impendit; in quo volebat & Monachos Bernhardinos Deo seruituros ali, & pauperes viatores ex Euerdingo Schaumburgensium Comitum, percelebri oppido, per loca parum tuta Patauiam ascendentes, hospitio excipi, ciboq; ac potu refocillari. Sic enim fundationis diploma habet, in summa Basilica Patauiensi chorum, vnà cum subterranea testudine, cryptam vocant, ruinam minitante præclarè renouauit & illustrauit.

OPPOSVERVNT sese huic Antistiti ciues Patauienses, iugum Episcopale excutere volentes, & ab omnibus tributis liberi esse cupientes, campanamque ad conuocandam plebem, & sigillum more imperialium ciuitatum sibi fecerant: Episcopus igitur ex vrbe discessit cum omnib. Canonicis & toto Clero, suspensis-

absque sacris ad arma coactus, Machinis bellicis è monte S. Georgij ciues impugnauit, & grauissime afflixit; res ad Albertum Austriacum, tum Romanorum Regem, ab vtraque contendentium parte delata, composita & transacta est, vt nimirum ciues sigillum & campanam Episcopo traderent, & domino suo obtemperarent. Episcopus illis ignouit hac vice; ita tamen; vt pro satisfactione 2000. libras Patauien. monetæ ei soluerent, alibi quòd sanctarum Virginum Cœnobio, &c. Extat diploma Alberti Regis. Datum Neunberg anno 1298. prid. Calend. Decembris, regni primo.

Auentinus habet 300. libras libro 7. fol. 731.

Hic Episcopus corpora sanctorum Maximi & Valentini, in eum sublimiorem Ecclesiæ Cathedralis locum collocauit; in quo adhuc hodie eorum visitur sepulchrum. Idem quoque pro reparatione ac sustentatione pontis Oeni, nec non leprosis in S. Egidio ibidem habitantibus de consensu Capituli, ex suis proprietatibus, certos redditus, bona, Ecclesias cum suis dotibus ac decimis &c. donauit ac tradidit, anno Domini 1292. Extat diploma huius traditionis ibi, &c. Interfuit Conuentui Principum Bauariæ, Austriæ, Carinthiæ, item Conradi Archiepiscopi Salisburgen. ac aliquorum Comitum, Patauiæ, vbi post diuturnum bellum plurima accepta & data damna reconciliati sunt, anno 1312. Auent. fol. 741. Obiit anno 1314. 5. Calendas Augusti, sepelitur in Templo S. Stephani ante aram S. Iodoci sub lapide inscripto: Anno Domini 1314. in die S. Panthaleonis Martyris, obiit dominus Bernhardus de Prambach, Episcopus Patauiensis, anno sui Pontificatus 30.

ALBERTVS secundus, Saxoniæ Dux, Alberti Ducis, ex filia Rudolphi Habspurgij, domina Agnete Austriæ Ducissa, filius, Alberti primi Austriæ Ducis ac Rom. Regis è Sorore Nepos, Alberti Claudi ac sapientis consobrinus, ex homine laico Patauiensis Ecclesiæ Antistes lectus est, anno 1322. Ioanne XXII. Pont. Max. etiam annuente. Mortuo enim BERNHARDO, diu vacauit Sedes Episcopalis, propter dissidentes Canonicorum sententias. Maior enim pars GEBHARDVM quendam de Walsee poscebat; (erat hæc admodum potens tum temporis apud Austrios familia) minore ALBERTVM Austriæ Ducem, eius nominis secundum, ALBERTI Regis filium, qui sapiens & claudus vocatus est, poscente. Cùm itaque non possent in electione conuenire, ad Romanum Pontificem, tanquàm arbitrum prouocatum est: Ad quem cùm Gebhardus dominus de Walsee ipse Romam proficisceretur, & pro clauo Patauiensis Ecclesiæ per biennium contenderet, morte ibi sublatus est. Obtinuerat iam Episcopatum Patauiensem prædictus ALBERTVS Austrius, ex Viennensi Parocho factus Episcopus; sed videns ille fratres suos sine prole rebus humanis exemptos, partim etiam sterilia coniugia consequutos esse, vxorem ducere decreuit: Et ob id Canonicis Patauiensibus pro oblato sibi honore gratias agens, Amitinum suum, Saxoniæ Ducem Albertum, ex Agnete Patris sui Sorore natum, iisdem studiosè commendat, &, quod orauit, fœliciter etiam obtinuit. Ipse ex dispensatione Summi Pontificis, Vlrici Phirretarum vltimi Comitis filiam Iohannam, vltimam huius familiæ vxorem duxit, cum qua totius eius Comitatus, qui Heluetiis vicinus est, factus est ex asse hæres. Albertus Saxo autem à Pontifice Maximo, vt suprà dictum, confirmatus, à Salisburgensi item Archiepiscopo, Friderico à Leibnitz, consecratus; paulò pòst Viennæ in Cœnobio Prædicatorum, præsentibus Friderico, Alberto, Heinrico & Ottone, fratribus, Austriæ Ducibus, sed & Regina & omnibus Aulæ Magnatibus, primum sacrum magna cum laude fecit. Sedit ad gubernaculum annis 22. magnamque Nobilium frequentiam non sine detrimento Ecclesiæ Patauiensis aluit, conflauit æs alienum grande: vnde moriens reliquit Episcopatum obæratum. Obiit ipsa

Ddd. 55.

ipsa die Pentecostes, anno 1342. sepelitur in summo Templo Pataniano, ante altare sancti Bartholomæi. Ioannes Cuspinianus in vita Friderici competitoris Ludouici quarti Imperat. scribit hunc Albertum in electione Roman. Regis votum suum dedisse Friderico Austriaco. At Ioannes Dux Saxoniæ, Elector, votum suum Ludouico dedit, quæ pars quoque præualuit, &c. Hic enim Electioni Francofordiæ præsens interfuit, ac ius eligendi ad ipsum pertinuit, non ad Albertum, &c.

Eee. 55. GODEFRIDVS de Weissenek, natione Styrius, frater Ortholphi Archiepiscopi Salisburgensis, Alberto successit. Præfuit non sine laude annis 20. & mensibus quatuor, rerum politicarum quàm sacrarum peritior. Decessit ex hac lachrymarum valle, anno 1362. sepelitur Pataüij in Templi superioris abside Septentrionali, ante altare Corporis Christi, cum hac inscriptione: Anno Domini 1362. obiit dominus Godefridus de Weissenek, Episcopus Ecclesiæ Patauiensis. Is prudenti gubernatione Ecclesiam Patauiensem plurimum promouit & auxit, pluribus insignibus & regalibus ædificiis erigendis præcipuè deditus. Episcopales enim curias, Patauiensem, quæ in Oenum, Viennensem, quæ in Danubium prospicit, Schuadorfensem & Vinckenstainensem renouauit, ac ampliores augustioresque fecit; arces Tannbergensem & Rennariedl ad Rhenaui in Danubium exitum; vulgò Ramriedl dictam, ipse primus emit anno 1313. reliqua Episcopatus Castra omnia instaurauit de nouo, & præclariùs, quàm antea fuerant, muniuit.

SVB EIVS gubernatione magnus legitur esse factus terræ motus, anno Domini 1348. quo Patauiensis etiam vrbs quassata, & sancti Nicolai antemuranum Oratorium concussum, ex parte corruit. Sub eodem Antistite inferior ciuitatis Patauiensis pars (quam nouum forum vulgò appellant) incendio periit, anno Domini 1354.

Fff. 57. ALBERTVS tertius, Baro de Winckl, Austrius, ex Nobili & peruetetri familia natus, in Patauiensem Episcopum eligitur, anno 1362 Præfuit annis 17. In hunc Patauieñ. ciuitas insurrexit; sed, quæ causæ fuerint motæ seditionis, non extat, res vtrinque exacerbata summè eò deducta est, vt in aciem ambæ partes, Martis aleam experiri volentes, egrederentur, pugnatum est accerrimè & atrocissimè, intra Pataüiam & figulinæ Cellæ Episcopale oppidum, eo ipso loco, vbi Ehrlachius fluuiolus, è Bohemico nemore profluens, Danubio sociatur. Cumque diu ancipiti Marte dimicatum esset, & vtrinq; plurimi cecidissent, quorum sanguine vterque fluuius tinctus esse scribitur; tandem victoria etsi cruentissima Episcopo cessit, S. P. Q. Patauiensis ab Imperatore Carolo, per diffinitiuam Imperialis iudicij sententiam, 3000. Marcis argenti puri Episcopo in motæ seditionis mulctam persoluendis condemnatus est, anno 1367. Sequente anno Albertus & Leopoldus, fratres Duces Austriæ, rem composuerunt. Obiit anno 1380. sepelitur in S. Stephani Templo summò, vbi marmoreum eius monumentum Septentrionali parieti insertum est.

Ggg. 58 IOANNES, Nobilis Baro de Scherffenberg, hodie paululum mutata voce Schafftenberg vocant, Austrius, factus est Episcopus Patauien. anno 1381. Præfuit annis 6. magna virtute. Celeberrimi Viennensis Gymnasij, ea ferè ætate, anno scilicet 1362. ab Austriæ Archiducibus, Alberto contracto, ac Rupolpho ingenioso, Viennensis Turris autore, laudabiliter erecti priuilegia & dignitates, vnà cum Pilegrino, Salisburgensi Archipræsule, confirmauit: Qua vna re immortalitatem nominis & laudem nullo æuo abolendam sibi comparauit. Obiit anno 1387. postridie Blasij, sepelitur apud S. Stephanum in pariete Meridionali.

GEOR-

GEORGIVS, Comes de Altaflamma, vulgò Hohenlohe, ex percelebri apud Ostrofrancos familia natus, ab Alberto, eius nominis tertio, Austriæ Duce, adiutus & promotus, ab aliquibus & tamen paucioribus Canonicis Patauiensis Episcopus designatur anno 1388. & ad eiusdem Austriaci Ducis preces & commendationem ab Vrbano sexto Pont. Max. illicò confirmatur. Cùm tamen à maiore Capitularium parte electus esset, magna virtute præditus iuuenis Rupertus, Wilhelmi, Ducis de Monte primogenitus filius, orta est ex hac discordi electione magna controuersia. Sed Austrius Georgium à se commendatum promouere cupiens, post multam contentionem tandem ad arma confugit, Patauiamque obsidione cingens, eò rem breui deduxit, vt Georgius Pontificia autoritate confirmatus, neglecto Ruperto susciperetur à Patauien. Canonicis & ciuibus.

Hhh. 59.

RVPERTVS verò Padebornam Westphaliæ Episcopatum accersitus est, anno 1390. Meminit eius in Metropoli sua Albertus Crantzius, Saxonum Chronographus, à quo plurimùm commendatur. Præfuit Georgius Patauiensi Ecclesiæ annis 35. & mensibus quatuor. vindictæ admodum cupidus & iniuriarum illatarum tenax fuisse legitur.

INTERFVIT anno 1415. Concilio Constantiensi, vbi Sigismundo Imperatori familiarissimus fuit, à quo Cancellarius imperij constitutus est: Mortuo autem Ioanne, Strigoniensi Archiepiscopo, Imperatoris beneficio suffectus est eidem sedi; cui cùm paucis annis præfuisset, ætate iam ad finem vergente, febre correptus obiit, funus ex inferiori Pannonia Viennam, & inde lugubri pompa Patauiam deductum, apud S. Stephanum sepulturæ traditum est, anno 1424. in abside ante altare S. Mauritij extra Chorum. Grauauit Ecclesiam Patauinam ære alieno, & insignes possessiones distraxit, vendidit Casparo & Gundackaro, fratribus & Baronibus de Starhenberg, Castrum Bellicollis, vulgò Schönpühel dictum, & arcem Teresburgensem liberæ ciuitati vicinam; vendidit etiam aliis quibusdam Ministerialibus suis arces, Riedeck, Item castrum ac dominium Mathsee Pilegrino Archiepiscopo Salisburgensi cum pertinentiis, anno 1396.

HIC Episcopus autor fuit noui Chori ædificandi versus curiam Episcopalem, vt inscriptio illius habet, & primum lapidem posuit, anno 1407. præsentibus, Ottone de Leyming, Præposito, Decano, totoque Capitulo, mandauit item S. Stephanum singulis septimanis cantionibus quibusdam peculiaribus salutandum, habebat Symbolon, quod parietibus plerumque inscribere solebat, O Welt O Welt/ cui aliquando momus aliquis non iniustè subiecit, wie vbel verzehrst S. Stephans Gelt/ reprehendens in illo nimium luxum, & à Maiorum virtute prorsus degenerem profusionem.

LEONHARDVS à Layming, patre Erasmo Laymingero, viro Nobili apud Bauaros; Matre verò Chunegunda de Schonstet natus, vnà cum Heinrico Flögkelio, Decretorum quodam Doctore, & Ecclesiæ Patauiensis Decano, per discordem electionem, à minori tantùm Canonicorum parte nominatus: sed quia maior & potior pars neutri suffragari vellet, idcirco Eberhardo Salisburgensi Archiepiscopo res commissa est, vt is Episcopus esset, quemcuuque ille sua autoritate nominaret: Heinricus, quia Albertum, Austriæ Ducem, clementem promotorem habebat, & Salisburgensem, veluti singularem suæ fœlicitatis fautorem, in spem optimam veniebat, se fore Episcopum. Sed Leonhardus per Heinrici Bauariæ Ducis intercessionem à Salisburgensi Antistes Patauiensis declaratus, etsi Canonici non admodum illi propitii, sese fortiter opponebant, sententiamque suam retractabant, beneuolentia & largitionbus fauorem

Iii. 60.

fauorem ciuium Patauieñ. sibi comparabat; Ita vt ab his in vrbem sine controuersia intromissus, plenissimè iam illic dominaretur. Quod ægrè ferentes Canonici, Viennam concedunt, patrocinio prædicti Alberti, Austriaci Ducis, Episcopales prouentus intercipiunt, & ad sese pertrahunt. Mittuntur Legati insuper ad Romanum Pontificem, quibus Laymingerum apud Pontificem Max. criminantur grauiter, hos Legatos Leonhardus, interceptis, lectis & discerptis literis, custodiæ tradit. Ipse Romam è vestigio profectus, rem omnem Pontifici Martino quinto exponit, à quo cùm confirmationẽ facilè impetrâsset, mox in Germaniam reuersus, à Salisburgensi, quatuor post electionem annis consecratur, anno 1428. Dux Austriæ Albertus à Canonicis inflammatus, Leonhardo ex Italia redeunti sese fortiter opponit, sed & Vniuersitas Viennensis ei aduersatur, resq; variis modis iam Viennæ iam Romæ agitata, eò tandem deducta est à Salisburgen. Archiepiscopo, vt vtrinq; reconciliatis animis Canonici Patauium redirent, & Leonhardus Episcopus maneret. Præfuit, annis à primæ electionis tempore 27. De huius laudibus prolixa extat Epistola 170. Æneæ Syluij, tunc temporis Imperialis Secretarij in eiusdem Epistolari volumine, ad Ioannem Campisium, præstantem Philosophum, scripta, anno 1444. Fuit homo satis parcus & tenax, auriq; auidus, emit à domino Georgio de Fraunberg in Messenhausen castrum Ratzmanstorf, anno 1449. Item redemit granarium in Zeiselmuro: rursum ciuitatem S. Hippolyti ad Traysmam Austriæ amnem sitam, & perueteri admodum & opulento Cœnobio conspicuam 25000. aureorum, sub redemptionis titulo, Domino Reinberto de Walsee vendidit, ruinas quorundam castrorum refecit, splendidè sese vestiuit, splendidè etiam in mensa vixit, morionibus, mimis & ludionibus plurimùm delectatus, paucis ante mortem annis nouam monetam excudi iussit, sed parum iustam, & propterea repudiatam, armatorum stipatorum ac Equitum satellitium frequens habuit; Patauiensibus ciuibus admodum charus fuit, qui naturalem eum dominum ac Principem suum (quod Antecessoribus semper negatum fuerat) vnanimi consensu ac apertè fatebantur, adeò sibi poterat singulari quadam morum suauitatē & beneuolentia animos ipsorum deuincire. Sub hoc Episcopo inferior Regia Patauiæ, dum Episcopi ministri seu tribuni sulphureum puluerem nimis incautè contrectant, cõflagrat, anno 1434. vel 35. Auent. fol. 824. Celebrauit Synodos bis iuxta Decretum Basiliensis Concilij, in quibus de reformando quidem Clero disputatū est, sed nil actum. Extat ad hunc Æneæ Syluij de rebus Vngariæ scripta Epistola, octuagesima nimirum prima, & alia eucharistica pro acceptis beneficiis 98. Obiit podagricus, ipsa die Corporis Christi, anno 1451. sepelitur Pataui apud S. Stephanum sub marmore, quod sibi primo suæ gubernationis anno eleganter & affabrè incidi ipse curârat. Inscriptio marmoris est talis: anno Domini 1451. obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, D. Leonhardus de Layming natus, huius Ecclesiæ Præsul benè meritus, & Castri & Ecclesiæ munificus reparator, die S. Ioannis Baptistæ.

kkk.61. VDALRICVS tertius, ex celebri familia à Nusdorf natus, Canonicus Patauiensis, & Frisingensis Ecclesiæ Præpositus, doctrina & virtute præditus neutiquam vulgari, vnanimibus suffragiis eligitur Episcopus Patauiensis, in ipso S. Margarethæ profesto, anno 1451. Habuit diu malè propitium Fridericum tertium Imperatorem, quòd is apud Canonicos pro Alberto Comite à Schaunberg, Præposito Viennense, egregio adolescente frustra intercesserat; huc accessit, quòd nec Pontificiam confirmationem Romæ impetrare posset, nisi esset priùs Friderico Imperatori reconciliatus; cuius tandem fauorem emeritus est per Æneam Syluium, Poetā & Secretarium Imperatoris, etsi satis difficulter.

De

De qua re, qui plurima scire velit, legat Epistolam centesimam quadragesimam octauam, in Æneæ Syluij Epistolari. Fuit hæc Imperatoris inclementia, qua impeditus est Nusdorfius, & coactus triennio cedere Ecclesiæ Pataujensi, admodum perniciosa, Canonicis interim ad rerum gubernacula sedentibus, & bona Ecclesiastica ad sese rapientibus. Præfuit à prima sua electione vsq; ad finem vitæ annis 28. vir honestæ & laudabilis vitæ, Princeps placidissimus & affabilis, qui impuros magno persequebatur odio, ac de reformando Clero sæpius diligenter cogitauit, sed ciuilib. Austriæ bellis impeditus est. Magnis exactionibus & grauaminibus suos onerauit; ita vt plerique Presbyteri è Diœcesi discederent, quidam etiam vitæ genus mutarent. Missus est Anno 1457. à Serenissimo Hungariæ & Bohemiæ Rege Vladislao, Alberti secundi Romanorum Imperatoris, & Elisabethæ, Sigismundi Imperatoris filiæ, posthumo filio, cum aliis Legatis, insigni quingentorum Equitum comitatu, cùm ipse equos albos ducentos per se haberet, cum magna item inauratarum quadrigarũ caterua, pro Regia sponsa Magdalena, Caroli Francorum Regis pulcherrima filia adducenda. Cùm verò in Remensi vrbe de dote, aliisque rebus ad Regni statum pertinentibus, prolixè tractaretur, Rex, decem & octo annorum incomparabilis formæ iuuenis, in veteris vrbis Prageñ. Regia curia, vulgò Königshof / immatura & misera morte interiit: Qua de re Vlricus & cæteri Legati in Galliis certiores facti, posthabito negotio Matrimoniali, tristes ad sua reuertuntur, Anno 1458.

IDEM ISTE Antistes venerabilis Iudæos, qui in Illicensi oppido crudele facinus in Eucharistiæ Sacramentum designauerant, tristibus quæstionum formulis ad commissi sceleris confessionem adegit, reosque variis tormentorum generibus è medio sustulit, reliquos funesti negotij ignaros perpetuo exilio damnauit: In locum verò, vbi horrendum illud facinus perpetratum fuit, Reuerendissimus Princeps Vlricus collegiatam S. Saluatoris Ecclesiam perelegantem sanè in forma sphærica erexit, suisque manibus consecrauit, Anno 1478. Obiit Anno 1479. quarto Nonarum Septembris, sepelitur in septentrionali principalis Templi Pataujensis abside ante altare S. Ioannis, vbi adhuc hodie insigne & sumptuosum marmor, honoris ac memoriæ ergò, ei positum & parieti insertum est, cum tali inscriptione: Anno 1479. 4. Non. Septembris, obiit Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus, D. Vdalricus de Nusdorff, Pataujensis Episcopus.

POST HVIVS Antistitis toti Reipub. lugubrem obitum, Canonici alterius Episcopi electionem celebraturi, potentũ precibus ita omnes distracta fuerũt, vt neq; libera ipsorum neq; rata esse potuerint suffragia. Fridericus Imperator pro familiari suo, Doctore Georgio Hæslero, Ecclesiæ Romanæ Presbytero & Cardinali: Georgius verò inclytus Boiorum Dux, pro Doctore quodam Legũ, Friderico Maurkirchero Bauaro, ac aulæ suæ Cancellario, viro de patria præclarè merito; sedulis & cum necessitate penè coniunctis precibus intercedebãt. Factionibus itaq; subortis, S. P. Q. Pataujensis Friderici Imperatoris partes fouebat, & armis etiam tuebatur: Potior autem Canonicorum pars Georgio Boiorum Duci adhærebat, & Cancellarium eius, suffragiis ac quibuscunque rationibus poterat, strenuè pariter & officiosè iuuabat; præualuit initio Cæsaris, ciuiumque pro Cardinali conatus: Qua re Canonici adducti, cùm se non satis tutò inter ciues versari posse viderent, vrbe excesserunt, & Scherdingum emigrârunt, vbi integrum annum manserunt: Cùm verò negotium paulatim ad arma descenderet, Georgius Bauariæ Dux superiori arce Pataujensi potitus, subiacentem inde ciuitatem, tùm saxa rotando, tùm machinas bellicas exonerando, miris tonitruis concussit; ciues itidem, quantùm potuerunt, iniuriam

62.
63.

arci intulerunt. Durauit hæc tempestas toto biennio, quo nunquàm ab armis cessatum est, quoad Cardinalis Hæslerus in viuis fuit, qui Episcopales ditiones in Austria circumquaq; occupans, ac vicinis Præpositis & Abbatibus sua etiam intercipiens, in Canonicos Patauienses, in Bauaros item & sancti Nicolai antemuranum Præpositum, Leonhardum Calouuinum, fulmen excommunicationis iaciebat: Sub tanto rerum turbine, Anno 1482. Cardinalis Patauiam 170. Equitum comitatu (quorum Duces erant, Bernhardus Scherffenbergius & Christophorus Hochenfelder) ingressus, & à S. P. Q. Patauiensi receptus est: Perpetuis autem tormentorum globis ex arce in ciuitatem emissis, ita exterritus est, vt subinde locum vix occupatum mutare cogeretur. Reuersus itaq; in Austriam, paucis diebus pòst è viuis excessit; aliqui eum in aquis propè Melicum periisse annotârunt. Sepelitur Viennæ ad beatam Virginem in ripa. Hæslero Cardinali rebus humanis exempto, omnis bellorum motus cœpit conquiescere, grataq; Reipub. pax est reddita; Canonici è Scherdingo Patauiam redierunt, de competitoris fato & Friderico legitimo electo triumphantes: Fridericus autem post Pontificiam confirmationem non diu superfuit, vix tribus nimirum annis, rarò in vrbe Patauiensi versatus est. Obiit in oppido Bauarico Branavv ad Oenum sito, anno 1485. 3. Calend. Decembris. sepultura ipsius nescitur.

64. FRIDERICVS, Comes Oetingensis ex Riæsa, quæ Sueuiæ particula est natus, Guilielmi Comitis ex domina Beatrice Veronensi Scaligera filius, factus Episcopus Patauiensis, anno 1486. Iuuenis statura corporis & formæ elegantia præstantissimus, & qui in bonam spem erigebat Ecclesiæ proceres; sed paulò pòst nouis honoribus immutatus, dissolutissimè vixit. Præfuit annis quatuor, more sæcularium Principum sacris initiatus non est. Dum verò anno 1490. apud Fridericum Imperatorem, pro regalium collatione & inuestitura nimis laborat, in oppido Linzensi, præter omnem spem, profluuio ventris fatis concessit initio Quadragesimæ, corpus Patauiam reuectum, multorum luctu è porticu Danubij ad sancti Stephani Basilicam deductum & terræ redditum est, tertio Martij, iuxta altare sancti Georgij, cum tali inscriptione: anno 1490. tertia die Martij, obiit Reuerendus D. Fridericus ex Comitibus de Oetingen, postulatus & confirmatus Ecclesiæ Patauiensis, hîc sepultus.

65. CHRISTOPHORVS, cognomento Schachnerus, ex Nobili apud Bauaros familia, honestis parentibus natus, vnanimi tandem post tot discordes electiones, Canonicorum omnium consensu, ex Decano Episcopus designatur, in ipsa Quadragesima XI. nimirum Martij, anno 1490. Festinabant Ecclesiæ proceres hanc electionem, imperiosas potentum preces præuenire cupientes, ne iterum in diuersas sententias, cum magna Episcopatus rerũ iactura & pernicie distraherentur. Electus Episcopus confirmationem ab Innocentio octauo, Pont. Max. Romam profectus, absq; difficultate obtinuit. Patauiam itaq; reuersus, munere suo diligenter & studiosè functus est, vir non tantùm eleganti & procera corporis statura, vultuq; Heroico præditus, sed & moribus compositissimis, & cæteris virtutibus egregiis ornatissimus, frugalitatis & sobrietatis perquàm studiosus, qui superfluas pompas, nimiosq; sumptus miro persequebatur odio, & tanquàm pestes animi & corporis summè destabatur. Idem Antistes Episcopatum & prouinciam suam ab ære alieno liberauit, pristinæq; dignitati, quantum in ipso fuit, restituit, exiguam omninò familiam aluit, hypothecata & oppignorata redemit multa, ruinosa refecit & illustrauit plurima: Inprimis verò B. Mariæ ornatissimum Sacellum, Episcopali curiæ contiguum, ac Ducalẽ in S. Georgij arce domum, quæ vrbem respicit, Symmetria omni ingeniosè & eleganter more Italico institutam, ex imis fundamentis laudabiliter erexit, institutt

tuit

tuit festum D. Leopoldi Austriæ Marchionis, nuper in numerum indigetum Diuorum relati. Præfuit annis decem, charus Clero & populo suo omni, tactus Apoplexia rebus humanis exemptus est, tertio Nonarum Ianuarij, Anno sesqui millesimo, in ipso Iubilæo, sepelitur cum omnium subditorum planctu & lachrymis, honesta pompa funebri, in glorioso Virginis Matris Sacello à se constructo: in quo suam antea genitricem quoque honestè humari iusserat, lapis ipsius Christophori Episcopi talem habet inscriptionem: Anno 1500. Reuerendus in Christo pater & Dominus, D. Christophorus Schachnerus, Episcopus Patauien. instaurator huius Capellæ obiit.

WIGILEVS, de Nobili apud Bauaros Froscheliorum familia prognatus 19. Calend. Februarij anni Iubilæi, è summi templi Decano Pataviensis Antistes, vnanimi totius superioris Cleri suffragio lectus & pronunciatus est, statimq; Romam profectus, ab Alexandro VI. Pont. in Iubilæo confirmatus est, cum hac insuper prærogatiua, Vt quicunq; mortales primo eius sacro interessent, verè pœnitentes, scirent sese plenariam omnium criminum indulgentiam ac remissionem consecuturos. Erat is magnis negotiis præclare exercitatus, ac maximæ experientiæ, qui antea etiam in bello Hasleriano legatus aliquoties Romæ fuerat, coëgit Synodos in Pataviensi ciuitate, & in oppido suo Austriaco Mauttern, sub Commageno; in quibus & Ecclesiasticam libertatem ab Austriæ quibusdam Regulis penè oppressam asseruit, & Cleri reformationem incepit quidem, sed non perfecit, tantæ rerum moli impar; Maximiliano Cæsari inprimis charus erat; cuius nomine aliquandiu Ratisbonæ tribunal imperialē Iudex Cæsareus administrauit magna cum laude, aluit amplam ex viris Nobilibus familiam, bonus alioqui & probus Pater, qui nulla nunquam suos subditos aut ciues exactione grauare voluit: Vniuersis itaque & singulis mirê charus. Præfuit annis 17. mensibus 6. aliquandiu valetudinarius; ingrauescente tandem morbo plenus dierum obiit 8. Iduum Nouembris, Anno 1517. magna cum deuotione & pietate erga Deum, sepelitur apud S. Stephanum prope aram S. Valentini & Maximiliani, versus Septentrionalem parietem, cui marmoreum eius monumentum insertū est. Sub hoc Episcopo Anno 1517. feria 6. magna, cùm populus frequens cōcioni de passione Dn̄i interesset; subitaneū incendium 300. ædes & penè totum nouum forum Patauinum absumpsit, perierunt multi homines cum iumentis; rem planè flebilem Iacob. Philomusus carmine elegiaco deplorauit.

LII. 66.

ERNESTVS, Alberti Boiorum Principis, ex Domina Chunegunda, Friderici tertij Rom. Impe. filia, Illustris filius, Wilhelmi & Ludouici, Ducum Bauariæ, germanus frater, Imperatoris Maximiliani è Sorore Nepos, Pataviensis Episcopus eligitur. Anno 1517. impetrata à Pont. Max. Leone X. primū ætatis venia; posteà vt à sacrorum ordinum initiatione abstinere posset, indulgentia accepta. Præfuit annis 23. vsque ad Annum 1540. Quo ampliss. Salisburgensium Archiepiscopus, Matthæus Langus, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vitæ huic exemptus est; post cuius obitum mox à Canonicorum Collegio omni hic Ernestus Salisburgensis Ecclesiæ Archi Præsul renunciatus fuit. Administrante autem eo Pataviensem Ecclesiam tanta cura in rem familiarē incubuit, vt, quāquàm in sacris nihil prætermitteret, multis plus æquo visus fuerit diligens & industrius; ditiones & prædia à superioribus Episcopis abalienata redemit atque Ecclesiæ tribuit; ciues suos beneuolentia singulari prosecutus est, eorumq; cōmoda studiose promouit, atq; necessitates tùm publicè, tum priuatim subleuauit: Quæ res adeò charum acceptumque illis reddidit, vt lites, quas cum decurionibus, Senatuque vrbis Pataviensis, de priuilegiis quibusdam perpetuas, aceresq; habuit, eò æquioribus animis vulgò ferrentur. Vrbana ædificia magnificē

Mmm. 67.

construi curauit, in iisq; instaurandis splendidissimus fuit, sicut in Episcopali Palatio & arce Georgiana, alibiq; passim apparet: Arces autem iuri dicendo in agro Patauiensi dispositas, atq; alia suburbana & rusticana ædificia neglexit; in quibus est Haypachia & Tanneberga. In Catabaptistarum factionis hæreticos, aliosq;, qui passim eo tempore odio Cleri suboriebantur, grauissimè animaduertit, quam plurimos vltimo ignis supplicio cremandos viuos tradidit, atq; demum supra triginta à Liechtensteinio Regulo in exilium missos, soliq; mutandi causa Patauiam confluentes, in carceres coniecit, donec toto triennio morerentur partim, partim custodum incuria elaberentur. Princeps fuit natura sagax, vsu rerum prudens admodum, æqui iustiq; amantissimus, parsimoniam & frugalitatem ignobili luxui longè anteferens. Quomodo Salisburgij præfuerit, dicitur in eius vrbis Episcoporum Catalogo.

68. WOLFGANGVS, Illustris & Generosus Comes à Salm, Nicolai Comitis victoriosi, qui & Regem Galliarum Franciscum cepit, & Pannoniarum aduersus Turcicas irruptiones murus diu fuit, ex pientissima domina Elisabetha, Rogendorfensi Baronissa filius, anno ætatis suæ 26. ex Præposito Ecclesiæ Patauiensis factus est Episcopus, mense Nouembris, circa festum Martini, anno 1540. commendatus Canonicis à Serenissimo Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Rege, Diuo Ferdinando: Princeps corporis quidem statura breui, sed animo verè Heroico; ita vt illud de eo possit dici:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

FVIT vtriusq; linguæ Græcæ & Latinæ peritissimus, nullius veterum Philosophorum professionis ignarus aut rudis; ab incunabilis literas amauit, sine quibus nullam vitæ partem exegit, nullo non tempore in Bibliotheca, quam instructissimã habuit, incredibili studio sedens, Doctorum colloquiis familiaritate & amicitia plurimùm delectatus est. Quamobrem præter Consiliarios & Ministeriales, quos plerumq; habuit literatos, alios etiam subinde fouit, non paucos eruditionẽ claros inter quos fuerunt Iacobus Zieglerus Landouianus, Cosmographus insignis, alter veluti Germaniæ Ptolomæus, D. Sebastianus Gleisis, Medicus excellens, & Græcarum literarum cognitione nemini in tota Bauaria & Austria cedens, Ioannes Dugo Philonius, vir trium linguarum peritia clarus, Christophorus Collatinus Pannonius, venerandus Senex, Mathematicæ disciplinæ peritissimus, omnisq; antiquitatis admodum gnarus. Dicendi verò facultas tanta in hoc Principe fuit, vt videretur à natura ipsa ad eloquentiam natus: calluit linguam Gallicam & Italicã expeditè. Habuit inter Concionatores pietate, & doctrina & virtute præstantissimum iuuenem, D. Sebastianum Sachsteterum Austriacum, anno ætatis suæ tertio, in obsidione Viennensi à Turcis captum, sed mirabiliter liberatum; ciues & subditos suos singulari beneuolentia sibi deuinxit, vt eum mira pietate & obseruantia reueriti sint. Instaurauit collapsas penè arces, Eberspergensem ad Trunã amnem infra Linzium sitam, Obernbergensem ad Oenum, quatuor supra Patauiam miliaribus, à Wolfgero Episcopo conditam. Heckelbergi verò (qui locus in sinistra Danubij est, paulò super Patauiam) amœnissimos hortos cum variis labyrinthis, viuariis, & planè regia habitatione, magnis sumptibus adornari fecit: Quo animi causa subinde expatiari, & ingenium continuis studiis defatigatum, illic tanquàm in Tusculano recreare solebat. Erexit ipse sibi in Meridionali Cathedralis Templi pariete monumentũ eruditum, Propheticis & Apostolicis ornatum sententiis ex eleganti &

ti & ingeniosissimè sculpto marmore. Matrem, insigni virtute & pietate præstantem matronam, cuius erat obseruantissimus, penes se vitæ & gloriæ suæ spectatricem habuit. Parentem heroa clarissimum amisit natus annis 16. Habuit fratrem germanum, & nomine & virtute militari patrem referentem, Camerarium D. Ferdinandi, generalem Capitaneum Hungariæ & Austriæ, qui Agriæ in Vngaria obiit Anno 1550. 20. Decembris, Ex hoc fratre tres habuit Episcopus fratres Nepotes, Eckium, Regiæ Maiestatis Consiliarium ac Ministerialem, Iulium, qui item in Regia aula versatus est, & Nicolaum tertium, qui cùm Patauiæ literis operam daret, Reuerendissimus iste Princeps, studiorum ipsius non modò inspector, sed etiam Rector indefessus fuit; Ita vt etiam Epistolas aliquot Nobilium adolescentum, qui tunc vnà studebant, emendare subinde non erubesceret. Præfuit annis magna cum laude 15. Obiit Añō 1555. die quinto Decemb.

WOLFGANGVS secundus, antiqua Nobili ac primaria familia Bauariæ de Klosen natus, Canonicus Patauiensis, successit Wolfgango, Comiti Salmensi, eodem mense Decembri in Vigilia S. Thomæ Apostoli electus. Fuit hic antea Canonicus Ratisbonensis, iuuenis comis & benignus; ita vt mox ad Capellam Episcopalem promoueretur; deinde ob morum humanitatem etiam ad Decanatum & Sacerdotium ordinatus est, in quibus intempestantius viuens, ad grauiores functiones minùs idoneus factus est, articulari morbo per totum corpus contracto. 69.

IMPETRATA autem Pontificia confirmatione, consecratus est Patauiæ à Reuerendissimo D. Michaële, Archiepiscopo Salisburgensi, 5. Iduum Octobris; Dominica die sequenti, S. Maximiliano Patauiensis Ecclesiæ Patrono sacra, ipsemet, magna clarorum hominum corona circumstante, sub Infula Liturgiam perfecit, Anno Domini 1556. Porrò deinceps rarissimè functiones Episcopales in propria persona peregit, eò quòd Chiragra, Podagraq; subinde recurrentes, morbosum corpus lectulo prorsus affigerent; proinde rerum omnium cura in alios reiecta, remissior subinde redditus est, sed & in Confratres suos, Canonicos Capitulares recta monentes, proteruior factus, cum illis simultates exercuit. Visus enim illis est priuilegijs & compactatis eorum nonnihil derogare velle, in amicis & propinquis suis euehendis intentior esse, mors gliscentem simultatem sopiuit. Obiit septimo Idus Augusti, Anno 1561. sepultus in Templo Dominico versus Austrum, sub lapide ita inscripto: Anno Domini 1561. die Iouis septimo Augusti, obiit Reuerendus in Christo Pater ac Dominus, D. Wolffgangus ex familia à Klosn, Episcopus Ecclesiæ Patauiensis, cuius anima DEO viuat, Amen. Quo loco Successor suus, post annum vnum fermè, ingens marmor peristylio proximo affixit, cum eadem ferè inscriptione, quæ supra.

VRBANVS à Trenbach, Canonicus & Præpositus Ecclesiæ Patauiensis, subrogatus est Wolfgango, eius nominis secundo, eodem obitus sui Mense 15. Calend. Septembris, qui fuit 18. dies Mensis Augusti. Hic iam ante, ob insignẽ eruditionem & rerum agendarum prudentiam, asscriptus erat in Ratisbonensem & Salisburgensem Canonicũ; &, quoniam ipse Italiam & Romanã vrbem iam antea eruditionis & linguarum capessendarum gratia perlustrârat; Wolfgangus à Klosen, Antecessor suus, propter electionis suæ confirmationem eum iteratò Romam misit, vbi in quorundam Cardinalium amicitiam peruenit. Negotio itaq; gnauiter expedito, accidit, vt post Reuerendissimi Domini Michaëlis, Archiepiscopi Salisburgensis obitũ Ioannes Iacobus Kuen, Decanus Brixinensis & Canonicus Salisburgen. illi in Episcopatu substitueretur. Hic electus Archipræsul hunc eundem Dominum Trenbeckium, suũ confratrẽ, pro sui confirmatione Romam etiam tertio transmisit, vbi pro sua sedulitate in quorum- 70.

rundam Prælatorum summorum familiaritatem receptus est. Quare cùm iã hic electus in Antistitem Patauien! suos Oratores Romam pro suæ electionis confirmatione misisset, illîc iam antea probè cognitus, suæ petitionis faciliorem expeditionem sortitus est. Cùm autem confirmatio nondum in vrbe fuisset absoluta, & Tridentinum Concilium à Pont. Romano protinus vrgeretur, ideoque Ferdinandus Imperator suos Episcopos & Legatos esset ad idem Concilium Tridentinum ablegaturus, hunc electum Dominum Trenbeckium semel atque iterum tùm literis tum orationibus appetiuit, vt & ipse inter suos Oratores Tridentum mittendos, Principem legationis locum susciperet: Quod ipse Dominus Vrbanus electus pro sua modestia reuerenter recusauit, tempus suæ confirmationis domi expectans tantisper, dum & ordines sacros plenè susciperet, & tandem consecrationis munus ab ipso suo Metropolitano, Reuerendissimo Domino Ioanne Iacobo, Salisburgensi Archiepiscopo, Patauiæ in sua residentia consequeretur, anno Domini M. D. LXII. Nonis Aprilibus in octaua Pascæ, quæ tum fuit quinta dies Aprilis, magna festiuitate & populorum concursu celebrata, propter Episcopi recentis initiationem. His sic peractis, Episcopus Vrbanus ad domum aulæ suæ disponendam animum conuertit, &, quia domus aulica sàtis angusta erat, eam aliquibus necessariis habitationum extructionibus laxauit, sed & Bibliothecam ab Episcopo Salmensi, magnis laboribus & impensis instructam, & à prædecessore suo neglectam, ipse magno studio recollegit, distinctius ordinauit, & nouis libris, per emptionem, aut etiam laboriosam transscriptionem locupletauit. Porrò cùm sub finem anni 1562. Metropolitica Synodus, quam Archiepiscopus Salisburgen. cum suis Coëpiscopis & Duce Boiariorum Alberto celebrârat, post multiplices ac longas tractationes, tandem finiisset, Episcopus Vrbanus, ne postremus aliorum Episcoporum foret, sedulò dedit operam, vt notula illa reformationis omnibus præscripta, per suam ciuitatem & Diœcesim Patauiensem, Clero quàm citissimè publicaretur. Præest adhuc hoc 1581. Anno, non minori laude, quàm Ecclesiæ suæ vtilitate, tam in secularibus quàm spiritualibus negociis. Pleraq; Castra seu arces reparauit, quasdam quasi nouiter construxit, præsertim vetus ac nouum Palatium Episcopale in vrbe Patauiensi; Item arcem Ratzmanstorff, quatuor miliaribus supra Patauiam iuxta Danubium, parte septentrionali sitam, nouam Bibliothecam construxit, magnisq; impensis adornauit; pariter quoque in summi Templi claustro Sacellum S. Trinitatis, quod annuis censibus dotauit, ac ibidem sibi sepulchrum marmoreum locauit. Omnipotens Deus ipsum ad gloriam nominis sui, ad vtilitatem Ecclesiæ tam Catholicæ quã suæ, ad suam & communem omnium salutem quàm diutissimè conseruare velit incolumem. Amen.

SVMMI TEMPLI PATAVIENSIS PRÆPOSITORVM INDEX.

1. WIZIMAN.
2. LEMBERTVS.
3. RVDMARVS.
4. LVITOLPHVS.
5. WILLICHINDVS.
6. MEGILO.
7. ALTMANNVS.
8. VTACKAR *Præpositus & Archipresbyter.*
9. CADALOCHVS *præfuit Anno 1047.*
10. AZILO *præfuit Anno 1048.*
11. ENGELBERTVS *Præpositus restitit Episcopo Patauiensi Altmanno, proferenti decretum Pontificis Gregorij de restaurando cælibatu, factus Archiepiscopus Treuirorum Anno 1078. hic desunt aliqui.*
12. ALBONO *designatur ab Imperatore Friderico Barbarossa ex Præposito Episcopus Patauien. Anno 1160. Præfuit tribus annis. Et exauthoratus propter enormes quasdam actiones, ad pristinum locum ex Episcopalis dignitatis fastigio relapsus, iterum ad Præpositura clauum Anno 1163. sedisse, & eodem anno ex hac vita emigrâsse legitur.*
13. OTTO *Albononi vel Albano successit Anno 1164. Is S. Stephano & aureum calicem & auream crucem dono dedit.*
14. HEINRICVS *sedit ad Præposituram Anno Domini 1182.*
15. MENIGOTVS *Anno Domini 1193.*
16. EBERHARDVS, *Anno 1212 & Anno Domini 1216.*
17. HARTINDVS, *alibi Heinricus Anno 1222. & 1227. Heinricus dicitur in donat. Castri Viechtenstain 1226.*
18. MEINGOTVS, *Nobilis de Waldeck, præfuit Anno 1251. & adhuc 1268.*
19. WICHERVS *præfuit Anno 1276. aliâs Wichardus de Pertolffstorf, Austriacus Camerarij Prouincia in causa decimarum in Abstettn. 1270.*
20. GVILIELMVS, *Anno Christi 1278.*
21. GODEFRIDVS *de Weissenegk 1289. & adhuc 1313.*
    GOTFRIDVS *Comes de Kirchperg Præpositus Patauien. erat iam mortuus Anno 1318.*
22. MENIGOTVS *tertius, Anno 1319 & adhuc Anno Domini 1324. Menigos* von Waldegk/ Chorherr vnd Thumbprobst zu Passaw/ *Anno, &c. 1320.*
23. ALBERTVS *de Moerspach; Anno 1326.*
24. WOLFHARDVS *Anno Domini 1333.*
25. ALBERTVS *secundus de Morspach, Anno 1337.*
26. GVILELMVS *de Winsberg, Anno Domini 1347.*
27. OTTO *præfuit Anno 1352. Albertus reperitur Anno 1358.*
28. IOANNES *de Scharffenberg præsedit Anno 1374.*
29. OTTO *de Laiming, Anno 1397 & adhuc anno 1413.*
30. WENCESLAVS *Thiem, anno Domini 1415. reperitur anno 1424.*
31. HEINRICVS *de Ahausen.*
32. PAVLVS *Baro de Polheim anno 1429. Obiit anno 1440.*
33. VLRICVS *Comes de Ortenburg successit, præfuit adhuc anno 1454.*
34. SIFRIDVS *Nothafft, anno Domini 1455. successit, præfuit adhuc anno 1476. quo obiit.*
35. WILHELMVS *de Ahaim obiit anno 1495.*
36. GEORGIVS *Bernbeggius præfuit anno 1498. Obiit Anno 1502.*

37. IOHANNES *Gumpenbergius, anno 1504 Obiit.*
38. WILHELMVS *Nothafft præfuit anno 1504.*
39. IOHANNES *Koler Augustanus præfuit anno 1508. & adhuc 1517.*
40. IOHANNES *Reslerus Augustanus, anno 1532.*
41. WOLFGANGVS *Comes à Salm præfuit anno 1534. designatus Patauiensis Episcopus, anno 1549.*
42. ERHARDVS *à Leonrod successit anno 1541.*
43. CHRISTOPHORVS *à Trenbach, successit anno 1542. Obiit anno Christi 1553.*
VACAT *Præpositura triennio, quam tum titulotenus possedit quidam curialis Otto à Wachtentung Doctor, quo Romæ mortuo, successit Vrbanus.*
44. VRBANVS *à Trenbach frater Germanus præfati Christophori, successit anno 1556. electus Episcopus anno 1561.*
45. VITVS *à Fraunberg in Poxau successit Trenbachio, & paulò pòst eligitur Episcopus Ratisbonensis.*
46. IVLIVS *Auer de Tobel & Cleberg successit Vito à Fraunberg. Obiit anno.*
47. MARTINVS *Eisengrein, Theologiæ Doctor, anno 1568. Obiit 1579.*
48. CHRISTOPHORVS *Pettinger de Wasen.*

SVMMI TEMPLI PATAVIENSIS DECANORVM INDEX.

1. WILLIBERTVS.
2. RACCO *præfuit anno 1048. hic desunt aliqui.*
3. RVDBERTVS *anno 1164.*
4. SIGEHARDVS *Anno 1167.*
5. FRIDERICVS, *anno 1172.*
6. TAGENO *1190. vnà cum Diepoldo Episcopo Asiaticæ expeditioni interfuit, & tandem descripsit.*
7. HEINRICVS, *anno 1193. & adhuc anno 1216.*
8. OTTO *præfuit anno 1222.*
9. CHVNRADVS, *anno 1224. & adhuc anno 1245.*
10. ALBERTVS *Bohemus seditiosus (sic enim nuncupatur) Anno 1250. & adhuc anno Domini 1262.*
11. POPPO, *Anno 1264.*
12. WICHARDVS, *Anno 1268.*
13. WERNHERVS *ex Decano Patauiensi designatur Episcopus Seccouiensis, anno 1268. Præfuit ibi adhuc anno 1277.*
14. OTTO *secundus, anno 1276.*
15. WOLFGERVS *de Aistershaim præfuit anno 1281. & anno 1320.*
MEINGOTVS *reperitur anno 1318.*
16. ALBERTVS *de Winckl, aliàs de Marspach, anno 1321. Decanus, præfuit anno 1321. & Anno 1324. tandem Episcopus Patauiensis.*
17. WOLFGERVS *secundus præfuit anno 1327. & 1332.*
18. IACOBVS *Anno Christi 1333.*
19. OTTO *de Lonstorf, anno 1341.*
20. GVNDACHERVS, *anno 1352.*
21. HERMANNVS *digni, anno 1374. & 1389.*
22. IOHANNES *de Senging, anno Domini 1392.*
23. FRIDERICVS, *Anno 1400.*
WENCESLAVS *(fortè per vnum diem) inuenitur Decanus Patauien. anno 1412.*

24. HEIN-

24. HEINRICVS *Flockelius de Kützpuhel, Decretorum Doctor, præfuit anno 1418. Is anno 1424 in discordi Episcopi electione contra Leonhardum Laimingerum Patauiensis Antistes nominatus quidem est sed ad gubernaculum admissus non est.*

25. SILVESTER *Flieger præfuit Decanatui anno Domini 1433. fit Episcopus Chiemensis anno Christi 1439.*

26. BVRCKHARDVS, *cognomento Krebs, ex Herrnberga Wirtenbergen. Ducatus oppido natus, vir literis clarus, fundator bursæ liliorum & quorundam stipendiorum pro Sueuis Viennæ. Præfuit anno 1438. Obiit anno 1462. Statuit de recipiendis Canonicis expectantibus.*

27. HAMRICVS *præfuit anno 1463.*

28. VALENTINVS *Bernbegius, Decretorum Doctor, præfuit anno 1469. Obiit anno 1485.*

29. CHRISTOPHORVS *Schachnerus Bauarus successit, fit Episcopus Patauiensis, anno salutis 1490.*

30. WIGVLEVS *Froschelius successit Schachnero, vt in Decanatu anno 1490. sic post decennium, anno 1500. etiam in Episcopatu Patauiensi.*

31. WOLFGANG *à Tannberg fit Decanus anno 1500. Præfuit adhuc anno 1522. & obiit.*

32. RVPERTVS *à Moshaim, I. V. Doctor, successit Tannbergio; præfuit vsque ad annum Christi 1539. Obiit in carcere * anno 1545. De eius scriptis videatur Bibliotheca Gesneri.*

** secundum alios sibipsi mortem consciuit, mirabili hæresi contaminatus*

33. BERNHARDVS *Schauuarzius, patria Weissenhornanus, è Sueuiæ oppido natus. I. V. Doct. & aliquamdiu in Gymnasio Ingolstadiano Professor, fit Decanus anno 1539. postea Præpositus in Matsee Collegiata Ecclesia, & Anno 1555. Oenanæ ciuitatis Parochus. Obiit anno 1580.*

ADDI-

ADDITIONES.

EPISCOPI LAVREACEN. ET PATAVIEN.

a. LAVREACVM *al. Lauriacum Notit. Vtr. Impr. in Pannonia prima & Norico Ripen. collocat: eiusq. mentionem facit Itinerarium M. Antonini Imp. Petr. Ranzanus grauis & diligens scriptor, Epitom. Vngar. Indic. II. f. 11. b. de eo sic:* Anasum Archiepiscopali sede insignis ciuitas, quod Laureacum olim appellatum. *Pancyrol. Commentar. ad Notit. f. 138. col. 4.* Lauriacum est in Pannonia, ad ostia Anasi fluminis, cuius & Itinerarium meminit. ibidem Constantinus aliquot condidit Iura. *Idem f. 132. col. 2.* Lauriacum oppidum in Illyrico collocat. *Marc. Velserus III. Boicar. pag. 172.* Laureacum, quæ proximè Ensum Lorcha est, (M. Aurelij Antonini Imp. opus) magnæ quondam vrbis tenue nunc vestigium, nisi verius Aureliano tribuimus. *Appianus in Chorograph.* Enum oppidum, quod maiores nostri Laureacum, olim Aureliacum dicebant: & monumentum adfert ibidem existens.

AEL. GANNA
LON OBIIT AN. LXX.
ET AEL. SECVND.
CON. O. AN. XL. AEL. C
DIDVS.

Cluuer. vsq. ad risum argutus est in orthographiâ huius vocis. V. 23. 35. Est (*inquit*) LAVRIACVM exiguus hodie vicus, sub mœnib. opidi Ens, ad confluentem amnis eiusdem nominis, vulgò dictus Lorch. Veteri inscriptioni est Colonia Aureliana Laureacensis. vnde quidam opidum id nominis quondam ab Laureatis, quas vocant, literis accepisse nugati sunt, quorum ineptias cum merito M. Velserus in Boicarum III. rideat; miror eum tamen magis probasse vnâ antiquam statuarij inscriptionem, quàm tot Antonini & Notitiæ exemplaria. Celtas per Galliam, Italiam, Vindeliciam, & Noricum multa opidorum vicorúq; vocabula terminasse in ich & ach, siue ic & ac; quæ Romani suo ore formarunt in acum, icum & iacum; iam pridem in Germaniarum descriptione docui. E Gallia ne longius eiusmodi nomina petam; in Vindeliciâ suprà enumeraui ista: Abudiacum, Septimiacum, Iciniacum, quibus adde è Notitiâ Cassiliacum. In Norico fuêre Laciacum, Iouiacum, Grauiacum, & Stanacum. Ad eundem igitur modum, & Lauriacum formatum fuisse, quis iam dubitet? quod postea ab imperito aliquo in inscriptione factum LAVREACVM. Atq; ipsis olim Noricis haud dubiè dicebatur Laurich & Lorich: quod tandem contractum in Lorch; vt hodie vsurpatur &c. *Tanti acuminis fuit Velserus tantæq. diligentiæ, vt nihil cogitauerit pronunciârit, scripserit absq. ratione & iudicio, nec verò Cluuerius hactenus etymologiam huius nominis effatus est; quasi à Laurea descendat, vt non improbabilis est quorundam sententia, Laureacum dicendum scribendum esse quis dubitabit? non addo plura.*

b. *S. Florianum martyrio quidem Laureaci coronatum docet I. S S. Bauariæ Tomo. pag. 18 R. P. Raderus qui verò Catalogo Episcoporum illius Ecclesiæ inserunt sine teste id facere mihi omninò videntur & vide hac de re M. S. Chronicon Episcoporum Patauien. breui si Deus vitam concesserit per nos edendum. De S. Floriani Monasterio vide infrà sub Episcopo Richario pag 120.*

c. *IERARDVS &c. Nactus à felic. memoria R.*[do] *ad.*[m] *integerrimoq. Viro, Domino Georgio Lautherio SS. Theolog. Doct. Collegiatæ Ecclesiæ ad D. Virginem Monachij Præposito dignissimo: Cathedralis Ecclesiæ Pataviensis Canonico, Serenissimorum Baua-*

Bauariæ Ducum Alberti V. Guilielmi V. & Maximiliani Consiliario, Domino & benefactore nulli vnquam obliuioni tradendo, Chronicon Episcoporum Laureacensium & Patauiensium, ex M.S Codice dictæ Ecclesiæ Patauien. descriptum, vtile visum fuit, & necessarium illud adcalcem Catalogi huius Hundiani adiicere: quò lectorem deinceps remittemus. Id Chronicon Ierardi siue Gerardi præceptoris Eutharij mentionem quoque facit.

Quatuor SS. Quirinos Christi martyres R. Philippus Ferrarius Alexandrinus, in Catalogo SS. Italiæ commemorat. I. Romanum, qui Claudio Imper. propter Christianam fidem comprehensus, bonis publicatis, multasque verbera, vt propositum mutaret, perpessus, in custodia trans Tyberim diu detentus est. Cum autem Marius Persa cum vxore & filiis Romam venisset, vt martyrum sepulchra venerarentur: Quirinum visitantes suis facultatibus alebant, orantes, vt pro ipsis apud Deum intercederet. Qui paulò post Imper. iussu noctu gladio cæsus, in Tyberim proiicitur. Cuius corpus (cum Marius & filii ad carcerem reuersi, illum interfectum, & in flumen proiectum accepissent) à prædictis, & à Pastore Presbytero in Insula Lycaonia inuentum, in crypta cæmiterij Pontiani 8. Kal. Aprilis conditum fuit.

d. XXV. Mart. *Verba sunt auctoris.*

De secundo, Ferrarius sic refert: QVIRINVS Tribunus, cum S. Hermetem vrbis Præfectum in custodia detineret, ac S. Alexandrum Papam in alio carcere detentum diuinitus vinculis solutum in eundem Hermetis carcerem ingressum, cum eo loquentem, (licet omnem adhibuisset diligentiam circa fores, & vincula, quæ triplicauerat) vidisset, eo miraculo, quod tamen principio magiæ tribuebat, & sequenti, quod Balbina eius filia à S. Alexandro à struma circa collum oborsa vinculorum ipsius Pontificis tactu liberata fuisset, commotus ad Christum conuersus est, & omnes quos in vinculis habebat Christianos effectos liberos dimisit. Quod vbi Aurelianus Comes resciuisset, Quirinum ad se accitum grauiter obiurgat, qui se Christianum libera voce professus ait, Si vis occidere, si fustibus cædere, si ignibus concremare, fac quod libet: omnes enim ad mortem pro Christo subeundam, non secus ac famelici ad escam parati sumus. Quibus verbis Aurelianus incensus in equuleo suspensum Quirinum torqueri iubet, linguamque præcidi, & cum ille nec his tormentis cederet, manibus pedibusque amputatis, capite, iubente Iudice, plectitur, & corpus canibus proijcitur: quod Christiani raptum via Appia in cæmiterio Prætextati condidere, 3. Kal. Aprilis. *Addit.* Corpus S. Quirini Nuesium apud Coloniam Agrippinam translatum, ibi summa celebritate Prid. Kal. Maij teste Io. Molano colitur.

II. XXX. Mart.

Tertium Ferrarius sic describit: S. Quirinus martyr Tybure colitur, à S. Quirino Episcopo Siscitano & martyre diuersus, vt Baronius in Annotationibus in Martyrologium hac die monet. Corpus Tybure in Ecclesia S. Saluatoris asseruari fertur, &c.

III. IV. Iun.

De quarto deniq; isthæc habet: Cyrinus & Quingesius Episcopi hac ipsa die (V. Decembr.) ab Ecclesia Salernitana coluntur: quorum corpora Faiani pago agri Salernitani haud procul ab vrbe iacentia Bernhardus I. eius nominis Episcopus Salerni anno Sal. 909. sub. Gisulpho Principe magna Cleri & populi frequentia, in vrbem transtulit, ac in sacra æde, quam is in illorum honorem construxerat, decenter condidit. Quæ demum à Cæsario Archiepiscopo anno Domini 1226. in Basilicam Cathedralem tumulata sunt. Agitur illorum dies festus Nonis Decembris &c.

Pag. 759.

Quatuor his Quirinis Italicis sanctis, rectè addit R. P. Raderus quintum, Illyricum vel Noricum de quo hic agitur, Philippi Imperatoris opinione multorum filium, primùm Aquilegiensem Patriarcham, deinde Laureacen. metropolitanum, quod tribunal sanctut

ctus martyr Maximilianus illi cessit : Ferrario quoque haud incognitum; qui eam Episcopum Siscitanum, non rectè vocat, sicut mox dicetur, diuersum ab eo quem Tegernseense Monasterium possidet, secundum nempe in ordine supra obseruato, Quirinum Tribunum. Qui verò quintum nostrum Episcopum faciunt Siscitanum, sicut facit Ferrarius; & qui eum Saxo ingenti de collo appenso in Sabaria (quem Gunsium nominant) fluuio mersum aiunt, vtrique errant: nullus enim Sisciæ Episcopatus neque Episcopus extitit. Docent hoc Notit. Episcopat uum orbis Christiani tàm veteres, quàm recentiores. Sic Aubert. Miræus. Notitit. 1. c. 3. Illyrici *(ait occidentalis nimirum, de eo enim agere hoc loco Miræum, ex sequentibus planum est)* septem sunt Prouinciæ in Sixti Rufi Breuiario (quod Valenti Imperatori auctor dicauit) & Indice Sconhouiano; Dalmatia, Pannonia prima, Noricum medi terraneum, Noricum Ripense ad Danubium fl. Pannonia secunda, Sauia, & Pannonia tertia, seu Valeria, à Diocletiano instituta filiæque nomine insignita. Dalmatiæ metropolis fuit AQVILEIA; *Pannoniæ primæ* SIRMIVM; *Pannoniæ secundæ* SABARIA. S. Martini Episcopi Turonensis patria; Norici mediterranei IVVAVIA; Norici Ripensis LAVRIACVM, ni fallor &c. *Idem lib. II. quæ est Notit. seu Codex Prouincialis vetus, p 76. Salisburgen. Archiepiscopo. ceu Metropolitano, Patauiensem, (in quam vrbem Laureacen. sedes per Odilonem Boiorum Ducem, quemadmodum suo dicetur loco, translata fuerat) Episcopum accenset: nullâ vspiam Sisciensis Episcopatus mentione habita. Et libr. IV. qui est Codex Prouincialis nouus, in quo Metropolitanæ & Episcopales sedes, iuxta præsentem Ecclesiæ ac Regnorum in orbe Christiano statum, recensentur; nulla fit Sisciæ prorsus mentio: nec deniq; libro V p.352. quo loco ex Lazio enumerantur in Norico mediterraneo Episcopatus* LAVREACENSI *olim Pannoniæ & Norici Metropolitanæ sedi subiecti: quorum ibi nomina panduntur.* TIBERTINENSIS, QVINTAVIENSIS, PATAVIENSIS, *in Vindelicis*; OVILABENSIS *in Norico Ripensi*, IVVAVIENSIS, SOLIENSIS, CELEIANVS, PETOVIENSIS, & TAVRISANVS, *in Norico mediterraneo. De* SISCIA, *Plinio, Ptolomæo, aliisque nota, præmemoratus auctor, libr. V. pag. 399. commemorat* eam Apostolum habuisse S. Quirinum Episcopum Laureacensem & martyrem, à Prudentio versibus celebratum. *Apostolum, ait, & martyrem; non Episcopum, quod contra Ferrarium & qui illum sequuntur, notari velim.*

Sisciæ submersum aquis S. Quirinum nostrum, martyris palmam consecutum fuisse, tàm disertè docet Prudentius, vt nemo prudens de veritate rei gestæ dubitare habeat.

Insignem meritis virum
Quirinum placitum DEO
Vrbis mœnia Sisciæ
Concessum sibi Martyrem
Complexu patrio fouent. *& qui sequuntur.*

Quid dici poterat clarius?

Philippum Imp. Christianum fuisse, quod nonnulli in dubium vocant, docet Vincentius Lerinen. in suo aduersus prophanas hæreseon nouitates libello verè aureo, cap. 22. his verbis: Sed & eiusdem (Origenis) Epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imp. qui primùs Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterij auctoritate conscripsit. *Vixit autem Vincentius sub Honorio Imp. CL. plus minus annis post neci datum Philippum: cuius antiquiss. scriptoris assertioni, præ multorum nouiorum commentis standum merito iure censeo.*

Certiora

Certiora heîs docent Marc. Velser. P. Rader. & quæ supra attigimus.

In vita S. Seuerini ab Eugippio conscripta, quinque omninò locis Laureaci fit mentio; capite nimirum 18. 27. 28. 30. & 31. in nullo autem horum capitum id legitur, quod hic de S. Quirino refertur. Taceo ibi res enarrari gestas commorante in Norico S. Seuerino; qui eò appulit demùm post defunctum Attilam. Hoc est pòst annum Christi 454. annis nimirum plus minus 142. S. Quirino martyrium passo. Sancti quidem Constantij Antistitis Laureacen. fit mentio cap. 30. at. de S Quirino altum silentium. f.

Minus cæteris à vero aberrant, qui S. Quirini passionem ad annum Christi 312. reijciunt; nec abhorrent Cæsarum fasti. g.

Celeiam, Norici oppidum Ptolomæus, Plinius, alijque commemorant. Quamuis Pannoniæ Celeiam accenseri Velserus adnotârit. B. Maximilianum Anno 268. Ecclesiæ Laureacensi præfectum fuisse scribit hic D. Hundius. R. P. Raderus de hoc nostro S. Maximiliano sic refert: Celeiæ Pannoniæ oppido claris natalibus & fortuna copiosa natus ad vnius cultum numinis, morumque honestatem, & virtutis omnem elegantiam in ipsa pueritia ab Oranio presbytero eruditus, maxime in miseros benignus fuit, vt amplas etiam à parentibus acceptas opes in egentium vsum liberaliter partiretur, Laureaci Pontifex postea creatus. In proscriptione Christianorum Deciana iam vtroque parente priuatus, seruitia manu miserat, opes pleraśque reliquas omnes in pauperes sparsas profugus Romã ad Xystum II. Pont. Max. venit, à quo pro laborante in Pannoniis Ecclesia iure sollicito, inductus est, vt patriam repeteret, remq; Christianam crudelibus tyrannorum edictis & præsidum immanitate pressam dissipatamq; velut ex naufragio colligeret. Non recusauit Maximilianus, nec laborem pro patria, nec discrimen capitis pro Christo. Accessit & S. Quirinitum Aquileiæ Antistis auctoritas, qua impulsus, & sancta Rom. Pontificis, hoc est, orbis totius patris apprecatione cõfirmatus, Laureacum cuius possessionem tribunalis, Martyr postea Quirino cessit, caput Norici riparij petiit, legem Christianam pro concione promulgauit. Cum Laureacensem pontificatum ipsis prope viginti annis magna cura administrasset, redeundum sibi Celeiam ad patrium solum putauit, vt & ibi si confieri posset, Christi nomen propagaret. Eiulasius præses publicis edictionibus omnes Marti operari iussit, & fuêre (vti semper in tritico filix, inter apes fuci) qui metu suppliciorum degeneres Christi milites Marti adolerent, quod Maximilianus, non secus ac Machabæus olim indignissime passus, in medium forum non dubitauit prosilire, præfectumque impietatis accusare, quod cultum vni sempiternoq; debitum numini, rebus conditis & infimis transcriberet. Eiulasius sibi ab inferiore & Christiano præscribi non passus, & omissa post aliquot dissertiunculas, verborum contentione, quâ se victum sentiebat, à verbis ad vim & gladium appellauit, sanctumque hierarcham cædi iussit: nec alter mortem recusauit, quâ se ad vitam peruenturum sciebat. Occubuit IV. Idus Octobr. extra pomerium. Sacrum corporis pignus à D. posteà Ruperto Laureacum translatum, magnificis & illustribus templorum operibus eius nomine conditis celebratur: Henricus sanctus, quem secundum appellamus, Laureaco Batauã Boiorum deportauit, vbi hodieque summa cum religione custoditur. h. Vels. B. 171.

Catalogus Patauien. M. S. de quo suprà, habet. S. Maximilianum anno ætatis. 13. patre fuisse orbatum; & sexto anno post; imperante iam Decio, & in Christianos sæuiente (quo tempore annum agebat circiter decimum nonum, aut vicesimum) ad Laureacensem Ecclesiam vocatum: quam rexisse constanter asseritur annis XX. passus martyrium sub Numeriano. Idem Catalogus commemorat. ad sedem Laureacensem reuocatum Ann. 285. quod consistere non potest; si enim annos Numeriani computemus, cæpit is

Anno 284. desiit proximè sequenti. 285 Res hæc propter vetustatem temporum, persecutionum, ac bellorum calamitates, aliasque circumstantias quam plurimas valde difficilis est & intricata; sed vt paucis me expediam, planissima videtur D. Velseri, & hunc secuti, R P. Raderi sententia, & expeditissima, quibus ego quoque subscribo, & hæc sententia ab annis Cæsarum. & fastis non dissentit, quemadmodum probare facilè est.

i. *Eugipp. in vita S. Seuerini cap. 22 hæc sunt verba:* Basilicæ extra muros oppidi Batauini, in loco nomine Boitro trans Enum fluuium constitutæ, vbi cellulam paucis monachis ipse construxerat. &c. *& cap 36.* In loco Boitro superius memorato &c. *Locum hunc non in Vindelicia, sed in Norico, vt rectè Scholiastes monet, situm, repræsentat Appianus in sua Boiariæ Chorographia.*

Obiit S. Seuerinus anno 481. aut 482. (iuxta Scholiastem Eugippij in Elencho Chronico) VI. Id. Ian. in Monasterio propè Fauianensium muros: & corrigendus est error qui hoc loco irrepsit & reponendus alter horum annorum, pro 494. quem Hundius habet. Vitam S. Seuerini exactè conscripsit Eugippius ex quo haurire historiam illam tutissimum erit. Auentinus namque, Lazius & alij non pauca immutauerunt, addentes quæ Eugippius non scripsit, Aliàs etiam Eugippij ordinem interuertentes, quod putarent sibi licere pro captu & libitu omnem historiam demutare atque retexere: de quo consule Scholiastem ad cap. 11.16.19.24. 27. &c.

k. *Noua denuo emergunt difficultates, & tricæ propemodum inextricabiles. S. Seuerinum, post Attilæ mortem in Noricum venisse, ex supradictis constat; elapso iam anno 454. aut forte, vno alteroue præcedente, non enim satis circa hoc auctoribus inter se conuenit. Constantius scribitur gubernasse Episcopatum Laureacensem Anno Christi 427. imperante Theodosio iuniore: quod planè non consistit. Oporteret namque Constantium S. Seuerini discipulum Episcopatui præfectum fuisse priùs quàm ille veniret in Noricum: & euocatum ex eiusdem S. Seuerini cella, sub Cacio monte condita, ea ipsâ nondum ædificata. Sed nec ipsius Constantij sæpius quàm semel tantum in vita S. nostri fit mentio, cap. 30. his solummodo verbis:* Hæc per triduum contestatus S. Seuerinus, aduesperascente iam die, Valentem nomine monachum mittens ad sanctum Constantium eiusdem loci Pontificem, & ad cæteros commanentes &c. *Vnde igitur sciri potest, Constantium hunc ex cella S. Seuerini ad Pontificatus fastigium euocatum fuisse? quod additur:* imperante Theodosio iuniore &c. *Et hoc quoque dubitatione non caret, siue enim R. P. Raderi Indicem Chronologicum sectemur, siue Haloandri annorum digestionem, conuenit quidem Annus iste tàm cum Theodosio iuniore, quàm cum Celestino Pontifice eius nominis IV. sed rursus aqua hæret; nam vt supra indicatum, S. Seuerinus annis demum triginta plus minus pòst, in Pannoniæ Noricique partes migrauit. Persuasus his, quæ ex Eugippij cap 30. paullò supra recensui, pro Anno 427. Annum 472 rescribendum esse puto; saluo cuiusque meliora certioraque adferentis iudicio.*

l. *Theodori huius meminit quoque Catalog. Patauien. Primum eum fuisse inter Pontif. Laureacenses, qui pallium à Pont. Rom. Symmacho adeptus sit, haud rectè asseritur. Eo enim ipso quod Symmachus, (sicut optime Velserus,) Theodorum* pallio secundum Ecclesiæ suæ morem vti commonefacit, ostendit, Laureacenses eius decoris ornamento, quod mysticis significationibus vndiquaque venerabile maxima semper existimatione habitum, non tunc primùm fuisse affectos.

m. *Quam melius rectiusq; Velserus?* Incidit Theodorus *(inquit 3. Boicar. p. 182.)* in Theodonis aut Theodonum tempora: anno post Christum natum quingentesimo vigesimo quarto fato functus. Qui à Boiis necatum tradidere, quam inani-

inanibus coniecturis indulserint, inde æstimes, quod Vigilium Tridentinum adiicere non sunt verecundati, quem vnâ cum Remedio aut Rhomedio quo Vigilius amico vsus est, annis totis centum priusquam Theodo de traiiciendo Danubio cogitaret, vixisse comperio. &c. *Nec minus rectè Velserus Auentinum notat, qui scribit Boiis superato Danubio Romanam prouinciam Anno post Christum natum D VIII. Theodonis ductu ingressis, postremam Augustam Tiberij quamquam magnis viribus defensam, quod eam Romani bello arcem legerint, Boijs cessisse* Vels. p. 150.

n. *De translata Laureacensi sede Pontificali Pataniam in sequentibus certiora proferuntur.*

o. *Vide infrà sub hoc ipso Gerardo.*

p. *Hunc Othocarum Chronicon Episcoporum Laureacensium prorsus omittit*

q. *Magna hic deprehenditur annorum confusio, vndecunque irrepserit. Erchenfridum obijsse commemoratur Anno Christi 623. vel 624. Othocarus ab Honorio Pontifice Româ missus Anno 624. Philo præfuisse Laureacensi Ecclesiæ narratur annis 45. nimirum ab anno 615. vsque 659 quæ simul consistere nequeunt. Quod autem ante Philonem & sub ipso sedisse fertur Pataniæ Episcopus Erkanfridus, Anno 624. defunctus, cuius successor fuerit Othocarus, secundum annales Patauien. hinc infertur, eodem tempore alium fuisse Archiepiscopum Laureacensem, alium Episcopum Patauien idque in primis mihi probatum dari velim. Ex vita S. Seuerini ab Eugippio conscripta, nusquam apparet vestigium vllum Episcopatus, aut Episcopi alicuius Patauien. qui tamen aliorum locorum Norici Antistites silentio haud inuoluit: nec præteriturus fuerat Patauienses si qui per id æuum fuissent, præsertim cum Patauij iam crebra incideret mentio, nempe cap. 19.* „ Patau (*inquit*) appellatur oppidum, inter vtraque flumina, Enum videlicet atque Danubium constitutum, vbi B. Seuerinus cellulam paucis solito more fundauerat, eo quod ipse illuc sæpius rogatus à ciuibus adueniret, maxime propter Alamannorum incursus assiduos, quorum Rex Gibuldus summa eum reuerentia diligebat. &c. *Item cap. 20. cap. 22. quod memorandam narrat historiam, quomodo mox discedente S. Seuerino Chunimundus paucis barbaris comitatus oppidum, vt S prædixerat Batauis inuaserit, ac pene cunctis mansoribus in messe detentis, quadraginta viros oppidi. qui ad custodiam remanserant, interemerit; qualiterque barbari insequentes presbyterum qui S. Seuerino plagam grauissimam isti loco mox euenturam prædicenti sacrilegè obloquutus fuerat in baptisterio ibi nimirum peccauerat, peremerint Insuper cap 27. explicat Eugipp historiam capti à Thuringis Batatii, & quo modo Batauini contra interdictum S Seuerini ibidem manentes alij quidem trucidati, alij in captiuitatem abducti, pœnas dederint contemptus. Quæ quidem haud multùm vltra annos quadraginta ante Theodonis I, aduentum in Bauariam contigerunt.*

Post subactam per Theodonem I. Boiariam, cùm vniuersa Prouincia, tùm rectores illius, siue Duces. 1. THEODO *nimirum ipse, & hoc fatis sublato, filius* 2. VTILO; *postea ex fratre huius Theodone II. Vacaro nepos* 3. THEODIBALDVS: *deinde* 4. GARIBALDVS, *alienus, vt videtur ab Agilofinga familia, Theodelindæ Langobardorum Reginæ pater: postmodùm* 5. THASSILO *prædicti Theodibaldi filius, & ex hoc progenitus* 6. GARIBALDVS; *vsque ad* THEODONEM *III. Idolorum cultui mancipati fuêre. Quod autem de S. Theodelindæ patre Garibaldo, siue Rege siue Duce Boiorum scriptum reperitur, in medio relinquo; contentus leui digito attigisse ea, quæ Illustris Dn. Velserus Boicar. III. magno iudicio de illo ipso Garibaldo ad posteritatis memoriam transmisit.*

Hoc planè constat Theodonem id nominis tertium, Theodonis I. ex familia Agilofingorum inter Boiarios nobilissima (à qua alienum fuisse Garibaldum, paulò ante diximus)

Velf. IV. pag. 213.

mus) in principatu Boico successorem, post totos annos ab aduentu I. Theodonis, in Boiariam circiter CVIII. à S. Ruperto Reginoburgi Christiana religione imbutum, sacroq; fonte ablutum, vnà cum tota prouincia Boica CHRISTO concessisse: quo etiam tempore S. Rupertus Episcopus, Principis hortatu secundo Danubio deuectus, multam præterea pietatis sementē fecit, Euangelio omnibus qui secus ripam colerent libero sermone annunciato, ad inferiorem vsq; Pannoniam, ibi exscendens iter retrò pedibus tenuit. Laureaci pleriq; à vana Deorum superstitione ad nos traducti, &c. *Hac & alia accuratè Velserus, Pataniam omninò non præteriturus, si tum temporis ibidem Episcopalis sedes extitisset. Sed quid moror? Otilonem, al. Vtilonem II. Bauarorum Ducem, Patauien. Ecclesiæ fundatorem Diplomata Regum & Imperatorum decantant, quæ infrà suis locis proferemus. Non tamen negauero, conuersis ad Christum Boiariæ Principibus, & crescente subinde fidei feruore, propagandæ religionis, diuiniq; cultus exaltandi studijs iam ab initio fuisse certatum; eiusq; rei perficiendæ varia cæpta consilia. Quò inter cætera referri debet, quod legitur de* Hugoberti Ducis, Theodonis III. inter Christianos Boiorum rectores primi filia PLVTRVDE nobilissima & sapientissima fœmina ab Aimoino appellata, sancta, gloriosa, & illustri à Marcellino, auctore coæuo; condidisse eam Brunonis Patauiensium Episcopi ætate, summam Stephani martyris ædem, quæ prima & indubitata Episcopatus Patauiensis primordia statuere haud ambigo.

Velf. IV. Boicar. p. 213.

q. *Chronicon Episcoporum Laureacensium, & Patauiensiũ toties hactenus inculcatum, post Philonem, cuius regimini annos quadraginta quinq; tribuit, Ottacharium cõmemorat; deinde Brunonem, anno domini 660. sub Papa Vitali Ottachario subsequentem, & quod annis sederit viginti nouem. Hundius verò designatum illum scribit Episcopum Ann. 638. & felicissimè rexisse annis 60. Eiusmodi prochronismi & metachronismi passim occurrentes, aliquid obscuritatis adferunt: attamen veritati rerum gestarum nihil derogant.*

r. *Ab Othlono in vita S. Bonifacij, Viualus, vel vt Sur. legit, Viuilus* vir magnarum virtutum *vocatur. De Diuisione Bauariæ, vide eundem Othlonum lib. 1. cap. 39. qui gubernante Bauariam Otilone Duce, & consentiente istam diuisionem factam fuisse scribit.*

s. *Diplomata vtriusq; Imperatoris reperies infra sub Episcopis.*

t. *Imò à Gregorio III. teste Othlono lib. 1. cap 31. & seq. Idemq; summus Pontifex, eum ordinauit. Othlon. cap. 39. & ipse Papa asserit in suis literis ad S. Bonifacium, quas huic operi suprà sub Episcopo * Erimberto insertas reperies (pag. 14. & seq.)*

*Vid. Nicol. Serar. in Notat. 28. * Frisingensi.*

Pro Gregorio igitur II. supponendus Gregorius III & quod quibusdam fertur Viuiloni seu Viuilo pallium iterum ademptum fuisse à Zacharia Pont. quod honorantias (vt vocant) pro Pallio Romam mittere nollet, commentitium videtur.

u. *Epistola Gregorij III. Viuiloni missa, huius est tenoris.*

Dilectissimis nobis Episcopis in Prouincia Baioariæ & Alemanniæ constitutis Viugoni, Luidoni, Rodulpho, Viuilo seu Addæ, Gregorius Papa.

CAtholica sanctorum Patrum iubet, vt bis in anno pro salute populi Christiani, seu exhortatione adoptionis filiorum, Synodalia debeant celebrari; vt causarum canonicarum examinatio prouenire possit, atque vt necessitas vniuscuiusque poposcerit, pia educatio agatur. Vnde secundum Apo-

Recitat hanc Epistolam Baron. Tom. 9. Anno Christi 738 Gregorii III. Papa An. VIII. Exstat etiam in tertio Tomo conciliorum editionis Binsiana inter res gestas & Epistolas Gregorii III.

stoli

stoli doctrinam, admoneo & hortor vos, carissimi, per misericordiam DEI, vt digne ambuletis eâ vocatione, quâ vocati estis, vt ministerium vestrum perfectum sit coram Domino. *Eph. 4.*

Opportunum namque est, vos nosse fratrem & coepiscopum nostrum, præsentem Bonifacium, nostram agentem vicem, cum digno ac debito honore pro Christi nomine suscipere, & ministerium Ecclesiasticum, cum fide Catholica, secundum morem & normam S. Catholicæ & Apostolicæ DEI Ecclesiæ, cui misericordia DEI præueniente, præesse videmur; sicut Apostolica auctoritate à nobis destinatus est, ab eo suscipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum, & doctrinam, & venientium Britonum, vel falsorum sacerdotum & hæreticorum, aut vndecunque sint, renuentes ac prohibentes, abijciatis; & vt populum vobis à DEO commissum, pijs admonitionibus edoceatis, & à sacrificijs mortuorum omninò abstineatis; & iuxta quod fueritis à prædicto nostro consacerdote edocti, ita Catholicam & Apostolicam doctrinam tenentes; Domino DEO Saluatori nostro placeatis; cui quo vobis loco ad celebranda concilia conuenire mandauerit, siue iuxta Danubium, siue in ciuitate Augusta, vel vbicunque iudicauerit, pro nomine Christi parati esse inueniamini: quatenus cognoscamus per eius mandatum de vestro conuentu, vt in die aduentus Christi IESV, cum fructu boni operis, ante eius tribunal assistere mereamini, dicentes: Ecce nos & pueri, quos dedisti nobis Domine. Non perdidimus ex eis quenquam. Vt & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. *Isai. 8.* *Matth. 25.*

SIDONIVS *in Chron: M. S. Sedonius appellatur & in epistola PP. Zachariæ proximè sequente.* X.

Reuerendissimo & Sanctissimo fratri Bonifacio Coepiscopo, Zacharias seruus seruorum Dei.

VIrgilius & Sedonius religiosi viri apud Baioariorum prouinciam degentes suis nos literis visitarunt. Per quas intimauerunt, quòd tua reuerenda fraternitas eis iniungeret Christianos denuo baptizare. Quod audientes nimis sumus conturbati, & in admirationem quandam incidimus, si habet, vt dictum est. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem prouincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, nesciens, Latini eloquij infringens linguam diceret: *Baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritus sancti:* ac per hoc tua reuerenda fraternitas considerauit rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizauit, non errorem aut hæresim introducens, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, vt suprà fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, vt denuò baptizentur, Quia, quod tua benè compertum habet sancta fraternitas, quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,* nullo modo rebaptizari debeat, sed per solam manus impositionem purgari debeat. Nam sanctissime frater, si ità est, vt nobis relatum est, non amplius à te illis prædicetur huiusmodi, * sed vt sancti Patres docent & prædicant, tua sanctitas studeat conseruare. Deus te incolumem custodiat reuerendissime frater. * Data Calendis Iulijs, imperante Domino pijssimo Augusto Constantino, à Deo coronato, magno Imperatore, anno vicesimo sexto, Imperij eius anno quarto, Indictione quarta decima. *al. Sid.* *al. Spiritus Sur. doctrina.* *al. debet. Sur. doctrina.* *Desunt in Su.*

Non alienum ab instituto nostro æstimamus hisce inserere ex Velsero quæ de Synodo Dingolfingæ celebrata commemorat. Y.

DE CONCILIO, *quod Dux Thassilo apud Dingoluingam celebrauit.*

Regnante in perpetuum Domino nostro Iesv Christo, in anno verò XXIIII. regni religiosissimi Ducis Thassilonis gentis Baioariorum, sub die consulem, quod erat II. Id. Octobr. atque anno ab incarnatione dominica DCCL. XXII. Indict. X. Diuina præflatus inspiratione, vt omne regni sui prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibidem tam regulare moderaret in sancto habitu Cœnobium virorum & puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per primatos imperitos, vniuersa consentiente multitudine, quæ reperit diuturna vitiata, & quæ videbantur abstrahendo euellere, & quæ decretis placerent componenda, instituerentur. Inter tot verò collegia sacerdotum, deuolutis Episcoporum & Abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitæ, atque canonum normas, vel decreta patrum, nullis comprobare quiuerant testimoniis, vt Monachis parochi commendari deberent, vel publica baptismatis obsequia, nisi forte pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio. Excepto vicissitudinis villarum propriarum singulis annis obedientialibus curis commissio ab Abbate proprio fuerint determinata, vnde ab vniuersis Abbatibus facta professio, vt minimè titulis popularibus se ingerere depellerentur, & hæc omnia, cui commissæ sunt plebes, sub potestate Episcoporum permanerent, sicut in sanctis Synodis, vel decretis priscorum patrum, perarata comprobatur conscriptio. Ab Episcopis verò simili modo, & nihilominus prælatis ponderauerunt sententiis, vt erga eos charitatis gererentur curæ, ita vt canonica auctoritas confirmat, & spiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab vniuersis vno ore confirmato, it si quis de eâdem institutione deuiare præsumpserit, à collegio eorum alienetur, vsque iterato examine, id est publico Synodo.

*Quidam XXII. habent, scriptorum errore Mēbr. XXIIII. Rectè. Cū Thaßilo an. 749. Dux appellatus fuerit. Pro sub die consulem fort. leg. sub die Callisti, quæ pridiè Id. Oct. incidit. Etsi barbaro auo, interdum diem & cōsulem, indefinitè scimus posita. *primates & peritos. diuturnitate. *parochia Excepto si. deberent. prolatis. Vt si quis. publica.*

HÆC SVNT DECRETA quæ constituit sancta Synodus, in loco qui dicitur Dingoluingen, Domno Thassilo mediante.

De die Dominico ita constitutum est, vt tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis canonum, & si quid præsumpserit frangere contra legem, aut decreta canonum tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est. De hereditate quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit, vt quisquis hereditatem suam ad Ecclesiam ante donauerat, aut postea donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, vt locum & tempus & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat chartam nec testem, vt prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum, & iudex iudicat, sic defendat. De eo quod Episcopi iuxta canones, & Abbates monasteriorum iuxta regulam viuentem, ita constituit. De eo quod sanctæ moniales, quæ in seruitio Dei sunt, ita constituit: vt nullus ausus sit in coniugium & in matrimonium ducere. Aut si quis ausus fuerit, contra decreta canonum, ita componat, sicut canones decreuerunt. De eo quod ius ad legem quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt, vt firma fieret. De eo, quod vt si qui de nobili genere de hereditate sua dare ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nec mutaret, in perpetuum. De eo quod vt serui Principis qui dicuntur Adelscalhe, vt suam habeant Weregeldam, iuxta morem quem habuerunt sub parentibus, & ceteri minores Weregeldi iuxta legem suam, ita constituit. De eo quod parentes principis, quodcumqne præstatum fuisset nobilibus intra Baioarios hoc constituit: Vt permaneret & esset sub potestate vniuscuiusque relinquendum posteris, quam diu stabiles fœdere seruassent apud Principem, ad seruiendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

Vt si quis. pœna.

Viuentes sint, ita cōstituit, Cōstitutio aūt excidit. Sanctimoniales. Hic quoq; aliquid excidit. Hæc manca & corrupta sunt vt etiam sequentiā pleraq; dare velles. Adelschalk, nobilis minister. VVeregeldam, VVere-geldum, æstimationis pretium. Pauli. Rom. tit. 4. c. 17. pretium tuum id est VVirigeldum tuum. Vbi perperam VVireldum legitur. Grat. sine Pal. 17. q. 4. c. 26. ex conc. Trib. etiā VVirgildū habet, vbi vetust. edit. pro voce non intellecta, Renaldum præferunt.

De eo

De eo vt nullus hereditate sua priuetur, nisi per tres causas, quas in pacto scribentur: propter homicidium, hoc est vt quisquis hominem Principis sibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ad calumniam, hominem cõponet secundum legem, tunc priuetur hereditate sua. De eo, quisquis mulierem nobilem acceperit in coniugium, & non præsciuit, ita constituit, vt iterum libera esset, dimittat seruum & postea non redigatur in seruitium, sed esset libera. De eo, quod & si quis de quocumque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare, si voluerit, antequam pugnam quæ Wehadinc vocatur, permittat. De eo, quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis IV. causis, de quibus supra diximus, si ille hereditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, vxor autem illius, suo iure non priuetur, ita constituit.

Quæ in pacto scribentur. Secunda & tertia causa cur quis hereditate priuandus, videntur excidisse. Quisquis seruus mulierem. Fort. VVehadinc pro VVehrding. Illis III. causis de quibus supra diximus ille hereditatem sua.

De Collavdatione quam Episcopi & Abbates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus. In Christi nomine. Notitia, qualem conuenientiam gentis Baioariorum Episcopi & Abbates inter se fecerunt: quorum nomina infra perarare stylo decreuimus. Id est, Manno Nuiuenpurgensis ciuit. Episcopus Alim, Virgilius, Wisserich, Sintprecht, Heres, Episcopi. Opportunus, Wolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit. Albune, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perhhoz, Sigido, Abbates. Vt eorum quis de hac luce migraret, vnusquisque superstitum Episcoporum vel Abbatum, pro defuncto, in domo sua Episcopali vel Cœnobio C. missas speciales, & eodem numero psalterio cantare faciat: ipse verò de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel à religiosis sibimet subiectis, implere omnino prænotatum faciat numerum, presbyteris siue Monachis, cum de hoc sæculo migrauerint, Episcopus seu Abbas, vno presbytero vel vno monacho, XXX. missas speciales, totidem psalteria faciant celebrari.

Psalteria.

De Popvlaribvs legibvs.

Prænotatus Princeps, vniuerso concordante collegio, hi constituit. Vt nullus à prouinciæ suæ mancipium limine venundare, vel proprium vel fugitiuum, præsumpserit. Et si quis hoc decretum non obseruauerit, Weregeldo suo culpabilis remaneret. Et nullus furtiuam rem, tam in equis & aliis quadrupedibus, quam in reliqua supellectilia extra finem Baioariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, insidiis regi, vt si quis hoc præsumpserit, XL. sol. componat in publicum. Vt quis domum, tam liber quam seruus, altius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua damnatione permaneat. Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit consequitur, & interfecerit, pari subiaceat sententia. Similiter qui liberum vel mancipium suum furauerit, & cum comprehendere minimè quiuerit, & ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis, & his qui assistunt, insignet. De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, vt prius infortiantur quam parati sunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur. Qui supra prædictæ pugnæ, quod chamfvvic diximus, peracto iudicio, se simili vindicta erigere contra querentem præsumpserit, sacramentum quod ante id dicitur, iuret in Ecclesia, cum tribus nominatis sacramentalibus. De eo quod Baioarij Stapsaken dicunt, in verbis quibus ex vetusta consuetudine paganorum idolatriam reperimus, vt deinceps non aliter, nisi indicat qui querit debitum,

Sic constituit. deest aliquid. Insignare Ital. docere. An VVehrdinc. diximus. Formula iuramenti sacramẽt. extat leg. Aleman. tit. 6. ita dicat

tum, Hæc mihi iniustè abstulisti, quæ reddere debet. Reus verò contra dicat, nec hoc abstulisti, nec componere debeo. Iterata voce requisito debito, dicat, extendamus dexteras nostras ad iustum iudicium Dei, & tunc manus dexteras vterque ad cœlum extendat. Vt nullus furtiuam rem suscipere, vel intra terminum abscondere præsumat, qui hoc fecerit, XL. sol. componat. Vt hi qui Ducali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogantur iudicia quæ Baioarij Vrtella dicunt. Vt hi qui in Ecclesia libertatem conquirebant, deinceps, tam ipsi quam eorum posteritas, in secura libertate permaneant, nisi forte sibi ipsimet insolubile damnum inferant, quod componere minimè quiuerunt. Qui ex eis occidentur, pretium eorum his soluatur Ecclesiis, vbi liberi dimissi sunt. Liberi qui ad Ecclesiam dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem à Rege, si occidantur, LXXX. sol. componantur Ecclesiæ, vel filiis eorum, in Dominico XL. sol. compon. Si ancilla libera dimissa fuerit per chartam aut in Ecclesia, & posthac seruo nupserit, Ecclesiæ ancilla permanet. Si autem libera Baioario seruo Ecclesiæ nupserit, & seruile opus ancilla contradixerit, abscedat, si autem ibi filios vel filias generauerit, ipsi serui & ancillæ permaneant, potestatem exinde non habeant. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit ante annos III. liberam habeat potestatem; Si autem III. annos indurauerit opus ancillæ, & parentes eius non exadomauerint eam vt libera fuisset, nec ante Comitem, nec ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico mallo, transactis tribus Kalendis Martis, post hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quicunque ex ea nati fuerint, serui & ancillæ sunt. Qui furtiuam, quod Zougenzucht dicitur, super furem comprobare nequiuerit, furtiuo compon. more. Qui resisterit domum suam, quod selisuchen dicunt, qualem rem querenti resistebat, talem compon. In publico XL. sol. Qui manum immissionem resisterit, quod hantelod dicitur, XL. sol. soluat in publico, & ipsam rem quærenti reddat. De his qui supra dictis homiciis debita morte in furtiuo repertis, vt si quis huius interfecti parentelæ, eum qui suo scelere captus est, vindicare tentauerit, à propria alode alienus efficiatur. Et si quis signum, quod est sigillum, inhonorauerit, vel huiusmodi iniuncta minimè impleuerit, prima vice arguetur, secunda XL. sol. compon. III. suum Weregeldum. IV. extraminetur ab acto officio. Vt si quis iudicium furti in bina vel terna reprehensione non damnauerit, & eum diabolico lucro dimiserit, vt per illum quasi conparticeps, pauperum spoliis ditarentur, tot sceleris quod commiserit ante oculos Dei & angelorum efficiatur, & nihilominus cuius fraudem fecerit, quasi proprium componat debitum. Vt si quis in virtute coniunctus, à coniuge propria adulterina separatus fuerit, eiusq; ex cognatione coniugis, propter eandem dimissione* quæ eũ persequi tentauerit, à proprio alienetur patrimonio. Vt nullus post tonsuram capillos vsu populari nutrire præsumat: nec velata, relicto velo, sæcularem habitum sumat. Vt si quis vel quã in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur.

Concilij acta & decreta hactenus. Quæ quantumuis rudia, & plerisque locis obscura, nec nobis satis intellecta, tamen mutari religio prohibuit, ne antiquitate consecratis manus attulisse censeremur: qui enim hoc genus monumenta, suaui & Latino sermone interpretari maluere, eos multo labore quæsitam eruditorum lectorum gratiam, non tenuisse animaduertimus, quod sibi quisque ipsi credere, quam alienam fidem sequi malit.

Annales Francor. incerti authoris, anno 788. toto decennio post isthæc facta esse tradunt: quam annorum supputationem Hundius quoque videtur hic secutus; dum Bauariam Pi-

pino

debet abstuli. Vice. Vrtheil. sententia. Baioaria. ancilla. exeundi. Exadomauerint, hoc est, libera lis caussa vindicauerint, & ex domo eduxerint. Mallum & placitũ conuentus est. K. Martii, qua solemnes apud francos, agendis cõuentibus Zeugenzucht. selbsuechẽ. homicidiis. repertis. Alode, prædium iure mancipi, opponitur bonis beneficiariis siue feudalib. Extraminetur ab acto off. id. depellatur magistratu, quem gerebat & reum. Z. * ditaretur. tot scelerũ quot. reus efficiatur cui fraudem. dimissionẽ quis.

pino Caroli M. filio cessisse ait, qui paulo antea Italiæ quoque designatus fuerat: anno nempe 806, sed nos Velseri Chronologiam, vt certiorem sequimur. Idemque ipse Velser. Boicar. VI. ann 806. sic persequitur.

Reg. alii passim.

Pater (*Carolus Magnus*) deuexa iam ætate, ne qua se mortuo existeret dissensionis inter filios sementis, coacto procerum concilio, de eorum sententia prouincias partitus, testamentum scripsit: in quod cum omnes iurassent, Leoni Pontifici signandum Romam missum est. Boica cis Danubium, Italiæ iterum coniungenda, Pipino, quæ trans flumen Carolo, procerum destinatione tributa. Nec pigebit tria partitionis capita ex testamenti tabulis ad fidem transcribere.

Diuisiones verò à Deo conseruati & conseruandi Imperij & Regni nostri, tales facere placuit. Vt Aquitaniam totam & Vasconiam, excepto pago Turonico, & quidquid inde ad occidentem atque Hispaniam respicit, & de ciuitate Niuernis, quæ est sita supra fluuium Ligerem, cum ipso pago Niuernense pagum Aualensem atque Alsensem, Cabillionensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam, Tarentasium, Montem Cinisium, Vallem Segusianam vsque ad Clusos, & inde per terminos Italicorum montium, vsq; ad mare: Hos pagos cum suis ciuitatibus, & quidquid ab eis contra meridiem & occidentem, vsque ad mare, vel vsque ad Hispanias continetur, hoc est illam portionem Burgundiæ, & Prouinciam ac Septimaniam vel Gothiam, Ludouico dilecto filio nostro consignauimus.

Italiam verò quæ & Langobardia dicitur, & Boioariam, sicut Thassilo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina sunt Ingoldestat & Lutrahahof, quas quondam Thassiloni beneficiauimus, & pertinent ad pagum qui dicitur Nortgouue, & de Alemania partem quæ in Australi ripa Danubij, currente limite vsque ad Rhenum fluuium, in confinio pagorum Chletgouue & Hegouue, in locum qui dicitur Enge, & inde per Rhenum sursum versus vsque ad Alpes, quidquid inter hos terminos fuerit, & ad meridiem vel orientem respicit, vna cum Ducatu Curiensi, & pago Burgouue, Pipino dilecto filio nostro.

Quidquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit id est Franciam & Burgundiam, excepta illa parte quam Ludouico dedimus, atque Alemaniam, excepta portione, quam Pipino ascripsimus, Austriam, Nuistriam, Turingiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Baioariæ quæ dicitur Nortgouue, dilecto filio nostro Karolo concessimus. Ita vt Karolus & Luduicus viam habere possint in Italiam, ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit. Karolus per [a] vallem Augustanam, quæ ad regnum eius pertinet, & Ludouicus per vallem Segusianam: Pipinus verò & exitum & ingressum per Alpes Noricas atque Curiam. At hæc quà Pipinum & Carolum respexêre, fuere irrita, vt solent pleraque mortalium in antecessum cogitata, patre vtrique superstite

a. *Augusta Pretoria. Salassiorũ Gallis quæ tum Burgundiæ accēsebatur.*

De Vrolpho Walderici successore cui Auentinus non rectè Hattonem præmittit, notatu digna sunt, qui Velserus scribit Boicar. VI. sub Ann. (805) Vrolphus Batauis Episcopus constituitur, quem quindecim tantùm menses sedisse Batauensis Ecclesiæ tabulæ testatũ faciunt. At extat Eugenij Rom. Pont. Epistola post annos circiter viginti scripta, in qua Vrolphi Laureacensis Episcopi nomen est positum, vt eò vsque vitam produxisse inde liqueat. Me coniecturæ non pœnitet, Vrolphum post decimum quintum mensem ad Hunnos & Morauos pietatis studio informandos abeuntem, Batauensem sedem reliquisse, Laureacensis

aa.

sis Archiepiscatus nomen retinuisse, quo maiori cum dignitate Euangelij causam apud barbaros tractaret, &c.

Epistola Eugenij PP. integra hec est:

Est Eugenius II. qui Pontificatū iniit anno 824. Vide Barō. pars huius diplomatis recitatur ab Hundio in Metrop. In Vrolpho seu Irolfo Archiepis. Laureacensi.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum DEI RATHFREDO sanctæ Fauianensis Ecclesiæ, & METHODIO Ecclesiæ speculi Iuliens: Quæ & Sorigurtirensis nuncupatur, atq; ALEVVINO sanctæ Nitrauiens Ecclesiæ, parique modo Annoni, S. Vetuarensis Ecclesiæ Episcopis, simul etiam TVTTVNDO nec non Moymaro Ducibus & optimatib., exercitibusq; plebis Huniæ, quæ & Auaria dicitur, & Marauiæ. Desiderio salutis animarū vestrarum filij in Christo charissimi. Cū audiuimus Christianissimam conuersationem vestram & sanctæ fidei bonorūq; operum vestrorū processum, summo gaudio atq; lætitia fuimus exhilarati, quia diuina in nobis operante clementia, vt Apostolus ait, vbi habundauit delictum, ibi super habundat gratia, atq; quomodo sancta DEI Ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione vestra suscipit incrementū. Cuius optabilis rumoris index fuit reuerendissimus YROLPHVS sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus & sanctissimus frater noster, vester autem spiritualis pater, qui per suam sanctam prædicationē adoptiuos DEO vos genuit filios. Is itaq; ad Apostolorū limina orationis causa veniens, nouā Ecclesiā nostris Apostolicis benedictionib. informandā subnixe cōmendauit, quia dño auxiliante, Catholice gubernandā in vestris partibus suscepit. In quibus etiā quondam Romanorū quoq; Gepidarumq; ætate vt electione certum est, in septē Episcoporum parochias antecessores sui iure Metropolitano obtinuerant diœcesin. Qua ex iustitia & lege præfatus DEO dignissimus Archiepiscopus debito obligatur, vt illi terræ prius Christicolæ atque suorum antiquitus antecessorum creditæ prouidentiæ quam nunc vos DEI Omnipotentis occultó mediante iudicio velut hæreditariam possidetis ipse Euangelicus agricola diu negata cælestis spargat semina vitæ, atq; in lucrandis Christo animabus rediuiuā de vobis nutriat segetē. Quē nos doctissimū diuini Oraculi ministuū saluti vestræ cognoscentes per omnia necessarium fide & exemplo probatum meritò erga illum Apostolicam seruantes sententiam, qua dicitur. *Quomodo credent sine prædicante, aut quomodo prædicabunt nisi mittantur?* ab hac sancta Romanā matre Ecclesia vobiscum Rectorem transmisimus, atq; in præfatis regionibus Hunniæ quæ & Auaria appellatur, sed & Marauiæ prouinciarū quoque Pannoniæ siue Mesiæ Apostolicam vicem nostram & diœcesim, atq; ius Ecclesiasticum exercendi, & vsum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscoporum sibi successoribusq; suis canonicā authoritate committimus, atq; huius constitutionis nostræ decretum subscriptionis priuilegio roboramus. Pallium præterea iuxta consuetudinem antiquam sanctitati suæ dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut prædecessores nostri, suis prædecessoribus cōcessēre, priuilegiorū suorum scilicet integritate seruatā. Cuius dilectioni quamuis hoc debito permitteremus, propter vestras autē petitiones super hac re flagitantib. ad honorē suum nostrā Apostolicam vicē & auctoritatem insuper accumulauimus, quod nunquā suis permissum est prioribus. Quatenus & vos Confratres & Coëpiscopi deinceps ei reuerentiā ampliorem exhibere sciatis, & in sana doctrinā cœlestis eruditionis ad ædificationē vestrā vt filij sapientes obediatis, atq; vos laici primates & vulgus saluberrimis præceptis suis non velut homini, sed tanquā DEO humiliter obtemperetis, & in fide Catholica, quam per Dominum IESVM consecuti estis, fortes permaneatis. Nam totius doli artifex Diabolus cuius dominio & * populis in Baptismate abrenūciatis, iacturam & damnū vestræ salutaris surreptionis molestè patitur, ac per va-

** pompis*

rias occasiones Zizania perfidiæ seminando velut multâ iniuria bacchatur, & vt vestrum aliquis terga vertat sanctæ professioni incessanter molitur. Quapropter sæpè dicti Archiepiscopi videlicet pastoris vestri à Deo destinati institutionibus benignas aures præbete, qui vos & versutiam Sathanæ cauere atque eius æternos cruciatus euadere instruit, ac ipse in die judicij de bonis operibus vestris seculorum Domino perpetua remunerandos gloria præsentabit. Ad perfectam autem & necessariam eruditionis vestræ salutem, vt comperimus nõ sufficiant pauci, qui modo constituti sunt vobis Episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam præconum diuini verbi nondum peruenit notitia Christi. Idcirco enim, vt accrescat turba fidelium, studeat solertia vestra pro mercede & remissione peccatorum vestrorũ adminiculum atque iuuamen præbere Reuerendissimo YROLFO Archiepiscopo, quatenus dudum illic constitutorum Episcoporum numerus impleatur, qui congruè constituti, & vobis posterisque vestris poterunt esse proficui, si ad restaurationem Ecclesiarum propter nomen Domini de possessionibus vestris; quas reditus dotesque earum fama diuulgante quõdam fuisse noueritis æternã sufficientiam vobis comparantes eisdem Ecclesiis ipsi conferatis, idoneis viris ad hoc ministerium electis, maxime in illis locis, si opportunitas & vtilitas commendauerit, ordinentur antistites, vbi indicia Ecclesiarum & ædificiorum Sedes Pontificiales olim fuisse demonstrant, sin autem illius arbitrio & deliberationi qui vel vbi disponantur Episcopi concedimus, cui vicem nostram apud vos Ecclesiastici regiminis per omnia commisimus.

Vrolphum Archiepiscopum non in cassum laborasse Velser: docet, anno quo supra: Hunnorum, *inquiens*, interim reliquias Slaui perpetuis excursionibus carpentes, sedes mutare coegerunt. Princeps gentis Theodorus Christianam religionem professus, adito Aquis Carolo agrum Sabariam & Carnuntum inter habitandum impetrat. &c. Boic. VI.

Hattonem hunc Synodo Salisburgensi interfuisse, Chronicon Episcoporum Pataniensium penitus silet & Velser. quoque (VI. Boic. ad annum 807) licet præcedente anno Bataüen. sedem Hattonem Episcopum accepisse scribat: de Synodo autem isthac profert. bb.

Anno DCCCVII. Concilium Salisburgi XVII. Kal. Decembr. indictum. Affuere Arno Archiepiscopus, Atto Frisingen. Adalvvinus Reginoburgen., Henricus Sabionensis Episcopi. De decanis & reliquo sacrorum iure disceptatum definitumque esse annotatum reperio, ipsis Concilij actis nondum erutis.

Sequitur diploma Regis Ludouici.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludouicus diuinâ fauente gratia, Rex. Si liberalitatis nostræ munere, de beneficiis diuinitus nobis collatis, locis sanctorum quiddam conferimus, id nobis, procul dubio, ad æternæ remunerationis præmia capessenda profuturum liquidò credimus. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria; quia nos, pro mercedis nostræ augmento, concessimus Ecclesiæ Patauien. quæ est constructa in honore sancti Stephani prothomartyris, vbi etiam sanctus Valentinus confessor Christi corpore requiescit, cui præsenti tempore venerabilis vir Reginarus Episcopus præesse videtur, quasdam res proprietatis nostræ quæ sunt in prouincia Auatorum, in loco qui dicitur Kirchbach, id est, Ecclesiam vnam constructam, cum territorio, ad mansos centum faciendum, & plus, quarum terminia sunt, ab ipso loco pergens per cc.

vnam

vnam semitam vsque ad locum qui dicitur Tumus, & inde, per circuitum vsq; ad prædictum Kirchbach, & deinde vsq; ad Markam Theotherij, & inde vsque sursum Gynnenberg. Has itaque res, cum prædicta Ecclesia, cum Vineis, terris, cultis & incultis, pratis, syluis, pascuis, aquis, aquarumuè decursibus, adiacentijs, peruijs, & exitibus, & regressibus, totum & ad integrum, quemadmodum Ratbodus Comes Annonicor Episcopo ipsas res consignauit, ita prædictæ Ecclesiæ pœnitentialiter concessimus, & de nostro Iure in ius & ditionem eius, liberalitatis nostræ munere conferimus, ita videlicet, vt quicquid Rectores & ministri supradictæ sedis de ipsis rebus, iure Ecclesiastico, facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, tantum scilicet, vt dum Annocor Episcopus, atque Anno Nepos eius, aduixerint, ipsas res tenere & vsare faciant, & nullus eis ipsas abstrahere præsumat, & post illorum discessum cum integritate ad eandem Ecclesiam reuertantur. Et vt hæc auctoritas largitionis nostræ per curricula annorum inuiolabilem atq; inconcussam obtineat firmitatem, manu propria subter firmauimus, & annuli nostri impressione signare iussimus. Signum Ludouici gloriosissimi Regis. Adalleous Diaconus ad vicem Grimaldi recognoui. Data XIV. Kal. Maij, Anno Christo propitio, III. Regni Domini Ludouici Regis in Orientali Francia indiction. XIV. actum Ostrenhoua, pallacio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen.

dd. *Priuilegium Arnolphi Cæs: Episcopo Engelmaro concessum.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnolfus diuinâ fauente gratiâ Imperator Augustus. Si de rebus terrenis, quibus diuinâ pietate iure hæreditario sublimati atque coronati sumus, aliquam particulam, ad Monasteria à Dei sanctis ac iustis hominibus prædita, largituri sumus, non solùm præsentialis, verum etiam æternę vitæ remedia à Deo omnipotenti, & sanctis eius, inde nobis concessa manifestissimè credimus. Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumq; tam præsentium, scilicet quàm & futurorũ, cognoscat industria, qualiter nos, diuinâ atq; humanâ fidelium nostrorũ amonitione, quandam patticulam proprietatis nostræ sancto Dei confessori Valentino, atq; B. Stephano, prothomartyri eius (ad quorum laudẽ & honorem Patauien. Ecclesiæ Episcopatus constructus atq; dedicatus dignoscitur, cuius nũc Engelmarus, dilectus atq; fidelis Episcopus noster, pastor & Rector bonus, ac prouidus esse dinoscitur) illuc perpetualiter in proprium retinendam concessimus, hoc est, in eadem vrbe Patauien. mediam Dominicalem aream nostram, quæ vsque hodie ad opus nostrum ibi pertinebat, cum omni integritate ad iam dictum sanctum locum, iure perenni, in proprium donauimus atque tradidimus, eâ videlicet ratione, vt ipsa area, per hanc nostram auctoritatem firmiter in Dei nomine roboratam, sub potestate eiusdem Rectoris atq; pastoris perpetualiter consistat. Et vt hoc certiùs credatur, manu propriâ subtus eam affirmantes, annulo nostro insigniri iussimus. Signum Domini Arnolfi, inuictissimi Imperatoris Augusti. Wihingus Cancellarius, ad vicem Theodmari recognoui. Datum idus Decembris, Anno Domini DCCCXCIII. Indiction. prima. Anno Regni Domini Regis Arnolfi vndecimo, Imperij autem tertio. Actum in ciuitate Regina, in Dei nomine feliciter Amen.

ee. *Error in dat. & rescribendus est numerus 893. sicut patet ex denominatione Arnolphi proximè præmissa. Cætera diplomata ad Episcopum Winechindum pertinent.*

Diplo-

Diploma confirmationis per Arnulfum Imp. factæ, cuius hic fit mentio.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina favente clementia Imperator Augustus. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam beneficij conferimus & necessitates ecclesiasticas, ac petitiones servorum Dei, nostro relevamus iuvamine, atque Imperiali tuemur munimine, Id nobis ad mortalem vitam transigendam temporaliter, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquidò credimus. Quapropter comperiat omniũ fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, industria, quod Wichingus Patauien. Ecclesiæ præsul venerandus, obtulit nobis authoritates immunitatum piæ recordationis Caroli atque Ludouici, serenissimorum videlicet Imperatorum, in quibus continebatur insertum, qualiter ipsi prædictam sedem (quam Viuilo quondam sanctæ Laureacen. Ecclesiæ Archiepiscopus, post excidium & miserabilem Barbarorum devastationem eiusdem Laureacen. ecclesiæ, nuspiam alibi inventâ suæ tuitionis securitate, primus episcopavit, Otilone strenuo Bauarorũ Duce concedente, qui etiam Canonicos & Monachos, quos Dei misericordia hostium subtraxerat prædæ in ecclesia, quæ est constructa in honore sancti Stephani prothomartyris Christi, vbi etiam sanctus Valentinus corpore requiescit, reuerenter collocauit) quam verò, cum omnibus ad eam pertinentibus vel aspicientibus, sub immunitatis suæ defensione consistere fecerant, & confirmauerant, vt quicquid ex liberalitate Imperatorum atque Regum siue Ducum, vel cæterorum fidelium, eidem sedi collatum fuerat, perpetuo eius ditione consisteret. Ad hæc etiam & cartulas traditionum, quas prædictus Otilo & filius eius Tassilo, Duces Bauariorum, ob eiusdem sanctæ Pataulen. ecclesiæ restaurationem vel amplificationem, fecerant obtutibus serenitatis nostræ præferens idem præscriptus Pontifex, in quibus legebatur, quod ijdem prædicti Duces ad eandem sedem areas & mercatum, cum integro theolonio suo, ac Mancipia vtriusq; sexus, molendina, piscationes, & vineas, & quicquid in eadẽ vrbe, vel circa eam, visi sunt in proprium possidere, nihil extra dimittentes, omnia in omnibus sancto Stephano, sanctoq; Valentino iure perenni tenenda tradiderunt. Nos autem diuino amore compuncti, & tàm earundem conscriptionum testimonijs, quàm etiam prædicti pontificis precibus commoti, piũ morẽ antecessorum nostrorum, videlicet gloriosissimorum Augustorum, exequentes, eandem sedem, cum omnibus sibi subiectis, in simili modo sub nostræ defensionis mundiburdic, & immunitatis nostræ defensione constare decreuimus, atq; iubemus, vt sicut à prædictis principibus constat eandem sedem sub eorum immunitate hucusq; vigere, ita deinceps sub nostra permaneat defensione, & per hoc nostrum Imperiale præceptum non solùm istas immunitates confirmauimus, sed etiam omnium Imperatorum seu Regum sæpedictæ ecclesiæ nouiter vel antiquitus collata munimus atque renouamus præcepta; & si quicquam adhuc est, quod ex prænominata vrbe Fiscus noster exigere poterit, hoc totum pro luminaribus & necessitatibus eiusdem Ecclesiæ expendendum ipsi quoque tradimus. Et insuper præcipimus, vt in præfata vrbe amodò nullus Iudex publicus, vel quislibet vir ex curiali dignitate, placitum aut comitatum habere præsumat, vel omninò super familiam, vel suburbanos aliqua sæcularia siue iudiciaria in eâ xerceat negotia; sed aduocatus atque patronus sanctæ Dei casæ sub ditione illius sedis Episcopi constitutus, quæcunque illic sunt disponenda, ipse, & non alius, ordinet & examinet. Præterea similiter iubemus, vt nihilominus quispiam in ecclesias, & Abbatias, siue cellulas, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet plagis vel territoriis infra

imperium Regni nostri iustè & legaliter memoratum, tenet vel possidet Monasterium, vel ea quæ deinceps per præcepta Regum vel quorumlibet traditiones fidelium in iure ipsius Monasterij voluerit diuina largitas augeri, temerariè vim, siue vsurpationem, aut rapinas, vel pressuram moliri audeat: nec nos, nec vllus successorum nostrorum, deinde munera, aut conuiuia, aut vllum coactum seruitium accipere satagat: & vbicunque verò loca eiusdem Monasterij forestis nostris adiaceant, inde omnia ligna ædificiorum, pastum, & pascua, sine censu, sumant. Prænominatorum itaq; sanctorum negotiatores in aquis & in aruis sine theoloneo vbiq; pergant. Aurifices aût eorum, quoscunque permiserint præfatæ sedis Antistes, non aliter, quam nostri, omnibus fluminum arenis absq; contradictione vtantur: & penitus nulla iudiciaria persona homines illorum in vllo restringere temptet: Nullus, sicut prædiximus, superioris vel inferioris ordinis Reipublicæ procurator, vel quælibet persona, ad causas tribunicio more audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones seu paratas faciendas, parafredos aut fideiussores tollendos, aut homines, tàm ingenuos, quàm seruos distringendos, vllo modo super terra ipsius Ecclesiæ cōmanentes, nec vllas publicas redhibitiones aut illicitas occasiones requirēdas, exigere conetur; sed liceat memorato pontifici, suisq; successoribus, res prædicti monasterij, cum omnibus sibi subiectis & rebus & hominibus ad se iustè respicientibus, sub tuitionem atq; immunitatis nostræ defensione remotâ totius iudiciariæ potestatis inquietudine, quieto ordine possidere, & regere, & nostro fideliter parere imperio, atq; pro incolumitate nostra, coniugisq;, & prolis, seu totius Regni nostri à Deo collati, vnà cum Canonicis & Monachis sibi subiectis, domini immensam clementiam iugiter exorare delectet. Et vt hæc immunitatis & donationis nostræ auctoritas plenissimam in Christi nomine per cuncta voluentis mundi curricula obtineat stabilitatis firmitudinem, manu propriâ subtus eam confirmauimus, & annuli nostri impressione iussimus insigniri. Signū domini Arnolfi serenissimi Imperatoris Augusti. Engilbero Notarius ad vicē Theodmarij Archicapellani recognoui. Datum quinto Idus Septembris, An. incar. dominicæ DCCCXCVIII. Indict. prima, An. II. Regis Arnolfi, Imperij autem eius III. Actum Reganespurck, Regio Pallatio, in Dei nomine feliciter, Amen.

Aliud Diploma Cæs. Arnulfi, super permutatione, &c.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnolphus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, industria, quemadmodum nos diuino instinctu admoniti pro quodam prædio in Italia posito, quod dicitur Summus lacus Monasterij Ottinga nuncupati, ad sedem Patauiensis Ecclesiæ iure perpetuo pertinentis, quia longitudine terrarum incommodum earundem Ecclesiarum rectoribus esse videbatur, quandam nostri iuris curtim opportunius eidem Ottingensi Ecclesiæ sitam, quæ vocatur Krote, cum omnibus ad eandem iustè & legitimè aspicientibus, in quibuscunque pagis iacentibus, ædificiis, domibus, mancipiis vtriusque sexus, terris, agris, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, cultis & incultis, quæsitis & inquirendis, cum integritate, exceptis decimationibus vectigalium ad Monasterium sancti Michaelis iuxta lacum MATSEO SITUM IN SUSTENTATIONEM FRATRUM IBIDEM DEO SERVIENTIUM PERTINENTIBUS pro remedio animæ nostræ parentumque nostrorum imperialique donatione tradidimus. Ipsa verò curtis in Italia, quæ voca-

vocatur fumus lacus, inintegrum ad regnum reuertatur ius & dominatio, iussimus hoc & nostræ mansuetudinis præceptum inde conscribi, per quod decernimus atque iubemus, vt liceat ab hodierna die Rectoribus præscriptarum Ecclesiarum cuncta hæc, quæ supra memorauimus possidere, ordinare, & disponere secundum eorum voluntates, ita vt ab hodierna die nulla persona vel exactor in easdem res contra hæc descripta inuadere, aut aliquam violentiam inferre præsumat, sciens quicunque hoc facere præsumpserit, debitam pœnam violentiæ eisdem Rectoribus coactum se exoluere idest, libras XXX. argenti probatissimi; Et vt hæc nostra largitio in æuum firmior & credibilior ab omnibus habeatur manu propria subter eam firmauimus & sigillo nostro sigillari iussimus. Signum Domini Arnolfi Imp. Augusti. Engelpero notarius ad vicem Winchingi Episcopi recognouit. Datum XIV. Kal. Semptembris Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCVIII. Indictione VI. Anno XI. regni Domini Arnolfi regis, Imperij autem eius III. Actum Ratensdorff in Dei nomine feliciter. Amen.

Integrum Regis Ludouici, Arnolfi filij hic exhibemus. 88

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludvvicus diuinâ fauente clementia Rex. Si erga diuino cultui mancipata more paterno, nostri iuuaminis beneuolentiam ostenderimus, hoc nobis ad regni nostri diuinitus nobis collati statum, nec non & perhennis iuris præmium feliciter capessendum liquidò credimus profuturum. Ideoq; omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentibus fidelibus & futuris notum esse volumus, qualiter vir venerabilis, nomine Richarius, Patauien. scilicet Præsul, per quorundam procerum nostrorum, Adalberonis quoque Reuerendi Antistitis ac studiosissimi nutritoris nostri, & Waltonis Frisingen. Episcopi, nec non Lutvvaldi illustris Comitis & dilecti propinqui nostri interuentum, regalitatis nostræ eminentiam, merore confectus Episcopus sui damnum lamentando interpellans, eò quòd seuiente, proch dolor, paganorũ impugnatione, quædã pars diœcesis suæ, vbi sancti Floriani martyris monasterium constructum esse dignoscitur, ex improuiso deuastata est, deprecans, vt ciuitatem illam, quam fideles nostri regni pro tuitione patriæ vnanimiter contra eorundem Christiani nominis persecutorum insidias nouiter in ripâ Onasi fluminis, in proprio iam dicti martyris, partimque in terrâ Præfecturæ terminalis statuentes construxerunt, ad supradictum sacrosanctum locum, in quo eiusdem beatissimi martyris corpus venerabiliter humatum est, traderemus, iuriq; ipsius sancti atque potestati largiendo firmaremus. At nos diuino compuncti amore, beatique Floriani confisi intercessione, consultui cunctorum procerum nostrorum gratanter satisfacientes, nec non prænominati ipsius Episcopi prouisioni libenti animo annuentes, decreuimus ita fieri, eandemq; ciuitatem cum omni apparatu munitionis seu vtilitatis, cum conuenientiâ terminalis comitis, per hoc præceptum nostrum. Christi martyri Floriano, absque vllâ retractione perhenni iure, pro remedio animæ nostræ parentumq; nostrorum æternâ liberatione contulimus atque tradidimus. Insuper etiam quidque seruus noster quidam, nomine Perhart, in Aquilonari parte Danubij proprij in terrâ & mancipijs in ipsâ marcâ tenuit, eidem Sancto Dei perpetim firmamus, vt idem Episcopus tàm de ciuitate, quàmque ex ipso proprio, suiq; successores liberâ perhenniter fruantur potestate. Et vt hæc verius credantur, memori manu nostrâ id subtus roborantes annulo nostro iussimus insigniri. Signum Domini Ludvvici pijssimi Regis. Engelpero notarius

ad vicem Deotmari archicapellani recog. Datum XIV. Kal. Februarij, Anno Domini DCCCC. Indict. IV. Anno verò regni reg. Ludevvici I. Actum in ciuitate Ratisponâ in Dei nomine feliciter. Amen.

hh. *Diploma seu literæ consensus Ludouici Regis huius sunt tenoris.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis LVDVVICVS diuina largiente gratia REX; Liquidò enim confidimus, si erga diuina MONASTERIA Deo seruientibus aliquod solamen largituri sumus, nobis in perpetuum, & ad stabilitatem Regni nostri prodesse. Quapropter nouerit omnium fidelium præsentium atque futurorum solertia, qualiter quidam COMES nomine ARBO, & ENGELMAR PVRCHARDI EPISCOPI Vasallus, licentiâ eiusdem Episcopi, celsitudinem nostræ dominationis humili admonitione flagitantes adierunt, vt quibusdam CANONICIS PATAVIENSIVM Deo & sancto STEPHANO protomartyri Christi die noctuque famulantibus quædam loca, quæ antea vnà cum decimatione ab illius sedis Rectoribus, scilicet Episcopis, in beneficium habere noscantur, in proprietatem concederemus. Nos verò, ob amorem Domini nostri IESV Christi & sancti Stephani, licentiâ Purchardi eiusdem Ecclesiæ sedis Episcopi, concessimus supra dictis CANONICIS PATAVIÆ loca vnà cum DECIMATIONIBVS cunctis ad illa loca iustè pertinentibus, quæ antea in beneficia habuerunt, hoc est, in primis PRAMA, deinde GVRCANA, LVPIHCHINESPACH, POLLINGA, HOHINHART, ALTHAIM, OSTARVNAHA, IMATACHGOVVE. Præterea etiam CHORPHAIM, HOHINSTAT, & SCHÆRDINGA, cum omnibus ad iam nominata loca iustè & rationabiliter aspicientibus, terris cultis & incultis, campis, syluis, aquis, aquarum decursibus, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquisitis, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & regressibus, decimationibus totis INTVS & EXTRA, prope ac longè, omnia ex integro supra memoratis CANONICIS ibidem Deo & sancto Stephano militantibus in propriam potestatem perpetualiter donamus, ita vt nullus successorum nostrorum, nec de successoribus videlicet Episcopis supradictæ Sedis, aliquid de eis rebus minuere aut distrahere audeat, quæ pro remedio animæ nostræ, ac genitoris auique nostri antenominatis CANONICIS concessimus, & iussimus exinde hoc nostræ auctoritatis præceptum conscribi, per quod decernimus atque iubemus, vt hæc donationis nostræ donatio ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentium atque futurorum verius credatur, & diligentiùs conseruetur: manu propria nostra subter eam confirmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum Serenissimi Regis Ludvvici. Enpero notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognoui & subscripsi. Data II. Idus Aug. Anno incarnationis domini DCCCC. III. Indictione VI. Anno regni Ludvvici Serenissimi Regis. Actum OTTINGA curia regia. In dei nomine feliciter. Amen.

* *aliter.*

ii. *Sequuntur duo Diplomata Leonis scil. VII. & Agapeti II. quorum Hundius hic meminit, Ex peruetusto Cod. Richerspergen. descripta.*

LEO

LEO Episcopus seruus seruorum DEI reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro GERHARDO sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopo omnibus diebus vitæ tantum tuæ ex hinc ammodo. Si pastores ouium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, & ne qua ex eis aut pereat, aut ferinis lani…a morsibus rapiatur oculis semper vigilantibus circumspectant: Quanto sudore, quantaque cura debeamus esse peruigiles nos qui pastores animarum dicimur, attendamus, & susceptum officium exhibere erga custodiam domincarum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro nostra desidia ante summum Pastorem negligentiæ reatus excruciet. Vnde modo honoris reuerentia sublimioris inter cæteros iudicamur. Pallium autem fraternitati tuæ ad Missarum solemnia celebranda concedimus, quo tibi non aliter Ecclesiæ tuæ priuilegiis in suo statu manentibus vti largimur, non solum in die consecrationis chrismatis, ac sanctæ & venerandæ resurrectionis Domini nostri IESV Christi, seu in natal. sanctorum Apostolorum, atque beati Ioannis Baptistæ, nec non in festiuitatibus sanctæ DEI genitricis MARIÆ, simulque in Domini Natiuitatis die: pariterque in solemnitatis Ecclesiæ tuæ die, & natalitio tuo die, verum etiam in consecratione Episcoporum & Presbyterorum, & quando à te Synodus celebratur, si fortè conuenticulum illic fuerit * Neofitorum, qui ad fidem tua exhortatione sunt perducendi, nec non in festiuitate S. Stephani Prothomartyris, sanctiq; Laurentij & illorum sanctorum, qui corporaliter in tua requiescunt parochia, vti concedimus die, sicut à prædecessore nostro Dño GREGORIO huius almæ sedis Præsule sancitum est. In secretario verò tua fraternitas pallium induere debet, & ita ad Missarum solemnia proficisci, & nihil tibi ausū temerariæ præsumptionis arrogare. Ne dum in exteriori habitu inordinatè aliquid arripitur, ordinate etiā quæ licere poterant, amittantur, cuius quoniam indumenti honor modesta actuū viuacitate seruādus est, hortamur, vt & morum tuorum ornamenta conueniant, quatenus auctore DEO rectè vtrobiq; possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula, in ipsa si qua tortitudo illis ingesta est dirigant, in ea quod imitentur aspiciant. In ipsa se semper considerando proficiant, vt tuum post DEVM videatur esse beneficium quod vixerint. Cor ergo neque prospera quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neq; aduersa deiiciant, sed quidquid illud fuerit virtute patientiæ deuincatur. Nullum apud te locum odia, nullum fauor indiscretus inueniant. Benignum te sentiant boni, districtum mali cognoscant; insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod vltus non fueris perpetrari permittas. Sit in te & boni pastoris dulcedo, sit & iudicis seuera districtio, vnum scilicet quod innocenter viuentes foueat, aliud quod inquietos feriendo à prauitate compescat. Sed quod nonnunquam praepositorum scelus dum districtus malorum vult vindex exstitere: transit in crudelitatem correctio, iram iudicio refrena, & censura disciplinæ sic vtere, vt & culpas ferias, & à dilectione personarum, quas corrigas non recedas. Misericordem te prout virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subueniat, opprimentibus modesta correctio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam, accipias nullum quærentem iustitiam despicias, custodia in te æquitatis excellat, vt neç diuitem potentia sua aliquid extra viam apud vos suadeat rationis audere; nec pauperes de se sua faciat humilitas desperare: quatenus DEO miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit dicens: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* Sed his omnibus salubriter vti poteris, si Magistram caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, à

* neophytorum.

recto aliquando tramite non recedit. Ecce frater chariſſime, inter multa alia iſta ſunt ſacerdotij, iſta pallij, quæ ſi ſtudioſe ſeruaueris, quod foris, intus habes, fidem autem quam in tuis Epiſtolis breuiter aſſignaſti, licet latius explanare debueras, Redemptori tamen noſtro gratias agimus, quod eam in ipſa breuitate ratam eſſe cognouimus. Sancta Trinitas fraternitatem veſtram gratiæ ſuæ protectione circumdet, atque in timoris ſui via nos dirigat, vt poſt huius amaritudines ad æternam ſumul peruenire dulcedinem mereamur. Amen.

Diploma Agapiti P. P.

AGAPITVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, fratri dilectiſſimo & reuerendiſſimo GERARDO ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in Chriſto ſalutem. Petitiones tuas pro renouandis ſiue approbandis Eccleſiæ tuæ priuilegiis, venerabilis Fuldenſis monaſterij Abbas HADEMARVS huc cauſa orationis veniens cum magna beneuolentia noſtræ experientiæ ſuggeſſit, pariterque iurgia & diſceptationes grauiſſimas inter te & Heroldum Archiepiſcopum pro vtrinque ſuſceptâ in vna prouincia pallij auctoritate exortas, flebiliter nunciauit, quod & ipſi ex debita paſtorali cura nimio cordis mœrore dolemus, deteſtabiliterque profanamus. Quippe ſancta & vniuerſalis Eccleſia, cui authore DEO præſidemus à religioſis atque pacatis ſacerdotibus ſuis, & in caritate non ficta ſolidatis, quaſi totidem columnis innixa fulcitur; diſcordantibus autem & aduerſus ſe hoſtiliter inſtante ſuperbia animum tollentibus, præſertim tantis Pontificibus velut euulſis ſuſtentaculis caſura, non ſine magno periculo & vigoris ſui detrimento à proprio ſtatu concutitur. Inſuper etiam dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter huiuſmodi contentio exercetur, agitur vt in fraternâ emulatione decor ſacerdotij intus euacuetur.

Inde ergo frater Officium noſtrum illud eſſe perpendentes ne inimicitiarum fomite in vobis ſuccreſcente diſſidium ſanctæ DEI Eccleſiæ atque ſcandalum ſine conſilij & vtilitatis veſtræ reſpectu diutius nutriatur, ad ſequeſtrandum litem veſtram accedimus nos arbitres tam ex ſollicitudine à Domino regiminis iniuncti, quam amborum veſtrorum amore ad hoc permoti, ita videlicet vt & de prælibata conflictus veſtri querimonia rationabilibus iudiciis rite iuſtitiæ ſatisfaciamus, & vos omni exploſa controuerſia in fraternam concordiam Chriſto moderante reuocemus.

Notum eſt igitur, literiſque penes nos commendatum, quibus Eccleſiarum locis dignitas pallij ab hac Apoſtolica ſede debeatur. Lauriacenſem autem vrbem antiquitus Metropolitanam fore, & Archiepiſcopij ſedem cui ſanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in priuilegiis authenticis ad nos vſque à te directis legimus ita quoque inuentis quibuſdam exemplaribus chartæ & vetuſtate admodum attritis in Archiuo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio naſcentis Eccleſiæ & immaniſſima Chriſtianorum perſecutione à Doctoribus iſtius ſedis Catholicæ fidei nouimus rudimenta percepiſſe, & exinde à ſuccedentibus prædicatoribus in ſuperioris atque inferioris Pannoniæ prouincias eiuſdem fidei emanaſſe gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque Pontificibus vſque ad tempora Hunnorum non alius, quam ſanctæ Lauriacenſis præfuit Archiepiſcopus, quorum barbarica feritas non ſolum prædictam Lauriacenſem Ciuitatem, verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit, atque funditus deſolauit. Inde quidem contigit, vt Epiſco-

Episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atque aliò translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno, ARNO primus sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ subrogatur Archiepiscopus. Hæc testatur annosa memorialis sacri scrinij historia. Modo autem mortalibus propitiante Christo ab hostibus sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ quiete, & inhabitandi securitate concessa, non alibi, quam ibidem fraternitatis tuæ Cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Ecclesiæ sanctorum Patrum videlicet prædecessorum nostrorum, sed & beatæ memoriæ Domini LEONIS Papæ, à quo Excellentia tua pallio & priuilegio donata est, sanctiones atque statuta exequentes, ac sæpedictam sanctam Lauriacensem Ecclesiam potestate & vice beati PETRI Apostolorum Principis absoluimus & Archiepiscopamus & in culmen Metropolitanum sublimamus, & priuilegia nobis transmissa manu propria munimus & corroboramus, ac rata esse firmamus, denuoque tibi pallium cum præsenti præcepto secundum vsum prius concessum, successoribusque tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque ex amussi ita ad iustitiam reintegratis, decreuimus rixas vestras, & dissensiones præfata ex causa deriuatas dirimere, atque in fraternum amorem vos reconciliare, sic vt vtrique vestrorum modo susceptus seruetur pallij honor illæsus, hortantes quatenus Apostolicè instituti, amodo non in contentione & æmulatione maneatis. Constat quidem quod canonicè singulis prouinciis singuli ordinantur Metropolitani. proinde distribuere, atque determinare ità vobis parochias, bonum & pacificum æstimamus vt diuisis duabus Noricæ regionis prouinciis, Heroldo Archiepiscopo Occidentalis Pannoniæ cura committatur & custodia; tibi autem successoribusque tuis, propter emeritam sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ cui iure iuniorum reuerentia assurgit in benedictionis & sedis ordine Prælatis atque Præpositis prouidentiam Orientalis Pannoniæ, regionemque Auarorum atque Marahárorum sed & Schlauorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptisma Christo lucrandi sunt, circumquáque manentium credimus, nostramque Apostolicam vicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio vestro vbi opus est Episcopos constituendi, omniaque disponere atque ordinare tali authoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi præsentes affuissemus. Quod si iam dictus Heroldus Archiepiscopus deinceps suorumuè quispiam successorum minime diffinito limite contentus, sed interdictam atque à sua potestate separatam Diœcesin repetere peruicaciter conatur, nec à prohibitæ contentionis schismate per istas nostras Apostolicas traditiones atque determinationes compescitur: Ipse etiam piè concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum, superior Pannonia continuetur inferiori, atque tuæ tuorumque successorum ambæ perpetualiter subiaceant ditioni. Illubescentes autem assensumque præbentes istis nostris saluberrimis decretis, benedicimus & Catholicos approbamus, resistentes verò atque infirmare, vel omninò peruertere contendentes anathemate maranatha sanctæ Trinitatis districtè percutimus, & Apostolica sententia, qua multati Anania & Saphira exspirauerunt, damnamus, & cum blasphematoribus sancti Spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

Literæ Piligrini ad Benedictum P. P. ordinis ac crismatis nomine.

ORDINIS ac nominis carismate prærogato sanctæ Romanæ sedis vniuersali BENEDICTO Pontifici PILGRIMVS sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ humilis seruitor. Fidelitatem precum, deuotumque seruitium. Notum fieri dignetur vobis summe sacerdotum Præsul, quod super omne animi mei desiderium nunc delectarer, & Apostolorum visitare limina, vestraq; optabili perfrui præsentia, & ea facie ad faciem, quæ literis & internuntiorum committo indiciis, Sanctissimæ paternitati vestræ coram rationari, nisi quod à Neophita Vngarorum gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto sub occasione pacis fiduciam sumpsimus operam exercere prædicationis. Cuius enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum prouinciarum Prædicatoribus meæ diœcesis hactenus aditum clausit, ad quas nihilominus præsentis opportunitas temporis ire me vocauit. Quibus DEVS omnipotens quoniam solita sua pietate semper dispersa congregat, aperire dignatus est ianuam cordis sui diu clausam, vt discisso velamine duritiæ suæ, depositaque ferina crudelitate, leni iugo Domini colla sumittant. A qua ergò præfatâ Vngarorum gente multis precibus ipse inuitabar venire, aut missos meos in opus Euangelij illuc dirigere. Ad quos dum transmitterem satis idoneos viros ex Monachis Canonicosque Presbyteros, atque de singulis Ecclesiasticis gradibus Clericos & vita omnique conuersatione illorum sic ordinata, quemadmodum in gestis Anglorum didici, tantum diuina gratia fructum statim ministrauit, vt ex eisdem nobilioribus Vngaris vtriusque sexus Catholica fide imbutos, atque sacro lauacro ablutos circiter quinque millia CHRISTO lucrarentur. Christiani autem quorum maior pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captiui, quibus nunquam soboles suas licuit nisi furtiue Domino consecrare, modo certatim nullo obstante timore offerunt eos baptizare, & gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quod Christiano more oratoria audent construere, & licentia percepta linguam ligatam in laudem Saluatoris præsumunt soluere. Ipsi enim mira omnipotentis DEI operante clementia quorum licet adhuc gentilitate sint quidam detenti, nullum tamen ex illorum subditis vetant baptizari, nec sacerdotibus inuident, quocunque libet proficisci. Sed ita concordes sunt pagani cum Christianis, tantamque ad inuicem habent familiaritatem: vt illic videatur Isaiæ impleri prophetia. *Lupus & agnus pascentur simul. Leo & bos comedent paleas.* Factum est ergò, vt penè cuncta Vngarorum natio sit prona ad percipiendum fidem sanctam, sed & aliæ Schlauorum prouinciæ ad credendum promptæ. Et est ibi messis quidem multa, operarij autem pauci. Inde quoque visum est iam necessarium esse, quatenus sanctitas vestra illic iubeat aliquos ordinari Episcopos, quia & quondam Romanorum Gepidarumq; tempore proprios VII. antistites eadem Orientalis Pannonia habuit & Mesia meæ sanctæ Lauriacensi, cui ego indignus ministro Ecclesiæ subiectos, quorum etiam quatuor vsq; dum Vngari regnum Bauariorum inuaserunt, sicut præsenti cognitum est ætati in Marauia manserunt. Quod nimium graue ac valdè onerosum est mihi, & tot mei Pontificij parrochias solus prædicando circumeam, quibus necessitate & adiutorij inopia cogor nunquam meam subtrahere præsentiam. Ecce Dominorum amatissime huiusmodi Ecclesiasticis mancipatus officiis, detineor, & ne fecissem moram sæpè dictæ gentis conuersioni, ire & prosterni ad vestra sanctissima vestigia distuli. Legatos autem meos præsentium scilicet portitores ad vestram destinaui serenitatem, quos audire dignetur quæso clementia vestra, & eorum meisque mixtim precibus præbere assensum, quatenus pallium, infulamque ponti-

pontificalem, quod speciale munus honoris ab hac sede tantum dirigitur Metropolitanis: quod etiam mei prædecessores, à gloriosis huius principalis Cathedræ Primatibus accipere soliti erant; mihi verò hoc ipsum benigno animo per illos dirigere dignetur, pariterq; etiam priuilegia Apostolicæ authoritatis meæ Ecclesiæ per eosdē missos meos vestris præsentata sacris obtutibus more prædecessorū vestrorum roborari supplico & cōfirmari, vt hac Apostolica sanctione & benedictione munitus, mihi commissi populi gubernationē canonicè exequi valeam, & vestris in die iudicij rationibus imputetur, quod in illis finibus ex paganis noua Ecclesia Domino lucratur. Quondam variæ ac peruersæ hæreticorum sectæ timendæ sunt, quos sæpe contigit deprehendi alios, quibus præsunt errore suo corrumpere, quos agnitione Orthodoxe veritatis debuerant illustrare, vt hæc tam pestifera de me amputetur suspicio, solemne symbolum Catholicæ fidei, quam ipse teneo ac doceo, vestro Apostolatui profitendum salubre censeo.

Confiteor & credo sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, vnum DEVM naturaliter esse. Vnius substantiæ, vnius nturæ: vnius Maiestatis & virtutis, & Patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profiteor, fons ergo & origo ipse est totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud, quam quod ipse est genuit, DEVS DEVM, lux lucem, Filium quoque de substantia Patris sine initio natum ante sæcula, nec tamen factum fateor. Igitur non sicut filius à Patre, ita pater à filio est, quia non pater à filio, sed filius à patre generationem accepit, filius ergo DEVS de patre, pater autem DEVS, sed DEVS non de filio: si enim fuit pater semper habuit filium, cuius pater esset DEVS, & ob hoc filium de patre natum sine initio confiteor. Spiritum enim Sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, vnum atque æqualem cum DEO patre & filio credo esse DEVM, vnius substantiæ, vnius quoque naturæ; nec tamen genitum vel creatum, sed à patre, filioque procedentem amborum esse spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec de filio tantum procedit ad sanctificandam creaturam, sed ab vtrisque procedere monstratur, quia caritas, siue sanctitas amborum esse cognoscitur, & nec patris tantum, nec filij tantum, sed similiter patris & filij spiritus DEI. In relatiuis verò personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus Sanctus ad vtrosque refertur. Quæ cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamen natura vel substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædico, sed vnam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad alium, sed ad filium, & quod filius est, non ad se, sed ad patrem est, similiter spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem & filium relatiuè refertur in eo, quod spiritus patris & filij prædicatur. In hac ergo sancta Trinitate tres personas vnum DEVM confiteor. Ergo non ipsum qui pater est, dico etiam filium vel spiritum sanctum, nec ipsum filium patrem aut spiritum sanctum fateor, vel eum qui est spiritus sanctus patrem vel filium dicere valeo, sed quod pater est, hoc filium esse, hoc esse spiritum sanctum, sine vlla ambiguitate pronuncio. Personas enim distinguo, non naturam Deitatis separo. Tres ergo illas vnius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundo, ita separabiles nullatenus prædico cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse, vel quippiam operasse aliquando credatur, inseparabiles enim inueniuntur in eo quod sunt & in eo quod faciunt. Habet enim pater æternitatem sine natiuitate, filius æternitatem cum natiuitate, spiritus verò sanctus æternitatem processionis à patre & filio sine natiuitate. De his ergo tribus personis sola filij persona hominem

verum

verum sine peccato pro liberatione generis humani ex MARIA virgine nouo ordine nouaque natiuitate sumpsit. Nouo ordine, quia inuisibilis in diuinitate, Visibilis monstratur in carne; noua autem natiuitate est genitus, quia incorrupta virginitas & virilem coitum nesciuit, & fœcunda per Spiritum sanctum carnis materiam ministrauit. DEI enim filius non personam hominis accepit, sed naturam. Naturam enim nostram in vnitatem suæ personæ assumpsit, & idcirco filius DEI & filius hominis vnus est Christus. In eo namque quod filius est DEI, æqualis est patri, & in eo quod filius est hominis, minor est patre. Qui etiam ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit, mortique addictus & cruci veram carnis mortem accepit. Tertia quoque die virtute propria suscitatus de sepulchro. Hoc ergo Exemplo capitis nostri in hac carne, qua nunc sum & moueor, resurrecturum me credo. Idem autem Dominus & Saluator noster peracto resurrectionis suæ triumpho paternam sedem repetijt, à quâ per diuinitatem nunquam recessit. Inde in finem seculorum venturus iudicabit viuos & mortuos, reddetque singulis prout gessit quisque in corpore, siue bonum siue malum. Ecclesiam sane Catholicam precio sui sanguinis redemptam cum eo credo in perpetuo regnaturam. Credo & confiteor vnum baptisma in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergo fidem professionis meæ inuiolatam me retinere, & ab ea nunquam deuiare promitto.

Qualiter ergo ex prælibatâ fide idiotas erudire debeam, & ipse in suscepta nouitiorum Ecclesia conuersari rescripto paternitatis vestræ cautus flagito, vt merear edoceri. Memetipsum enim iterum iterumque sanctitatis vestræ fidei precibusque subnixe commendo. Dignam autem vestræ sublimitatis memoriam, quam tota per orbem frequentat Ecclesia, ego cum omnibus mihi subditis votis & orationibus celebrare non desisto, quidquid etiam humani seruitij, quod vestram deceat magnitudinem, ex me conferri possit, totum & ex toto pro libitu voluntatis vestræ liberaliter expendere, pater dilectissime, satago.

Sequuntur quædam Diplomata quorum D. Hundius sub Piligrino Episcopo mentionem facit.

I.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementia Imperator Augustus. Si de rebus à Deo nobis collatis Ecclesijs Dei quiddam conferimus beneficij, & petitiones seruorum Dei ad effectum perducimus, id nobis & ad temporalem vitam transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter vir venerabilis, dilectus ac fidelis noster, Piligrinus, sanctæ Laureacen. ecclesiæ Pontifex, serenitatis nostræ magnificentiã adiit, intimando, Antecessorem suũ Adalbertũ piæ recordationis Episcopum quandã partem Theolonei in Patauiâ ciuitate à beatæ memoriæ Domino & genitore nostro, Ottone Imperatore Augustò, in beneficiũ vsq; ad obitum vitæ suæ tenere, & ut & ipse, ob restaurationem destructæ Ecclesiæ sancti Stephani prothomartyris Christi, eandem partem prædicti Thelonij, nostræ largitatis munificentiâ, in proprium possideret, omnimodis implorauit. Vnde diuino amore succensi, petitioni illius aurem pietatis nostræ libenti animo accommodantes, non solùm deuotæ & assiduæ suæ seruitutis memores, sed & continuâ dilecti & fidelis nostri Wiligisi Archiepiscopi interuen-

teruentione commoniti, eundem iam dictum Theoloneum cum tali lege & integritate, quali eum Adalbertus Episcopus in beneficium, & Bruno postmodum Nepos noster in proprium habere videbantur, ad Patauien. Ecclesiam, quæ in honore sancti Stephani prothomartyris Christi est constructa & dedicata, vbi sanctus Valentinus Confessor Christi corpore requiescit, & vbi venerabilis Piligrinus Antistes præesse dinoscitur, iure Imperiali donamus, ita, vt Rectores eiusdem sæpedictæ Ecclesiæ ad restaurationem, & ad tecta procuranda, nec non pro luminaribus Ecclesiæ, ac in sustentationem fratrum ibidem Deo famulantium, per cuncta voluentis mundi curricula, absque alicuius contradictione personæ, in proprium teneant atq; possideant. Et vt hæc authoritatis nostræ donatio veriorem & firmiorem à cunctis fidelibus nostris perpetualiter in Christi nomine teneat vigorem, iussimus hanc conscribi, & sigillo nostro sigillatam manu propriâ subtus firmauimus cartham. Signum Domini Imperatoris Ottonis Augusti, Egvvertus Cancellarius ad vicem Wiligisi Archicapellani notaui. Datum II. Kal. Augusti. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXVI. Indict. IV. Anno verò Regni Domini Ottonis Imperatoris Augusti XV. Imperij autem IX. Actum Ratisbonæ. in Christi nomine feliciter, Amen.

II.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Imperator Augustus. Pateat omnium fidelium nostrorum, tàm præsentium, quàm futurorum industriæ; Qualiter vir spectabilis, Piligrinus, sanctæ Patauien: Ecclesiæ Præsul veneraudus, partibus nostris fauens pro viribus, fide inconcussâ, in perturbatione atque vacillatione Regni Baioariorum, ab aduersariorum perniciosissima persecutione, tàm in incendiis quàm interfectione familiæ, ac deuastatione non paruâ, Episcopatus sui perpessus est iacturam, cuius fidem atque constantiam æquum duximus remunerare, & Ecclesiasticæ desolationi, Regiâ munificentiâ solamen aliquod impendere, vnde etiam eius non solùm moti quærelis, sed & allubescentes precibus dilectissimi fratruclis nostri, Ottonis Ducis videlicet Baioariorum atque Wiligisi Archiepiscopi, quandam Iuris nostri Abbatiam infra territorium Patauien: sitam ciuitatis, quæ est in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ constructa & dedicata, cum Walasflunesdorf, cæterisque omnibus, id est, cum Ecclesiis & ædificiis, omnibusque decimationibus, cum terris, agris, cultis & incultis, villulis, vineis, campis, pascuis, pratis, syluis, nemoribus, aquis, aquarumuè decursibus, molendinis, piscationibus, mancipiis vtriusque sexus, quæsitis & inquirendis, ex toto & integro, de iure & donat. nostra, eidem Patauien: Ecclesiæ sancti Stephani prothomartyris Christi, per hoc præsens authoritatis nostræ præceptum, pleniter in Christi nomine confirmatum donamus, tradimus, atque transfundimus, eo videlicet tenore, vt ipsa securiter, absque alicuius personæ contradictione atque molestiâ, more hæreditario, perpetualiter in proprium teneatatque possideat. Et vt hæc prædicta fidei & firmitatis remuneratio, auctoritatisque nostræ donatio, veriorem, firmioremque à cunctis fidelibus nostris perpetualiter habeat vigorem, iussimus hanc cartham conscribi, & sigillo nostro sigillatam manu propriâ subtus firmauimus. Signum Domini Ottonis Imperatoris Augusti. Ekvvertus Cancellarius ad vicem Willigisi Archicapellani notaui. Datum II. Kal. Augusti, Anno Dominicæ incarnationis, DCCCC.

DCCCCLXXVI. Ind. IV. Anno vero Regni Domini Ottonis Imperatoris Augusti XV. Imperij autem IX. Actum Ratisbonæ, in Christi nomine feliciter, Amen.

III.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Imperator Augustus. Constat nos, diuinâ donante gratiâ, cæteris mortalibus supereminere. vnde oportet, vt cuius præcessimus munere, eius studeamus modis omnibus parere voluntati. Quapropter comperiat omnium fideliũ nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, industria; quia vir venerabilis, Piligrinus sanctæ Patauien. ecclesiæ episcopus, obtulit nobis auctoritates imunitatum piæ recordationis, Imperatorũ, Caroli atq; Ludouici, nec non domini & genitoris nostri, Ottonis pijssimi Imperatoris, in quibus continebatur insertum, qualiter ipsi prædictam sedem, quæ est constructa in honore sancti Stephani prothomartyris Christi, vbi etiam beatissimus confessor Christi Valentinus corpore quiescit, cum pertinentibus Monasterijs, id est, cella sancti Floriani martyris, atq; Treismâ ad monasterium sancti Ypoliti, nec non Chremisâ, quæ est in honore sancti Saluatoris fundata & consecrata, cum reliquis cellulis sibi subiectis, & rebus vel hominibus ad se pertinentibus vel aspicientibus, sub immunitatis suæ defensione consistere fecerant, & confirmauerant, vt quicquid ex liberalitate Regum, Reginarumque, Ducum, vel cæterorum fideliũ, eidem sedi collatum fuerat, perpetuò in eius ditione consisteret. ob firmitatis namq; studium petijt excellentiam nostram prædictus præsul, vt morem parentum sequentes, eandem sedem, cum omnibus sibi subiectis, simili modo constitueremus sub defensione, & immunitatis tuitione. Cuius precibus, ob amorem Dei, reuerentiam ipsius sanctæ sedis, assensum præbuimus, & hanc nostræ auctoritatis immunitatem, firmitatis gratiâ, erga ipsum sacrum locum fieri decreuimus; per quam pręcipimus atq; iubemus, vt sicut à prędictis pijs Principibus constat eandem sedem sub eorum immunitate hactenus consistere, itaque deinceps sub nostra permaneat defensione, & quicquid eidem ecclesiæ retroactis temporibus oblatum fuerat, & modernis conferuntur, vel quæ deinceps collata fuerint, per hanc auctoritatem nostram, absque alicuius contrarietate, teneat atq; possideat; & nullus Iudex publicus, vel quilibet superioris vel inferioris ordinis Reipublicæ procurator, in Monasteria, cellulas, ecclesias, loca, vel agros, seu reliquas possessiones memoratæ ecclesiæ, quas moderno tempore iustè & legaliter possidere videtur, vel quæ deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augere, ad causas iudiciario more audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, seu homines ipsius ecclesiæ, tàm ingenuos quàm & seruos, super terram ipsius commanentes, iniustè distringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ memorata sunt, penitus exigere præsumat; sed liceat memorato pręsuli, suisq; successoribus, cum omnibus sibi subiectis & rebus vel hominibus ad se aspicientibus sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine posidere: Et quicquid de rebus ecclesiæ prędictæ ius Fisci nostri exigere poterat, totum in luminaribus ipsius ecclesię, & stipendijs pauperum, seruorumque Dei ibidem Deo famulantium, concessimus, vt in perpetuum illic proficiat in augmentum, quatenus eiusdem sedis Episcopi, vnà cum clero & populo sibi commisso, pro nobis, & stabilitate Regni nostri, Domini misericordiam attentiùs exorare valeant. Et vt hæc immunitas & donationis nostræ authoritas, plenissimam in Christi no-

cta voluentis mundi curicula, obtineat stabilitatis firmitudinem, manu propria subter firmauimus, & annuli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Ottonis inuictissimi Imperatoris Augusti. Egvvertus Cancellarius ad vicem Willigisi Archicapellani, notaui. Dat. II. Kal. Augusti, Anno Dominicæ incarnationis, DCCCC. LXXVI. Ind. IV. Anno verò Regni domini Ottonis, piissimi Imperatoris, XII. Imperij autem IX. Actum Ratisbonæ in Christi nomine feliciter, Amen.

IV.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto Dei fauente clementiâ Imperator. Augustus. Si petitiones seruorum Dei iustas & rationabiles ad effectum perducimus, hoc nobis, procul dubio, ad Regni nostri stabilitatem profuturum, & ad æternæ beatitudinis gaudia capessenda liquido credimus. Quapropter comperiat omnis sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet ac futurorum industria; qualiter dilectus fratuelis noster, Otto Dux Alemannorum, & Willigisus Archiepiscopus nostram implorauerunt clementiam, vt quandam Abbatiolam, nostri proprij Iuris, sitam in Patau. vrbe, quæ est in honore sanctæ Dei genitricis, ad eiusdem vrbis Episcopalem Ecclesiam, quæ est in honore sancti Stephani prothomartyris Christi constructa & dedicata, vbi sanctus Valentinus corpore requiescit, & Piligrinus Episcopus præesse dinoscitur, iure perhenni donaremus: quorum igitur petitionibus assensum præbentes, prædictam Abbatiam ad eiusdem prędictæ ciuitatis Episcopalem sedem, cum omnibus ad eam pertinentibus, cum cultibus, nemoribus, agris, vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarumuè decursibus, molendinis, Piscationibus, terris cultis, & incultis, exitibus, & reditibus, mancipijs, vtriusque sexus, & cum omnibus ad eandem Abbatiam iustè aspicientibus, pro remedio animæ, beatæ memoriæ, patris nostri, & stabilitate Regni nostri, Imperiali vigore donamus, ac perpetualiter transfundimus. Et vt hæc nostræ Donation. traditio firma atque stabilis permaneat, hanc chartam confirmationis conscribi iussimus, & sigillo nostro sigillatam manu propria subtus firmauimus. Egvvertus Cancellarius, ad vicem Willigisi Archicapellani recognoui. Signum domini Ottonis, inuictissimi Imperatoris Augusti. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXX. Ind. regnante inuictissimo Imperatore Augusto Ottone. Actum Ratisbonæ,

V.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Rex. Notum sit cunctis, tàm pręsentibus quàm & futuris, Christi fidelibus; qualiter Piligrinus, sanctæ Patauien. Ecclesię venerabilis præsul, Episcopatus sui pertinentiam in Orientali plaga Barbarorum limiti adiacentem creberrimâ eorum deuastatione infestari, nostræ conquestus est pietati; à quibus etiam Barbaris moderno nostri quoque Regni tempore, miserabili lamentatione adiecit, tàm irrecuperabili se damno læsum in interfectione & direptione Ecclesiæ suæ familiæ, pręter innumerabilia deprędationum & incendiorum dispendia, vt absque habitatore terra Episcopi solitudine sylustat; cuius perniciosissimā iacturā munificentiâ nostræ liberalitatis, huiusmodi solari iuuamine, ꝓ nostrę ęterno precatus est animę remedio, quatenus videl. ingenui, qui, ex inopiâ seruorū, in locis Ecclesiastici patrimonij cōstituantur coloni, quicqd nostræ publicę exactioni iudiciariâ ꝑtate deberent, ad pristinę restaurat: culturę

suis largiremur vsibus. His igitur moti querelis, militumq; interuentionibus allubescentes, suspiciendæ reuerentiæ Theophaniæ dominę matris nostræ semper Augustæ, amborumq; Nepotum nostrorum, Heinricorum, Ducum scilicet Bauariæ ac Carinthiæ Regionum, postulata eo tenore concessimus, vt liberi, cuiuscunq; conditionis sint, qui destinantur coloni in locis pertinentibus ad sanctę Patauien. Ecclesiæ præsulatum in honore beati Stephani prothomartyris Christi constructum & dedicatum, vbi sanctus Valentinus & Maximilianus confessores Christi corpore requiescunt, sitis in Marka hactenus Luitvvaldi Comitis, â nostrorum Ministerialium deinceps sint districtione absoluti; & quicquid noster publicus Fiscus ab illis exigere vel percipere poterit, hoc totum in cunctis Aduocato præfatę Ecclesiæ Patauien. exigendum & percipiendum ad iam dictam Pontificis Piligrini successorumque suorum vtilitatem perpetim condonamus; nec pro vlla alia occasione aut vadium soluere, aut ad comitatum ire â Marchione, vel aliquâ Iudiciariæ potestatis personâ, conentur, nisi eâ lege vel Iure, quo Ecclesiastici serui, ab extraneorum pulsati reclamationibus, pro satisfaciendâ iustitiâ, ad placitum ire compellantur. Et vt hæc auctoritas nostra præsentibus futurisque temporibus, Domino protegente, valeat inconuulsa manere, manu propriâ subter signauimus, annulique nostri impressione signari iussimus. Signum Domini Ottonis, gloriosissimi Regis. Hildvvaldus Episcopus, ad vicem Willigisi Archicapellani recognoui. Dat. pridie Kal. Octobris, Anno dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXV. Ind. XIIII. Anno autem tertii Ottonis regnantis II. Actum Babenbergæ in Dei nomine feliciter, Amen.

II. *Priuilegia ab Ottone III. Episcopo Christiano & Ecclesiæ Passauiensi concessa, à D. Hundio insinuata, sequuntur.*

I.

Regim manum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementia Imp. Augustus. Quia respicit ad Regum ius prodiuino amore Ecclesias Dei exaltare & confirmare, ideo omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, quomodo vir venerabilis Christianus Patauiensis Ecclesiæ Episcopus ad nos venit rogans & petens, vt omnia à Regibus vel Imperatoribus aut ab alijs viris religiosis aut fœminis eidem Ecclesiæ tradita nostræ auctoritatis donatione confirmaremus, sicut antecessores nostri Reges & Imperatores fecerunt.

Eius iustæ petitioni pro animæ nostræ remedio pium assensum præbentes, omnes curtes, Abbatias, Ecclesias, vicos & villas, & alia præsidia cum suis pertinentijs ab aliquibus personis maioribus, & minoribus pro mercede æternæ retributionis præfatæ Ecclesię traditas, ac nostræ præceptionis authoritate nouiter eidem Ecclesiæ donauimus & confirmauimus, & insuper nominatim Abbatiæ quæ dicitur Chrembsmynster, cum omnibus suis pertinentijs, curtibus, vicis & villis, Ecclesijs & alijs vtensibilibus illuc ritè pertinentibus mancipijs vtriusque sexus, areis, ædificijs, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, syluis, & venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, vijs & inuiis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque alijs appendicijs quæ dici possunt. Capellam quoq; Ottinga nominatam, cum omnibus rebus ritè aspicientibus, MATHASE ABBATIAM & cur-

& curtim Rintecum alijs curtibus & pertinentijs quæ alio modo nominari possunt, similiter nostræ autoritatis donatiuo hoc nouo ad iam dictam sanctam Patauiensem Ecclesiam sub sua prouisorumque eius potestate perpetualiter habenda corroboramus. Et vt hæc nostræ donationis confirmatio præsenti ac futuro tempore firma consistat, hoc præceptum inde conscriptum nostroq; sigillo signatum manu propria corroborauimus.

Signum Domini Ottonis gloriosissimi Regis. Hildebaldus Episcopus & Cancellarius vice Wiligisi Archiepiscopi recog. Datum VI. Kal. Febr. Anno domini incarnat. DCCCCXCIII. Indict. VI. anno autem III. Ottonis regnantis X. Actum Trotunnamne.

II.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, quomodo nos, diuini amoris instinctu, & fidelis nostri Christiani Patauien. Ecclesię memorabilis Episcopi rogatu, quę semper non paruam molestiam perpessa est, debitam inde exigentibus seruitutem, eidem Ecclesiæ, cui ipse iam dictus pontifex Christianus modò honorabiliter præsidet, suisque successoribus, hac nostræ auctoritatis donatione concedimus, vt nullus dehinc Dux, vel alia quælibet potens persona, de eadem Ecclesia, vel locis illuc pertinentibus, steuram aliquo modo exigat debitam, aut coactam tollere præsumat, sed ipsa sub immunitatis nostrę Regia defensione ab omni Ducum, aliarumuè potentium personarum coacto seruitio perpetualiter immunis consistat, excepto, quod Regio honori, vel Imperatoriæ dignitati præsens prouisor præfatę Ecclesiæ, suique successores, charitaticia mente iusteque impendere debet. Si quis verò huius nostræ donationis præcepti violator extiterit, sciat se quasi transgressorem Regiæ mentis & gratiæ iure redargui, & detrimentum pati. Et vt hęc nostræ Donationis concessio presenti & futuro tempore inuiolabilis permaneat, hanc nostræ celsitudinis chartam inde conscriptam sigilli nostri impressione signare iussimus, manuq; propriâ, vt infrà videtur, corroborauimus. Signum Domini Ottonis gloriosissimi Regis. Hildebaldus Episcopus & Cancellarius, ad vicem Willigisi Archiepiscopi recognoui. Dat. VIII. idus Febr. Anno dominicę incarnat. DCCCCXCIII. ind. VI. anno autem domini Ottonis Regnant. X. Actum Diaspurgo feliciter Amen.

* Generabilis

III.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Si locis diuino cultui mancipatis alicuius honoris & proprietariæ roborationis augmentum prębere studuerimus, diuinitùs nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumq; præsentium & futurorum nouerit vniuersitas, qualiter nos, ob remedium animæ nostræ, parentumq; nostrorum, & propter strenuam petitionem Heinrici Ducis, nostri fidelis, immo Christiani sanctæ Patauien. Ecclesiæ venerabilis Episcopi, eidem sacrosanctæ sedi in honore sacratissimi prothomartyris Christi Stephani consecratæ, concessimus atque largiti sumus eiusdem Ciuitatis mercatum, monetam, bannum, Theoloneum, & totius publicæ rei districtum, tali tenore, vt prædictus pręsul Christianus, suique successores, omnem publicam rem, hactenus no-

bis in eadem ciuitate Patau. pertinenti habeat, & firmiter intra Ciuitatem & extra, perpetualiter teneat, sine omnium hominum contradictione. Et vt hæc prodonatio firma sit, hanc paginam manu propriâ corroborantes, Sigilli nostri plumbeâ impressione iussimus insigniri. Signum Domini Ottonis, Imperatoris Augustissimi. Heribertus Cancellarius, vice Willigisi Archiepiscopi recognouit. Data III. Non. Ian. An. dominicæ incarnationis DCCCCLXXXXIX. indict. XIII. anno Ottonis tertij regnantis. XV. Imperij. III. Actum Romæ feliciter, Amen.

mm. *Vide Chronicon Episcoporum Patauien. vbi latè de his & similibus: velim tamen lectorem admonitum, non satis bene distingui tempora; Arnolphos item Patrem & filium confundi.*

De Berengero Episcopo in M M SS. Annalibus Episcoporum Patauien. in membrana quos annales Dn. Hundium non vidisse, aut saltem non eosdem fuisse, quorum & mentionem facit suprà pag. 280. haud improbabile est, subsequentia leguntur: BERENGERVS sedit Patauiæ annis XXXIII. Similiter sine pallio: hic obtinuit priuilegium super decimis omnibus in Orientali prouincia situatis, in Septentrionali parte fluminis Danubij, ab Imperatore Conrado, successore Henrici sancti, anno eius secundo, Dominicæ incarnationis MXXV. subscripto Vdalrico Cancellario vice Aribonis Archicancellarij. Actum Triburiæ. Similiter in Comitatu Alberti Marchionis, in omnibus locis constructis & construendis, de omnibus, à quibus decima debet persolui, vt ipse, & sui successores super his liberam ordinandi facultatem habeant. Ipse Berengerus ab Henrico II. obtinuit quoddam prædium in Comitatu Henrici Marchionis, & locum ad construendam Ecclesiam in Herzogburgk, vbi presbyter mansionem facere possit, & vnum regalem mansum in Krembsa & Sigemare, Werd, & Tubra extra ciuitatem & Vomesseuz, in singulis locis regales mansos, & in vno quoque locum ædificandi Ecclesiam opportunam, & de vicino ad construendas mansiones pro presbytero. In Krembsa autem quia aratum prædium non habetur, vbicunque in proximo de proprietate regis inuenitur, pro supplemento ascriptum conceditur. Sed iuxta dicta incidit grauis quæstio, quomodo isti & sequentes Episcopi obtinuerunt per Priuilegia, quæ aliàs Sanctæ Laureacensi Ecclesiæ per sanctos Imperatores Philippos sibi in proprietatem Ecclesiæ donata fuère? iuxta superius dicta. Cur ergò, quieta patriâ, post Hungarorum conuersionem Episcopi, qui Laureacensi titulo gloriabantur, à Deo deuotis Imperatoribus, vt Arnulpho, & eius filio Ludovvico, & præcipuè ab Ottone primo, & sequentibus Ecclesiæ suæ propria & similiter Patauiensi Ecclesiæ sibi restitui iniustè ablata non postularunt? Horum neglectum etsi quidam desidiæ & stoliditati Pontificum videntur adscribere, quod videlicet huiusmodi detentatores quieta patriâ non postularunt à suis possessionibus remoueri &c.

Sequitur Diploma Imp. Henrici III. super quibusdam possessionibus circa Risenperch, & inter flumina Lithaha & Fischa deorsum, cuidam Reginoldo concessis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuinâ fauente clementia Rex. Notum sit omnium Dei nostrorumq; fidelium solerti industriæ, qualiter nos fideli nostro Reginoldo, ob ipsius nobis gratum & fidele seruitium, dimi-

dimidietatem Risinperg, & insuper tamen inter flumina Lithaha & Fischaha, scilicet deorsum iuxta littus Fischaha, donec decem Regales mansos habeat, de nostro iure & dominio in eius dominium Regali nostrâ munificentiâ transfundimus, & vbi sibi mensurare præcepimus, cum omnibus suis appendiciis, hoc est, areis, ædificiis, terris, campis, agris, cultis & incultis, vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarumuè decursibus, molis, molendinis, piscationibus, syluis, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quæsitis & inquirendis, cum omni vtilitate, quæ vllo modo inde poterit prouenire, sitis in comitatu Sigifridi Marchionis, ea videlicet ratione, vt prædictus Reginoldus de præfato prædio liberam de hinc potestatem habeat obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quidquid sibi placuerit inde faciendi. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum maneat, hanc cartham inde conscriptam, manu propriâ, vt infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus signiri. Signum domini Heinrici tertij Regis inuictissimi. Theodoricus Cancellarius vice Warthonis Archicancellarij recognoui. Dat. II. Non. Iun. anno dominicę incarnationis MXLV. indict. XIII. anno autem Heinrici tertij, ordinationis eius XIII. Regni verò eius sexto. Actum Persinich.

Vualdero.

Errat Bruschius cum Iltz fluuiolum Bohemicum vocitat: ad Nariscos enim pertinet, apud quos, cis Boëmiæ saltum oritur, prius Ochar dictus, post Ilissus, item & Illsus: à septentrione, vt Appianus obseruauit, directè meridiem petens, Passauij vrbe Episcopali Danubio sese coniungit; neq; tamen, vt Regenus, aquas suas cum Danubij permiscet, sed atrum suum colorem ad ripam Septentrionalem diu longeq; retinet.

Sequuntur Priuilegia Engelberto Episcopo ab vtroque Imp. Henrico III. & IV. concessa.

I.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis. Heinricus diuinâ fauente clementia Romanorũ Imperator Augustus. Nouerint quicunq; Christi nostriq; fideles, tam futuri quam præsentes, qualiter nos ob interuentum nostri thori ac Regni consortis, scilicet Agnetis Imperatricis Augustæ, nec non ob petition & deuotum famulatum nostri fidelis & dilecti Engilberti Patauien. Ecclesiæ episcopi, ex nostra jmperiali auctoritate prænominato Episcopo tradidimus atq; concessimus ius & potestatẽ legitimi banni super venatione & foresto in prædicto S. Stephani prothomartyris, eiusdem Episcopi patroni, videlicet, in comitatu Adalberti Marchionis, & intra geminas fluminum Sabinichi & Darbinichi ripas sito, ea videlicet cõditione, vt nemo, absq; licentiâ & voluntate præfati Episcopi, successorumq; suorũ, infrà prædictos eiusdem foresti terminos, banni conclusione vetitos, præsumat venari, aut aliquod genus ferarum, quod in forestarum iure banni interdicitur, lege qualibet, venatoria industriâ capere vel decipere. Et vt hæc nostra Imperialis traditio atque concessio eiusdem banni, quod donauimus in potestatem Egilberti Episcopi, apud ipsum, successoresque suos prædictę Patauien. Ecclesiæ futuros Episcopos, stabilis & inconuulsa perhenniter maneat, hoc pręceptum inde conscriptum manu propriâ corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Heinrici tertij Regis inuictissimi II. Romanorum Imperatoris Augusti, Wintherius Cancellarius, vice Wardonis Archicancellarij recognoui. Data XVI. Kal. Iulij, Anno Dominicæ incarnat. MXLIX. ind. secundâ. Anno autem Domini

Heinrici tertij regnantis Imperatoris II. ordinationis eius vicesimo primo, Regni quidem vndecimo, Imperij autem tertio. In nomine Domini Actum Geminide feliciter. Amen.

II.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Hainricus diuinâ fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Res Ecclesiasticas & seruorum Dei petitiones releuari iuuamine atque imperiali munimine tueri ad animæ nostræ remedia & ad Imperij, quod administramus, profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum præsentium scilicet ac futurorum non ignoret industria, Egilbertum sanctæ Patauiensis Ecclesiæ Episcopum venerabilem Episcopij sui traditiones aliquot nostræ celsitudini obtulisse, obsecrantem, vt ex his nobis innotesceret, quod regum aut Imperatorum munificentia Ecclesiæ petitioni non solum fidelis seruitij sui assiduitate commoniti, sed & conthoralis nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ precibus sollicitati pium assensum præbuimus, & curtes, Ecclesias, villas, & omnia prædia cum suis pertinentiis à Regibus vel Imperatoribus, aut ab aliis religiosis viris vel fæminis sanctæ Patauiensi Ecclesiæ tradita. Insuper etiam specialiter Abbatias Chremisa Münstre, MATISEO cum prædio nomine Hunisperch, capellam Ottingam, & curtim RVVTE, & villam Ausenhusen, quemadmodum eandem Adalbertus eiusdem sanctæ Patauiensis Ecclesiæ Episcopus pro Anesiburch sanctæ Laureacensi Ecclesiæ prædio, vbi quondam Episcopatus fore sedem nouimus, ab Heinrico Duce Bavvariorum iustè & legaliter in concambium accepit atque possedit, & in Osterrichi in loco qui dicitur Kirchpach territorium quoddam, quæ ad radices Comageni montis sita est, & in eodem monte mansos C. faciendos & plus cum omnibus ad eam pertinentibus mancipiis vtriusq; sexus, Ecclesiis, villis, areis, cultis, & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis quæ dici possunt, donatiuo hoc nouo præfatæ Ecclesiæ sancti Stephani Prothomartyris Christi, in qua & sanctus Valentinus Confessor Christi corporaliter requiescit, prouisorumque eius potestati æternaliter possidenda imperiali nostra autoritate donamus, corroboramus atque confirmamus. Et vt hæc nostra Imperialis confirmatio stabilis & inconuulsa permaneat æuo, hanc paginam inde conscribi, manuque propriâ, vt subtus videtur corroborari, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Heinrici tertij regis inuictissimi, secundi Romanorum * Imperatoris Augusti Winchertus Cancellarius in vice Levvpoldi Archicancellarij & Archiepiscopi recog: Datum XIII. Kal. Augusti. Anno Domini Hainrici tertij regis, secundi Imperatoris, ordinationis eius XXIV, regni verò XIII. Imperij VI. Actum Barovve in nomine domini feliciter Amen.

III.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Res Ecclesiasticas & seruorum Dei petitiones nostro releuari iuuamine atque regali munimine tueri ad animæ nostræ remedia, & ad Imperij, quod administramus, profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum præsentium scilicet ac futurorum non ignoret industria Engilbertum

bertum sanctæ Patauiensis Ecclesiæ Episcopum venerabilem Episcopij sui traditiones aliquot nostræ celsitudini obtulisse, obsecrantem, vt ex his nobis innotesceret quod regum & Imperatorum magnificentia Ecclesiæ contulisset suæ & idem renouationis nostræ autoritas roboraret; Cuius nos iustæ petitioni non solum fidelis seruitij sui assiduitate commoniti, sed & dilecti nostri magistri Annonis Coloniensis Archiepiscopi cæterorumque fidelium nostrorum precibus sollicitati pium assensum præbuimus, & curtas, Ecclesias, villas, & omnia prædia cū suis pertinentiis à regibus vel Imperatoribus, aut ab aliis religiosis viris vel fæminis sanctæ Patauiensi Ecclesiæ tradita. Insuper etiam specialiter Abbatias Chrembsmünster, MATESEO cum prædio nomine Hunisperg, capellam Ottingam, & curtim RVVTE, & villam Vffehusen quemadmodum eandem Adalbertus eiusdem sanctæ Ecclesiæ Patauiensis Episcopus pro Anesburg sanctæ Laureacensi Ecclesiæ iustè & legaliter in concambium accepit & possedit, & in Osterriche in loco qui Kirchpach territorium quoddam cum Ecclesia, quæ ad radices Comageni, prædia quædam in Comitatu Ernesti Marchionis sita Govvozbrunnen & Paumgarten ac Chruber dicta, quæ dilectus noster genitor, piæ memoriæ Heinricus Imperator Augustus eidem Patauiensi Ecclesiæ, Imperiali autoritate tradidit, cum omnibus ad eadem pertinentibus, hoc est, vtriusque sexus mancipiis, Ecclesiis, villis, areis, cultis, & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ dici non possunt, donatiuo hoc nouo sanctæ sancti Stephani Protomartyris Christi, in qua & sanctus Valentinus Confessor, corporaliter requiescit, prouisorumque eius potestati, & æternaliter possidenda regali nostra autoritate donamus, corroboramus atque confirmamus. Et vt hæc nostra confirmatio stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam inde conscribi, manuque propria, vt subtus cernitur, corroborauimus, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Heinrici quarti regis; Fridericus Cancellarius vice Sigefridi recog. Datum VIII. Kal. Nouembr. Anno Dominicæ Incarnationis M. LXIII. Indict. II. Anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis IX. regni verò VII. Actum Ratisponæ in Dei nomine Amen.

Altmannum hunc Paulus Bernrieden. in vita Gregorij VII. Pont. Max. (pag. 73.) commemorat, contrà Simoniacos veritatis assertorem intrà Germania Episcopos, his verbis: „ Habent etiam complures ex vltramontanis partibus, Vdo Treuirensis, & Hermannus Metensis, Altmannus Patauiensis vel Lauriacensis, Adelbero Wirzeburgen. Hugo Diensis &c. oo.

Epistola Gregorij VII ad Altmannum sic habet.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto in Christo fratri A... Altmanno Patauiensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem. Quia vicem nostram in Teutonicis partibus prudentiæ tuæ commisimus, discretionem tuam diligenter monemus, sicut iam aliis literis ad te destinatis (si peruenerint) fecimus, vt consilio fratris nostri Salseburgensis Archiepiscopi, & aliorum confratrum nostrorum Episcoporum eos quos adhærendo H... à proposito veritatis errasse cognoscitis, studiosè reuocetis: & qui redire voluerint, fraternè suscipiatis, & maximè Osnamburgensem Episcopum, quem nobis velle fideliter adhærere audiuimus, benignè suscipiatis, & fraterno auxilio contra quæ-

 libet

liber iniuriam inferendam ei occurrere vbi opportunum fuerit, non hæsitetis, & litem quam de decimatione Ecclesiæ suæ habet cum Corbegense abbate, vel iustè antè vos terminare, aut absq; læsione suæ Ecclesiæ certum tempus ipsius ante nos terminandæ ex vtraq; parte statuite vale.

Diploma Henrici IV. Altmanno Episcopo concessum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hainricus diuina fauente clementia Rex. Sanctę Dei Ecclesiæ profectui tantò diligentius prouidere debemus, quantò excellentius ex dominico munere sublati sumus. Quapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam pręsentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos pro amore diuino animęque patris nostri remedio, Patauiensi Ecclesię in honore S. Stephani constructæ & consecratæ, ob interuentū ac petitionem matris nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, instinctu quoque Berthæ reginæ, regni thorique nostri consortis, dilectissimi etiam Gebhardi Saltsburgensis Archipræsulis, & Eppanis Neuburgensis Episcopi, nec non ob fidele meritum Altmanni pręfatæ sedis antistitis, villam quandam Tyesnfurt dictam, & transitum ipsius fluminis quod dicitur Maracha, & infra hæc loca, Paumgartn, Stupherich, Modzulla, quod est prædium Arnesti Marchionis, quinquaginta regales mansos, in pago Austriæ, in marchia Arnesti marchionis sitas, cum omnibus appendicijs suis, hoc est, vtriusque sexus mancipijs, vineis, agris, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, forestis, forestarijs, areis, ædificijs, Ecclesijs, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumue decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, & redditibus, vijs & inuijs, mercatis, telonijs, monetis, quæsitis & inquirendis, omnique vtilitate in proprium dedimus, confirmauimus, iurè perpetuo obtinendum concessimus, ea ratione, vt nullus successorum meorum Imperator siue rex, dux, marchio, comes, aut alia maior aut minor persona iudicialis, pręfatæ Ecclesiæ bona prænominata aufferre aut alienare præsumat, & vllo modo inquietare. Sed prænominatus Altmannus Episcopus, eiusdemque successores, liberam inde habeant potestatem tenendi, precariandi, commutandi, vel quidquid ad vtilitatem eiusdem Ecclesiæ voluerint, faciendi. Et vt hæc regalis traditio nostra stabilis & inconuulsa permaneat omni æuo, hanc chartam conscribi, manuque propria corroborans sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Heinrici quarti regis. Sigehardus Cancellarius, vice Godefridi vicecancellarij recognoui. Datum secundo nonas Martij. Anno Domini MLXVII, indictione prima: anno autem ordinationis domini Heinrici quarti regis decimo quinto, regni verò vndecimo. Actum Ratisbonæ in Dei nomine feliciter.

In alio Catalogo Patauien. Episcoporum. Tricesimus septimus numeratur hic Altmannus eiusq; vita sic descripta legitur.

Altmannus Westphalus ex Saxonia claris parentibus editus, & vt in peruete ri Chronica habetur, vltimus ex celebri ac perueteri Putinensium Ducum (qui in Austria quidem vixerunt, sed in Saxoniæ & Westphaliæ principum aulis seruierunt) genere, diuinis ac secularibus literis apprimè eruditus, apud Paderbornen. Episcopatum in Westphalia canonicus fuit, & Scholasticus. Deinde Aquisgrani Canonicus & Præpositus. Addunt etiam aliqui Coloniæ Canonicum & præpositū fuisse, quo tempore etiam in palatio Henrici tertij Capellanus Cæsarus claruit. Quo defuncto Altmannus Imperatrici Agneti fideli adhæsit obsequio, cum qua Patauiam venit, eo tempore, quo

Egil-

Egilbertus Episcopatus insulam tenuit. Cæterum cum an. Dom. 1065. multi nobiles transfretarent in terram sanctam vulgari opinione deterriti, quasi dies instaret iudicij, eò quod Pascha illo anno euenisset sexto Calend. April. quo scribitur Resurrectio Christi. Altmannus pariter ex loco Reginæ cum multis de palatio viris honoratis Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, & Cunthero Wirzburgensi Episcopo comitem itineris & laboris socium sese coniunxit. Qui dum persolutis in Hierusalem votis in patriam redirent, contigit vt Egilbertus Patauien. Episcopus defungeretur atque in cœlesti gloria beatis pro dignis meritis coniungeretur. Post cuius mortem Agnes Regina regnique optimates consilium ineunt, ac omnes Altmannum in locum defuncti Episcopi eligunt, Clerus collaudat, omnis populus clamat Altmannum Episcopali dignissimum honore, quem doctrina & bonitate scirent plenum. Mox mittuntur obuiam viri clari in Pannoniam, qui virgam pastoralem & annulum sponsalem electo deferant, eumque decenti honore ad sedem Patauien. deducant. Vbi bene exceptus à Gebhardo Salzburgensi Archiepiscopo consecratur, suo olim in Gymnasio Parisiensi condiscipulo, vbi non hunc tantum Gebhardum, genere comitem ab Helfenstein, sed & Adalberonem comitem Lambacensem contubernalem habuit. De quibus legitur. Qui quum aliquando Parisiis simul conuiuati hilarius, & collocuti liberius essent, inter varios alios vltro citroque habitos sermones, alius alij fortunas prædicentes, mira quædam vaticinati sunt, ita nimirum hunc isti, alium alij Episcopatui aliquando præficiendum esse. Et hunc hoc loco, alium alio Monasterium erecturum fore, additis pollicitationibus se tunc quoque, si sors ita ferat, singulari beneuolentia velle esse coniunctos inuicem. Vtque hæc omnia, in eo conuiuio per iocum dicta sunt obiter, ita eodem quoque euentu postea habuerunt. Nam Episcopi designati sunt omnes, Gebhardus Salzburgi, Adalbero Wirzburgi, Altmannus Patauiæ, sed & Monasteria construxerunt singuli, & vnusquisque in Monasterio à se constructo, liberalissimè donato, sepultus est, Gebhardus in Admontensi, quod in Stiria Ferium montem ad Anasum fluuium situm est. Adalbero in Lambacensi apud Austrios supra Anasianos, Altmannus in Gothevvicensi apud Austrios infra Anasianos, vterque exul, & ex Episcopatu suo per Henricum 4. deiectus, vt infortunia etiam haberent, quemadmodum fortunas communes. Erat Episcopus admodum religiosus, Deumque timens plurimum. Vnde munificum habuit benefactorem Imp. Henricum 4. à quo tale priuilegium, & insignia quædam bona in eodem diplomate nominata impetrauit.

forte Guntherо.

Diploma hic inseritur, quod habetur supra
Sequuntur cætera in Chronico, de Altmanno.

Porro Altmannus, vt Ecclesiam Dei plantaret, in primis in suburbio Patauiensi Monasterium in honore S. Nicolai super ripam Oeni fluminis constituit, quod multis prædijs & Vineis dotauit, eique loco præfecit Hartmannum Præpositum, virum omni sapientia præditum, vt collegium, vitam sub regula B. Augustini exigentem ibi colligeret. Dehinc ad alia Monasteria reformanda animum intendit. In Norico ripensi Monasterium erat S. Floriani, in quo erant Clerici coniugijs & lucris secularibus intenti, negligentes seruitium Dei. Hoc Episcopi prouidentia inde eliminauit, religiosas personas ad seruiendum Deo ibi constituens. Ipse locus fertur quondam à monachis inhabitatus, sed ab Hungaris destructus, denuò ab Egilberto Episcopo Altmanni prædecessore repa-

reparatus & Clericis mancipatus. In monasterio S. Hypoliti erant clerici ebrietati, voracitati, libidini, & vsuris impliciti, quos Episcopus Altmannus Canonica censura de loco expulit, & religiosos viros pro eis restituit. Quibus præfecit Engilbertum præpositum virum prudentem & facundum. Atqui Clerici expulsi, ægreferentes expulsionis suæ opprobrium, sumptis armis audacter ingressi sunt Monasterium, fugatis omnibus, cellarium fregerunt, & vinum in terram effuderunt. Quod facinus statim vltio diuina secuta est. Nam omnes in amentiam versi, auia deserti petierunt. Præterea S. Agapiti monasterium quod Krembsmunster dicitur à magna infamia liberauit Episcopus. Nam Monachos irregulariter viuentes, & bona monasterij luxu dissipantes eiecit, & venerabilem virum Theodoricum abbatem cum fratribus sub regula S. Benedicti viuentibus loco præfecit, & vt haberent reformandi exemplum vitæ regularis, ille ipse Altmannus in monte Gothovvic monasterium B. Mariæ ord. Canon. S. August. erexit anno Christi 829. præfuit verò non Laureacensis tantum Archiepiscopus, Patauiensisque Præsul, vt antecessores, sed & totius Hunnorum & Morauorum prouinciæ, Pannoniæ ac Mœsiæ Pontifex Max. anno vno, mensibus tribus, temporibus nimirum Eugenii secundi, qui refert eum ad beatorum Petri & Pauli Apostolorum limina religionis & iuris sui vindicandi ergò accessisse, eumque in Epistola quadam (cuius verba aliqua apponere libuit) populis ad Christianismum nuper conuersis, quibus idem Vrolphus tanquam legatus Apostolicus concionabatur tunc temporis, præclarè commendat. Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei Radfredo Fauianensis. i. Wien, Methodio Speculunensis & Annoni Vetuariensis Ecclesiæ Episcopis simul, & Tutundo, nec non & Mimaro Ducibus & optimatibus vniuersisque exercitibus plebis Hunniæ & Morauiæ salutem, & apostolicam benedictionem. Vrolphum reuerendissimum S. Laurecens. Ecclesiæ Episcopum sanctissimum fratrem nostrum, ab hac sancta Ecclesia vobis cum rectorem transmisimus, atque in præfatis regionibus Hunniæ (quæ & Auaria appellatur) sed & Morauiæ, prouinciarumque Pannoniæ & Mœsiæ apostolicam vicem nostram, Diocesim, atque ius Ecclesiasticum exercendi committimus, cuius dilectioni ad honorem suum nostram apostolicam vicem & auctoritatem insuper accumulamus, quod nunquam suis præmissum est prioribus. Quatenus & vos confratres & Episcopi deinceps reuerentiam ei ampliorem exhibere sciatis. Atque vos Laici primates & vulgus saluberrimis præceptis suis, non velut homini, sed tanquam Deo humiliter obtemperetis, &c.

al. vndecim *permissum*

PP. *Chronic. Richersperg. Anno MCXLIX.* Dominus Chuonradus frater regis Chuonradi Episcopus Patauiæ constituitur, post Reginbertum Episcopum, qui in expeditione Hierosolymitana in finibus Græciæ obierat. Deinde. (vt idē Chronicon An. MCLXIV. refert.) in locum sanctæ memoriæ Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi successit Chuonradus hic, ab omni clero & populo vnanimiter electus cum gaudio omnium, ea cautione, vt cum Alexandro staret, sicut prædecessor suus. Qui statim in mense Septembri ad Imperatorem fratruelem suum pro regalibus ab eo suscipiendis Papiam profectus est, cum prosecutione literarum Episcoporū suffraganeorū. Quò perueniens cùm benignè ab Imperatore susceptus esset, post multa, quæ ibi ab Imperatore in secreto & in publico dicta sunt, quæ & scripto comprehensa sunt à Præposito Richerspergensi, qui cum Episcopo venerat illuc, qualiter scilicet eū Imperator ad habendū Papā Paschalē prouocauerit, quem ipse tanquā Catholicū Catholici successorē modis omnib⁹ cōmendabat, seq; effecturū in breui, vt omnes eū reci-

perent

perent minabatur: Sed electus Episcopus ad partem illam nullo modo flecti poterat. Tandem sine regalibus, cum gratia tamen & pace ab Imperatore dimissus est.

Fridericus I. Imperator qualia huic Episcopo Conrado & Ecclesiæ Patauien. contulerit Priuilegia, ex subsequentibus videre est.

I.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij, & spiritus sancti. Fridericus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus. Si iustis fidelium nostrorum petitionibus benignè annuimus, & facilem præbemus assensum, vt pia deuotio celerem sortiatur effectum, Antecessorum nostrorum Regum, & Imperatorum vestigia imitamur: nam inclinari precibus nostra Imperialis dignitas consueuit, & vniuersa in Imperio nostro ordinabiliùs reguntur & gubernantur, si cum virgâ æquitatis & iustitiæ principalis clementia comes adiungatur. Ratio igitur exigit, & Imperiali videtur congruere honori, vt fidelium nostrorum dignas petitiones clementer admittamus, illorum præcipuè, quorum fides præclaris operibus magis est approbata, quorum etiam desiderium circa honorem coronę nostrę stabili constantiâ amplius feruere dinoscimus. Ea propter vniuersorum Imperij nostri fidelium tàm futura, quàm pręsens nouerit ætas; qualiter nos, pio ac sedulo rogatu dilectissimi Patrui nostri Conradi, venerabilis Patau: Ecclesię Episcopi, & principum interuentu & consilio, Abbatiam sanctę Mariæ in Patauiâ cum omni integritate & honore, quo ad nos & Imperium spectare cognoscitur, aduocatia excepta, videlicet cum omnibus possessionibus, intùs & exteriùs, cum ministerialibus, seruis, & ancillis, villis, cultis & incultis, vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumuè decursibus: molendinis, piscationibus, & cum omni vtilitate ad ipsam pertinente, ad Episcopatum Patauien. beato Stephano contradidimus, pro religione in eâ reformandâ, & pro remedio animæ nostræ, & antecessorum nostrorum, tali conuentione interueniente, vt Episcopus, & eius successores, nobis, nostris successoribus, singulis annis in epiphania domini, quadraginta libras Ratisbon. monetæ, Regio fisco de eadem Abbatiâ persoluant. Sancimus itaque Imperiali nostra authoritate, vt nullus successorum nostrorum, Regum seu Imperatorum, hanc nostram donationem, quam ad honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ & Imperij fecimus, immutare attemptet. Præterea per hanc nostræ autoritatis paginam firmiter præcipimus, nequis Dux, Marchio, seu Comes, vel aduocatus, in his possessionibus iam dictam Ecclesiam aliquo tempore inquietare, seu molestare præsumant. Quod si quis huius præcepti nostri violator ausu temerario, quod non credimus, extiterit, centum libras auri optimi componat, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem dictę Ecclesiæ. Et vt hæc nostra donatio rata & inconuulsa in perpetuum maneat, hanc nostri priuilegij paginam sigilli nostri impress. insigniri & muniri iussimus, testibus subter notatis: Ardicio Cunanus Episcopus, Heinricus Dux Bauariæ atque Saxoniæ, Otto Palatinus comes, Fridericus Palatinus comes de Widelmesbach, Bertoldus comes de Andesen, Rudolfus comes de pullendorp. Burkkardus præfectus Magdeburgen. comes, Gozimus comes, vido de Blandraco, Conradus Comes de Auenberg, Conradus comes de Balnehusen, Alegam aduocatus Augusten. Marquardus de Gruinbach, & Ioannes Abbas cotnicen. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi. Ego Vlricus Cancellarius vice Reinaldi Colonien. Archi-

Wittelinspach. Phullendorph. Corvvensis.

Archiepiſcopi recognoui. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis M. C LXI. ind. IX. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore inuictiſſimo, anno Regni eius IX. Imperij vero VI. Datum Cumas, IV. Kal. Febr. feliciter, Amen.

II.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Si iuſtis fidelium noſtrorum petitionibus benignè annuimus, & facilē præbemus aſſenſum, vt pia deuotio celerem ſortiatur effectum, anteceſſorū noſtrorum, Regum & Imperatorum veſtigia imitamur. Nā inclinari precibus noſtra Imperialis dignitas conſueuit, & vniuerſa in Imperio noſtro ordinabiliùs reguntur & gubernantur, ſi cum virgâ æquitatis & iuſtitiæ principalis clementia comes adiungatur. Ratio igitur exigit, & Imperiali videtur congruere honori, vt fidelium noſtrorum dignas petitiones clementer admittamus, illorum præcipuè, quorum fides præclaris operibus magis eſt comprobata, quorum etiam deſiderium circa honorem coronæ noſtræ ſtabili conſtantiâ amplius cognouimus. Ea propter vniuerſorum Imperij noſtri fidelium tàm futura, quàm præſens nouerit ætas; qualiter nos, pio ac ſédulo rogatu dilectiſſimi patrui noſtri Conradi, venerabilis Patauien. Eccleſiæ Epiſcopi, & principum interuentu & conſilio, Abbatiam ſanctæ Mariæ in Patauia, cum omni integritate & honore, quo ad nos, & Imperium ſpectare dinoſcitur, videlicet cum omnibus poſſeſſionibus, intùs & exteriùs, cū miniſterialibus, ſeruis, & ancillis, villis, terris, cultis & incultis, vineis, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumuè decurſibus, molendinis, piſcationibus, & cum omni vtilitate ad ipſam pertinente, & Epiſcopatum Patauien. beato Stephano contradidimus, pro religione in ea reformandâ, & pro remedio animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorū, tali conuentione interueniente, vt Epiſcopus & eius ſucceſſores, nobis, & noſtris ſucceſſorib⁹, ſingulis annis, in Epiphania domini, quadraginta libras Ratisbon. monetæ Regio fiſco de eadem Abbatiâ perſoluant. Ab hac autem donatione Abbatię prædictæ aduocatiam excipimus, cuius inueſtituram nobis, noſtris ſucceſſoribus, Regibus & Imperatoribus, cum omni integritate conſeruamus. Sancimus itaq; noſtra authoritate Imperiali, vt nullus ſucceſſorum noſtrorum, Regum ſeu Imperatorū, hanc noſtram donationem, quā ad honorem Dei, & vtilitatem Eccleſię & Imperij fecimus, immutare attemptet. Præterea per hanc noſtræ auctoritatis paginam firmiter præcipimus, ne quis Dux, Marchio, ſeu comes, vel aduocatus, in his poſſeſſionibus, iam dictam Eccleſiam aliquo tempore inquietare, ſeu moleſtare præſumat. Quod ſi quis noſtri præcepti violator, auſu temerario, quod non credimus, extiterit, centum libras auri optimi componat, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ. Et vt hæc noſtra donatio rata & inconuulſa in perpetuum maneat, hanc noſtri priuilegij paginam ſigilli noſtri auctoritate inſigniri & muniri iuſſimus. Huius donationis noſtræ teſtes ſunt; Piligrinus Aquilegien. Patriarcha, *Hillinus Treueren. Archiepiſcopus, Ernardus Bambergen. Epiſcopus, *Conradus Auguſten. Epiſcopus, Gero Alluerſtaten. Epiſcopus, Hermannus Conſtantien. Epiſcopus. Fridericus Monaſterien. Epiſcopus, Gotefridus Traiecten. Epiſcopus, Hermannus Verden. Epiſcopus, Heinricus Dux Bauariæ & Saxoniæ, Otto comes palatinus, & fratres eius, Fridericus & Otto. Ludouicus prouincialis comes, Conradus Palatinus Comes de Rheno, Fridericus Dux Sueuorum, filius Regis, Heinricus Dux Caryntiæ, Bertoldus comes de Andexe, Rudol-

de Andexe, Rudolfus comes de Phullendorf, & alij plures. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi. Ego Vlricus Cancellarius vice Renaldi Archiepiscopi Colonien. & Italiæ Archicancellarij recognoui. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis M.C.LXI. indict. IX. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore Victore Anno regni eius X. Imperij verò VII. feliciter amen. Datum ante portas ciuitatis Mediolanen. tempore vastationis, tertio non. Iunij.

III.

Donatio Episcopi Conradi Capitulo suo anno 1055. facta cuius D. Hundius mentionem facit, huius est tenoris.

CHVNRADVS cœlesti gratia Patauien. Episcopus, cunctis Ecclesiæ suæ Christique fidelibus salutem in perpetuum. Ad suscipienda pastoralis curæ pondera, Domino præcipiente, vocati, locumque nostrum Cathedralem Patauiæ, multaque in loco ad honorem Dei à prædecessoribus nostris pontificibus intra & extra. MONASTERIVM ornata decenter atque ordinata contemplati, nos quoque optimis illorum exemplis, Deo inspirante, exemplificati, ad similia in eodem loco & per Episcopatum vbique pro viribus nostris, spe retributionis æternæ, superaddere curauimus, si qua restarent necessaria. Cæteris igitur in eadem ciuitate ante nos rationabiliter ab Antecessoribus nostris ordinatis, illud nobis ordinandum videbatur in melius, Vt FRATRVM habitacula, tàm inter se etiam inordinatè locata, quàm sparsim laicorum ædificijs indecenter & minus canonicè permixta, vnum in locum ante & secus Ecclesiam imponerentur, quatenus ad decorem domus Dei, fraternè fratribus & iocundè in vnum habitantibus, seditiosum vulgus & quicunque prophani vt moribus, sic & domibus suis à Clero sejungerentur. Adhoc, vt ante faciem Templi spatiosa quædam & apta Canonicorum processioni delectabilis appareret latitudo, vbi etiam in circuitu, plebe semotâ, fratres de Choro, mansionibus suis per ordinem ædificatis, cohabitarent, tres areas, hortum, locaque nostri iuris illic vniuersa, quæ Episcopalem attinebant iustitiam, firmâ traditione donauimus, ac stabilitate hac etiam terminorum circumscriptione; vt quidquid murorum circuitus ab orientali capite sanctuarij, ab vtroque eiusdem Austriano & Boreali latere, retrò vsque ad Occidentalem ciuitatis murum se contineret, id nostra collatione Fratribus traditum nullus successor noster Episcopus alienare ab vsibus eorum præsumeret. Quo negotio, vt cogitauimus, multis coram liberis & ministerialibus adimpleto, conscriptum præsens, ob memoriam eiusdem peractionis, priuilegium numerosis testibus, & nostri appositione sigilli, infra vt euidens est, cautissimè muniri præcepimus. Porro vt ex hoc nunc, & vsque in omne tempus futurum huius priuilegij continentia non facilè cuiquam videatur euacuanda, auctoritate Dei omnipotentis, sub patrocinio beati Stephani protomartyris, omniumq; sanctorum, in animam & corpus æternæ maledictionis vinculum illis anuectimus, quicunque vel opere, vel ingenio prædicta cassauerint, ita vt morte sine corpore & sanguine Domini; co præuenti cum maledictis in ignem æternum mereantur reprobari. Amen. Testes sunt ex liberis: Adelrammus de Chambe: Engelschalcus de Aterseo, & frater eius Diethpoldus: Erchenbertus de Mosebach, & frater eius Hartvvicus. Babo de Tollingen. Chunradus de Amezinespach, cæteriq; ex ministerialibus Ecclesiæ, Waltherus de Glanecka: Rudigerus iudex: Hartmundus pincerna:

Otto: Rudigerus de Holzhusen,& frater eius Porno, multiq; plures. Acta sunt hæc Anno post incarnationem Domini M. C. L V. Episcopatus verò nostri VI. Mense Aprili Luna XXX. Indictione II. Henricus Scholasticus recognouit Patauiæ.

qq. *De hoc Ruperto accipienda sunt quæ Chronici Richersbergen. auctor coæquaneus an. M. CLXV. scribit.* In proximo mense Iulij Imperator venit in partes Bauariæ,& Pataui am III. Kal. eiusdem mensis, quando Episcopus eiusdem loci omnes ferè Prælatos eiusdem Episcopatus propter pręsentiam Imperatoris iurare coēgit & deinceps cogere disposuerat. Et à Patauia per Danubium nauali itinere partes orientis intrans, Wiennam venit, vbi ferè XIV. diebus mansit. Ibi electus Ratisponensis iurauit,& Dux Austriæ Heinricus patruus Imperatoris & alij Principes.

Haud exigua apparet confusio, qua serie Conrado Patauiens. Episcopo ad Archiepiscopatum Salisburgen. translato subsequentes Episcopi aliquot, sibi inuicem successerint. D. Hund. Rupertum commemorat à Friderico I. an. M. CLIX. constitutum: eique ab Alexandro excommunicato subrogatum fuisse, mox ab eodem Imp. Alberonem, siue Albonem, aut Albanum quendam Frisingensem Canonicum, Anno MCLX. qui excommunicationem Pontificis contemnens cum Patauij triennium sedisset, coràm Imperatore accusatus de enormibus quibusdam criminibus exauthoratus fuerit iterum An. M. CLXIII. eique subrogatus Henricus Comes Bergen. ex Sueuia. qui homo decrepitæ Senectutis, qui quia à Moguntino consecrari renuerat, resignârit Episcopatum post paucos menses: repetito An. M.C. LXIV. ad gubernationem Ecclesiæ Patauien. Ruperto, illo nimirum, qui excommunicationi Pontificis cesserat: & post vnius anni & quatuor mensium spacium defuncto sublectum Theobaldum Com. Bergen. Henrici de quo proximè dictum fratrem & anno MCLXV. admissum.

rr. *Chronicon Patau. Episcoporum M. S. translato Salisburgam Chonrado, tradit electum fuisse Theobaldum Anno MCLXV. eique superpositos tres sibi inuicem succedentes: nimirum Robertum schismaticum; & hoc defuncto, Alberonem aliàs Albonem Frisingen. denique Henricum vtrumque itidem schismaticum.*

Rursus ab his diuersa tradit Richerspergense Chronicon à Synchrono congestum: diserte enim commemorat post Episcopum Chuonradum (Anno MCLXV. Salisburgi Archiepiscopum electum) electum quidem fuisse Anno MCLXV. Dominum Ruodbertum presbyterum & Decanum Patauiensis Ecclesiæ senem valde & plenum dierum, eumq. eo ipso anno, Non. Decemb. mortuum; & post hunc Dn. Albon Præpositum Diaconum eiusdem Ecclesiæ Patauien. electum III. Idus Nouembr. Idem Chronic. testatur Henricum anno MCLXX. præcedente anno in locum Albonis ex permissione Imp. electum, primum in Episcopatum suum uenisse. Nec prætermittendum hic est quod rectè monet, mouetque D. Hundius ex priuilegio Episcopi Theobaldi, Monasterio Osterhouen super decima vinearum in Austria concesso quod infrà sub isto Monasterio exhibebitur. Data autem seu conclusio istarum literarũ, quam ex parte tantum adfert Hundius sic habet integrè. " Datum in Palatio Patauien.
,, per manum Tugenoris Notarij & Presbyteri Ecclesiæ Andreæ in Austria iuxta
,, mõtes Comagenos. Anno incarnationis Dominicæ MCLXXXVIII. Indict.
,, X. sub Domino Vrbano PP. III. regnante Domino Friderico Imperatore glori-
,, osissimo Anno regni eius XXXVII. Pontificatus verò Domini Theobaldi. X
II. *Facile ex his colliget lector, quot anni tribuendi sint Theobaldo: quidquid cùm antecessoribus eius schismaticis, in tanta temporum illorũ perturbatione contigerit. Largitionis Theobaldi, nec non quorundam aliorum, qui Ecclesiæ Patauiensi dona sua contulerunt, testes hic profero literas Sum. Pontif. Lucij, memoria dignas.*


LVCI-

Lucius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Friderico Decano Pataviensi, eiusq; fratribus, tàm præsentibus, quàm futuris canonicè substituendis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando petentium voluntatem pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam Pataviensem, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Alexandri PP. prędecessoris nostri Sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, & pręsentis scripti priuilegio communimus, statuentes, vt quascunq; possessiones, quæcunq; bona eadem Ecclesia inpręsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum cōcessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Duas curtes villicales in Rudelhaim: parochiā Chorphaim: & Ecclesiam, quæ dicitur Hohenstat, cum pertinentijs suis, quas Regimarus Episcopus Ecclesiæ vestræ contulit: Prædia in villa Vietpach, quæ Hartvvicus de Hagenovve vobis pro remedio animę suæ, & in recompensationē thesauri, quem Reginbertus Eps, frater eiusdem Hartvvici, de sacrario vestro accepit, tradidit: Ecclesiam S. Stephani de Wacreine: & Ecclesiā Svvarnachirchen: Ecclesiam Pecenchirchen, cum pertinentiis suis, quas Episcopus Chunradus vobis contulit: Ecclesiā Ahalmingen, cum pertinentijs suis: parochiā S. Pauli Pataviæ, cū pertinentijs suis, villis videlicet & hortis Ciuitati adiacentibus, quam Episcopus Theobaldus vobis contulit: prędia Vihehoven, Mosin, Vechelabrucke, Rinderholz, Hafre, Engelhartshaim, Madelgeresdorf, Mitterenhirshaim, Oberendorf, Ovvenheim, Odelperingen, Willingen: Sectionem lignorum cum pascuis in foresta iuxta Ciuitatem sita: Prædia Galcvvis, Veltkirchen, Straghen, Tusingen, Hartperch, Visenhart, Svvaine, Chōnelbach, Igilbach, Iagarn, Rainbach, Tanheim, Hunchopten, Ospirnberge, Pucingen, Hezelingen, Aiche, Raphaltesteten, Subene, Sunnenbach, Iugelbach, Langaredorf, Landindorf, Gerrichesdorf, Fringenberge: villam Chezelinesdorf: & decimas de vineis & agris vestris ibidem prouenientibus: decimam apud Chunehohesteten. Adhæc auctoritate Apostolica inhibemus, ne Eps vester, qui pro tempore fuerit, possessiones, aut alia bona vestris stipendiis deputata, sine communi assensu Capituli, vel maioris & sanioris partis, infeudandi, vel quomodolibet alienandi habeat facultatē. Interdicimus etiā, vt cōtra consuetudinē hactenus obseruatā famuli vestri, donec eos ad iustitiam exhibendā cogere volueritis, ad examē Iudicis Ciuitatis minimè pertrahantur. De mansionib. quoq; Canonicorū & areis ad habitationē ipsorū deputatis infra terminos designatos, contra assignationē & concessionem Chunradi quondam Pataviensis Epi, pręter Canonicos ordinare vel disponere quippiā nullus attentet. De redditibus verò ad præbendas Canonicorū pertinentibus, nō nisi Decano & fratribus, sicut præfatus Eps de communi assensu Capituli decreuisse dignoscitur, disponere liceat, nec in his, contra voluntatem vestram specialē, sibi vendicet potestatem. Statuimus prætereà, vt si quisquam Canonicorum intestatus decesserit, facultates, quas ratione officij vel Ecclesiæ adeptus fuerat, communi Fratrum & Ecclesiæ vsui applicentur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia in-


tegra conſeruentur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſaluâ Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & Epiſcopi veſtri Canonicâ iuſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertióue commonita non reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri IESV Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri IESV Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

✠ Ego Lucius Catholicę Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego Viuianus tituli S. Stephani in Celiomõte presb. Card. ſſ.
✠ Ego Cynthius presby. Card. tituli ſanctæ Ceciliæ ſſ.
✠ Ego Arduinus presb. Card. tituli ſanctæ Crucis in Ieruſalem ſſ.



✠ Ego Mattheus presb. Card. tituli S. Marcelli ſſ.
✠ Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ trans Tibrim tituli ſſ.
✠ Ego Petrus tituli ſanctæ Suſannæ presb. Card. ſſ.

*Nota; hunc Chunradum Epiſcopum in priuilegio Alexandri Papa tertij ita ſe ſubſcripſiſſe: * Ego Chunradus Salz.p. Eccleſia humilis miniſter, & Sab. nen. Epiſcopus. ſſ.*

✠ Ego Chunradus Sabin. Epiſcopus Salz p. miniſter ſſ.
✠ Ego Theodinus Portuen. & S. Rufinæ ſedis Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Petrus Tuſculanus Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Paulus Preneſtinus Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Iacobus S. Mariæ in Coſmidyn Diac. Card. ſſ.
✠ Ego Ardicio S. Theodori Diac. Card. ſſ.
✠ Ego Rainerius S. Gregorij ad velum aureum Diac. Card ſſ.
✠ Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ & Damiani Diac. Card. ſſ.

Datum Velletr. per manum Alberti ſanctæ Rom. Eccleſiæ presbyteri Card. & Cancell. VI. Idus Maij, Indictio. XV. Incarnationis Dominicæ Anno M.CLXXXII. Pontificatus verò Domini Lucij Papæ III. anno primo.

Facta anno MCLXXVII. concordia inter Pont. Alexandrum III. & Fridericum I. Imp. tandem An. MCLXXXIX, Fridericus expeditionem in Paleſtinam ſuſcepit: & ſimul Dietpoldus quoque, vel Theobaldus Epiſcopus, cum fratribus ſuis quibuſdam Canonicis videlicet præcipuis, ac maioribus de choro Patauien. huic viæ ac labori Imperatoris ſe ſtrenuè pro Domino, & pro redemptione animæ ſuæ iunxit, optans, imo certus pro temporalibus quæ multa reliquit, ſempiterna ſe recipere poſt hanc vitam in Hieruſalem ſuperna, nec verò pia hæc vota fuerunt irrita. nam, vt idem ſcriptor Richerſpergen. tum viuens narrat; Idem venerabilis Epiſcopus Patauienſis Dominus Dietpoldus ad exemplũ prędeceſſoris ſui ſanctæ memoriæ Domini Reginberti, eiuſdem Patauienſis Eccleſię quondam Epiſcopi ſecutus Dominum, qui eſt via, veritas, & vita: & accepta Cruce cum fratribus ſuis Canonicis, videlicet maioribus ac præcipuis de choro Patauienſi ſex numero, iter ſanctę peregrinationis cum Domino Imperatore Friderico diuæ memoriæ fuerat aggreſſus pro redemptione

ptione animæ suæ. Qui, quamuis fuisset nobilis valdè genere, vtpote de magnorum Principum, & de Imperiali sanguine creatus, & admodum iuuenis ætate, non tamen veritus est animam suam ponere viriliter pro liberatione Hierusalem terrestri, quantum in ipso fuit, vt vitam æternam promereretur in Hierusalem cœlesti: Quam & adeptus nunc gaudet in cœlis cum sanctis confessoribus Dominiq; sacerdotibus decoratus iam vna stola, securusque de reliqua. In fine secundi anni peregrinationis suæ, id est III. non. Nouemb. cœlo reddidit animam beatam, terræ carnis materiam; apud Accaron sepultus, præmissis prius ad Dominum omnibus fratribus suis, qui eum de terrâ sua in terram æternæ promissionis fuerant, vt patrem secuti. Quorum nomina hæc fuerunt: Burchardus liber de Chambe Archipresbyter: Vdalricus Præpositus de Ardacher, & Archipresbyter; Meginhalmus de Patauia plebanus ciuitatis ipsius & Archipresb. Marquardus quoque Præpositus de S. Andrea: Rudegerus de Aheime, Chuonradus Prior inter eos & maior ordine & dignitate, sed itineris consocius: Dominus Tageno Pataujensis Ecclesiæ Decanus:* Ipse est, qui singulas mansiones, quas pertransierant pio studio ad notans, labores & angustias confratrum suorum & exercitus DEI viuentis & pro Domino peregrinantis, memoriæ posteriorum scripto commendauit, & plenus ipse charitate, omnibus scire volentibus ordinem historiæ, ipse moriens apud Tripolim, ibique sepultus, in memoriam sui ea, quæ ipse viderat & pertulerat in eâdem expeditione à prima egressione Episcopi Dietpoldi à Patauia, quæ facta fuit in XVII. Kal. Iunij, vsque dum exercitus Christianorum venit Antiochiam sequenti anno in XI. Kal. Iulij diligenter conscribens exempla eorum nobis remisit. Quæ etiam in hoc libello fideliter per annos adnotata sunt, &c.

* *Scriptor huius expeditionis Hierosolymitana.*

Extat in prædicto Chronico, epistola Dietpoldi Episcopi ad Austriæ Ducem Luipaldum de progressu itineris istius.

Consentit cum his Chronic. Episcopor. Patauien. Et Chronic. Richersbergen: Anno M.CXCI. Defuncto in peregrinatione piæ memoriæ Domino Dietpoldo Episcopo Patauien. Ecclesię. Dn. Wolfkerus Præpositus in locum eius substitutus est, electus vnanimiter Patauiæ à Choro & Prælatis omnibus eiusdem Episcopatus, ministerialibus quoque & plebe, V. Idus Martij. Qui statim in media Quadragesimę iuit ad regem pro suscipiendis regalibus. *Et paulò infrà*: Electus Pataujensis Dominus Wolfkerus Canonicus eiusdē Ecclesiæ Pataujensis ab Imperatore reuersus ab Archiepiscopo Adalberto, plenitudinem officij sui accepit Salzburgæ, in sancta solennitate Pentecostes in presbyterum consecratus Sabbato, & sequenti Dominica die, id est, V. idus Iunij ad honorem & dignitatem Episcopatus cum gaudio omnium sublimatus & consecratus est, cooperantibus Archiepiscopo & præsentibus Ratisponensi & Gurcensi Episcopis. Inde post triduum id est, II. idus Iunij in Ecclesia sua Pataujensi, lætantibus & applaudentibus pariter maioribus ac minoribus solenniter valdè tunc primum post electionem suam susceptus & inthronizatus est.

Nec huic quidem Episcopo Wolfgero Imp. Henricus VI. Bauar: Dux liberalitate sua defuisse videri debet; sicut subsequens Diploma ostendit.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus sextus, diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus. Inter cætera pietatis opera, quæ dignè memoriæ commendanda esse credimus, id ad salutem animæ, & humanâ felicitatē præcipue nobis proficere speramus, si necessitatibus ecclesiarum Dei consideratis, ad bonum illarum statum promouendum, liberalitatis nostræ manum extendimus & animum, ad eas autem maximè, qua-

rum pastores seruitio Dei, & religioni earum, pariter & vtilitati nouimus intendere, in nostro & Imperij seruitio sollicitos esse perpendimus & feruentes. Fidem itaq; sinceram, ac deuotionem incensam, quam dilectus ac fidelis princeps noster Wolfgerus Patauien. Episcopus, nobis & Imperio exhibuit, & exhibere solet, necnon studia, quibus ad eius Ecclesiæ commodum & exaltationem ardenter inuigilat, considerantes; Notum facimus vniuersis, præsentem paginam intuentibus, quòd nos Abbatiam beatæ Dei genitricis Mariæ, videlicet congregationis sanctarum monialium in Patauiâ (quam prædecessores nostri, Domini Imperatores, Otto primus, Otto secundus, & Otto tertius, & pater noster Fridericus, felicis memoriæ, quondam Romanorum Imperator inuictissimus, Ecclesiæ beati Stephani prothomartyris in Patauiâ cõtulerunt, & suis priuilegijs, quorum tenorem inspeximus, confirmauerunt, licet aliquanto tempore vsibus memorati patris nostri, & nostris illa subseruierit) cum vniuersis pertinentijs suis, videlicet, cum aduocatiâ, & seruitio, Regio subsidio siue supplemento seu steura, quod in vulgari Kunigsteür dicitur, ministerialibus quoque, & alijs quibuscunque hominibus, villis, agris, vineis, syluis, pratis, pascuis, montibus, planiciebus, cultis & incultis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus, siue quibuscunque rebus alijs, precum eiusdem fidelis nostri interuentu, ad religionem in prædicta Ecclesia sanctæ Mariæ per eum in meliorem statum reformandam, pro animæ nostræ, ac parentum nostrorum remedio, in concambio prædij in Merdingen siti, vt melius hoc per idipsum factum nostrum inposterum memoriæ sit commendandum, præmemoratæ Ecclesiæ sancti Stephani, & successoribus suis, donauimus & confirmauimus, Ita, quòd ipse, & iam dicta Ecclesia, & omnes succedentes ei in Episcopatu Patauien. illam liberè & absolutè, qualibet exceptione remotâ, cum omni iure suo, sicut Imperium tenuisse dinoscitur, habeat in perpetuum & obtineat; & Imperium prænominatum allodium in Merdingen situm cum omnibus appenditijs suis, & cum omni iure, quo sæpedicta Ecclesia sancti Stephani illud habuit hucusque, & possidet, liberè teneat ac possideat. Quod vt euidentiùs & clariùs elucescat, præsens inde autenticum scribi, & sigilli nostri munimine iussimus roborari: statuentes, & imperiali edicto sancientes, vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Castellanus, Aduocatus neque aliqua denique persona, humilis, vel alta, secularis aut Ecclesiastica, hanc nostram donationem audeat infringere, vel aliquâ temeritatis arrogantiâ illi præsumat contraire, quod si facere attemptauerit, in vltionem excessus sui centum Markas argenti puri pro pœna componat, medietatem cameræ nostræ, reliquam verò partem prædictæ beati Stephani prothomartyris Ecclesiæ, siue eius Episcopo. Huius rei testes sunt: Iohannes Treueren. Archiepiscopus, Otto Spiren. Episcopus, Heinricus Wormacen. Episcopus. Otto Frising. Episcopus, Galterus Troianus Episcopus, Manegoldus Abbas de Degernsee, Adolfus maior præpositus in Colonia, Conradus Cossalarien. præpositus, Leopoldus Dux Austriæ, & Leopoldus eius filius, Conradus Dux Sueuiæ, Rudolfus palatinus comes de Thubingen, Emecho comes de Lyningen, Sigvvertus comes de Werda, Seifridus comes de Morle, Albertus comes de Eberstein, Rapoto comes de Ortenberg, Albertus comes de pogen, Boppo comes de Wertheim, Gebhardus comes de Tolenstein, Fridericus & Burkardus comites de Rolre, Fridericus co. de Hohenberg, Rupertus de Turne, Gotfridus de Winede, Crino de Murnberg, Marquardus dapifer de Annevvilre, Heinricus Marscalcus de callendin, Henricus pincerna de Lutra, Conradus Camerarius de Stauffe, Rapoto de Lapide: In Austria, Otto de Ramesperg,

Casslari

*

mesperg, Hadamanus de Kiniringen, Wichardus de Sêeueld, Wichardus de Zebingen, Herandus de Wildenge, & alij quàm plures. Signum domini Henrici sexti Romanorum Imperatoris inuictissimi. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini MCXCIII. ind. XI. regnante domino Henrico sexto Rom: Imper. inuictissimo, Anno Regni eius XXIII. Imperij verò secundo. Datum Spiræ per manum Sigeloi Imperialis Aulæ. . . . . prothonotarij, in sancta die pascæ, V. Kal. April. : te.

Qui hunc Manegoldum, supra nominati Theobaldi Episcopi Patauien. fratrem germanum, annis circiter triginta, post fratrem in eandem sedem sublimatum, Abbatem Tegernseensem pronunciant; quam verè hoc faciant, ipsi viderint. Inter Abbates sanè istius monasterij nullibi reperitur. Nos posthabitis his quæ incerta sunt, certis inhærentes, Manegoldum Episcopum Pataviensem agnoscimus, & quæ illo ad sedis Patauinæ clauum sedente à Rom. Principib. priuilegia tàm ipsi quàm Ecclesiæ, & successoribus indulta fuêre, quot quidem ad manus nostras peruenerunt, heic inserere voluimus.

I.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. PHILIPPVS diuina fauente clementia Romanorũ Rex, & semper Augustus. Ea quæ in præsentia regiæ Maiestatis ritè & rationabiliter gesta sunt, ne longâ temporum successione in obliuionem deducta contingat euanescere, literarum ea indicijs in perpetuam memoriam hominum decet & incongruum non est perennare. Ad notitiam itaq; vniuersorum, tàm præsentis ætatis, quàm in æuum successuræ posteritatis hominum peruenire volumus, qualiter constitutis in præsentia nostra dilecto fideli nostro MANEGOLDO PATAVIENSI EPISCOPO, & OTTONE DVCE MERANIÆ, ipse Dux pro feudo Comitis F. de Bilestain Ecclesiæ Patauiensi tunc vacante, & pro quadam summa pecuniæ, videlicet mille octingentis Marcis, castrum WINDEBERDE, cum ministerialibus omnibus siue inbeneficiatis immò omnibus hominibus, quocunque iure ipsi castro pertinentibus, cum omnibus quoque possessionibus, terris videlicet cultis & incultis, pascuis, pratis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, & demum cum vniuersis pertinencijs suis, Ecclesiæ Patauiensi per manus nostras in perpetuam proprietatem contradidit: COMITATVM etiam quendam, qui duratà ponte, qui REGENBRVGGE dicitur, vsque ad fluuium, qui ILDSE nuncupatur, & à fluuio DANVBII vsque ad terminum BOEMIÆ, quem memoratus Dux potestate & iure tenebat Imperij, in manus nostras resignauit, & nos eundem COMITATVM nobis liberè resignatum statim PATAVIENSI ECCLESIÆ perpetuò, liberè, & absolutè possidendum contulimus. Has igitur donationes tàm à nobis ipsis, quàm à præfato DVCE Patauiensi Ecclesiæ rationabiliter factas, sicut congruâ ordinatione eas executioni mandatas esse recognoscimus, sic quoque ipsi Ecclesiæ inuiolabiliter in æuum possidendas regia auctoritate confirmamus, Statuentes & regio districto firmiter præcipientes, vt nulli vnquam personæ, altæ vel humili, Ecclesiasticæ vel sæculari licitum sit, hanc nostræ confirmationis diualem paginam infringere, seu aliquo ei improbitatis ausu obuiare. Quod qui facere præsumpserit, regio mandato, in suæ præsumptionis pœnam, centum libras auri purissimi componat, quorum medietas fisco nostro, reliqua verò medietas iniuriam passis persoluatur. Testes autem huius rei sunt, Wolfgerus patriarcha Aquilegien. Chunradus Spirensis Episcopus; Ekkebertus Babenbergen: Episcopus; Bernhardus Dux Carinthiæ; Dietpoldus LANGRAVIVS de LVGGENBERGE; Comes Meinhardus de

Görze; Comes Ludvvicus de OTTINGEN; Heinricus dapifer Imperij de WALPERCH; Heinricus MARSCHALCVS de KALLENDIN; Heinricus Camerarius de Rauensperch: Waltherus dapifer Imperij: Heinricus de Smalnekke; & alij quàm plures. Signum Domini PHILIPPI secundi Romanorum Regis inuictissimi. Acta sunt hæc Anno Domini M. CC. VII. Regnante Philippo secundo glorioso Romanorum Rege Aug. Anno regni eius nono. Ego Chunradus Ratisponensis Episcopus, & regalis aulæ Cancellarius recognoui. Data per manus Sifridi Regalis aulæ protonotarij IV. Non. Nouemb. Indictione X.

II.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Fridericus secundus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Rex, & semper Augustus, & Rex Siciliæ. Quia res gestæ diffidentiæ periculum, & obliuionis dispendia pati consueuerunt, placuit per præsentium continentiam, notitiæ modernorum & futurorum transmittere, quòd cum quædam controuersia verteretur inter dilectû fidelem, & consanguineum nostrum, Manegoldum venerabilem Patauien. ecclesiæ episcopum, & inter dilectum fidelem & consanguineum nostrum Luipoldum Ducem Austriæ & Styriæ super iure patronatus Wiennen: ecclesiæ, & super aduocatiâ fori in sancto Yppolito, & super generali terræ iudicio, quod Landtgericht nominatur, quod idem Dux in quibusdam bonis iam dictæ Patau: ecclesiæ suo iuri vendicabat, & in quibusdam bonis eiusdem ecclesiæ fodrum, quod vulgò dicitur Marchetfuder, ad se asserebat pertinere. Nos iam dictis Principibus in ciuitate Augustâ in præsentiâ Regiæ sublimitatis constitutis, amicabilem inter eos concordiam fecimus & compositionem, Ita, quod ad petitionem nostram, sæpe dictus Dux cessit liti, & in manus nostras renunciauit omni iuri, quod habuit, vel quod habere videbatur, in prædicto patronatu Wien: ecclesiæ, & in aduocatiâ sancti Yppoliti, specialiter etiam renunciauit fodro, & Landtgerichte, quod habuit in quodam prædio Pat: ecclesiæ, quod dicitur Schvvadorf, & in omnibus illius attinentijs, & quidquid in his, vel in alijs, B. memoriæ pater suus de iure suo Patau: ecclesiæ contulerat, ipse quoque pro se & pro vniuersis suis successoribus, eidem recognouit. Renunciauit etiam liti, quam habuit pro ponte in Ebersperg. Nos autem eadem, aduocatiam in sancto Yppolito, & Landtgerichte, & Marketfuter, sicut prædictum est, & si quæ sunt alia iura, quæ in causis prædictis ad nostram pertinent donationem, de consensu & bonâ voluntate Ducis, concessimus prædicto episcopo, & Ecclesiæ suæ, iure perpetuo possidenda. Vt autem hæc nostræ benignitatis gratia, siue donatio, memorato episcopo rata maneat, & inconuulsa perpetuò perseueret, hanc paginam Regio caractere, & sigilli nostri firmitudine fecimus insignire. Hij sunt testes, qui huic celsitudinis & clementiæ nostræ facto interfuerunt: Eberhardus Salzeburg: Archiepiscopus, Otto Frising. episcopus, Conradus Ratisbon. episcopus, Sifridus August. episcopus, Conradus præpositus Frisacen. Rudegerus Pat: canon, præpositus in cella. Vlricus Patau. canon. & plebanus in Vischa. Henricus Pat: canon. & plebanus in probstorf, Ludvvicus Dux Bauar & Pal. Rheni Tipoldus Marchio de Fochburch, Albertus comes de Eberstein, Hartmannus comes de Wittenberg, Heinricus de Niffen, Wernherus de Wonlandt dapifer, Waltherus pincerna, & alij quàm plures. Signum domini Friderici secundi Romanorum Regis inuictissimi & Regis Siciliæ. Acta sunt hęc Anno dominicę Incarnat. M. CC. XV. ind. III. regnante domino Friderico secundo Rom. Rege glorioso, & Rege Sicilię. Anno Regni eius, III. Datum apud Augustam. Non. Aprilis.

In

III.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Leopoldus Dei gratiâ Dux Austriæ & Styriæ, vniuersis Christi fidelibus, in perpetuum. Cùm singularum Ecclesiarum vtilitatibus debeamus semper, atq; velimus prospicere piâ mente, principaliter autem & præcipuè Pat. Ecclesiæ, quæ nostra est mater in Deo, hoc debitum soluere volumus & debemus, & gratia filialis reuerentiæ, quâ ipsi duximus exhibendam in terris, ipsa nos materno affectu reddat acceptos postmodùm & felices in cœlis. Quocirca tàm futurorum, quàm præsentium memoriæ commendamus, quòd nos, & pro nostrâ, & tàm progenitorum, quàm hæredum nostrorum salute; nec non & pro meritis & deuotione Cathedralium Ecclesiæ eiusdem, de concilio fidelium nostrorum, pręsentatiuâ manu ipsi Ecclesiæ matri nostræ donauimus, vt vniuersa victualia, ad comunē mensam & vsum eorundem Cathedralium spectantia, sine muta & furfart, & sine omni exactione in Danubio liberè transducantur. Vnde ne hæc nostra donatio ab aliquo in posterum possit aut debeat infringi, præsentem paginam sigilli nostri immunimine, cum horum qui interfuerunt, nominibus iussimus annotari: Quorum primus est, dominus Otto Frising. Episcopus, Bernhardus præpositus S. Nicolai, Vlricus de Bernekh, Vlricus de Weka, Hademarus de Cur. Marquardus de Hindperg, Rudolfus de Bottendorf, Vlricus de Welkenstein, Heinricus de Landsdorf, Hademarus de Wesen, Otto & Conradus fratres de Haichenbach, Heinricus de Ahaim, Conradus de Schlechdorf, & alij quam plures. Acta sunt hæc in Scolis Patauiæ, Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XVI. indict. IV. sub Innocentio III. Papa, regnante Friderico Rege Romanorum & Siciliæ. Datum per manus Heinrici Patauien. Can. &c. Notarij.

Denuò scriptorum apparet variatio circa Episcopum Vdalricum huius nominis secundum. Bruschius Comitem à Diesheim vocat, Dieteboldi comitis & Dominæ Giselæ comitissæ Bergensis. vel Vobenburgensis filium, germanum fratrem Othonis secundi Frisingensis Episcopi &c. D. Hund. fratrem appellat Heinrici, Theobaldi, & Manegoldi Episcoporum supranominatorum: nec non Othonis tertij Episcopi Frisingen. quod si ita sit, quatuor fratres Bergenses Comites Episcopi Patauien inuicem sibi successerunt. Idem tradit D. Hund. sub Ottone Frising. Episcopo II. non tertio huius nominis, qui nullus fuit. Vid. etiam Chronicon M. S Episcoporum Patauien. hunc VDALRICVM *simpliciter commemorat Canonicum Patauiensem: nulla habita mentione generis vel natalium.*

uu

*Priuilegium Friderici Imp. II. de regali Cœnobio sanctimonialium B. Mariæ, Pataui*j.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus secundus, diuinâ fauente clementiâ Romanorū Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Votis fidelium nostrorum, pręsertim quæ ad manifestos Ecclesiarum vsus cedere videntur, de cōsuetâ Regiæ serenitatis munificentiâ piū semper fauorē volentes impendere, præsentis scripti certitudine, ad notitiā præsentis æui, atq; ad memoriā futuræ posteritatis volumus venire; quòd ad instātiā & obnixas preces dilecti principis fidelis nostri Vlrici Patau. Episcopi (quē in obsequijs imperij & nostris iā dudū non tantummodò inuenimus deuotum, verum etiam in suæ fidelitatis feruore credimus, imò nō dubitamus, constantem in antea permansurum) ad recognitionem laudabilium meritorum suorū quoddam feodum, quod de concambio antiquitus inter imperiū & cathedralē Ecclesiā Patau. de Regali tunc Cœnobio sanctimonialium intemeratæ Virginis Dei genitricis Mariæ facto, tūc cessit Imperio;

perio; quod feodum tunc Vexilli, vulgo Vanlehen appellatum, Illustris quondam O. Dux Bauariæ ab Imperio dinoscitur assecutus. Hoc idem feodum dilectus consanguineus noster & fidelis Ludouicus illustris Palat. Comes Rheni, Dux Bauariæ ad preces nostras, in manus Regię celsitudinis voluntariè resignauit; nosque illud in continenti; prælibato Vlrico Patau. Episcopo, & suæ Ecclesię liberaliter dignati sumus conferre & confirmare. Ipse aut Episcopus sollicitè procurans Ecclesię suæ vtilitatem, ipsum feodum statim titulo legalis successionis, contulit prænominato Duci Bauariæ, ab ipso Episcopo, suisque successoribus, non ab Imperio, ratione feodi de cætero recipiendum & possidendum. Vt itaque hęc apud posteros inconuulsa permaneant, & perpeti firmitudine obseruentur, hoc priuilegium, ob dilectionis euidentiam, memorato Episcopo, suęque Ecclesiæ indulsimus, sigillo aureo mentis nostrę roboratum. Huius etiam testes sunt, Sifridus sanctæ Magunt. sedis Archiepiscopus, Ekevvertus Bambergen; Sifridus Augusten. Heinricus Basilien. Episcopi; Luipoldus Dux Austriæ & Stiriæ, Bernhardus Dux Carinthię, Otto Dux Meraniæ, Heinricus nobilis de Niffen, Anshelmus de Gustigen Marscalcus imperij, Walthorus de Sipf pincerna, Dieto Camerarius, Philippus de Pollandia, Hademarus de preful, Heinricus de Londstorf, Waltherus de Tanenberg, Otto de Marspach, & alij plures. Signum domini nostri Friderici inuictissimi Romanorum Regis, & semper Aug. & gloriosi Regis Siciliæ. Ego Conradus Meten. & Spiren. Episcopus, imperialis aulæ Cancellarius, vice domini Sifridi Moguntinen. sedis Archiepiscopi, totius Germaniæ Archicancellarij, recognoui. Acta sunt hęc Anno Domini M.CCXVII. regnante domino Friderico secundo, diuinâ fauente clementiâ Romanorum Rege, semper Augusto, & glorioso Rege Siciliæ. Anno Romani regni ipsius V. Siciliæ verò XVIII. Datum in solenni curia Nürenberg, Anno prætaxato 12. Cal. Febr. V. Indict.

Illingen.

Priuilegium Friderici Imp. II. super feudo Fahnlehen Vdalrico Episcopo concessi.

FRidericus secundus diuina clementia Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliæ, &c. Votis fidelium nostrorum, pręsertim quæ ad manifestos Ecclesiarum vsus cedere videntur, de consueta regię serenitatis munificentia pium semper fauorem volentes impendere, præsentis scripti certitudine, ad notitiam pręsentis æui, atque ad memoriam futuræ posteritatis volumus venire: quod ad instantias & obnixas preces dilecti principis nostri Vdalrici Pataujensis Episcopi, quem in obsequijs nostris & Imperij iam dudum non tantum inuenimus deuotum, verùm etiam in suę fidelitatis fauorem credimus, imò non dubitamus constantem in antea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum quoddam feudum quod de concambio antiquitus inter Imperium & Cathedralem Ecclesiam Pataujensem de * Repali tunc cœnobio sanctimonialium intemeratæ Dei Virginis genetricis Mariæ facto, tunc cessit imperio, quod feudum tunc vexilli nomine Vanlechen appellatum illustris quondam Dux Bauariæ ab imperio dinoscitur consecutus: Hoc idem feudum dilectus noster consanguineus & fidelis noster illustris Ludouicus, Palatinus comes Rheni, & Dux Bauariæ, ad preces nostras in manus regiæ celsitudinis voluntariè resignauit, nosq; illud in continenti pręfato Vdalrico Pataujensi Episcopo & suæ Ecclesiæ liberaliter dignati sumus conferre & confir-

** forsan Nidernburg.*

confirmare. Ipse autem Episcopus folicitè procurans Ecclesiæ suę vtilitatem, ipsum feudum statim titulo legalis successionis contulit præfato duci Bauariæ, ab ipso Episcopo & suis successoribus, non ab Imperio ratione feudi, de cætero recipiendum & possidendum. Vt itaque hæc apud posteros inconuulsa permaneant, & perpeti firmitudine obseruentur, hoc priuilegium ob dilectionis euidentiam memorato Episcopo suæque Ecclesiæ indulsimus, sigillo aureo maiestatis nostræ corroborandum. Testes sunt Sifridus sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, Egkenbertus Bambergensis, Sifridus Augustensis, Henricus Basiliensis Episcopi; Leopoldus Dux Austriæ & Stiriæ, Bernardus Dux Carinthiæ, Otto Dux Meranię, Henricus nobilis de Niffen, Anshelmus de Iustingen Marscalcus Imperij, Waltherus de Sipf pincerna, Dieto Camerarius, Philippus de Balandia, Hadmartus de Wesin, Henricus de Landorff, Waltherus de Thanneberg, Otto de Marspach & alij plures. Signum Friderici inuictissimi regis Romanorum & semper Augusti & gloriosi regis Siciliæ. Ego Conradus Metensis & Spirensis Episcopus, imperialis aulæ Cancellarius, vice domini Syfridi Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopi, totius Germanię Archicancellarij recognoui. Acta sunt anno Domini M. CC. XVIII. regnante domino Friderico secundo, diuina fauente clementia Romanorum Rege semper Augusto, anno quarto, & glorioso rege Siciliæ vero decimo octauo. Datum in solenni curia in Nürnbergkh prætaxata, 12. Cal. Februarij, indictione quinta.

Confirmatio Friderici II. facta Episcopo Vdalrico super quibusdam bonis Ecclesiæ Patauien.

IN nomine sanctę & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Rex secundus semper Augustus, & Rex Siciliæ. Ea quæ à largitione siue commutatione diuorum progenitorum nostrorum, inclitorũ Romanorum Regum & Imperatorum, ad commoda ecclesiarum, siue principum Imperij deueniſſe noscuntur, subsequenter confirmationem debitam à munificentiâ nostrâ recipere promerentur. Quocirca, huius certitudine scripti, ad notitiam præsentium, & memoriam futurorum volumus peruenire, quomodo nos exemplo progenitorum nostrorum, beneuolentiam nostram in Ecclesias & principes imperij effundere cupientes, ob dilectionis abundantiam, quam gerimus circa dilectam nobis Patau. Ecclesiam, & familiarem principem nostrum, eiusdem Ecclesiæ Episcopum Vlricum, nobis & Imperio deuotum, confirmamus omnimodis & ratam habemus donationem & confirmationem de Abbatia Monasterij S. Mariæ Virginis in Patau. ciuitate siti, & de vniuersis eius pertinentijs factam ipsi Patau. Ecclesiæ Cathedrali per manus illustres prędecessorum nostrorum, diuorum Imperatorum, scilicet Ottonis primi, Ottonis secundi, Ottonis tertij, Friderici Aui nostri, atque patris nostri Heinrici, qui & ab ipsâ Patau. Cathedrali Ecclesia pro Abbatia prędicta recepit in concambio prędium suum in Merdingen, cum suis Appendicijs, vt videlicet talis ratione Concambij, eadem donatio inconuulsa permaneat, & in perpetuum tenaciori memoriæ commendetur; in cuius etiam Regiæ confirmationis nostrę testimonium præsentem paginam nostri impressione sigilli signatam sæpedictę Patau. Ecclesiæ curauimus exhibere. Huius rei testes sunt; Theodoricus Treuirorum Archiepiscopus, Theobaldus Dux Lothoringorum, Rudolfus comes palatinus de Tubingen, comes Sybertus & Heinricus filius suus de Werda, Hermannus Marchio de Paden, Anshelmus Marscalcus

Perchtoldus Dei gratia sanctæ Patauien. Ecclesiæ Episcopus, venerabilibus in Christo suis Fratribus, Decano & Capitulo Patauiensi, & eorum successoribus in perpetuum. Cum vestram quietem & laudabilem libertatem, per insufficientiam & incuriam R. Excpiscopi, suis culpis exigentibus per sedem Apostolicam depositi, inuenimus penitus deformatam, & nos tàm circa Ecclesiam, quàm etiam vestras venerabiles personas diuersis compassionibus inflammati sitiamus omnimodam diligentiam adhibere, vt deformata in statum debitum reformentur, & eis, quæ contra vestram libertatem & sacros Canones sunt temerè attemptata, reuocatis in irritum, quietis & salutis, omnis & emunitatis, Deo propitio, vobis instaurare velimus firmissimam libertatẽ; In primis equidem aream vestram, in qua vestræ domus diuersæ sitæ consistunt, ab Oeno siue ab Austro versus Aquilonem, hoc est, Danubium; ac ab Oriente .i. porta Palatij Consulis, ante cuius Consulis palatium LAPIS SANGVINIS iacet, versus occidentem, vsq; Vrbis murum, qui dic Wehr vulgariter appellatur, sicuti in priuilegio felicissimi Chunradi Episcopi, antecessoris nostri, idipsum verbis alijs est expressum, sancimus præsenti priuilegio gaudere omnimodâ libertate, firmiter statuentes, vt infra eundem ambitum nullus quicquam tractare habeat, vel etiam ordinare, nisi quod vestro Capitulo videatur placere, cùm vestram antiquam libertatem, iuxta consuetudinem in eadem Ecclesia prædecessorum nostrorum post Canonicam electionem à nobis factam iurauimus inuiolabiliter obseruare. Item cùm dignitas Archidiaconalis non consueuerit in Cathedralibus Ecclesijs extra corpus sui Capituli euagari, sed quotquot fuerint dignitates huiusmodi in Ecclesia, debeant eisdem dignitatibus Cathedrales Canonici honorari, nisi sint in Cathedra pro Canonicis Monachi, vel etiam regulares, cum sit absurdum & res pestifera, vt maior debeat subesse minori, vel minor debeat suum iudicare Prælatum, cùm CANONICI CATHEDRALES SINT SVPRA PRÆLATOS SVÆ DIOCOESIS VNIVERSOS, sicuti Cardinales sedis Apostolicæ cum Summo Pontifice super Ecclesiam Catholicam vniuersam; statuimus & sancimus præsenti decreto, vt nulla dignitas Archidiaconalis nostræ diocæsis transeat in personam alterius, nisi tantùm ad gremium Capituli, & eius ex Canonicis aliquam certam personam. Item cùm Præsides castrorum, & custodes turrium pro tempore ordinentur, & iurent, munitiones huiusmodi conseruare, nec assignare alicui, nisi ei, qui Canonicè fuerit constitutus, cùm laici nesciant, quid sit Canonicum aut legitimum, & sic detur eisdem occasio malignandi, donec eisdem pecunia magna vel maxima tribuatur; statuimus, vt postquam huiusmodi Præsides mortem intellexerint sui Episcopi, iuramento teneantur Capitulo, si concors fuerit, munitiones huiusmodi ex integro, sine difficultate qualibet assignare, alioquin castra diligentius conseruabunt, donec Capitulum concordetur. Item cùm Canonici Ecclesiæ in suis domibus & areis multâ libertate & emunitate sint priuilegiati præ alijs ab antiquo, sicut antiqui clerici & ciues plenè nouerunt, & nobis Capitulum supplicârit, vt ipsis huiusmodi libertates iubeamus per Iudicem Ciuitatis & ciues vniuersos ex integro inuiolabiliter obseruari, facientes hoc in publicis placitis, quæ placita Ehafftading vulgariter appellantur, publicari solemniter, ac etiam proclamari per ipsum Iudicem Ciuitatis; statuimus & sancimus, vt ad hoc quilibet Iudex Ciuitatis firmissimè teneatur: in contemptores nihilominus & rebelles bonorum publicationem & personarum infidationem sententiâ percellentes. Supplicârunt etiam nobis ijdem venerabiles FRATRES NOSTRI, vt cùm ipsos pro nostris, vel ipsorũ negocijs nobiscum facere morã contingat, vel in Diocæsi alibi esse nobiscum, eisdẽ non in mensa nostra, propter

aduenientes, sed ex opposito in mensâ decenti sessionem exhiberi laudabilem faciamus; quod vtique statuentes, per Officiales nostros de cætero volumus obseruari. Et vt nostri memoria, & parentum ac proauorum nostrorum, in eadem Ecclesia habeatur perpetua & solemnis, ad sustentationem & augmentum præbendarum Canonicorum ipsius Ecclesiæ, Ecclesiam parochialem HOLABRVNNE nobis vacantem, cum omni iure Episcopi & ordinariæ potestatis, seu Archidiaconi aut Decani, quibus qualibet Ecclesia parochialis in iuribus obligatur, largimur, in perpetuum conferimus & donamus, sicut per aliud priuilegium super hoc conficiendum faciemus omnia melius declarari. In horũ omniũ præmissorũ testimonium præsens priuilegiũ sigilli nostri munimine in nomine Domini roboramus. Acta sunt hæc Patauiæ, Non. Kalend. Iunij, Indictione decimâ, Anno Domini M. CCXCII. Pontificatus nostri Anno secundo.

Nota errorem in Data, seu numero annorum. Obijt Berchtoldus Anno Domini 1254. literæ datæ perhibentur Anno 1292. cogitandum alijs relinquo.

Bbb. *Huius Episcopi Ottonis tempore factum reperitur Decretum seu statutum huius tenoris.*

Meingotus Præpositus, Poppo Decanus, & vniuersitas Capituli. Ecclesiæ Patauiens. Omnibus præsentem litteram inspecturis in Domino salutem. In diuersis defectibus, maximè tamen inopiâ nostram considerantes Ecclesiam laborare; & huiusmodi occasione quam plura periclitari negotia consequenter; & ex hoc ipsam CELEBREM & FAMOSAM ECCLESIAM, vigore honestatis consumpto, paulatim tendere ad occasum; solicitè cogitauimus, qualiter salubri remedio resurgeret à ruinâ, & reformationem primitiui status assequi aliqualiter lętaretur. Et sic commune negotium communi consilio pertractantes, in hoc iam dudum, hoc est, ante tres annos, conuenimus concorditer, & de consilio Domini nostri O. venerabilis Episcopi Patauien. statuimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, & iuramento pręstito, à nobis & nostris successoribus firmiter obseruari, vt ad quinquennium cuius anni duo sunt elapsi, & adhuc restant tres, præbendalis stipendij tantum vacantium præbendarum, & vacare incipientium vendentes, hoc adiecto, vt ementibus cum omni integritate omnia prębendæ accessoria, quocunquè censeantur nomine, vbicunque locorum fuerint, tanquàm vni præsenti Canonicorum, excepto duntaxat canonicæ dignitatis consortio, ministrentur. Vt autem pro huiusmodi venditione ora loquentium iniqua obstruantur, & nostræ deuotionis prouidentia potiús commendetur Ecclesia, ipsam pecuniam in necessitates negocij Ecclesiæ nostrę in HOLABRVNNE, in reędificationem domorum nostrarum per INCENDIVM CASVALE destructarum, & in alias necessitates Ecclesię emergentes cottidie, deputauimus conuertendam. Huius autem venditionis executores Dominum POPPONEM Decanum, WERNHARDVM de MORSPACH, Magistrum HARTVVICVM, canonicos, elegimus, Statuentes, vt quicquid pecuniæ receperint ex venditione prouentuum prębendarũ, quę ex nunc in antea, per trienniũ videlicet, fuerint sequestratę, eadem de consilio & conscientia Capituli, per eos in vtilitates ad communitatem spectantes, vt superius expressum est, fideliter & prouidè redigantur. Vt autem huiusmodi statutũ per tempus pręfatũ iuxta formã expressã debeat obseruari, pręsentẽ paginam conscribi fecimus, & sigillo nostro comuniri, in testimoniũ & cautelã. Huic decreto & statuto approbato, ad confirmationẽ & securitatẽ abundantiorẽ, appendi sigillũ Dñi nostri O. venerabilis Patau. Episcopi nihilominus procurantes. Actum Patau.

Patau. in Capitulo, anno Domini M. CC. LXI. VIII. Kal. Martij, Pontificatus Domini nostri O. Patauien. Episcopi anno VIII.

Diploma Henrici Bauariæ Ducis, cuius sub Ottone Episcopo D. Hundius mentionem facit.

HAinricus Dei gratia Palatinus comes Rheni, Dux Bauariæ, vniuersis hanc audituris paginam, vel visuris in perpetuum. In omnem venit notitiam, quàm sit laudabiliter ordinata prouiso contra obliuionis & calumniarum discrimina, competenti remedio testium & scripturæ gesta principum perenni memoriæ commendari. Quapropter, tenore præsentium, singulorum notitijs cupimus aperire, quòd cùm longò hactenus tractu temporis inter Patauien. Ecclesiam ipsiusque pontifices Rectores, ex vna parte, nostrosque progenitores & nos, ex altera, diuersarum durauerit controuersia quæstionum, quæ ducta sæpe in actus bellicos & discordes, vtriusque partis damna non modica dinoscitur intulisse; inspirante domino, quo auctore ad vindictam malorum, laudem verò bonorum, nostri gerimus gubernaculum principatus; præsidente quoq; ipsi Ecclesiæ Domino Ottone, venerabili Episcopo, de communi consilio & consensu Capituli, & ministerialium eiusdem Ecclesiæ, nostrorumq; amicorum & fidelium consilijs, & inductu prælibatæ deliberationis maturæ, cum domino Episcopo & Ecclesiâ memorata duraturam perpetuò concordiam contraximus, in hunc modum; quòd videlicet nos, & hæredes nostri, vnà cum Ludvvico fratre nostro germano, si proeoduxerimus postulandum, à prædictâ Ecclesiâ in feodo teneamus omnia, quæ bonæ memoriæ de Pogen, & de Ortenberg comites, & Palatinus Bauariæ, ab eadem Ecclesiâ feodi titulo possiderunt, quæ & nos hactenus, præterquam in Austria, dinoscimur possedisse. Habebimus insuper eodem titulo commercium inter fluuios Warnach & Regenpurke, à superiori & Sieztlpach, & Vtelpach ab inferiori parte distinctam. E conuersò quidem decimas in Gnauturge & Periug ipsi Ecclesiæ Patau. restituimus absolutas, ac etiam decimas noualium in Landaue, iure patronatus eiusdem parrochialis Ecclesiæ in Greimnorunge siue Landaue nostræ ditioni perpetuò remanente. Rotenberch quoque, cum suis pertinentijs, liberè dimittimus ipsi Ecclesiæ Patauien. Et similiter Seebach, cum suis attinentijs; & quicquid iuris in pascuis & sylua Wedern habuit ex antiquo. Obligationem bonorum in Ahalming, Penrling, & Herchvvich producent. Marc argent. quondam à prædicta Ecclesiâ nobis factam spontaneè relaxamus. Cedimus etiam iuri nostro castrensi in Obernperge, ac etiam infeodationi alterius duarum domuum in Nouo foro Patauiæ sitarum, quæ Wengarij siue Holzhamerij nuncupantur. Ad hæc, si quam patietur impetitionem dominus Episcopus, aut Ecclesia memorata, ab hæredibus comitis de Ortenberg, pro suis bonis, quæ ad nostram possessionem, ex decessu progenitorum suorum, sunt præfatę infeodationis titulo deuoluta, de tali impetitione ipsum Episcopum & Ecclesiam absoluemus. Item à bonis, in Helmbrechtskirchen spectantibus, planè cedimus; contra pertinentiarũ ipsius detentores coöperaturi dño Episcopo, iustitiâ mediante. In prædijs quoq; ipsius Epi, præter antiqua iura, iudicium non exercebimus nos, vel nostri: de quibus iuribus si contentio suborta fuerit, ad consilium vtrinq; trium virorum terminabitur, adhibitâ conscientia Vicinorum infra riuulos, quippe Stampach & Marchpach. Et ciuitatis Patauien. iudicio & aduocatiâ carebimus. Aliàs verò in bonis capituli Patauien. & Nicolaitarum iudicio & Aduo-

catiā nostrā fruemur. Vtraq; sanè moneta, nostra videlicet ac etiam ciuitatis prædictæ, absque impedimento partis alterius, cursum debitum obtinebit. Cęterum tam Episcopus idem, quàm Capitulum, & nos, cassabimus & refutabimus instrumenta quælibet, siue priuilegia, obtenta olim ab alterutrâ partium contra alteram, puta, de Lynza & Anaso, & consimilibus, vtrobiq; carebunt ex nunc omni robore firmitatis. De victualibus Domini Episcopi, ac etiam capituli, & Conuentus dominarum Pataujensium in terris & aquis nostris, per Bauariam, nec muta, nec theoloneum requiretur. Et hoc ipsum nobis obseruabitur in omnibus locis Ecclesiæ supradictę. Demùm si quis ex ministerialibus vtriusq; partis, & alterius familiâ vxorem duxerit, gratum vtrinq; tenebitur, & proles inde nata æqualiter diuidetur, & primogenitus patrem sequatur, ex iure pertinentiæ; vnicus autem hæres communis erit, & proles ex eo genita diuidetur. Nec ob alternata huiusmodi coniugia carebunt iure suo proprietatis vel feodi contrahentes, hoc iure seruando de cōtractibus, tam prçteritis, quàm futuris. Ad quorum omnium perhennem obseruantiam, iuramentis partium super altare beati Stephani prothomartyris confirmatam, præsentem literam sigillo nostro placuit communiri, cum testibus annotatis, qui sunt; Meingotus Præpositus, Poppo Decanus, Otto Cantor, & cæteri fratres eiusdem capituli. Ex laicis verò, Fridericus Burggrauius de Nürenberg, Albertus de Hals, Hainricus de Rorbach, Otto de Frauenberg, Heinricus de Pheling, Grimaldus de Preysing, Heinricus de Rorr, Wimarus Asinus, Hartliebus de Weniser, Richgerus de Ahaim, Hainricus de Harthaim, Otto de Trima, & alij quâm plures. Actum Pataujæ anno incarnat. Domini MCCLXII. Calend. Ianuarij.

Diplomata quæ hic insinuantur, isthæc sunt.

Ccc.

I.

OTtocarus Dei gratia Rex Boemorum, Dux Austriæ, Styriæ, Marchio Morauiæ, vniuersis suis Iudicibus & officialibus per Austriam gratiam suam, & omne bonum. Licet omnium Ecclesiarum profectibus & quieti semper intendere totis viribus teneamur, venerabilis tamen patris, domini Pataujen. Episcopi, quem, propter suæ deuotionis merita, quibus nobis ab antiquo gratus exstitit, & Ecclesiæ suæ Pataujen. ac hominum suorum, iura & libertates, quibus ab aliquibus est sæpius derogatum, volentes firma & illibata in posterum conseruare sub obtentu gratiæ nostræ; vobis vniuersis & singulis damus firmiter in mandatis, vt in bonis & possessionibus ipsius domini Episcopi, quocunque censentur nomine, nullam præsumentes exercere iudiciariam potestatem. Hijs tamen exceptis casibus, qui damnationem mortis requirunt, in quibus suam iurisdictionem non debet nec poterit exequi, sed ad forum pertinent Iudicis temporalis. Præterea cum sui, & nostri homines gaudere meritò debeant ęquo iure, vestræ similiter vniuersitati prçcipiendo districtè cōmittimus, vt ciues ipsius de Mauitarn, de Euerdinge, & quoscunque alios homines ipsius, per aquas & terras, omni iure & libertate perfrui securè ac liberè permittatis, quo nostri ciues & homines gaudere in huiusmodi cognoscuntur, nec ipsos in aliquo, contra huiusmodi mandati nostri seriem, de cætero impedire, vel artare, super quo turbaremur grauiter, attemptetis, scientes, quòd omnes, qui in præmissis eidem domino Episcopo de se præstiterint vlteriùs materiam conquerendi, animaduersione seuerâ taliter puniemus, quòd cæteris in exemplum

præsumatis.

trans-

transibit, & eos nostri mandati pœnitebit fuisse in aliquo transgressores. Datum in Egenburg Anno domini M. CC. LXVI. idus Martij.

II.

PEtrus Dei gratiâ Ecclesiæ Patauiensis Episcopus, omnibus in perpetuum ad memoriam reuocantes, quantis, & quàm periculosis laborum angustijs serenissimus Dominus noster Radolfus, Romanorum Rex semper Augustus se ipsum exposuit, & totius Reipublicæ vires viriliter excitauit, ad hoc, vt nos, & alios Ecclesiarum prælatos, quos vexabat afflictio multiplex, & multorum Tyrannides impetebant, de iugo eriperet pessimæ seruitutis, & ad culmen reduceret pristinæ libertatis, dignum & debitum æstimamus, vt prædictum Dominum, qui benignum se nobis exhibuit, in se ipso & suis liberis, quantum secundum Deum & iuris permissionem possumus, honoremus. Sanè cùm post remotionem illustris Principis, Ottacari Bohemorum Regis, & ipsius voluntariam cessionem de terris Austriæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, & Marchiæ, fuerit declaratum, quod feuda, quæ Principes prædictarum terrarum à nobis & Patauiensi Ecclesiâ possidebant, vacarint nobis & Ecclesiæ Patauiensi simpliciter & præcisè; prædictus Dominus noster partem prædictorum feudorum, cum prædictis alijs libertatibus & donationibus, quæ inferiùs exprimetur, de feudis eisdem deduxit, & in Patauiensem Ecclesiam Iure pleno, & collatione perpetuâ, transtulit, volens & statuens, vt eadem bona feudalia esse desinant, & de cæteris Dominicalibus Patauiensis Ecclesiæ, cum omnibus suis vtilitatibus & vsibus, Iuribus & pertinentijs, sint coniuncta. Nos verò, desuper deliberatione præhabitâ cum Capitulo nostro, & alijs, quorum requirere in hac parte consilia tenebamur, omnia & singula feuda, quæ nobis & Patauien. Ecclesiæ, per mortem Principum prędictarum terrarum, in eisdem terris, & aliàs vbicunq; vacare ceperint, Illustribus filijs prædicti Domini nostri, videlicet, Alberto, Hartmanno, & Rudolpho, & eorum hæredibus masculis, Iure feudi contulimus, ipsosq; ad instar & formam prædictarum terrarum Principum, infeudauimus, de ijsdē hijs duntaxat bonis exceptis, quæ Dominus noster seruauit, & contulit, de quib. suprà meminimus, & inferiùs certis nominibus exprimemus. Propter hoc autē prædictis filijs Domini nostri hanc liberalitatem facimus, vt & ipsi, & eorum posteri, accepti beneficij memores, nos & Patauiensem Ecclesiam foueant, diligāt, & honorent, quòdq; gratiam nobis & Ecclesiæ nostræ factam à patre ipsorū, dño nostro, superiùs nominatam, quę inferiùs exprimētur, gratū & ratū teneant, nec subuertere studeant; sed aduertant potiùs, quòd à Deo recipient potiora, si Ecclesiæ se deuotos exhibeant, & paratos prębeant in earū Iurib⁹ & honoribus cōseruandis, illis tamē præcipuè, quarum beneficiis ad obsequia obligantur. Sunt autem hæc nomina bonorum, possessionum, Iudiciorum, Iurisdictionum, & Iurium, quæ dictus Dominus noster, tàm de feudis prædictis, quàm de alijs bonis in nos & Patauiensem Ecclesiam donatione, largitione, & concessione regali, Iure pleno & perpetuo transtulit, & Dominicalibus Patauien. Episcopi adunauit; Forum Trebense, cum omnibus suis pertinentijs, agris, pascuis, syluis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, iudicio, videlicet causarum ciuilium & criminalium seu sanguinis, Naulo, vel iure Passagij, Theolonio, quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus & singulis redditibus, prouentibus, vtilitatibus, & Iudicijs quibuscunque, quæ ad Principem terræ Austriæ pertinebant ibidem, cum insula adiacente, quam illustris Rex Bohemiæ, pro vsu & commodo ciuium, quondam annexauit dicto foro;

quæ omnia pro redditibus annuis octoginta librarum nobis & Ecclesiæ nostræ assignauit perpetuò possidenda. Item villam in Garznikh, cum agris, siluis, & pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, & omni vtilitate, ac Iure & iudicio ciuili & criminali, & aliis quibuscunque, quæ ibidem ad terræ Principem pertinebant; quam villam, cum suis pertinentijs supradictis, pro redditibus annuis viginti nouem librarum nobis & Ecclesiæ nostræ ibidem Dominus noster assignauit perpetuò possidendam. Item in villa Hollern sex mansos, & dimidium mansum, qui Lehen vulgariter nominatur, quatuordecim libras soluentes, quos ibidem Dominus noster nunc habuit liberos & solutos, cum omni iure, sicut in supioribus est expressum, donauit & concessit nobis etiam & Patauiensi Ecclesiæ supradictæ. Item ius Aduocatiæ in bonis ac Prædijs Patauien. capituli, in Villis Pischolffdorf & Olern, Neuunsidelij, & aliàs ad eandem aduocatiam pertinentibus, cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis principi terræ, pro iure, quod Marschul dicitur, pro triginta quatuor librarum redditibus, minus sexaginta denarijs, nobis & Ecclesiæ nostræ contulit perpetuò possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in sancto Ypolito, in Trayzemur, in Kunigsteten, & aliàs in bonis & possessionibus ac hominibus Ecclesiæ nostræ sitis in Tulnensi Iudicio, quocunque nomine censeantur, non obstante, quòd idem iudicium ad Dominum terræ Austriæ pertinebat, dedit, tradidit dictus Dominus noster nobis & Ecclesiæ nostræ perpetuò, cum iure pleno, & mero Imperio iudicandi: hijs adiecit septem librarum redditus in Tayrenmaur, & vnius libræ in Mautarn, quæ iudicio Tulnensi, nomine Aduocatiæ, dari hactenus consueuerunt annuatim, sic, vt ammodo iudices Tulnenses, vel alij qualescunque, nullum ius, nullumque iudicium, seu exactionem, Aduocatiæ nomine ibidem sibi audeant vindicare. Huius autem iudicij, aduocatiæ, & redditaum prouentus & fructus dedit & tradidit nobis & Ecclesiæ nostræ pro redditibus annuis quadraginta trium librarum, & sexaginta denar. Wenn. æstimatos. Hoc adiecto, quòd memoratus Dominus noster, si voluerit, assignabit nobis & Ecclesiæ nostræ, vsque ad festum Purificationis B. Mariæ Virginis proximum, & ab inde & per annum, tot librarum redditus de feudis ad Ecclesiam nostram pertinentibus, de quibus suprâ dictum est, in locis congruis, adiacentibus Hofmarchijs Ecclesiæ nostræ supradictæ. Quâ assignatione completâ infra prędictum terminum constitutum, quæcunque nobis & Ecclesiæ nostrę dictus Dominus noster assignauit pro redditibus quadraginta trium librarum, & sexaginta denar. ad iam dictum Dominum nostrum liberè reuertentur. Quòd si assignationem non fecerit infra terminum suprà dictum, ex tunc assignatio omnium prędictorum, tàm libera quàm perpetua, ex donatione Regiâ nobis & Patauiensi Ecclesiæ nostræ remanebit. Ex nunc autem idem Dominus noster dedit & concessit nobis, & Ecclesiæ nostræ officialibus, quos nos & successores nostri Patauienses Episcopi ad hoc duximus ordinandos plenam & liberam potestatem iudicandi de crimine, & iudicium sanguinis exercendi, ac in tribus locis, videlicet in sancto Ypolito, Mautarn, & Tezenmaur, furcas seu patibulum, Truncos, & Tormenta alia, quibus reorum crimina puniantur, publicè erigendi, concesso ipsis eo Iure, quod bannum vulgariter appellatur, feudorum tamen prædictis Domini nostri manibus remanebit tantùm pro tempore vitæ suæ. Quòd si filij sui decederent sine hæredibus masculis, dicta feuda ad nos & nostram Ecclesiam Patauiensem reuertentur. Cæterùm si quæ feuda prædictæ Ecclesiæ nostræ aliàs, quàm per mortem dictorum Principum, uacare cæperunt, vel incipient in futurum, de illis nos vel successores nostri, in vtilitaté & com-

& commodum eiusdem ecclesiæ nostræ tenebimu. ordinare. Ad quod vtiliter exequendum, nos & Ecclesia nostra præfatum Dominum nostrorum, & liberos suos, adiutores habebimus, & vtiles promotores. Testes præsentis ordinationis sunt Venerabiles in Christo Patres & Domini, Bertholdus Babenberg. Ioannes Chunensis, & Bernhardus Secowien. Ecclesiarum Episcopi: Illustris Albertus Dux Saxoniæ, Albertus & Hartmannus filij Domini nostri, Comites de Habspurg, Fridericus Burggrauius de Nürenberg, Eberhardus comes de Cazenellenbogen, Marchio de Hachberg, Philippus de Bolandia, Vlricus de Tuneres, Magister Gotfridus, Domini nostri Romanorum Regis Prothonotarius, Præpositus Solien. Otto de Berchtoltsdorf Camerarius Austriæ, Vlricus de Pillichdorf Dapifer Austriæ, Ioannes de Meinsvvanth, Vlrichus de Vichouen, Werkardus de Sler, Bertholdus de Haidendorf, milites. Magister Conradus, Scriba Austriæ, & alij quàm plures. Et vt omnia supradicta robur obtineant firmitatis, literas præsentes nostro, & venerabilis capituli nostri Patauiensis sigillo iussimus communiri. Datum apud nouam Ciuitatem 8. Kal. Decemb. Indict. 6. anno Domini M. CC. LXXVII.

III

RVdolfus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. A primordijs nostri solij, sub illius nomine, per quem Reges regnant, principes obtinent principatus, & à quo suscepimus nostræ sublimationis auspicia, nostri regiminis dispositionem prouidimus taliter dirigendam, quòd eos, per quos cepit, & in quibns consistit nostræ gloriæ celsitudo & qui in partem sollicitudinis sunt vocati nobiscum, vt à nostra celsitudine decus recipiant & decorem, & sub felicis nostri dominij nouitate cuiusdam innouati restaurationis refloreant, nouo gratiæ nostræ beneficio foueamus. Nouerit igitur præsens ætas, & successura posteritas, quòd nos integræ fidei puritatem, & deuotionis sinceræ constantiam, quam Ecclesiastici Principes, per Romanum Imperium constituti, ad nos, & ad imperium ipsum habere noscuntur, benigniùs intuentes, pensantes quoque grata, quæ nobis & eidem Imperio impenderunt, obsequia, & adhuc impendere poterunt gratiora; prædictis nostris Ecclesiasticis Principibus, vniuersis & singulis, in Romano Imperio constitutis, omnes libertates, donationes, indulgentias, gratias, atque merita, eisdem à diuæ recordationis Friderico vltimo, Romanorum Imperatore, prædecessore nostro, ante latam in eundem excommunicationis & depositionis sententiam, & à suis antecessoribus, inclitis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ritè & prouidè tradita & concessa, de benignitate Regali liberaliter innouamus, confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere præsumpserit, grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incursurum. In cuius rei certitudinem, & perpetui roboris firmitatem, præsens scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Nurenberg. XI. Kal. Decembr. ind. III. Anno Domini M. CC. LXXIV. Regni vero nostri an. II.

IV

RVdolfus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis Imperij Romani fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum

num. Cùm fidelium Imperij principum votis & supplicationibus fauorabiliter annuimus, cùm eorum desiderijs facilem exauditionis aditum pandimus, ipsos erga nos, & ipsum Imperium, ad feruentiorem fidei constantiam obligamus. Sanè existentibus nobis apud Pataviam, venerabilis eiusdem loci Episcopus, princeps noster fidelissimus; nostram adiens præsentiam, supplicauit, quòd cum ipse & sui Antecessores tres numero continuè, ex concessione claræ memoriæ quondam Friderici Romanorum Imperatoris, nostri prędecessoris, fuerint in quietâ & pacificâ possessione, seu quasi, iuris recipiendi mutam, seu theolonium in Oberuperge à transeuntibus nauibus in fluuio, qui Enus in vulgari nomine dicitur, sal & alia mercimonia deferentibus, de talento quolibet maioris ligaminis scilicet, XIII. ß longos & X. deñ. vsual. monetæ pa: nec super eo priuilegia memoratus Episcopus inuenerit: Nos de solitâ Regalis benignitatis clementiâ, conscientiæ suæ consulere dignaremur. Nos autem in debitę considerationis trutinâ supradicti Episcopi deuotionem, & fidei quâ patêter erga nos & imperium clariùs virtutum actibus floruit, constantiam reuoluentes eiusque deuotis supplicationibus fauorabiliter inclinati, eidem auctoritate Regiâ indulgemus: si qua per ipsum, vel suos officiales, in dictis Mutis, seu theolonijs, hactenus illicitè forsitan sunt recepta, purgata & licita, quò ad eius conscientiam, & animę suæ salutem, purgato, per subsequentem ratihabitionis nostræ gratiam, conscientiæ suæ scrupulo huiusmodi, decernentes. Insuper cupientes gratiæ gratiam addere specialem, prædictum theloneum præfato Episcopo, & ipsius Ecclesiæ, concedimus, sicut ipsum, ex cõcessione supradicti nostri prædecessoris, eadem Patauien. Ecclesia tenuit ex antiquo; defectum nihilominus, si quis ipsi concessioni inerat, ex plenitudine Regiæ potestatis, & gratiâ speciali, supplentes. Nulli autem omniò liceat hanc benignitatis nostræ gratiam infringere, vel eidem ausu temerario contraire, quod si fecerit, grauem nostræ serenitatis offensam se nouerit incursurum. Testes huius gratiæ nostræ sunt; venerabiles Magunt. & Salzburg. Archiepiscopi, Herbipolen. Ratisbon. & Chimen. Episcopi; illustres L. & H. fartres, comites Palatini Rheni, Duces Bauar. H. Landtgrauius Hassiæ, principes nostri dilecti; & nobiles, Marchio de Burgavv, Fridericus Burggrauius de Nurenberg, Albertus de Hohenberg, Hugo de Wertenberg, E. de Lyningen, E. de Kazenelbogen, Io. & H. de Sponhaim, Comites, & alij quàm plures. In cuius testimonium pręsens scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Dat. Pataviæ in castris, VI. Kal. Octobris, ind. IV. Anno Domini M. CC. LXXVI. Regni verò nostri anno tertio.

V.

RODOLFUS Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, omnibus in perpetuum. Regiæ maiestati conuenit, vt memoriter recolamus, ac fauorabiliter attendamus, quantâ fidei puritate, quantoque deuotionis studio & affectu charissimus princeps noster, venerabilis Petrus, Patauien. Episcopus, reipublicæ veneretur honorem, nostraque priuata commoda diligat & sequatur, vt dùm grata seruitia, quæ Imperio Romano & nobis impendit, aduertimus, ad hoc etiam nostræ consideration. intuitum conuertamus, quas grates & gratias referamus eidem. Dictus siquidem princeps noster, post diuersa pericula & labores plurimùm sumptuosos, quibus se suamque Ecclesiam, pro saluandâ Reipublicâ, infatigabiliter onerauit, non contentus obsequio, quod Romano Imperio in persona nostra deuotus exhibuit, nos etiam in charissi-

rissimis liberis nostris honorare decreuit. Nam feuda illa omnia & singula, quæ sibi & Ecclesiæ suæ per mortem claræ memoriæ Principum Austriæ, in eadem terrâ vacare ceperunt, charissimis filijs nostris Alberto, Hartmanno & Rudolfo, ac eorum liberis, & hæredibus masculis contulit, ipsosque ad instar & formam dictorum Principum, infeudauit, hijs duntaxat exceptis, quæ de feudis prædictis dicto principi, & Ecclesiæ suę Patauien. inferiùs assignauimus, Nec non iure patronatus parrochialis Ecclesiæ in Halabrune, quam Ecclesiam, cum pertinentijs suis, bonæ memoriæ Bertoldus, quondam Patauien. Episcopus, ad mensam Patauien. Capituli iure perpetuo contulit, & concessit, eo tempore, quo sibi & Patauien. Ecclesiæ prędictæ feuda præmissa per mortem bonæ memoriæ quondam Friderici Ducis Austriæ vacauerunt: cui collationi, nomine nostro & Romani Imperij, ad instantiam prædicti Petr Episcopi Patauien., quantum nostra interesse potest & poterit, consentimus, & quantum ad nos respicit autoritate Regiâ approbamus. Propter hoc autem filijs nostris hanc liberalitatem faciens dictus Episcopus, vt & ipsi, ac eorum posteri, accepti beneficij memores, dictum Principem, & ipsius Ecclesiam foueant, diligant, & honorent, quódque gratiam, quam suæ Ecclesiæ facimus, quæ inferiùs exprimetur, gratam & ratam teneant, nec subuertere studeant, sed aduertant potiùs, quòd à Deo recipient potiora, si Ecclesijs se deuotos exhibeant, & paratos præbeant in earum iuribus & honoribus conseruandis, illis tamen præcipuè, quarum beneficiis ad obsequia obligantur. Verùm cum honori nostro conueniat & saluti, vt damna, quæ pertulit, labores, quos sustulit, graues sumptus, quos fecit pro honore imperij dictus Princeps, eamque fidei claritatem, quam in liberis nostris nobis exhibuit, dignâ retributionis vicissitudine cognoscamus; nos de feudis prædictis, antequàm nostris filijs eadem conferrentur, redditus ducentarum librarum vsualis monetæ Wienen. deduximus, & deduci mandauimus, quos prædicto Episcopo, Principi nostro, & Ecclesiæ Patau. dedimus, tradidimus, reliquimus, & concessimus pleno iure, & iusto Dominij titulo perpetuò possidendos, ac in vtilitatem & vsum ipsius Episcopi, & Patauien. Ecclesiæ conuertendos. Sunt autem hęc nomina illorum bonorum, quæ de feudis prædictis sępedicto Patau. Episcopo, & Patauien. Ecclesiæ remanebunt: Forum Trebensee, cum omnibus suis pertinentijs, agris, pascuis, syluis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, iudicio videlicet causarum ciuilium & criminalium seu sanguinis, naulo vel iure passagij, theolonco, quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus & singulis redditibus, prouentibus, & vtilitatibus, & Iudicijs quibuscunque, quæ ad principem terræ Austriæ pertinebant ibidem, cum insula adiacente, quam illustris Othakarus Rex Boemorum pro vsu & commodo ciuium quondam annexuit dicto foro, quæ omnia pro redditibus annuis octoginta librarum prædicto Episcopo, & Patauien. Ecclesiæ assignamus perpetuò possidenda. Item villam Gaisruk, cum agris, syluis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, & omni vtilitate, aciure, & iudicio ciuili ac criminali, ac alijs quibuscunque, quæ ibidem ad terræ principem pertinebant; quam villam, cum suis pertinentijs supradictis, pro redditibus annuis XXIX. librarum prædicto Episcopo & Ecclesiæ Patauien. assignamus perpetuò possidendam. Item in villa Holern sex mansos, & dimidium mansum, qui Lehen vulgariter nominantur, quatuordecim libras soluentes, quos ibidem nunc habuimus liberos & solutos, cum omni iure, sicut in superioribus est expressum, donamus & concedimus Episcopo, & Patau. Ecclesiæ supradictæ. Item ius aduocatiæ in bonis & prædijs Patauien.

Capi-

Capituli in villis Pischolsdorf & obern Neusidel, ac alijs ad eandem aduocatiam pertinentibus, cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis principi terræ, pro iure, quod Marckfuter dicitur, pro triginta quatuor librarum redditibus, minus sexaginta denarijs, prędicto Epo, & suæ Ecclesiæ assignamus perpetuò possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in sancto Yppolito, in Mautern, in Zaiseimur, in Kunigsteten, & alijs in bonis & possessionib⁹, ac hominibus Ecclesię Patauiensis sitis in Tullen. iudicio, quocunq; nomine censeantur, non obstante, quòd idem iudicium ad dominū terrę Austriæ pertinebat, damus & tradidimus perpetuò Patauien. Episcopo, & Ecclesię suæ cum iure pleno, & mero Imperio iudicandi. His adiecimus septē librarum redditus in Zaiseimur, & vnius libræ in Mautern quæ iudici Tullnensi, ratione aduocatiæ, dari hactenus annis singulis consueuerunt, sic, quòd ammodò nostri iudices Tullnen. vel alij qualescunq; nullum ius, nullumq; iudicium seu exactionem aduocatiæ nomine ibidem sibi audeant vendicare. Huius autem iudicij, & aduocatię, & redditū prouentus & fructus damus & tradimus prędicto Episcopo, & Ecclesię suæ, pro redditibus annuis quatraginta trium librarum, & sexaginta denariorum Wienn. æstimatos, hoc adiecto, quòd nos, si voluerimus, assignabimus, eidem, & ecclesiæ prdęictæ, vsque ad festum purificationis B. Mariæ Virginis proximum, & abinde per annum, tot librarum redditus de feudis ad patauien. Ecclesiam pertinentibus, de quibus supradictum est, in locis congruis, adiacentibus Hofmarchijs episcopi supradicti; Qua assignatione completâ infra prædictum terminum constitutum, quicquid prædicto Episcopo, & Ecclesię Patauien. assignauimus pro redditibus quadraginta trium librarum, & sexaginta denariorum, ad nos liberè reuertetur. Quòd si assignationem non fecerimus infra terminum supradictum, ex tunc assignatio omnium prędictorum tàm libera, quàm perpetua ex donatione Regia, Patauien. Ecclesiæ remanebit. Ex nunc autē dedimus & concessimus officialibus prædicti Episcopi, quos adhoc præsens, vel futuri Episcopi Patauien. duxerint ordinandos, plenam & liberam potestatem iudicandi de crimine, & iudicium sanguinis exercendi; ac in trib⁹ locis, videlicet, in sancto Yppolito, Mautern, & Zaiseimur, furcas seu patibula, truncos, & tormenta alia, quibus Reorum crimina puniuntur, publicè erigendi, concesso ipsis eo iure, quod Bannum vulgariter appellatur. Feudorum tamen prædictis nostris filijs concessorū ordinatio & conseruatio in nostris manibus remanebit tantùm pro tempore vitę nostræ. Quòd si filij nostri decederent sine hæredibus masculis, dicta feuda ad prędictū Patauien. Epm. & suam Ecclesiam reuertentur. Cæterum si quæ feuda prędictæ Ecclesiæ alias quàm per mortē dictorum principum vacare ceperint vel incipient in futurū, de illis dictus Eps. vel successores ipsius, ad vtilitatem & commodum suæ Ecclesiæ ordinabit; ad quod vtiliter exequendum nos, & nostros liberos, adiutores habebit, & sentiet promotores. Testes præsentis ordinationis sunt venerabiles principes nostri; Bertoldus Babenbergen. Ioannes Chimen., & Bernhardus Secouien. Ecclesiarum Episcopi, Albertus Dux Saxoniæ gener noster, Albertus & Hartmannus, filij nostri, Comites de Habspurg. Fridericus Burggrauius de Nurenberg, Eberhardus comes de Kazenelbogen, Marchio de Hochpurg, Philippus de Wolandia, Vlricus de Tauuers, Magister Gotfridus, Præpositus Solien. prothonotarius noster, Otto de Bertolsdorf, Camerarius Austriæ, Vlricus de pilichdorf, dapifer Austriæ, Ioannes de Merschvvanch, Vlricus de Vichofen, Wighardus de Slet, Bertoldus de Haidendorf, Milites: Magister Conradus scriba Austriæ, & alij quàm plures, in cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscriptū Maiestatis nostræ sigillo iussimus cōmuniri. Dat. apud nouā ciuitatē, VIII. Kal. sept. Ind. VI. an. Dni M.CC.LXXVII. Regni vero nostri an. quinto.

VI. Ru-

VI.

RVdolfus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, vniuerſis ciuibus de Mautarn, dilectis fidelibus ſuis, gratiam ſuam & omne bonum. Quia venerabili Petro, Patauien: Epiſcopo, principe noſtro chariſſimo, nobis referente cognouimus, vos in iuribus veſtris, quæ vobis circa Danubium competunt ab antiquo per diminutionem & ſubtractionem eorũdem, turbari contra iuſtitiam, & offendi; Nos huiuſmodi iurium veſtrorum læſionibus, tàm præſentibus, quam futuris, cauere ſalubriter cupientes, deuotis etiam principis noſtri prædicti precibus inclinati, vobis præſentium tenore concedimus, & fauorabiliter indulgemus, vt omnibus iuribus veſtris antiquis, tàm in terris, quàm in aquis, vbique, tanquàm ciues noſtri de Stain, & de Crembs, integrè & completè perpetuò gaudeatis. In cuius prouiſionis noſtræ teſtimonium euidens & cautelam, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datum Vienn. IV. Non. Aprilis indict. VII. Anno Domini M. CC. LXXIX. Regni verò noſtri Anno ſexto.

VII.

RVdolfus Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri Imperij Romani fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonũ. Ex quo ad imperij Romani dirigenda molimina nos diuina bonitas euocauit, libẽter præ cæteris, qui noſtræ curę ſunt crediti, eccleſias, & perſonas earũ, in ſuis libertatibus volumus conſeruare, & reſpicere vberiori affluentiâ gratiarum, ne ille, in cuius manibus ſunt omnia iura regnorum, circa ſuos miniſtros nos inueniat negligentes. Sanè cùm inſignis Patauien. eccleſia, & capitulum, ab illuſtribus Leopoldo & Friderico, quondam Auſtriæ & Styriæ Ducibus, beatæ memoriæ prædeceſſoribus noſtris, in eiſdem Ducatibus hac continuâ libertate ſunt freti & gratiâ, quòd, prout ex eorundem Ducum priuilegijs ſuper hoc ipſis traditis & conceſſis collegimus & vidimus euidenter, omnia victualia ſua, tâm vinum, quàm frumentum, & quæcunque alia ad communem menſam eorum ſpectan: ſeu ad vſum, per Danubium & Enum vndiq; ſine Muta & fürfait, ac ſine omni exactione liberè transducantur. Nos nolentes eidem eccleſiæ, & capitulo, libertates ſuas minuere, ſed eos potius in eiſdem potentialiter conſeruare; Ipſis prædictam libertatem & gratiam de nouo donamus, & liberaliter confirmamus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ donationis & confirmationis infringere, vel ei in aliquo auſu temerario contrarie, quod qui fecerit, grauem noſtræ Maieſtatis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & noſtræ Maieſtatis ſigillo fecimus communiri. Datum Wien. IV. Cal. Maij. Ind. IX. Anno Domini M. CC. LXXXI. Regni verò noſtri Anno octauo.

Commentum Lazij, Cuſpiniani, & aliorum de Epiſcopo Patauien. Saxoniæ Duce, Friderici Pulchri Auſtriaci contrà Imp. Ludouicum IV. Bauariæ Ducem ſuffragatoris, cùm à D. Hundio ſatis, ni fallor refutatum eſt, tum ab alijs alibi.

Ludouicum quoq; IV. Imp. Bauariæ Ducem erga Epiſcopum & Eccleſiam Patauienſem beneficum fuiſſe, ſequentes literæ teſtantur.

WIr Ludwig / von Gottes Genaden Römischer Kaiser / zu allen zeiten / mehrer deß Reichs / Entbieten allen vnsern Ambtleuten / Pflegern / Vitzthumben / vnd Richtern / vberal in vnserm Lands Bayrn / wie die genandt seyn / vnser hulde / vnnd alles gut. Vns ist kundt gethan / daß jhr hintz deß Bischoffs von Passaw Leuten / vnd Gütern / von Gelts wegen / vnnd auch von andern kleinen sachen wegen / darumb der vorgenannt Bischoff vnbillich zu recht stunde / auff dheiner Schranne richtet / wöllen vnnd gebieten wir euch festigklich vnd ernstlichen / bey vnsern hulden / daß jhr fürbaß von keinerley sache / oder Gelts wegen / es sey dann vmb Erbe / Aigen / oder Grundt / hintz dem vorgenanten Bischoff / nach hintz seinen Leuten / nach guten / nicht richtet / noch jemandt gerichtes dahin gestattet. Auch wöllen wir swas von Gelts oder von ander sache wegen / als vorgeschriben stet / hintz jhm oder hintz seinen Leuten oder guten / mit dem Rechten erklagt / vnnd erlangt seyn / daß deß ab vnd todt sey / vnnd weder krafft / noch macht habe. Der Brief ist geben zu Landshut / am Pfintztag vor Sant Mattheus tag / in dem neun vnd zwaintzigisten Jare vnsers Reichs / vnnd in dem sechzehenden deß Kaiserthumbs.

Eee. *Gotfridus, è familia Baronum de Weissenеck in Styria, Episcopus Patauien. cum Austriæ Ducibus Rudolpho, Friderico, Alberto & Leopoldo fœdus init, vt sequitur.*

WIr Götfrid von Gottes Genaden Bischoff zu Passaw / Bekennen vnnd thun kundt offentlich / mit dem Briefe / allen den / die jhn sehendt oder hörend lesen nu oder hernach / daß wir / mit gutem rath vnd vorbetrachtung / durch frides vnnd gemeines nutzes vnd auch gemachs willen vnserer Herrschafft / vnnd aller vnser Vnderthonen / für vns / vnd für vnsere Nachkommen Bischofe zu Passaw / verhaissen vnd verlobt haben / bey vnsern trewen / vnnd mit worte vnserer Fürstenlichen Würdigkeit / verhaissen vnd verloben auch mit dem Briefe / daß wir den Durchleuchtigen vnnd Hochgebornen Fürsten / vnseren gnedigen Herrn / Herrn Rudolfen / Ertzhertzogen zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / Herrn zu Crain / auff der Windischen March / auch zu Portenaw / Graue zu Habspurg / zu Pfürt / vnd zu Amburg / Margraue zu Purgaw / vnd Landgrafen in Elsässen / vnnd seinem Hochgebornen Brudern / vnseren gnädigen Herrn / Friderichen / Albrechten / vnd Leüpolden / Hertzogen vnd Herrn der ehegenanten Lande / vnd allen jhren Erben vnd Nachkommen / geholffen seyn sollen vnd wöllen / fürderlich vnd endtlich / mit aller vnserer macht / zu allen jhren Ehren / Würden / Rechten / vnnd Frummen / wider aller menigklich / niemandt außgenommen / wann in deß noth geschicht / vnd wir darumb geuordert vnd gemant werden / ohn alles verziehen / vnnd daß wir jhn auch alle vnsere Vesten offen haben söllen / zu allen jhren / vnd jhrer Lande Kriegen vnd nöthen / ohn geuerde. Wer aber / daß jemandt / der vns angehört / wider die vorbenannten vnsern Herren / Hertzoge Rudolfen / sein Bruder / jhr Erben vnnd jhr Nachkommen / oder wider die jhren / icht theten / darumb sullen sie vns zu red setzen / vnd sollen denen vor dem vnseren minne vnd Recht thun / nach gelegenheit der sache / ohn geuerde / wolt aber der vnser deß wider seyn / vnd minne vnnd rechtens für vns nicht gehorsam seyn / so sollen wir vnsern vorgenannten Herrn jhren Erben vnd Nachkommen / auff denselben geholffen seyn / als lang / vntz er darumb gebessert wirdt / vnd binden auch vestiglich zu den vorgeschribenen gelübden vnd dingen alle vnser Nachkommen / ewigkliche / mit dem vrkundt diß Briefes / den wir darüber geben / besigelt mit vnserm anhangenden Insigel. Vnd wir Albrecht von Winckl / Thumbprobst / Gundakher Dechant / vnnd das Capittel gemeinklich deß Gotthauß zu Passaw / verjehen vnnd bekennen offentlich mit dem Briefe / daß die vorgeschribne bündtnuß vnnd gelübde mit vnserem wissen vnnd willen vnnd rahte geschehen ist / vnnd globen auch die stätt zuhaben / für vns / vnd alle vnser

vnser Nachkommen / ewigkliche. Vnd zu sicherheit der sache / haben wir vnser Insigel / zu vnsers ehegenannten Herren Bischoffs Gotfrides zu Passaw Insigel / gehenckt an dem Briefe / der geben ist zu Wien / am Montag vor vnser Frawen tag / zu der Kündigungt / nach Christi Geburt / 1362. Jahr.

Sequuntur Diplomata confœderationum, &c.

WIr Albrecht von Gottes Genaden Bischoff zu Passaw / Bekennen vnnd thun kundt offentlich / mit dem Briefe / allen den / die jhn sehendt / lesent / oder hörendt lesen / nu oder hernach / daß wir mit gutem rath vnnd zeitiger vorbetrachtung / durch frides vnnd gemeines nutzes vnnd auch gemachs willen vnserer Herrschafft / vnnd aller vnser Vnderthonen / für vns / vnd für vnsere Nachkommen Bischofe zu Passaw / verhaischen vnd verlobt haben / bey vnsern trewen / vnd mit worten vnserer Fürstenlichen Wärdigkeit / verhaissen vnd verloben auch mit disem Briefe / daß wir den Durchleuchtigen vnd Hochgebornen Fürsten / vnserem gnedigen Herrn / Herrn Rudolfen / dem vierten von Gottes Genaden Ertzhertzogen zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / zu Crain / Herrn auff der Windischen Marche / vnd zu Portenaw / Grauen zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfierdt / vnd zu Kiburg / Margrafen zu Burgaw / vnd Landtgrauen in Elsessen / vnd seinen Hochgebornen Brudern / vnsern genedigen Herrn / Albrechten / vnd Leupolden / Hertzogen der ehegenanten Lande / vnd allen jhren Erben vnd Nachkommen / geholffen sein sollen vnd wöllen / fürderlich vnnd endtlich / mit aller vnser macht / zu allen jhren Ehren / Würden / Rechten / vnd Frummen / wider aller menigklichen / niemandt außgenommen / wann in deß noth geschihet / vnd wir darumb von jhn geuordert vnd gemant werden / ohn alles verziehen / vnd daß wir jhnen auch alle vnser Vesten offen haben sullen / zu allen jhrer vnd jhrer Lande Kriegen vnd nöthen / ohn geuerde. Doch haben wir in diser Bündtnuß wissentlich vorbehabt vnd außgenommen vnsern heiligen Vattern dem Pabst / in allen Geistlichē sachē / als das billich ist. Wöferr aber jemand / der vns angehört / wider die vorigen vnsern Herren / Hertzoge Rudolfen / sein Bruder / jhr Erben / oder jhr Nachkommen / oder wider die jhren icht theten / darumb sullen sie vns zu red setzen / vnd sollen wir dann von den vnseren minne vnd Recht thun / nach gelegenheit der sache / ohn geuerde. Wolt aber der vnser deß wider seyn / vnd minne vnnd rechtens vor vnser nicht gehorsam seyn / so sollen wir vnsern vorgenannten Herren / jhren Erben vnd Nachkommen / auff denselben geholffen seyn / als lang vntz er darumb gebessert wirdt. Vnnd binden auch vestiglich zu dem vorgenannten gelübden vnnd dingen alle vnser Nachkommen ewigkliche / darüber / durch ein veste sicherheit vnnd ewig beleibnus der obgeschriben Pflichtunge / Bindtnussen / vnd Ainung / haben wir der vorgenannt Bischoff Albrecht / wir der Thumprobst / der Dechant / vnnd gemeinklich die Chorherrn / deß Capittels zu Passaw / für vns vnd vnser Nachkommen / in vnser ewig / vnwiderruflich geschworen Statut gesetzt vnd genommen / vnd setzen vnd nemmen auch / mit dem Briefe / recht vnd redlich alles das an disem Brief geschriben stehet / so bescheidenlich / daß wir die ehegenannten Bischoff / Thumprobst / Dechant / vnnd die Chorherrn gemeinigklich / vnnd jedlicher besunder / vnser vorgenant vnd dises gegenwertig Statut, jetzund wissentlich geschworen haben / vnd die auch alle vnsere Nachkommen / jegklicher in seinen namen vnd wesen / ewigklich schweren sollen zuhalten / trewlich vnd gentzlich ohn geuerde / vnd sullen wir auch fürbas keinen / der Chorherr zu Passaw wirdt / zu vnser handlung oder sachen vnsers Capittels / vnnd zu seiner stimme in demselben vnserm Capittel / noch zu vnserer Pfründte zu Passaw nit nemen / nur er schwere zu dem ersten die fürgenannt Statut zuhalten / in aller der maß als hieuor geschriben ist. Wenn auch geschehe / daß das Bisthumb zu Passaw ledig wurde / vnnd daselbst nicht Bischoff were / so sullen wir die ehegenannten Thumprobst / Dechant / vnd gemeinigklich die Chorherrn deß Capittels

zu Passaw / einen unsern mit Chorherrn unsers Capittels zu einem Vitzthumb vnnd Verweser deß Bisthumbs wöhlen vnd nemmen / der vnser vorgenant Statut geschworen hab zuhalten / vnd der die Pfleg deß Bisthumbs dann halt vnd innen hab / vntz auff einen künfftigen bestetten Bischoff zu Passaw / in solcher Bindtnuß / Ainigung / vnnd masse / als hie ist beschriben. Vnd soll der Vitzthumb vnd Verweser / vnd auch wir / einen künfftigen bestelten Bischoff zu nutz vnd gewer deß ehegenannten Bisthumbs zu Passaw nicht nemmen / er schwere dann des ersten / vnser Statut zuhalten / als fürgeschriben stehet. Auch sollen wir keinen Domprobst / vnnd Dechant / nit nemmen zu nutz vnnd gewer der Thumprobstey vnd Dechney / er schwere dann zu dem ersten / vnser vorgenant Statut zuhalten schlechtigelich vnnd trewlich / ohn geuerde / auch haben wir in dem namen als darfür vor vns / vnser Nachkommen / geschworen einen leiblichen Aide / mit angerürten Händen auff das heilig Euangeli / steth zuhaben / vnnd zuuolführen ewigklich mit gantzen trewen / dise Bindtnusse / taidung / vnd ainigung / in aller der maß / als vorgeschriben stehet / ongeuerde / auch sollen die vorgenannten vnser gnedige Herrn / die Hertzogen von Oesterreich vnd all jhr Nachkommen vnd Erben / ewigklich / vns / vnser Gottshauß / vnd vnser Nachkommen schirmen / versprechen / vnd fristen ewigklich / vor allem gewalt vnnd vnrecht / wo vnd wenn vns deß noht geschicht / als die Brief sagend / die wir darüber von jhnen haben / ohn alle geuerde. Mit vhrkund deß Briefs / den wir darüber geben / besigelt mit vnserm anhangenden Insigel. Vnd wir der Domprobst / der Dechant / vnnd das gantz Capittel gemeinigklich deß Gottshauß zu Passaw / verjehen vnd bekennen offentlich / mit dem briefe / daß die vorgeschribne bündtnuß vnd gelübte mit vnserm willen / wissen / vnd rahte geschehen ist / vnd loben auch die stät zuhaben / für vns / vnd alle vnser Nachkommen / ewigklich / bey den Aiden die wir darumb geschworen haben / wissentlich / mit angerürten Händen auff das H. Euangeli / vnd darüber zu vester sicherheit haben wir deß ehegenanten vnsers Capittels Insigel / zu vnsers vorgenanten Herrn Bischof Albrechts zu Passaw Insigel / gehengt an disen brief. Der geben ist zu Wien an S. Agnesen tag der heiligen Jungfrawen / nach Christi Geburt 1365. Jahre.

II.

Ich Wernhardt der Setzer / vnd ich Andre der Haller / ich Friderich der Gold / ich Steffan der Setzer / ich Altman vnder den Chremern / ich Engelschalich an dem Vischmarckt / ich Jacob der Gruber / vnnd ich Sichart der Wielandt / alle Burger zu Passaw / wir verjehen vnd thun kund offentlich / mit disem Brief / allen denen / die jn ansehen / hören / oder lesen / nu vnd hinach / ewigklich / daß die Erbaren / Weisen vnnd bescheiden Leute / vnser liebe Mitburger vnnd Freunde / Arme vnnd Reiche gemeinklich zu Passaw / nach guter vorbetrachtung / mit wolbedachtem muthe / vnnd einhelligen rahte / durch gemeines gutes fridens vnd gemaches willen / jhr vnd vnser aller / vnd gemeiner stat zu Passaw / von der stösse / aufleuffe / vnd mißhelunge wegen / die sie vnnd wir gehabt haben mit dem Ehrwürdigen Fürsten / vnserm gnedigen Herrn / Herrn Albrechten / Bischoffen zu Passaw / vns in dem namen als dauor / mit jhren vollen gwalt / durch Süne vnnd berichtunge willen der ehegenannten mißhellunge wegen / die sie vns gesandt haben gen Wien / in der Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten / vnser gnediger Herrn / der Hertzogen von Oesterreich Hof / mit einem solchen gewalt briefe / als von worte zu worte hernach geschriben stehet: Wir die Burger gemeinklich / Reich vnd Arme / der Statt zu Passaw / vnd desselben enhalb der Ynßpruck / der Ytz / vnd deß Anger die Bürger / bekennen vnnd verjehen offenbar / mit dem briefe / daß wir die Erbarn / vnsere liebe Freund vnd Mitburger / Wernharten den Setzer / Andreen den Haller / Friderichen den Gold / Steffan den Alten Setzer / den Altman / den Engelschalich / Jacoben den Grubern vnd Sicharden den Wielandt / hinab gen Oesterreich / in botschafft / vnnd in thäding weiß / gesandt

gesandt haben von der Krieg vnd mißhellung wegen / die da seind zwischen vnsers Herrn Bischoffs Albrechts von Passaw/seiner helffer/vnd vnser: vnd haben den vorgenanten vnsern Mitburgern vollen gewalt vnd gantzen macht geben/zu tädingen/ vnd alle sache vnd handlunge zuberichten auff ein ende/ daß sie vns / vnd sich selber / nach jhren trewen vnnd ehren fleissig besorgen sollen / als wir jhn darzu wolgetrawen / in der mainung/ was sie freundtlich vnd vnbezwungenlich/ in den ehegenannten Kriegen vnd mißhellungen thaidigen thunt vnd versprechend / daß wir das gäntzlich / trewlich / vnd schlechtlich/ ohn widerred / vnd ohn alle geuerde / sullen vnd wöllen stet haben/ vnd vollführen/als wir in deß mit vnsern trewen verheissen haben. Mit vhrkundt deß briefs / den wir in darüber geben haben/ versigelten mit vnserer guten Freund vnd Mitburger Acher Hainriches deß Pucher / Steffan vnd Pilgrams der Handschuter/ Vlrichen deß Waser/Cunraden deß Herlieben / Ortolffs deß Peserburgers / Steffan deß Stiplers/vnnd Hansen deß Vnfridts Insigeln/ die wir darumb gebetten haben/vnd vns mit vnsern trewen darunder verbunden / ohn geuerde/ der ist geben am Mitichen nach S. Andres tag / nach Cristes Geburt dreyzehenhundert Jahr/ vnd in dem siben vnd sechtzigisten Jare. Darnach bekennen wir die vorgenanten Burger vnd boten von Passaw/ daß wir / auß krafft deß jetzgenanten gewaltbriefs vnnd fürbasser auß dem gewalt / den vnsere Mitburger zu Passaw / von gemeiner Statt wegen daselbs/ mit lebender stimme gegeben haben / gesaubt Leibs vnd muts / vmb erber vnnd redlich sache / durch gemeine gut gemach / vnnd fride der ehegenanten vnserer Mitburger/ der Statt vnd deß Landts gemeinigklich/nach guter vorbetrachtung/willigklich vnd gerne/ mit aller der ordnunge vnd krafft/ vnnd beschaidenheit/vnd gezierde/worten/ wercken / vnd geberden/die nach Geistlichen vñ Weltlichen Rechten/zu einem redlichen wissentlichen Anlaß vnd hindergange in dheinen wege gehörend/gegangen seyn/ für alle vnsere Mitburger / Reiche vnnd Arm zu Passaw / für vns selber/vnd für all jhr/vnd vnser Erben vnnd Nachkommen/ mit rechter wissen/ vnnd gehen auch mit disem Briefe/ von gemeiner Statt wegen daselbe / recht vnd redlich / ohn alle außzügen / vnuerdinget / freylich vnnd ledigklich / hinder die vorgenanten Hochgebornen Fürsten / vnsere liebe gnedige Herrn Hertzog Albrechten / Leupolden / Bruder/ Hertzogen zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kärnten/vnd zu Krain/ Grauen zu Tyrol/ vnnd hinder die Herrn jhres geschworen Rechtes/die sie zu jhnen nement/aller der vorderungen vnd ansprache/zweyunge vnd vnwillen/feindtschafft vnd hasse/auflauffe vnd stösse/mißhelunge vnnd Kriege/die wir alle in dem namen als dauor von gemeiner Statt wegen zu Passaw / wider vnsern vorgenanten Herrn Bischoff Albrecht zu Passaw/ vnd sein Capittel gehabt haben/ mit worten vnd mit wercken/in dheinen weg/vntz auff disen heutigen tag / ohn alles geuerde/vnnd was die vorgenante vnsere Herrn von Oesterreich/ vnnd jhr Raht / nach vnser fürlegunge vnd widerrede / vnd nach der kundtschafft vnserer Rechte/ gewonheiten/vnd notturfften/die wir mit Leuten/ versigelten oder vnuersigelten briefen/ vnd mit worten für sie bringen/ darumb zu dem Rechten/ oder zu der minne sprechend vñ erkennent/ bey jhrer trewen/ deß loben wir/für alle vnsere Mitburger / Reich vnd Arm zu Passaw/für vns selber/vnd all vnser Nachkommen vnnd Erben/ ewigklich stet zuhaben/ zuuolführen/völligklich vnd gäntzlich/ bey vnsern trewen/an aides stat vngeuerlich/auch sollen wir zwischen hin vnd dem negsten künfftigen Prechen tag / alle vnsere sache / nohturfft vnd außsprache vorderunge vnd klagen/ verlust vñ schäden/darumb wir hintz dem ehegenanten vnserm Herrn Bischof Albrechten zu Passaw/ vnd seinem Capittel zusprechen haben/verschriben/geben/oder senden gen Wien in die Statt/ den vorgenanten vnsern Herrn von Oesterreich/oder zu jhren handen/jhren Cantzler/oder jhren Hofmeister/ oder jhren Cammermeister/ ohn alles geuerde / vnd sullen jhnen auch damit senden / vnder fürtreffentlicher würdiger Person/ Abten/ oder Probsten Insigeln/vnd rechter wissentlicher Tabellener gewonlichen zeichen vnd Handschrifften/ gewör / vnd gewiß abschriffte aller vnser handvesten vnd briefen/der wir gedencken zugeniessen/durch das die vorgenan-

ten vnser Herrn von Oesterreich / vnnd jhr Räthe / aller vnser Rechten vnnd notturfften gründtlich vnd lauterlich vnd gäntzlich beweiset werden / vnd wann es jhn darnach fürgehet / zwischen dem ehegenanten Prechen tag / vnd dem negsten S. Jörgen tag / der darnach künfftig ist / so mügen sie vns / vmb dieselben vnser notturfft vnd sachen / gegen dem ehegenanten vnserm Herrn von Passaw / vnd seinem Capittel / oder an das Capittel gegen jhm allein an sein selbst vnd seines Capittels statt / offen genante täge geben / einmals / oder mehrermales / in jhrem Hof gen Wien / oder wo sie dann in Oesterreich wonhafft seind / dieselben tägen sie vns kunden sullen mit jhren briefen / vorhin acht tagen / ohn geuerde. Vnd sullen auch wir / in dem namen als dauor die selber / oder mit vnsern erbarn gewissen boten / die vnsern vollen gewalt haben / suchen / vnd jegliches genanten tags vnß auff den vorgenanten S. Georgen tage außspruches / nach dem Rechten / oder der minne gewarten / vnd den allemal stät haben / vnd vollführen / gaintzlich vnd vngeuerlich / vnß auff ein gantz ende der ehegenanten sache / was auch die vorigen vnsere Herren von Oesterreich / in dem namen vnd der maimungen / als dauor beschaiden ist / jetzund / ohn auffschub / nach disem inlasse / auff allen den ehegenanten tagen / schwischen dem ehegenanten vnserm Herren Bischof Albrechten vnd vns außsprechend / von vns baiden thailen eingenommen / verhört habent / das sollen vnd wöllen wir auch stät haben / vngeuerlich / in aller dermassen / als vor geschriben stehet / auch sullen die vorgenanten vnsere Herren von Oesterreich / zwischen vnserm ehegenanten Bischof Albrecht / seinem Nachkommen / vnd dem Capittel zu Passaw an eim thail / vnnd dem ehegenanten vnsern Mitburgern vnnd vnder vns / Reichen vnd Armen zu Passaw / an dem andern thail / erfinden vnnd machen solch sicherheit vnd wege / damit der ehegenant Bischoff Albrecht / vnd ein jegklicher Bischoff zu Passaw / vnserer der ehegenannten seiner Burger gnediger vnd günstiger Herr seye / vnd wir alßdann getrewe Burger in seinem willen vnd dienste beleiben / vnd sunderlich / daß wir baidenthalben gegen einander / solcher grosser verderblicher schäden / die von mißhellung vnd Kriegs wegen auffstehendt / geübrigt werden ewigklich: Vnnd daß auch derern jedwedern seyt / von vns erlassen vnd verhebt werden die vorgenanten vnser Herren von Oesterreich / vnd jhr Erben / jhr Lande / vnnd jhr Leut / in solcher masse / daß wir balderhalb auch beleiben in derselben vnser Herrn von Oesterreich freundtschafft vnd Gn. darumben sie von vns getrewestes diensts / vnd wir / vnser Nachkommen vnnd Erben / von jhnen schirmes / rathes / vnd hülffen / in allen jhren Landen gewarten sullen / als wir jren Gnaden gentzlich vnd wolgetrawen / ohn alles geuer. Vnd darüber zu einem wahren / vesten / offnen / vnd ewigklichen vhrkundt / geben wir die vorgenanten Wernhart Setzer / Andre Haller / Friderich Goldt / Stephan Setzer / Altman vnder den Krammern / Engelschalck an dem Vischmarckt / Jacob Gruber / vnd Sichardt Wielandt / für alle vnsere Mitburger zu Passaw / vnd für vns selber / vnnd für alle jhr vnnd vnser Nachkommen vnd Erben / von gemeiner Statt wegen dasselbe zu Passaw / disen briefe / versigelten mit vnsern anhangenden Insigeln / das ist geschehen / vnd ist der Brief gegeben zu Wien / am Freytag in der Quatember nach S. Lucien tag / nach Christi Geburt 13. hundert Jahr / darnach in dem 67. Jahre.

III.

WIr Albrecht von Gottes Gnaden Bischoffe zu Passaw / verjehen / bekennen vnd thun kund offentlich mit disem Briefe. allen den / die jn ansehen / hören / oder lesen / nu vnd hernach / ewigklich / daß wir gesund leibes vnd muts / vnd erbar vnd redlich sache / durch gemein gut / gemach vnd fride vnsers würdigen Gottshauß zu Passaw / vnser selbsten / vnnd vnser Nachkommen Bischoffen daselben vnnd aller vnserer Vnderthonen / Geistlicher vnd Weltlicher / vnd deß Landes gemeinklich / nach guter vorbetrachtungen / willigklich vnd gerne / mit wissen / rahte vnnd gunste deß mehren vnnd bessern thailes der Chorherrn in vnserm Capittel / vnd der fürnembsten vnd Erbaristen vnsers Gottshauß Mannen vnd Dienstmannen / vnd ander erbar Herrn / Ritter vnnd Knecht / vnsers geschworen

schworen Rahtes / mit aller der ordnung vnd krafft / beschaidenheit vnd gezierde / worten / werchen vnd geberden / die nach Geistlichen vnd Weltlichen Rechten / zu einem redlichen / wissentlichen anlasse vnd hindergange / in dheinen wege gehörendt / gegangen seyn / für vns vnd vnser Nachkomen / vnd vnser Capittel / mit rechter wissen / vnnd gehn mit disem briefe / an vnser vnd deß ehegenanten vnsers Gottshauß stat / recht / redlich / ohn alle außzüge vnuerdinget / freylich vnd lediglich / hinder die Durchleuchtigen vnd Hochgebornẽ Fürsten / vnser liebe gnedige Herrn / Hertzog Albrechten / vnd Hertzog Leüpolden gebrüdere / Hertzogen zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / vnd zu Krain / Grafen zu Tyrol / vnd hinder die Herren jres geschworen Rathes / die sie zu jnen nement / aller die vorderung vnd ansprach / zweyungen / vnwillen / feindtschafft vnd hasse / auflauffe vnnd stösse / mißhelunge vnd kriege / die wir vnnd vnser Capittel / von deß ehegenanten vnsers Gottshauß / vnd vnser selbst wegen / wider vnser Burger zu Passaw gehabt haben / mit worten vñ werchen / in dheinen wege / vntz auff disen heutigen tage / ohn alles geuerde / vnd was die vorgenanten vnser Herren von Oesterreich / vnd jhr Räthe / nach vnser fürlegunge vnd widerrede / nach der kundtschafft vnser Rechten / gewonheiten vñ notturfften / die wir mit Leutẽ / mit versigelten briefen / vnd mit worten für sie bringen / darumb / zu dem rechten oder zu der minne / sprechent vnd erkennent bey jhren trewen / das loben wir an deß ehegenanten vnsers Gottshauß stat / für vns vnd vnser Capittel / ewigklich stet zuhaben / vnd zuvolführen / völliglichen vnd gäntzlich / bey vnsern trewen an aides stat / vngeuerlich / auch sullen wir zwischen hin vnd dem negsten künfftigen Prechen tag / alle vnser sachen / notturfft vñ ansprach / vordrunge vnd klag / verlust vnd schaden / darumb wir hintz dem ehegenantẽ vnsern Burgern zusprechen haben / verschreiben / geben vnnd senden gen Wien in die Statt / den vorgenanten vnsern Herrn von Oesterreich / oder zu jren handen / jrem Cantzler / oder jrem Hofmaister / oder jrem Cammermeister / ohn alles geuerde. Vnd sullen jhnen auch damit senden / vnder fürtrefflicher würdiger Personen / Abten oder Probsten Insigeln / vnd rechter wissentlicher Tabellioner gewönlichen zeichen vnd handschrifft / alle vnser handuesten vnd briefen / der wir dencken zugeniessen / durch das die vorgenanten vnser Herren von Oesterreich / vnnd jhr Räthe / aller vnser Rechten vnnd notturfften gründtlich lauterlich vnnd gäntzlich beweiset werden / vnnd wann es jhn darnach füget / zwischen dem ehegenanten Prechen tag / vnd dem negsten S. Georgen tag / der hernach künfftig ist / so mügen sie vns / vmb dieselben vnser notturfft vnd sachen / gegen den ehegenanten vnsern Burgern / offen genante täge geben / einsmals / oder manigesmales / in jhrem Hof gen Wien / oder wo sie dann in Oesterreich wonhafft seind / dieselbe täge sie vns künden sollen mit jhren briefen / vorhin acht tagen / ohn geuerde. Vnd sullen auch wir dieselben / oder mit vnsern erbarn gewissen boten / die vnsern gantzen vollen gewalt haben / suchen / vnnd jegliches genanten tags vntz auff den vorgenanten S. Georgen tag / jhres außspruches nach dem Rechten / oder der minne gewarten / vnd den allemal stät haben / vnd vollführen / gentzlich vnd vngeuerlich / vntz auff ein gantz ende der ehegenanten sachen / was sie auch vnser Burgern außsprechen / nach solcher kundschafft vñ red / die sie jetzund von vns baiderthalben eingenommen vnd verhört haben / das sollen vnd wöllen wir auch stät halten / vngeuerlich / in aller dermaß als vor geschriben stehet / auch sullen die vorgenanten vnsere Herren von Oesterreich / zwischen vns dem obgenanten Bischof Albrecht / vnser Nachkomen / vnnd vnserm Capittel zu Passaw an einemthail / vnnd den ehegenanten vnsern Burgern zu Passaw / an dem andern thail / erfinden vnd machen solch sicherheit vnd wege / damit wir vnd ein jeder Bischoff zu Passaw / vnd jhrer Nachkomen vnd Erben / gnediger vnd günstiger Herr seyn / vnd sie als vnser getrewe Burger in vnsern willen vñ dienste beleiben / vnnd sunderlich / daß wir baiderthalben gegen einander solcher grosser verderblicher schäden / die von mißhellungen vnd Kriegs wegen auffstend / vberwenden / ewigklich: Vnd daß auch derer jedweder seyt / von vns vberhebt / vnd erlassen werden die vorgenanten vnsere Herren von Oesterreich / vnd jhr Erben / jr Land vnnd jr Leute / in solcher

 masse /

masse/daß wir baidenthalb auch beleibē in derselben vnser Herrn von Oesterreich freundschafft vnd gnad/darumb sie von vns getrewen diensts/vnd wir/vnser Nachkommen vnd vnser Capittel/von jhnen schirmes/rathes/vnd hülffens/in allen jhren Landen gewarten sullen/als wir deß jhren Gnaden gentzlich vnd wolgetrawen/ohn alles geuerde. Vnd darüber zu einem wahren/vesten/offnen/vnnd ewigen vhrkunde/geben wir für vns das genant vnser Capittel/vnnd vnser Nachkommen/disen briefe/versigelten mit vnsern anhangenden Insigeln/das ist geschehen/vnnd ist diser Brief gegeben zu Wien/am Freytag in der Quatember nach S. Lucien tag/nach Christi Geburt 1367.

IV.

WJr Albrecht von Gottes Gnaden Bischofe zu Passaw/verjehen/bekennen vnd thun kund offentlich mit disem briefe/wann die Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten/vnsere liebe Herren Hertzog Albrecht/vnd Hertzog Leüpold/Brüder/zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kärnten/vnd zu Krain/Grafen zu Tyrol/ꝛc. vns vnnd vnserm Gottshaus zu fürderunge/vnd zu hilffe/sich angenom̃en vnd vnderwunden habent/mit sambt vns/freundtlich vnd ernstlich vnsers Kriegs/den wir haben mit vnsern widerspennigen vñ vngehorsamen Burgern zu Passaw/die sich mit freueler geturstigkeit/vnbillich vnd vnrechtlich wider vns vnd das vorgenant vnser Gottshauß gesetzt habent/daß wir darumbe den vorgenanten vnsern Herren von Oesterreich verhaissen vnd gelobt habent/wissentlich mit vnsern trewen/on geuerde/verhaissen vnd globen auch vestiglich mit disem briefe/daß wir von den vorgenanten Burgern zu Passaw nim̃er frid noch süne/oder richtung außnem̃en sullen noch wöllen in keinen weg/on der vorgenanten vnserer Herren von Oesterreich rath/wissen vnd willen. Als auch vns vnd den ehegenanten vnserem Gottshauß/von den Gerichten deß H. Röm. Reichs/mit vrtail vñ mit recht erkennet/ertheilet vnd gefallen ist/alle der vorgenanten vnserer vngehorsamen Burger zu Passaw ligende vnd fahrende haab/wo die gelegen/vnd wie die genant ist/nach sage vnserer behab briefe/die wir darumb haben/darüber vns die vorgenanten vnsere Herren von Oesterreich/in jren Landen/zu schirm vnd schirmen gegeben seind von deß H. Reichs wegen/haben wir nach billicher betrachtung erkennt vnd bedacht die grossen schäden/die vnser vorgenant Herrn von Oesterreich/vnd jhr Lande vnd jhr Leute/nement von deß ehegenanten Kriegs wegen/an jhren Mäuten/vnd in ander wege/manigfaltigklich/vnd geben jhnen auch mit disem briefe wissentlich vñ williglich/den halben thail aller der vorgenanten Passawergründten vnd heuser/acker/weingarten/vnd wisen/vnd aller der frücht/nutze/vnnd dinste/ligender vñ farender haab/wa sie die haben/vnd wie sy benant ist in der vorgenanten Vnser Herren von Oesterreich Landen vnnd Stetten/sonderlich in dem Land vnd Stetten zu Oesterreich/allenthalben ob der Enß vnd vnder der Enß/vnd auch in andern jren Landen vnnd Stätten/daß wir zu aller der ehegenanten Burger zu Passaw fahrenden haabe wie die genant ist/vnd zu allen jhren früchten/zinsen vnd zähenden nutzen vñ diensten/sie seynd an Traide/an Wein/an Pfennig/an Gewand/an Viehe/vnd an allerhand Kauffmanschafft/vnd wie jhr fahrende haab genant ist greiffen sullen/jetzunder vnuerzogentlich/vnd die mit einander gleich theilen/als vor beschriben stehet/vnd was aber auff das abraumen/feren/vnd einbringen derselben nütze vnd fahrender haab notdürfftiger vñ gewonlicher rest vnd zehrung gehet/die sullen vnsere Ambtleut vñ Diener/die wir baidenthalb darzu schicken/vor abnemen von gemeinen gut/ohn alles geuerde/vnnd sullen wir die vbrigen nütze vnnd fahrende haab gleich miteinander theilen/also/daß den vorgenanten vnsern Herrn von Oesterreich der halbe theil/vnd der ander halbe theil vns richtigklich vnd nützlich gefalle/ohn alle jrrung vnd geuerde/was aber darüber ist an Gründen vnd Häusern/vnd Weingarten vnd Eckern/vnd an ander ligender haab/wie die genant ist/die sullen wir baidenthalb legen in vnsern gemeinen gewalt/ziehen vnd nemen/vnd sullen die also in vnserm gewalt vngetheilt ligen lassen/vntz auff die zeit/daß wir baiderthalb

mit einander zu raht werden/ wie vnd wenn wir die angreiffen/ also / daß es vns baidenthalb redlich/ehrlich/ vnd nutzlich sey. Vnd wann wir deß also mit einander vberein kommen/ so sullen wir dieselbe ligende haab auch thailen/ gleich in zween theil/ der einer gefallen soll der vorgenanten vnsern Herrn von Oesterreich / vnd der ander vns / gleich als auch die obgenant fahrende haab. Vnd sullen dieselben theilung der gründe vnd aller ligender güter thun nach raht vnd erkantnus/ der Edlen vnd Erbern Herrn/ Graf Vlrichen von Schaumberg/ Herrn Eberharts von Waldsee/ von Lintz Haubtmans ob der Enß/ vnd Herrn Eberharts von Dachsperg/ vnd wouerr der dheiner/ dauor Gott sey/ in der zeit ab/ oder sonst darzu nicht kommen möcht oder wolte / an deß stat sullen vnnd mögen die vorgenanten vnsere Herren von Oesterreich geben ein andern erbaren Herren jhres geschwornen Rahts/ welchen sie wöllend / die gemeinentlich / oder der mehrer theil darumb sprechē vnd erkennen mügen vnd sullen/ wann wir das baidenthalb an sie vordern/ ohn alles geuerde/ vnd wann sie dieselbige thailung also getuend/ so soll vnser jedweder mit dem thail/ so jhm gefallend/ seinen frummen schaffen vnd thun/ wie jhne das allerbest füget. Wurde auch der vorgenant vnser Krieg als lang weren/ vnd die ehegenanten vnser Herren von Oesterreich so grossen schaden nemen/ daß sie billich deuchte/ vnd an vns vorderten / daß wir in aller der ehegenanten fahrender vnnd ligender haabe mehr / dann den halben theil sollen fallen lassen/ das sullen vnd wöllen wir auch gern thun / nach erkantnuß vnd rathe der vorgenanten dreyer Herrn/ oder deß mehren theils vnder jhn/ vnd welcher vnder denselben 3. darzu nicht kommen möchte oder wolte/ an deß stat sollen die vorgenanten vnser Herren von Oesterreich auch einen andern Herren jhres geschworen Rahts geben / als vor beschaiden ist/ ohn alles geuerde. Wann auch wir dise vorgeschriben gelübt vnnd taidung / durch deß ehegenanten vnsers Gottshauß vnd vnser sichtigen notturfft/ mit willen/ raht vnd wissen vnsers Capittels gethan haben/ darumben binden wir darzu wissentlich dasselbe Gottshauß/ vnser Nachkommen/ vnd vnser Capittel festigklich zuhalten alles das fürgeschriben stehet / ohn alles geuerde. Darüber zu vhrkund geben wir disen Brief / versigelten mit vnsern anhangenden Insigel / der geben ist zu S. Pölten / an S. Gallen tag / nach Christi Geburt 13. hundert Jahr / darnach in dem 67. Jahr.

V.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter Amen. Karolus quartus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter alia virtutum opera Cæsareæ Maiestatis generosa sublimitas speciali studio ad illa dignatur intendere, per quæ constat Ecclesiis & eorum ministris quietam pacem & commodum euenire. Oblata siquidem nostræ celsitudini venerabilis Alberti Patauien. Episcopi, nostri & jmperij Principis & deuoti dilecti supplex petitio continebat, quatenus priuilegia, libertates, jura, emunitates, indulta, & consuetudines, sibi & Ecclesiæ suæ Patauien. concessa & concessas, data & datas, seruata & seruatas, innouare, ratificare, & confirmare de benignitate cæsarea dignaremur. Nos igitur eiusdem Episcopi precibus, velut iustis & rationabilibus, fauorabiliter inclinati, vniuersa & singula priuilegia, libertates, jura, emunitates, indulta per diuæ recordationis Reges & Imperatores Romanos, prædecessores nostros Ecclesiæ Patauien. præfatæ & eius Episcopo concessa & data, concessas & datas, nec non laudabiles consuetudines apud eandem Ecclesiam eiusque personas, homines, possessiones, & bona hactenus obseruatas in toto & in parte sua qualibet, ratificamus, innouamus, approbamus, & de plenitudine potestatis Cæsareæ præsentibus confirmamus, dictamq; Ecclesiam & eius Episcopum, qui nunc est & qui pro tempore fuerit, vna cum omnibus bonis, hominibus, & possessionibus suis in nostram & jmperij sacri Romani protectionem assumimus specialem; vni-

uersis & singulis Principibus Ecclesiasticis & sęcularibus, Comitibus, nobilibus Baronibus, Proceribus militibus clientibus & fidelibus sacri jmperij, quibuscunq; vocentur nominibus præsentibus & futuris, cuiuscunq; dignitatis, status vel conditionis existant, præcipientes firmiter & districtè, quatenus Episcopũ & Ecclesiam Patau. priuilegiis, libertatibus, juribus, emunitatibus & indultis nec non consuetudinibus antedictis, liberè & pacificè gaudere permittant, & eos contra hęc in nullo prorsus impediant vel consentiant per quempiã impediri, sed in eisdem ipsos manu teneant efficaciter & defendant, nostris & sacri jmperij & aliorum juribus semper saluis. Nulli ergò hominũ liceat hanc paginam nostræ Maiestatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire, sub pœnâ indignationis cæsareæ, & sub pœnâ centũ marcarũ auri puri, quas cõtra faciens, totiens quotiens contrafactũ fuerit, ipso facto se nouerit irremissibiliter incursurũ, quarũ medietatẽ Imperialis ærarij, reliquã verò Episcopi & Ecclesiæ Patau. vsibus determinamus applicari. Signũ Seren. Principis & Dñi, Dñi Karoli IV. Rom. Imperatoris inuictissimi & gloriosissimi Boemiæ Regis, Testes huius rei sunt; Illustres, Rudolfus dux Saxoniæ, sacri Romani Archimarscalc⁹, Otto Marchio Brandẽburg. sacri Romani Imperij Archicamerarius, Principes electores; venerabiles, Ioañes Archiep. Pragen. Apostolicæ sedis legatus, Paulus Frising. Ioannes Brixinẽ. Cancellarius Austriæ, Lampertus Spiren. Ioannes Wormacien. & Rudolfus Verdẽ. ecclesiarũ Episcopi; Illustres, Albertus & Leopoldus, fratres Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Bolto Suinicen. Bladislaus & Bolto, fratres, Epulien; Heinricus Bregen; & Rupertus Lignicen. Duces; Spectabiles, Burkhardus senior, & Burkhardus Iunior, & Ioannes, Burggrauij Magdenpurg. Ioannes de Anhalt, Heinricus de Schuarzpurg, Comites, & Vlricus Landgrauius in Lukenberg, Nobiles, Gerlacus & Gozo, fratres de Hohẽloh, Barso de Risenburg, Chuno de Gelltitz, Benesius de Wartenberg, Albertus Puchaimer, Berchtoldus Steregker, & Heinricus Hankenberger, & alij quam plures, nostri & Imperij Principes, nobiles, & fideles, præsentiũ sub bullâ aureâ typario Imperialis nostræ Maiestatis impressa testimonio litterarũ. Datum Pragæ Anno Dñi M.CCC.LXVI. Indict. IV. XII. Cal. Aprilis. Regnorum nostrorum Anno XX. Imperij verò XI. Ego Iohannes Dei gratiâ Olmicen. episcopus, Regalis Capellæ Boe: comes, & sacræ Imperialis aulæ Cancellarius, vice reuerendi in Christo patris, Domini Gerlaci Moguntin. Archiepiscopi, sacri Imperij per Germaniam Archicancellarij, recognoui.

VI.

Wir Rudolff der 4. von Gottes gnaden Ertzhertzog zu Oesterreich/ zu Steyr/ zu Kernten/ vnd zu Crain/ Herr auff der Windischen March/ vnd zu Portenaw/ Graffe zu Habspurg/ zu Tyrol/ zu Pfyrt/ vnd zu Kyburg. Margraffe zu Burgaw/ vnd Landtgraue zu Elsaß. Bekennen vnd thun kund offentlich mit disem brieff/ daß der Ehrwürdig vnser Fürst vnd Vatter in Gott/ Herr Albrecht Bischof zu Passaw/ für vns kam vñ bat vns mit allem fleiß/ was handuesten vñ brieffen er hiete von weiland dem durchleichtigen/ hochgebornen Fürsten/ vnserm lieben Herrn vnd Vatter/ Hertzog Albrecht/ vñ von andern vnsern vorvordern seligẽ gedechtnuß/ Hertzogẽ vñ Herrn der vorgenanten Land/ daß wir im dieselbeñ geruchten zu bestetten vñ zuuernewern mit vnsern Fürstl. Gn. Nun habẽ wir angesehẽ die getrewen vñ willige dienst/ die vns derselbe Bischof Albrecht gethan hat/ auch fürbaß gethun mag vñ soll/ vñ haben jhm durch seiner fleissigen gebette willen/ dieselben handuesten vnd briefe/ was der sind/ die er hat von vnserm lieben Herrn vnd Vatter/ vnnd von andern vnsern voruordern/ bestidtet bewert/ vnnd vernewt/ bestetten/ vernewern/ vnnd bewerten auch in aller dermassen/ als sie von wort zu worte geschriben stehen/ vnnd mit der ehegenanten vnser Voruordern Insigeln besigelt/ vnd als die auch herkoñen sind. Dannen gebieten wir ernstlich allen den/ den diser

brief

brief gezeigt wurdet/vnd wöllen/daß sie den ehegenanten Bischof Albrecht bey derselben vnser bestettigung vnnd vernewung beleiben lassen/vnnd darwider nicht thun/in keinen weg/wer aber darwider thete/der wisse verfallen seyn in vnser vngnade/vnnd darzu hundert Goldts geben/der fünffzig Pfundt in vnser Camer/vnnd fünffzig/den/die davon beschwert sind/gefallen sollen. Diser sachen sind gezeugen/die Ehrwürdigen/Herr Agapit von der Columpn Bischof zu Esenlon/Legat deß Stuls zu Rome/vnser lieber Oheim/Herr Paul Bischof zu Freysing/Herr Hanß Bischof zu Brixen/vnser Cantzler/Herr Johanns Bischoff zu Gurck/vnser lieben Fürsten/vñ vnser lieben Oheim. Graf Rudolph von Habspurg Graf Ott von Ortenburg/vñ Graf Vlrich von Schaumburg vnd vnser lieben getrewen/Graf Berchtold/Graf Burckhart/vnnd Graf Johanns von Maidburg/Eberhardt von Walse/von Lintz/Haubtmann ob der Enß/Fridrich/Hainrich/vnd Rudolf von Walse/von Enß/Hainrich vnd Fridrich von Walse/von Dresendorff/Steffan von Meissaw/Obrister Marschalch/Alber von Puchhaim/Obrister Truchsäß/Haidenreich von Messaw/Obrister Schenck/Peter von Ebersdorff/Obrister Camerer/vnd Wilhelm der Creüspeck/Obrister Jägermaister/Leutold von Stadeck/Landmarschalch in Oesterreich/Fridrich vnnd Otto von Stubenberg/Andre von Liechtenstein/von Judenburg/Janß vnd Hainrich von Liechtenstain/von Niclaßpurg/Alber der Struchse/vnd Hainrich von Rappach/vnser Hofmaister/vnd ander erbar Leut gnug. Deß geben zu vhrkund vnnd zu einer ewigen vestung diser sachen/den brief versigelt mit vnserm Insigel/der geben ist zu Wien/an Sant Scolasticæ tag/nach Christi geburte/dreyzehenhundert Jahr/vnd darnach in dem fünff vnd sechtzigisten Jahr/vnsers in dem sechs vnd zwaintzigisten/vnd vnsers gewalts in den 7. Jahren ✠. Wir der vorgenant Hertzog Rudolff stärcken disen Brief mit diser vnderschrifft vnser selbs hande. ✠.

WIr Burckhardt Burggraue von Meidburg/vnd Graue zu Hardeck/deß Allerdurchleuchtigisten Fürsten vñ Herrn/Herrn Carls/Römischen Kaisers/zu allen zeiten mehrer deß Reich/vnd König zu Böhaim Hofrichter sassen zu Gerichte zu Prage an vnsers ehegenanten Herren stat/deß Keysers/vnd thun kunde mit disem brief/daß für vns komen in Gerichte/mit fürsprechen/vnd mit vollen vñ gantzen gewalt/Herr Johans von Freindtsperg/Chorherr zu Passaw/vnd Herr Martin Pfarrer zu Stain/bey Kremba/von wegen deß Ehrwürdigen Fürsten vnd Herrn/Herrn Albrecht Bischof zu Passaw/vnd von wegen der Chorherren gemeinigklich deß Capittels zu Passaw/vnd zeigen einen guten gerechten vnnd redlichen brief besigelt mit deß Allerdurchleuchtigisten Fürsten vnd Herrn/Herrn Otto seligen Römischen Kaisers plein anhangenden Insigel/der klärlichen vnnd redlichen von wort zu wort zu Latein geschriben stunde also: *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator, Augustus. Si locis diuino cultui mancipatis alicuius honoris & proprietatis roborationis augmentum præbere statuerimus, diuinitus nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter &c.* (*vide sup. pag.*)vnd da derselb Brief vor vns in Gerichte gelesen/vnd gehört ward/vnnd zu teutsch redlich außgelegt/da beten vns die obgenanten Herrn/Herr Johans von Freundsperg/vnnd Herr Martin Pfarrer zu Stain/zufragen einer vrthail/ob man denselben brief dem obgenanten Bischoff zu Passaw vnd dem Capittel daselbs/icht billich vnd zu recht mit dem Rechten bestättigen solte. Darumb fragtë wir Herrn vnd Ritter/die an dem Rechten sassen/was sie recht dauchte/die vrtailten mit gemeiner folge vnd vrthail auff den Aid/seytemal vnd sie sein begerten/man solte ihn billich bestettigen vnd Confirmieren mit deß Hofgerichts briefe vñ Insigel. Also bestettigë vnd Confirmieren wir den vorgeschribnen brief/als er von wort zu worte/von Artickl zu Artickl geschriben stehet/daß er fürbaß ewiglich stät beleiben/vnd krafft vñ macht habë solle/an allen Stätten/inwendig vnd außwendig gerichtes/vnd wo sein der ehegenant Bischoff zu Passaw/vnd die Chorherrn daselbs/oder jr Nachkomen/ewiglich bedörffen.

Diß

Deß zu vhrkund geben wir jhn mit vrtel disen Brief / versigelt mit deß Hofgerichts In-
sigel/ am Montag nach dem Sontag Inuocauit, nach Christi Geburt 1367. Jahr rc.

WIr Ott / deß heiligen Römischen Reichs Ertzkammerer / Churfürst / vnnd wir
Steffan/ vnd wir Fridrich / vnd wir Johanns / deß vorgenanten Herrn Otten
Vettern/alle von Gottes Gnaden Pfallentzgrauen bey Rhein/ vñ Hertzogen in
Bayrn/rc. verjehen vnd bekennen für vns/all vnser Erben vnd Nachkom̃en offentlich mit
dem brief/vnd thun kundt allen den/die jhn sehen lesen/ oder hörend / die nun lebend vnnd
hernach künfftig sind/ daß vns die Ehrwirdig/ vnser lieber Freunde/ Herr Albrecht Bi-
schof zu Passaw/vnd der Ehrsamen/der Thumprobst der Dechant/ vñ das gantz Capit-
tel daselbs zu Passaw/ geklagt/vnd redlichen vnd wolbedechtligen fürbracht haben/ daß
wir zu diser zeit ein Stewr auff sie vnd auff jhr ehegenants Gottshauß vnd Capittel zu
Passaw/vnd darzu auff aller Pfaffheit in vnserm Lande zu Bayrn Leut vnd Güter ge-
legt hetten/ wider Geistlich freyheit/deß wir nit recht hieten/ vnd das auch sichtigklich we-
re/ wider die genante brief / die sie / vnnd gemeinklich alle Pfaffheit in demselben vnserm
Lande zu Bayrn/ von vnsern Vormundern seelicher gedechtnus/darumb haben/ die wir
nun gehört vnd gesehen/vnd baten vns demütigklich/vnd mit fleiß/ daß wir sie/ jhr Gotte-
hauß/vnd Capittel zu Passaw alle jhre/ vnd andere Pfaffheit vberal in vnserm Lande zu
Bayrn Leut vnd Güter/ wie die genant/ vnnd wo die gesessen sind/ auff der Gottsheuser
gründten/ oder hinder andern Leuten/ solcher vnd ander Stewr swiß man der erdencken
möchte/vnd sunst aller ander vnbillicher beschwerunge/ die da sind vñ weren wider Geist-
liche freyheiten/jetzund vnd hinfür begäben/vnd darumb vnbetrübt liessen/ so sie vns wol
getraweten / vnnd daß wir jhn auch die ehegenanten jhr briefe/ vnnd sunst alle ander jhr
briefe/ die sie / jhr Gottshauß / vnd Capittel zu Passaw / von allen vnsern Vorvordern/
vnd von vns haben/ vnd darzu alle jhre Rechte/ freyheiten / vnd gut gewonheit/ ruchten
gunstlich zu bestettigen. Nu haben wir angesehen jhr demütig gerechte gebette / vnd das
jhr Vorvordern selig / vnd sie / in vnsern Vorvordern seeligen / vnd vns / wo wir sie ge-
beten haben/manigfaltigklich vnd erbarlich haben gefallen/vnnd noch hinfür angefallen
mögen/vnd wir verheissen jhn/ bey vnsern gnaden/ vnd wir verbinden vns auch wissent-
lich/ bey vnsern trewen/ für vns/ vnd für all vnser Erben vnd Nachkom̃en vnuerschai-
denlich / daß wir / all vnser Erben vnd Nachkommen / noch niemand von vnsern wegen/
von den ehegenanten/dem Bischoff/dem Capittel/vnd jrem Gottshauß zu Passaw/ von
allen jhren Leuten vnnd Gütern / wie die genant / oder wo die gesessen sind auff desselben
jhres Gottshause vnd Capittel zu Passaw gründten/ oder anderstwo hinder andern Leu-
ten/ vnd darzu von aller ander Pfaffheit/ vnnd jhre Leut vnnd Güter/ vberall in vnserm
Lande zu Bayrn / kein Stewr / noch vorderung / wie die namen habent vnnd genennt
sind/nichts vnderwegen gelassen/ jetzund vnd hinfür ewigklich nicht anlegen / noch nem-
men sollen noch wöllen / weder mit bette / noch in kein andern weg / noch das sullen noch
schaffen oder ordnen/ jhn anzulegen vnd zu nem̃en/keines wegs/ohn alles geuerde. Auch
bestetten wir jhn wissentlich/ vnd mit namen die vorgenanten jhr briefe/ wie so die genant
sind/ die sie/jhr Gottshauß / vnd Capittel daselbs zu Passaw/ von vnsern Vorvordern
seeligen/vnd von vns habend/vnd darzu all jhr Rechte / freyheite / vnnd gute gewonheite/
die sie von Recht/ Geistlich vnd Weltlichen Rechten oder von gnaden habend/ vñ mainen
vnd wollen noch sollen darwider in kein weiß nicht zuthun / sonder setzen vnd wöllen wir/
daß die ehegenanten jhr briefe/ was der sind/vnd vmb wen die sagend/mit allen jhren pun-
cten/ stucken/ vñ artickln/ so darüber begriffen sind/ bey allen jren kräfften vnuerrucket/ vñ
alles vberfaren bleiben/ vñ das dawider/ noch wider all jre Recht/ freyheit vñ gut gewon-
heit/ so die oben berürt sind/ von vns/ vnd allen vnsern Erben vnd Nachkom̃en/ noch von
allen den vnsern gegenwertigen vñ künfftigen nichts versucht/ noch gethan werde/ in kein
weiß/ vngefärlich/ wir gebieten auch strenglich mit ernst/ bey vnsern gnadẽ vñ huldẽ/ vnsern
getrewen

getrewen lieben/allen vnsern Ambtleuten/Vitzthumben/Pflegern/Herren/Rittern/vnd Knechten/Richtern/Edlen vnd Vnedlen/vnd gemeinklich allen den vnsern/wie so die genant seind/vnd wöllen/daß sie mit sambt vns/vnsern Erben vnd Nachkomen/die vorgenanten/den Bischof/das Capittel/vnd jhr Gottshause zu Passaw/alle jhr/jhres Gottshauß vnd Capittels daselbs/vnd darzu alle jhre Pfaffheit/Leut vnnd gut/bey allen jhren briefen/rechten/freyheiten/vnd guten gewonheiten/so vorbegriffen ist/jetzund vnnd hinfür ewigklich lassen beleiben/vnd die nicht vberfahren/weder heimlich noch offentlich/von vnserm bette/oder geschefft/noch an vnser bette vnnd geschefft/in keinen wegen/ohn alle geuerde. Was aber darwider gethon were/oder noch hinfüro ewigklich in demselben vnsern Lande zu Bayrn dawider gethon wurde/von wem das were/niemand außgenommen/das nicht beschehen soll. Mainen vnd gebieten wir ernstlich/daß das alles absein/vñ kein macht/fürgang vnd krafft habe zu keiner zeit schlechtigklich/on alles geuerde. Vñ deß zu einem endtlichen vhrkund/vnd zu einer ewigen stettigkeit aller vorverschribner sache/bünde vnnd handlung/geben wir wissentlich den obgenanten/dem Bischof/dem Capittel/vnd jrem Gottshause daselbs zu Passaw/den Brief versigelten mit vnsern anhangenden Insigeln/der geben ist an Sant Pauls tag/als er bekehrt ward/in der Statt zu Landtshut/nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jahre/darnach in den siben vnnd sibenzigisten Jahren.

Episcopus hic Iohannes, nec non Capitulum Patauien. pro se & successoribus cum Austriacis Ducibus, & vicissim hij cum illis transactiones & concordias, seu fœdera inierunt subsequentia.

I.

WIr Johannes von Gottes Genaden Bischoff zu Passaw/Bekennen vnd thun kundt offentlich/mit disem Briefe/allen den/die jhn ansehendt/lesent/oder hörendt lesen/nu oder hernach/daß wir mit gutem rathe vnd zeitiger vorbetrachtung/durch frides vnnd gemeines nutzes vnnd auch gemachs willen vnserer Herrschafft/vnnd aller vnserer Vnderthonen/für vns/vnnd für vnsere Nachkommen Bischofe zu Passaw/verhaissen vnd verlobt haben/bey vnsern trewen/vnd mit worten vnserer Frl. Würdigkeit/verhaissen vnd verloben auch mit disem Briefe/daß wir den Durchleuchtigen vnnd Hochgebornen Fürsten/vnsern gnedigen Herrn Albrechten Hertzogen zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kärnten/vnd zu Crain/Grauen zu Tyrol/vnd allen seinen Erben vnd Nachkommen/geholffen seyn sollen vnd wöllen/fürderlich vnd endtlich/mit aller vnser macht/zu allen jhren Ehren/Würden/Rechten vnd Frummen/vnd daß wir jhn auch all vnser Vesten offen haben sullen/zu allen jhrer vnd jhrer Lande Kriegen vnd nöthen/ohn geuerde. Were aber/daß jemand der vns angehört/wider den vorbenanten vnsern Herren Hertzog Albrechten/wider sein Erben oder Nachkommen/oder wider die jhren icht theten/darumb sullen sie vns zu rede setzen/vnd sullen wir denen von den vnseren minne vnd Recht thun/nach der gelegenheit der sache/ohn geuerde. Wolte aber der vnser deß wider seyn/vnnd minne vnnd rechtens vor vns nicht gehorsam seyn/so sollen wir vorgenannten vnsern Herren/vnnd seinen Erben vnnd Nachkommen/auff denselben geholffen seyn/als lang vntz daß er darumb gebessert wirdt. Vnd binden vns auch vestiglich zu den vorgeschribnen gelübden vnnd dingen alle vnsere Nachkommen ewigklich. Mit vhrkund diß Briefs/den wir darüber geben/besigelt mit vnserm anhangenden Insigel. Vnd wir der Thumprobst/vnd wir der Dechant/vnd das Capittel gemeinklich deß Gottshauß zu Passaw/verjehen vnd bekeñen offentlich/mit dem briefe/daß die vorgeschribne bindtnussen vnnd gelübten mit vnserm wissen/willen/vnnd Rathe beschehen ist/vnd loben auch die stät zuhaben/fur vns/vnd alle vnser Nachkoñen/ewigkliche. Vnd zu sicherheit der sache/haben wir vnser Insigel/zu vnsers ehegenannten Herren Bischoff Johansen zu Passaw Insigel gehenckt an den Briefe/der geben ist zu Passaw/an Mitichen in der Osterwochen/nach Christi Geburt 1381.

II.

WIr Johanns von Gottes Genaden Bischofe zu Passaw/vnd wir der Dechant/ vnd das Capittel gemeinklich deß Stiffts daselbs/bekennen offentlich/für vns/ vnd alle vnsere Nachkommen/allen denen/die den Briefe sehen/lesen/oder hören lesen/ewigkliche/daß wir/mit billicher betrachtung/angesehen vnd bedacht haben die lauter trewe/vnd freundschafft/beschirmung/hilff/fürderung/vnd manigfaltige güte/die von den Durchleuchtigen Fürsten allen Hertzogen zu Oesterreich/seliger gedächtnuß/vnnd auch dem Hochgebornen Fürsten/vnserm lieben Herrn/Hertzog Albrechten/Hertzogen zu Oesterreich/vnsern vorvordern/vnd vnserm Stifft zu Passaw/widerfahren sind/vnd die auch noch fürbas von demselben vnserm Herren/vnd seinen Nachkommen/vns vnnd vnsern Nachkommen widerfahren mögent/sonderlich vnnd mit namen/daß der jetzgenannt vnser lieber Herr/Hertzog Albrecht von Oesterreich/ꝛc. vnser vesten vnd geschlossen auff der Thonaw/Viechtenstein/Obernwesen vnd Nidernwesen/Ranarigl/Haichenbach/Velden vnd Riedeggen die gar schwerlich von vnserm Gottshauß versetzt vnd empfrembdet waren/geholffen hat/selbige wider inn vnsern gewalt vnnd gewer zubringen/vnd darumbe/nach billiger danckbarkait/mit guter vorbetrachtung/nach Rahte vnser getrewen/so haben wir vns gen dem vorgenanten vnserm lieben Herrn/Hertzog Albrechten Hertzogen zu Oesterreich/vnd allen seinen Erben vnd Nachkommen verbunden/vnd jhn gelobt/vnd geloben auch wissentlichen/mit dem Briefe/das durch vns selber/ vnd vnserm Stifft/auch den ehegenanten Hertzog Albrechten/vnnd seinen Landen vnnd Leuten zu Oesterreich/solch Kriegt vnd anfälle nimmer aufferstehen von den ehegenannten vnsern Geschlossen/als von jhrer empfrembdunge vormals geschehen ist/daß wir dieselbe vnser Geschloß/als sie oben benant seyn/fürbaß von vnserm Gottshauß nimmermehr versetzen/verkauffen/empfrembden sollen/sonder daß wir sie selber inne haben/vnuerkümmert/ vnd auch damit dem ehegenanten vnserm Herren/vnd seinen Nachkommen/vnd Landen vnd Leuten/ewigklich bey gestendig vnd beholffen seyn/vnd sie jhnen zu aller jhrer noht offen haben/vnd damit bey jhn beleiben/nach laut der Bündtnuß vnd Briefe/die zwischen vnsern Vorvordern vnd vns/baidenhalb gemacht seyn. Geschehe/daß vns/vnd vnser Stifft/solch redlich Ehehafft noth angienge/daß wir dieselben Geschloß versetzen/vnd verkauffen müsten/so sollen wir denselben Satz oder Verkauff niemand thun/dann dem vorgenannten vnserm Herrn/dem Hertzogen zu Oesterreich/oder seinen Erben. Wer aber/daß der oder die/den nicht auffnemmen wolten/so sullen wir den thun/mit jhrem willen vnd gunst/einem oder mehren der jhren in dem Lande zu Oesterreich/der oder die zu jhn vnd jhrem Lande gehören/damit die ehegenanten Vesten vnnd Geschloß von dem Lande zu Oesterreich/vnd von vnserm Gottshauß nicht entfrembt werden/in kein weiß vnd darüber/zu ewigen vrkund vnd sicherheit/geben wir in den brief besigelten mit vnsern obgenanten Bischoffen Johansen vnd vnsern deß Capitels anhangenden Insigeln. Geben zu Lintz/nach Christi Geburt 1383.

III.

WIr Johanns von Gottes Genaden Bischof zu Passaw/wir Herman Dechant/ vnd das Capitel gemeinklich deß Stiffts daselbs/bekennen vnd thun kundt offentlich/für vns vnnd all vnser Nachkommen ewigklich/allen denen/die den Briefe sehend/lesend/oder hörend lesen/daß für vns den obgenanten Bischof Johansen kummen ist/der Edel vnd Wolgeborn Grafe/Hainrich von Schaumberg/vnd gab vns auff/für sich/vnd alle seine Erben vnd Nachkommen/die Vesten vnd Herrschafft zu Schaunberg/zu Stauffen/vnd zum Newhauß/vnnd auch die Statt Euerdingen/ mit sambt allem dem so darzu gehört/die er von vns vnd vnsrem Gottshauß zu Passaw

zulehen hette/vnd bat vns fleissigklich/daß wir die von jhme aufnemen/ vnd sie verleichen geruheten dem durchleüchtigen hochgebornen Fürsten/vnsern lieben herrn/ Hertzog Albrecht hertzogen ze österreich/ 2c.vnd allen seinen erben vnd nachkumen an demselbẽ Hertzogthumbe ze österreich/nun haben wir/mit gueter vorbetrachtung/ angesehẽ vñ bedacht/ die grosse beschirmunge/ hilf vnd fürderunge/ die hieuor vnseren vordern vnd auch vns/ vnd vnsern stifft ze Passaw/von den Alten Fürsten von Oesterreich/vnd auch dem ehegenanten Hertzog Albrecht/manigfaltigklich widerfaren sind/vnd auch hinfür widerfaren sullent/vnd mügent/vnd haben darumb die ehegenantẽ herrschafft/ vesten/ vnd Geschlos ze Schaumberg/ze Stauffen/vnd zum Neühaus/vnd Euerdinge/ mit sambt aller irer Zuegehörung/Manschafften/Gerichten/Leüten/Güetern/ Zinsen vnd Zehenden/ vnd allem andern/so darzue gehört/ wie das genant/ oder wo das gelegen ist/ von dem obgenanten Graff Hainrich võ Schaumburg aufgenom̃en/vñ sy dem vorgenanten Hertzog Albrechten Hertzogen ze Oesterreich/ vnd allen seinen Erben vnd Nachkomen/ an dem Hertzogthumbe zu Oesterreich verlihen/vnd verleihen auch wissentlich/ mit krafft deß gegenwertigen Brieffes/ Also/ daß sie die nun für basser ewigklich von vns/ vnd allen vnsern Nachkommen/ vnd von vnseren Stifft zu Passaw zu rechten Lehen haben sullen vnd mögen/ als Lehens recht ist/ vnd deß Landes Recht zu Oesterreich/ ohn alles geuerde. Vnd darüber zu ewigen Vrkundte vnd sicherhait geben wir den Brieffe/ besigelten mit vnsern obgenanten Bischoff Johannsen/vnd auch vnserm/ vñ deß Capitels anhangendẽ Insigln. Geben zu Lintz/am Freytag S. Gallen tag. Nach Christes geburde 1383. Jar.

IV.

Wir Albrecht/2c. thuen kundt/ als itzt der edl/ vnser lieber Oham/ Graff Hainrich von Schaumberg/ die Veste vnd Geschloß Schaumberg/ Stauf/ das Neuhauß vñ Euerding/die von dem ehrwürdigen/vnserm lieben Freundt/Herrn Johansen Bischoffen zu Passaw/zu Lehen rürend/demselben von Passaw auffgegeben/ vnd jne gebeten hat/daß er vns die verleihen geruhet. Also hat vns/ vnsern Erben vnnd Nachkommen/ derselb von Passaw die obgenanten Geschloß vnd Vesten/ mit aller zugehörung verlihen/ nach laut der Lehenbrieff/ die er vns darüber gegeben hat. Vnnd sullen vnd wellen auch fürbaß wir selber/ vnser Erben vnd Nachkommen/ die vorgenanten Vest vnd Geschloß von demselben Bischoff von Passaw/ seinen Nachkommen/ vnd seinem Gotshauß/erkennen/ vnd dieselben Lehen dauon nemen vnd empfahen/wen es zu schulden kombt/ vngeuerlich. Mit Vrkundt dits Brieffs. Geben zu Lintz/am Sambstag nach S. Gallen tag. Nach Christi Geburt/1383.

V.

Wir Herman erwölter vnd Dechant/ vnd das Capitl gemainklich deß Gotshauß zu Passaw/bekennen vnd thuen kundt offentlich mit dem Briefe/allen den die in sehent/lesent/oder hörent lesen/nu vnd hernach/daß wir mit guetem Rathe/ vnd zeittiger vorbetrachtung/ durch frides vnd gemaines nutzes vnd gemaches willen vnserer Herrschafft/ vnd aller vnserer vnderthonen/ für vns/ vnd all vnser Nachkommen/ Bischoff vnd Capitl zu Passaw/verhaissen vnd verlobt haben/ bey vnsern treuen/ verhaissen vnd verloben auch mit dem Brieff/dz wir dem durchl. Fürstem vnsern gnedigen Herrn Albrecht Hertzogen zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kärnten/2c. Grauẽ zu Tyrol/ vnd allen seinen Erben vnd Nachkom̃en/geholffen seyn sollen vnd wellen/ fürderlich vnd endtlich/mit aller vnser macht/ zu allen jren ehren/würden/ rechten/ vñ frum̃en/ wider allermenigklich/niemand auß genom̃en/wañ in deß not geschicht/ vñ wir darum̃ von in geuordert vñ gemant werdẽ/ ohn alles verziehẽ/vñ dz wir jn auch all vnsers obgenantẽ Gots-

hauß Vesten offen haben sullen / zu allen iren vnnd irer Lande Kriegen vnd nödhen/ ohn geuerde. Wer aber / daß jemandt der vns angehört / wider den vorgenanten vnsern Herrn Hertzog Albrechten / wider sein Erben oder Nachkommen oder wider die iren / icht thette / darumb sullen sie vns zu red setzen/vnd sullen wir dann von dem vnsern minne vnd recht thuen / nach gelegenheit der sache / ohn geuerde. Wolt aber der vnser deß wider seyn / vnd minnen vnd Rechtens vor vns nicht gehorsam seyn / so sullen wir dem vorgenanten vnserm Herrn / vnd seinen Erben vnd Nachkommen / auff denselben geholffen seyn / als lang/ vnß daß er darumb gebessert wirdt. Vnd binden vns auch vestigklich zu den vorgeschribnen Glübten vnd Dingen / alle vnsere Nachkommen ewigklich. Auch verbinden wir vns / daß wir obgenanter erwölter / noch deß Capitel kainerley täding noch bericht von ehegenanten erwölten / vnd vnser wahl wegen thuen/ noch auffnemmen sullen/ ohn deß obgenanten vnsers Herrn Hertzog Albrechten gunst vnd willen / getrewlich vnd ohn alles geuerde. Mit Vrkundt deß Brieffs / den wir darüber geben / besiglt mit vnsers offtgenanten Erwölten / vnd auch deß Capitels anhangenden Insigln. Geben zu Passaw / an S. Colamans tag / Nach Christi Geburt. 1387.

VI.

WIr Herman Dechant / Otto Laiminger Vitzdumb / vnd gemainklich das Capitel zu Passaw / bekennen offentlich / mit dem Brieffe / wann der durchleuchtig Fürste / vnser genediger Herr / Hertzog zu Oesterreich / rc. Zu schirm vnnd zu hilff vnsers Gotshauß / zu dem Kriege / der vns jetzundt begent ist wider die Statt zu Passaw / das Geschloß zu Obernperg in sein gewalt vnd schirm genommen hat / in sein selbst Costen zuhalten vnd behüeten auff ein Monat / mit dem edlen Herrn / Eberharden von Capellen / mit 40. Spiessen / vnd 4. Schützen / die darzue geschaffet hat / vnd auch vber das mit demselben Capeller geschaffet vnd gestellet hat / daß er / nach demselben Monat / dennach fürbaß einen andern Monat / oder mehr / ob sich das gebürt / dasselb Geschloß innehaben soll / mit derselben Summa Spiessen vnd Schützen / auff vnsern Costen / dafür er demselben Capeller fürbaß hat versprochen / alles nach vnser anrueffung vnd fleissigem bette / vnd von seinen sondern gnaden: daß wir darumb / nach guter vorbetrachtung vnd veraintem Rathe / dem obgenanten vnserm lieben Herrn verhaissen vnd gelobt haben; verhaissen vnnd geloben auch / für vns / vnd alle vnsere Nachkommen an vnserm Capitel / wissentlich / mit dem Brieffe / was jm auff behüetung deß ehegenanten Geschlosses / den Krieg vmb wer vnd was gezdug deß man so darzue betürffen würdet / vnd darzue dem obgenanten Volcke zu Solde / vnd auch vmb jr redlich scheden / auff den andern Monat / oder lenger / ob es deß dürfft / wird gehen/ vnd lauffen wirdt / daß wir im / vnd sein Erben / das nach denselben 2. Monaten / ohn alles verziehen / außrichten sullen vnd wöllen / von allen Güetern vnnd Haab vnsers Gotshauß zu Passaw / ligenden vnd farenden / wa die gelegen / vnnd wie die genant seyn die all jr recht für pfandt darumb seyn sullen / vnß sie gentzlich dauon außgerichtet werdent alles deß / so vor geschriben stehet / doch vns / vnd vnsern Nachkommen/ an vnsers Capitels Haab vnd Güeter / ohne schaden / vngeuerlich. Deß zu Vrkundt geben wir den Brieff / versigeltem mit vnsers Vitzdumbs angehangedem Insigl / vnd mit vnsers Capitls auch angehangen Insigel / vns vnd vnserer Haab vnd Güter / die dz Capitel hat / ohne schaden / der geben ist zu Wien / da man zelt nach Christi Geburt 1388. Jahr / an S. Seuers Tag.

Hhh. *Sequuntur Diplomata ad Episcopi Georgij gubernationem pertinentia, illustrandæ historiæ causa heic exhibita.*

I.

WIr Georg von Gottes genaden Bischoff ze Passau / bekhennen offentlich / mit dem Brieffe / wann der durchleuchtig hochgeborn Fürst / unser lieber gn. Herr / Hertzog Albrecht Hertzog zu Oesterreich / ꝛc. zu gehorsamen ehren vnd treuen vnsers H. Vatters deß Pabsts von Rom vñ der H. Römischen Kirchen vns gnedigklich vñ gunstigklich auffgenommen hat zu vnserm Bistumb vnd vnser würdigkeit / vñ vns sonderlich geholffen vnd beygestendig ist / vnd auch hinfür seyn will als wir seiner gn. getrauen damit wir zu gewer vnd gewalte vnsers Gotshauß / vnd seiner Geschlossen vnd Herrschafften / Vesten vnd Stett / Leüte vnd Güeter. kumen seynd / daß wir darumb betracht haben die grossen gnaden vnd fürderung / die vnser obgenanter lieber Herr vns / vnd vnserm Gotshauß / daran thuet. Vnd geloben jm wissentlich mit dem brieff / ob geschehe daruor Gott / dz derselb vnser gnediger Herr / oder sein Erben / oder sein Land / von solcher fürderung vñ schirms wegen / den sie vns also thuendt / oder hinfür thuen werdent / damit wir bey vnserer würdigkeit vñ vnsern gewalten werden erhalten / in keinen mercklichen Krieg kämen / daß wir darumbe mit allen vnsern Geschlossen / Vesten / Stetten / Leüten vnd Güetern / gar vnd gentzlich / ohn alle außzüge / bey demselben vnserm Herrn / vnd seinem Lande / beleiben sullen vnd wellen / nach allem vnserm vermögen. Vnd ob auch dann er desselben Kriegs / Er oder sein Landt zu solchen mercklichen schäden kämen / daß wir der beleiben sullen vnnd wellen bey vnserm lieben Bruedern / Herrn Crafften von Hohenlach / vnd dem edlen vnserm lieben Freündt / Herrn Hannsen von Liechtenstain von Nicolspurg / vnsers obgenanten Herrn deß Hertzogen Hoffmaister / also / was sie finden vnd erkennent / daß wir / vnd vnser Stifft / vmb solch schäden gegen demselben vnserm Herrn / vnd seinen Landen thuen sollen / das sullen vnd wellen wir thuen fürderlich / vnd ohn alle widerrede. Mit Vrkundt diß Brieffs / versigelt mit vnserm anhangenden Insigl / der geben ist zu Wien / am Sontag nach S. Michels tag. Nach Christi Geburt. 1389. Jahr.

II.

WIr Georg von Gottes genaden Bischoff zu Passaw / bekennen offentlich mit dem Brieffe / daß wir dem durchleuchtigen hochgebornen Fürsten / vnserm gnedigen lieben Herrn / Hertzog Albrecht / Hertzogen zu Oesterreich / ꝛc. von newen dingen verlichen haben / vnd leihen auch wissentlich / mit dem Brieff die Vesten / Grafschafft / vnd Herrschafft zu Schaumburg / zu Stauffen / vnd zu dem Newhauß / vnnd die Statt zu Euerdingen / mit sambt allem dem so darzu gehörig / die sein Lehen von vns vnd vnserm Gotshauß seynd / vnd alle andere Lehen / wo die gelegen / oder wie sie genant seyn / die sein Lehen von vnserm Gotshauß seindt / also / daß der ehegenant vnser lieber Herr / vnd alle seine Erben / dieselben Vesten / Grafschafft / vnd Herrschafft / mit sambt aller irer zuegehörigen Mannschafften / Würden vnnd Ehren / gerichten / Leüthen vnnd Güettern / Zinsen / Zehenden / gultten / vnd nutzen / vnd allem andern so darzue gehört / vnnd alle andere ire Lehen / wie die genant / oder wo die gelegen seyn / von vns / vnd vnsern Nachkommen / vnd vnserm Gotshauß zu rechten Lehen haben sullen vnnd mügen / ewigklich / als Lehens vnd Landes zu Oesterreich recht ist / ohn alles geuerde. Mit Vrkundt diß Brieffs versigelt mit vnserm Insigel / geben zu Wien am Sontag nach S. Michels Tag. Nach Christi Geburt / 1389. Jahr.

III.

WIr Geörg von Gottes Genaden / Bischoff zu Passaw / bekennen vnnd thuen kundt offentlich / mit dem Brieff / allen den / die in sehent / lesen / oder hören lesen. Als die ersamen / vnser lieben in Gott / Herman Dechant / Otto Lamminger Vitzdumb / vnd das Capittel vnser Stifft zu Passaw / vnser vnd vnsers Gotshauß Geschloß vnd Herrschafft ze Obernperg / mit sambt aller seiner zuegehörung / versetzt vnd eingeben haben dem durchleuchtigen hochgebornen Fr. vnserm Gn. lieben Herrn / Hertzog Albrechten / Hertzogen zu Oesterreich / vnd seinen Erben / insetzes Rechten in zehaben vnd zeniessen / nach laut deß Satz brieffs / den sie jm darumb geben haben / deß wir aigentlich beweist seyn / vnd vns deß auch kundtlichen erfaren haben mit voller warheit / daß die vorgenanten vnser Dechant / Vitztumb / vnd Capitel dieselbe Satzung gethon haben von redlicher vnd mercklicher grosser notturfft wegen / vnd mit namen / zu vor kummen mehrer / vnd verderblicher schäden vnsers Gotshauß. darzu hat vns auch vnser ehegenanter Herr der Hertzog / in gegenwertigkeit etlicher vnser Chorherrn / Manne / vnd getrewen / die dazumal bey vns waren / mit redlicher / erberer / vnd getrewer Raittung aigentlich beweiset / daß er / zu vnsers Gotshauß grosser notturfft / auff den ehegenanten Satz / also mit wissen vnsers Capitels / außgelegt vnd bezalt hat / am beraiten Gelt 14760. lb. Wiener Pfenning / ohn ander merckliche grosse hilff vnd vorthail / so er in vnsers Gotshauß Kriege wider die Statt zu Passaw hat zu gethon / mit Volck / Gezeück / Zerung / vnd manigerley fürderung / die er vnserm Gotshauß darin hat mitgetailt / mit namen / daß er in seinen selbst schweren vnd grossen Costen / durch vnsers Capitels bette das ehegenant Geschloß / in dem Krieg ainen gantzen Monat / oder mehr / behüet / vnd innegehabt hat. Vber das alles er vns / an der vorgenanten Summa nach vnserer bette / vnd zu mehrerer gnad vnd hilff vnser vnd vnsers Gotshauß nu willigklich abgelassen hat die 760. lb. also bleibt dannoch Summa / deß ehegenanten Gelts 14000. lb. Wiener dl. dauon so haben wir betracht die fürderliche hilff vñ Schirm / so der ehegenant vnser lieber Herr vnserm Stifft damals vnd auch in disen leüffen hat gethan / vnd haben darumb / nach zeitigem Rathte vnser Rathe vñ getrewen / die wir nu zumal bey vns habẽ gehabt / mit gueter vorbetrachtung / vor vns vñ all vnser Nachkom̃en an vnserm Bistum̃ / mit aller der ordnung vnd krafft die / nach Geist- oď Weltlichẽ Rechten oď gewonheit der Lande / in dhaine weiß darzu gehörendt / denselbẽ Satz vñ auch den obgenanten Satzbrieff der darüber gegeben ist / vnserm obgenanten lieben Herrn Hertzog Albr. Hertzogen zu Oesterreich / vñ allen seinen Erben / verneüt vnd bestätt / vñ verneüern vnd bestätten auch / wissentlich / mit krafft deß gegenwertigen Brieffs. also dz derselb vnser Herr / vnd all sein Erben / daß obgenant vnser Schloß vnd die Herrschafft zu Obernperg / mit allen dem so darzu gehört / vnd in allen den Rechten / als vnser voruordern Bischoff zu Passaw die her bracht haben in aines rechten Pfands rechten ohn allen abschlag der nutz die wir jm lautterlich geben vnd ablassen / inhaben vnd niessen sullen vnnd nützen / nach deß obgnanten Satzbriefs laut / als lang / vntz wir / oder vnsere nachkom̃en / Bischoff / oder vnser Capitel / dasselbe vnser Geschloß vnd Herrschafft von jm derlesen / mit 14. tausent lb. Wiener pfenning. Wañ auch damit wir / oď vnser Nachkom̃en / oď vnser Capittel / losung an sie vordern / so sollen sie vns derselben gehorsam seyn / vnd stat thuen ohn alle wider rede vnd verziehen. Auch geben wir / für vns / vnd vnser Nachkom̃en / dem vorgenanten vnserm Herren volles recht vñ gantzen gwalt / dz er vnd sein Erben / alle Sätze / wie die genant seyn / die vormals auß derselben Herrschafft von vnsern voruordern versetzt seind / hinwider darzu an sich losen mögen / in allem dem Rechten / als wir selber thuen möchten / vmb so vil gelts / als sie stehent / nach der Satzbrieff laut / die vnser vordere darüber geben habent. Vnd was sie der also lösent / vnd in jren gwalt bringendt / die sullen sie auch / zu sambt dem gegenwertigen Haubtsatz / innhaben vnd niessen / vntz wir / oder vnser Nachkommen /

sie

ſie deß gelts/darumb ſie alſo geſtanden/habent außgericht / mit ſambt den obgenanten 14. tauſent lb. doch behalten wir vns ſelber vollen gewalt/ob geſchehe/ daß wir dieſelben ſtuck/ zu vnſer ſelbſt gewalt vnd nutze/vngeuerlich loſen wolten jetzundt von den/ſo ſie darin bekoment/deß man vns deß alzeit ſtat thuen ſoll / ohn alle widerred. Vnd veriehen wir/geloben auch für vns/vnd alle vnſere Nachkommen/Biſchoff zu Paſſaw / daß wir den gegenwertigen Satzbrieff gentzlich ſtat haben ſollen vnd wöllen/vnd darwider nimmer thuen / noch trachten/ oder gehellen zuthuen/ mit reden oder wercken / haimlich noch offentlich/in kain weiſſe/ ſonder daß wir dem vorgenanten vnſerm Herrn / vnd allem ſeinen Erben/ſullen geholffen vnd beygeſtendig ſeyn / nach vnſerm vermögen/ daſſelb Geſchloß/ mit ſambt aller ſeiner zuegehörung/in jr gewahr vnd gewalt zubehalten/ſchutzen/ vnd ſchirmen/ vntz es redlich von jn gelöſt würdt / nach deß gegenwertigen Satzbrieffs ſage/ohn alle geuerde. Auch ſoll vnſer obgenanter Herr/vnd all ſein Erben/ oder wer von jrent wegen deß ehegenant Geſchloß inhaben wirdt/vns/vnd vnſern Nachkommen/ daſſelb Geſchloß/dieweil dz vnuerledigt in jrer gwalt iſt/zu vnſern / vnd vnſers Gotshauß nöten offen haben/ wider menigklich/wann vns deß durfft geſchicht/doch an jren mercklichen ſchaden/ongeuerlich. Ob auch in dhainen kunfftigen zeiten/wir oder dhainer vnſerer Nachkommen/ dz Geſchloß vnd die Herrſchafft jeman verſetzen / verkauffen/ oder in ander weg verkömern wolte/ ſo ſoll man deß von erſt vnſer ehegenanten Herrſchafft zu Oeſterreich anbieten/vnd jren Erben/vnd ob ſie nit wolt/ainen jrer Vnderthonen vnnd gehorſamen Landherren oder Landleüt/dz vor menigklich günen/ vnd vmb ſouil guetes/ vnd in der maſſe/als ander Leuth darumb geben vnd thuen wolten / ohn geuer. Vnnd wer dan/dz ſie das darumb in ſolcher maſſe nicht auffnemen wolten/ ſo möchten wir es fürbaß verkummern/vnd vnſern vnd vnſers Gotshauß frumen damit ſchaffen / ohn alles geuerde. Es iſt auch getaidingt vnd bered/wann das ſchier die loſung geſchicht / ſo vorgeſchriben ſtet/ſo ſoll vns/ vnd vnſern Nachkommen oder vnſerm Capitel zu Paſſau/ ob dieweil nicht Biſchoff da were/ vnſer vorgenanter von Oeſterreich/ſein Erben/oder Nachkommen/den gegenwertigen Satzbrieff widergeben/ledigklich/vnd zu gleicher weiß ſullen wir/oder vnſer Nachkommen/oder das vorgenant vnſer Capitel/ ob dieweil nicht Biſchoff da were/dem obgenanten vnſerm H. von Oeſſt. ſeinen Erben vnd Nachkom̃en/ jhren gegen Brieff der vorgeſchribnen ſach auch wider geben/vnd ſollen auch den zu baiden tailen der gegenwertig Satzbrieff vnd auch der gegen brieff/gar abſein vnd todt/ vnd fürbaß kaine krafft mehr haben. Vnd darüber / zu veſtem Vrkundt/geben wir / für vns/ vnd alle vnſer Nachkommen / den gegenwertigen Brieff / verſigelten mit vnſerm anhangenden Inſigl. Der geben iſt zu Wien/an der heiligen 11. tauſent Martyrer tag. Nach Chriſtus Geburt 1389. Jahr.

IV.

WJr Georg von Gottes genaden Biſchoff zu Paſſaw/vnd wir der Dechant/vnd wir das Capitel gemainklich der Stifft daſelbſt. Bekennen offentlich/ für vns/ vnd all vnſer Nachkom̃en/allen den/ die den Brieff ſehent/leſen/od' hörent leſen/ menigklich/ dz wir/mit billiger betrachtung angeſehen vñ bedacht haben die lauter treu vñ freundſchafft/beſchirmung/hilff/vnd fürderung/vnd manigfaltige guthat/ die von dem durchleuchtigen Fürſten/den alten Hertzogen zu Oeſterreich/ ſeliger gedechtnuß/ vñ auch dem Hochgebornen Fürſten/vnſerm lieben Herrn/Hertzog Albrechten zu Oeſterreich/ꝛc. vnſern Voruordern vnd vnſerm Stifft zu Paſſaw/ widerfaren ſind/ vnd die auch nach fürbaß von demſelben vnſerm Herrn/vnd ſeinen Nachkommen/vns vnd vnſern Nachkom̃en/widerfaren mögent/ ſonderlich vnd mit namen/ dz der vorgenant vnſer lieber Herr/ Hertzog Albrecht võ Oeſterreich/vnſere Veſtẽ vñ Geſchloſſen auff d' Thonau Viechtenſtain/ Obernweſen vñ Niderweſen/Ranarigl/Haigenbach/Veldẽ/vñ Riedegg/ die gar

schwerlich von vnserm Gotshauß versetzt/ vnd entfrembdet worden/ geholffen hat/ seligklich/ wider in vnsers Gotshauß gwalt vnd gewer zu bringen. Vnd darumb nach billiger danckbarkeit/ mit guter vorbetrachtung/ nach rathe vnserer getreue/ so haben wir vns gen dem vorgenanten vnserm lieben Herrn/ Hertzog Albrechten Hertzogen zu Oesterreich/ etc. Vnd allen seinen Erben vnd Nachkommen/ verbunden/ vnnd jn gelobt von neuen dingen/ als auch das vormals weillundt vnser lieber Herr vnd nechster Vorfar/ Bischoff Johannes seelig gethan hat/ vnd geloben auch wissentlich mit dem Brieff/ durch daß vns selber/ vnd vnsern Stiff/ vnd auch dem jetzgenanten Hertzog Albrechten/ vnd seinen Landen vnd Leüten zu Oesterreich/ solche Kriege vnnd anfalle fürbaß nimmer aufferstehen von dem jetzgenanten vnsern geschlossen/ als von jhrer entfrembdung vormals beschehen ist/ dieselben vnsere Geschloß/ als sie oben benannt seyn/ fürbaß vor vnserm Gotshauß nimmer versetzen/ verkauffen/ oder entfrembden sollen/ in kain weis/ sonder daß wir sie selbern innehaben/ vnuerkummert/ vnd auch damit dem ehegenanten vnserm Herrn/ vnd seinen Nachkomen vnd Landen vnd Leüten/ ewigklich beygestendig vnd geholffen seyn/ vnd sie jn zu aller jhrer noth offen haben/ vnd damit bey jm beleiben/ nach laut der Bundnus vnd Brieffe/ die zwischen vnsern Vorfordern/ vnnd vns/ bedenthalb gemacht seynd. Geschehe aber/ daß vns vnnd vnser Stifft/ solch redlich vnd ehehafft noth angieng/ daß wir dieselben Geschloß versetzen vnd verkauffen müsten/ so sollen wir denselben Satz oder Kauff niemandt thuen/ dan dem vorgenantem vnserm Herren/ dem Hertzogen zu Oesterreich/ oder seinen Erben. Wer aber/ daß der oder die/ dann nicht auffnemen wolten/ so sullen wir den thuen/ mit jeren willen vnd gunst/ ainen/ oder mehren der jren in dem Lande zu Oesterreich/ der/ oder die zu jn oder jren Lande gehörent/ damit die ehegenanten Vesten vnd Geschloß von dem Lande ze Oesterreich/ vnd von vnserm Gotshauß/ vnd der ehegenanten Herrschafft ze Oesterreich nicht entfrembtet werden/ in kain weiß. Vnd darüber/ zu ewigem vrkhundt vnd sicherheit/ geben wir jn den Brieff/ besigelten mit vnserm obgenanten Bischoff Georgen/ vnd auch vnserm deß Capitels anhangendem Insigeln. Der geben ist zu Wien/ am Sontag nach S. Michaels Tag/ Nach Christi Geburt 1389. Jahr.

V.

WIr Georg von Gottes genaden Bischoff ze Passau/ bekhennen vnnd thuen kundt offentlich/ mit dem Brieff/ allen den/ die in sehent/ lesent/ oder hören lesen/ nu oder hinnach ewigklich/ daß wir mit gutem Rathe/ vnd zeitiger vorbetrachtung/ durch fride vnnd gemaines nutzens vnnd auch gemaches willen vnserer Herrschafft/ vnd aller vnserer Vnderthonen/ für vns/ vnd für all vnser Nachkomen/ Bischoff ze Passaw/ verhaissen vnd verlobt haben/ bey vnsern trewen/ vnd mit worte vnserer Frl. Würdigkeit/ verhaissen vnnd verloben auch mit disem Brieff/ daß wir dem durchleuchtigen Fürsten/ vnserm gn. Herrn/ Herrn Albrechten Hertzogen ze Oesterreich/ ze Steyr/ vnd Kärnten/ vnd ze Crain/ Grafen ze Tirol/ vnd allen seinen Erben vnd Nachkommen/ geholffen seyn sollen vnd wöllen/ fürderlich vnd endtlich/ mit aller vnser macht/ zu allen jren Ehren/ Würden/ rechten/ vnd frommen/ wider aller menigklich/ niemand außgenommen/ wann in deß notgeschicht/ vnd wir darumb von jn geuordert vnd gemant werden/ ohn alles verziehen; vnd daß wir jn auch alle vnsere Vesten offen haben sollen/ zu allen jren vnd jrer Lande Kriege vnd nöthen/ ohn geuerde. Doch haben wir vns in diser Bundnuß wissentlich vorbehabt vnd außgenommen/ vnsern H. Vattern den Pabst/ in allen Geistlichen Sachen/ als das billich ist. Wer aber jemandt/ der vns angehört/ wider den vorgenanten vnsern Herrn Hertzog Albrechten/ oder sein Erben oder Nachkommen/ oder der wider die jren icht thette/ da-

rumb

rumb sulten sy vns zu rede setzen / vnd sullen wir deme vor den vnsern minne vnnd recht thuen / nach der gelegenheit der sache / ohn geuerde / wolte aber der vnser dz wider seyn / vnd minne vnd Rechtens vor vns nicht gehorsamlich seyn / so sullen wir vnserm vorgenanten Herrn / seinen Erben vnd Nachkommen / auff denselben geholffen seyn / als lang / vntz er darumb gebessert wirdt. Vnd binden auch festigklich zu den vorgenanten gelübten vnd dingen alle vnsere Nachkommen / ewigklich. Darüber durch ein Veste sicherhait / vnd ewige beleibnuß der obgeschribnen pflichtung vnd ainung / haben wir der vorgenant Bischoff Geörg / vnd wir der Domprobst / der Dechant / vnd gemainklich die Chorherrn deß Capitels ze Passaw / für vns / vnd vnser Nachkommen in vnser ewig vnd vnwiderrueffl ich geschworen Statut gesetzt vnd genommen / vnnd setzen vnd nemen auch / mit dem Brieffe / recht vnnd redlich / alles das an disen Brieff geschriben stehet / so beschaidenlich / daß wir die ehegenanten Bischoff / Domprobst / Dechant vnd die Chorherrn gemainklich / vnd jeglicher besonder / vnser vorgenante vnd dise gegenwertige Statut / jetzundt wissentlich geschworen haben / vnd die auch all vnsere Nachkommen / jeglicher in seinen namen vnd wesen / ewigklich schweren sullen zubehalten / treülich vnd gäntzlich / ohn geuerde. Vnd sullen auch wir fürbaß keinen der Chorherr ze Passaw würdet / zu vnser handlung / oder sachen vnsers Capitels / vnd zu seiner stimme in demselben vnserm Capitel / nach zu vnserer Pfriendt ze Passaw nicht nemmen / nur er schwer zu dem ersten / die vorgenanten Statut zuhalten / in aller dermasse als die hieoben geschriben ist. Wann auch geschehe daß das Bistumb ze Passaw ledig wurde / vnd daselbst nicht Bischoff were / so sollen wir die ehegenanten Domprobst / Dechant / vnd gemainklich die Chorherrn deß Capitels ze Passaw / einen vnsern mitChorherrn vnsers Capitels zu einem Vitzdumb vnnd verweser / deß Bistumbs wehlen vnd nemmen / der die fürgenanten Statut geschworen hab zehalten / vnd der die Pfleg deß Bistumbs dann halt vnnd innen hab / vntz auff ainen künfftigen bestätten Bischoffe zu Passaw / in solcher Bündnuß / ainigung / vnnd masse / als hie ist geschriben. Vnd soll der Vitzdumb vnd Vorweser / vnnd auch wir / einen künfftigen bestäten Bischoff ze nutz vnnd gewer deß ehegenanten Bistumbs ze Passaw nit nemmen / er schwere dann deß ersten / vnser Statut zehalten / als vorgeschriben stehet. Auch sullen wir kainen Thumprobst vnd Dechant nicht nemmen ze nutz vnd gewer der Thumprobstey vnd Dechency / er schwere dann diß ersten / vnser vorgenant Statut zehalten / schlechtigklich vnnd getrewlich / ohn geuer. Auch haben wir / in dem namen als dafür / vor vns vnd vnser Nachkommen / geschworen einen leiblichen aid / mit angerürten henden auff daß H. Euangeli / stet zehalten vnnd zuuolführen / ewigklich / mit gantzen trewen / dise Bundnusse / taidung / vnd ainung / in aller dermassen / alß vorgeschriben stet / ohn geuerde. Auch soll der vorgenant vnser Herr / der Hertzog von Oesterreich / vnd alle seine Nachkommen vnd Erben ewigklich / vns vnd vnser Gotshauß / vnd vnser Nachkommen / schirmen vnd versprechen / vnd fristen / ewigklich / vor allem gwalt vnd vnrechten / wa vnd wen vns das not geschicht / als die Brieff sagent / die wir von jnen habent / on alles geuerde. Mit vrkundt diß Brieffs / den wir darüber geben / besigelt mit vnserm anhangenden Insigl. Vnd wie der Thumprobst / der Dechant / vnd das Capitel gemainklich deß Gotshauß ze Passaw / verjehen vnd bekennen offentlich mit dem Brieff / daß die vorgeschriben Bundnusse vnd Gelübte / mit vnserm wissen / willen / vnd rath geschehen ist / vnd loben auch die stet zehalten / für vns / vnd vnsere Nachkommen / ewigklich / bey den Aiden die wir darüber geschworen haben / wissentlich / mit angerürten henden auff daß H. Euangeli. Vnd darüber / ze mehrer sicherheit / haben wir deß ehegenanten vnsers Capitels Insigel / zu vnsers vorgenanten Herrn Bischoffs Georgen ze Passaw Insigl. etc.

VI.

WIr Georg von Gottes genaden Bischoff ze Passau / bekhennen vnnd thuen kundt offentlich / mit dem Brieff / allen den / die in sehent / lesent / oder hören lesen / nu oder hinnach ewigklich / daß wir mit gutem Rathe / vnd zeitiger vorbetrachtung / durch fride vnnd gemaines nutzens vnnd auch gemaches willen vnserer Herrschafft / vnd aller vnserer Vnderthonen / für vns / vnd für all vnser Nachkomen / Bischoff ze Passaw / verhaissen vnd gelobt haben / bey vnsern trewen / vnd mit worte vnserer Frl. würdigkeit verloben vñ verhaissen auch mit disem Brieff / vnserm gn. Herrn / Herrn Albrechten Hertzogen ze Oesterreich zu Steyr / zu Kärnten / vnd zu Crain / Grafen zu Tirol / vnd allen seinen Erben vnd Nachkommen / daß wir geholffen seyn sollen vñ wöllen / fürderlich vnd endtlich / mit aller vnser macht / zu allen jren Ehren / rechten / Würden / vnd frommen / wider aller menigklich / niemand außgenommen / wañ in deß not geschicht / vnd daß wir jn auch alle vnsere Vesten vnd Geschloß / wo die gelegen / oder wie die genant seyn / offen haben sollen vnd wollen / zu allen jren vnd jrer Lande Kriegen vnd notturfften / getreulich / ohn alles geuerde. Geschech aber / daß vns / oder vnser Stifft / solch redlich ehehafft not angienge / das Gott wende / daß wir dieselbe vnser Vesten vnd Geschloß oder jr dhains (außgenommen Viechtenstain / Obernwesen / vnd Nidernwesen / Ranarigl / Haichenbach / Velden / vnd Riedeck) verkhauffen müssen / so sullen wir das niemandt thuen / dann vnserm ehegenanten Herrn von Oesterreich / oder seinen Erben / od' / ob sie das nit wolten / ainem od' mehrern jrer gehorsamen Vnderthonen / der / od' die zu jrem Lande zu Oesterreich gehören / vnd darinn gesessen seyn. Müsten wir aber das versetzen / od' in ain ander weiß verkom̃en / so sollen wir das aber vnserm ehegenanten Herrn von Oesterreich / oder seinen Erben / vor redlich anbieten / vnd jn das vor menigklich gönnen. Wolten aber er / oder sein Erben / dz nicht auffnemen / so sullē wir dem Satz zugleicher weiß vngeuerlich thuen ainen oder menig / jrer getrewen vnd gehorsamen Vnderthanen / der / oder die zu jhrem Lande daselbst zu Oesterreich gehörendt / vnd darin gesessen seynd. Wer aber / daß derselben ainer / oder mehrer / ohn geuerde / das auch nit auffnemen wolte / so mügen wir / in solcher geschicht / den Satz woll ainem andern thuen / mit solchem gedinge / wen wir solch Satzung thuen / er sey in Oesterreich / oder anders wo gesessen / daß der / oder die vor woll versichern vnd gewiß machen / daß sie vns / vñ vnserm Gotshauß zu aller vnser notturfft / vnd vnserer ehegenanten Herrschafft von Oesterreich / zu allen jren notturfften / dieselben Geschloß offen haben / vnd damit gewertig seyn / wider aller menigklich / niemand außgenommen / getreulich / vnd ohn alles geuerde / Nachlaut vnd weisung der Bündnuß vnd Brieffe / die vormals zwischen vns bedenhalb gemacht seyn / vnd auch als an dem gegenwertigen begriffen ist; Dann vmb die obgenanten vnser Geschloß Viechtenstain / Obernwesen / vnd Nidernwesen / Ranarigl / Haichenbach / Velden vnd Riedegg / sullen wir / vnd vnser Stifft / gen vnser ehegenanten Herrschafft von Oesterreich stehn vnd beleiben / nach laut der Brieffe / die vormals sonderlich darüber sind. Wir haben auch in der vorgeschriben Bundnuß wissentlich vorbehabt vnd außgenommen vnsern H. Vattern den Pabst / in allen geistlichen Sachen / als dz billich ist. Mit Vrkhundt diß Brieffs / den wir darüber geben / versigelten mit vnserm anhangenden Insigel. Vnd wie der Thumprobst / der Dechant / vnd das Capitel gemainklich deß Gotshauß zu Passaw / veriehen / vnd bekennen offentlich / mit dem brieff / daß die vorgeschriben Bundnusse vnd Gelübte mit vnserm wissen / willen / vnd rathe geschehen ist / vnd loben auch die stett zuhaben / für vns / vnd all vnser Nachkommen / ewigklich / bey dem Aiden / die wir darumb geschworen haben / wissentlich / mit angerürten henden auff das heilig Euangelij. Vnd darüber zu fester sicherheit / haben wir deß ehegenanten vnsers Capitels Insigl / zu vnsers vorgenanten Herrn Bischoff Georgens zu Pas-

zu Passaw Insigl/gehenckt an disen Brieff/der geben ist zu Wien/ am nechsten Sontag. Nach Christi Geburt. 1391. Jahr.

VII.

RVbertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad vniuersorum tam præsentium, quàm etiam futurorum, volumus noticiam peruenire, quòd pro parte venerabilis Georgij Episcopi Patauien. Principis & deuoti nostri dilecti, nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus ex Regiæ benignitatis clementiâ literam subscriptam sibi, & Ecclesiæ suæ Patauien. prædictæ, per diuæ memoriæ Imperatorem Ottonem, prædecessorem nostrum concessam approbare, innouare, & confirmare dignaremur gratiosè. Cuius quidem literæ tenor sequitur in hæc verba: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Si locis diuino cultui mancipatis alicuius honoris & proprietariæ roborationis augmentum præbere studuerimus, diuinitùs nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter &c. (*sup. fol.* 363.) Datum. 3. Ianuarij Anno Dominicæ incarnationis 999. Indict. 13. Anno 3. Otton. Regnant. 15. Imperij. 3. Actum Romæ feliciter Amen. Nos igitur præfati Georgij Episcopi petitionibus fauorabiliter inclinati, attendentes etiam, quòd iusta petentibus non sit denegandus assensus, supradictam literam in omnibus suis tenoribus, sententijs, punctis, & clausulis, prout de verbo ad verbum superiùs expressitur, animo deliberato, non per errorem, aut improuidè, sed sano Principum, Baronum, Nobilium, & aliorum nostrorum, & Imperij sacri fidelium accedente consilio, de supradictæ benignitatis clementiâ innouamus, approbamus, ratificamus, & auctoritate Regiâ gloriosè confirmamus, nostris tamen, & aliorum Iuribus semper saluis. Harum sub nostræ Regiæ maiestatis sigilli appensione, testimonio literarum. Datum Amberg, feriâ quartâ post festum beati Laurentij martyris, Anno Domini 1405. Regni verò nostri Anno quinto. Ad mandatum domini Regis, Iohannes Winheim.

VIII.

WIr Georg von Gottes gnaden Bischoff zu Passaw/ vnd wir der Tumprobst/ der Dechant/ vnd das gantz Capittel gemainklich der Stifft daselbst/ bekennen offentlich/ vor vns/ vnd vnser Nachkommen/ vnd thuen kundt allen Leuten/ die jetz sind/ vnd kunfftig werdent. Als wir/ vnd vnsere Vorfordern/ mit Weilandt dem hochgebornen Fürsten/ Hertzog Albrechten/ Hertzogen zu Oesterreich/ vnd sein Vorfordern seeliger gedechtnuß/ durch fridts/ gemachs/ vnd gemaines nutzes willen vnserer Herrschafft/ ain Bindnuß gemacht vnd gethan haben/ als die bundt Brieff darüber gegeben aigentlich inhaltendt/ daß wir dem durchleuchtigen hochgebornen Fürsten/ vnserm gn. lieben Herrn/ Hertzog Albrechten Hertzogen zu Osterreich/ ꝛc. seinen Erben vnd Nachkommen/ mit vnsern trewen/ vnd bey vnserer Frl. würdigkeit/ gelobt vnd versprochen haben/ geloben vnd versprachen auch/ wissentlich/ mit krafft deß Brieffs/ dieselbe bundnuß/ vnd jr jedliche besonder/ mit allen puncten/ articlen/ stucken/ vnd gelübten/ also stätt vnd vnzerbrochen zuhalten/ vnd gentzlich zuvolfüeren/ getreülich/ ohn geuerde/ in aller der maß als dz in den Brieffen der ehegenanten bundnuß/ vnd in jr jegklicher besonder/ aigentlich ist begriffen. Mit Vrkundt deß Brieffs/ der geben ist zu Passaw vnder vnsern/ vnd deß ehegenanten vnsers Capitels anhangenden Insigeln/ am Pfintztag vnser Frawen abent Assumptionis Anno. 1421.

IX.

WIr Albrecht von Gottes gnaden Hertzog zu Oesterreich/ zu Steyr/ zu Kärnten/ vnd zu Crain/ Graue zu Tyrol/ bekennen für vns/ vnnd alle vnser Erben/ vnd thuen kundt offentlich/ mit dem Brieff/ als Weilandt die Hochgeborne Fürsten/ vnsere Voruordern/ Hertzogen zu Oesterreich ꝛc. seliger gedechtnuß/ mit dem ehrwürdigen/ vnserm sundern lieben Freunde/ Herzen Georgen/ Bischoffen zu Passaw/ vnd den ehrsamen/ vnsern lieben andechtigen/ dem Thumbprobst/ dem Dechant/ vnd dem Capitel gemainklich daselbst/ vnd jren vordern/ durch frid/ gemaches/ vnd gemaines nutzes willen jrer Land vnnd Leut/ ain Bundnuß gemacht vnd gethan habent/ als die Bundtbrieff darüber gegeben aigentlich einhalten/: daß wir demselben Herzen Georgen Bischoffen zu Passaw/ bey vnsern frl. ehren vnd würden/ gelobt vnd versprochen haben/ geloben vnd versprechen auch wissentlich/ mit krafft dits Brieffs/ dieselbe bündnusse/ alle vnd ir jegliche besunder/ mit allen Puncten/ Artickeln/ Stucken/ vnd Gelübten/ also stät vnd vnzerbrochen zuhalten/ vnd gäntzlich zuuolfüeren/ getreulich/ ohn geuerde/ in aller dermassen/ als es in dem Brieffen der ehegenanten bundnuß/ vnd ir jeglichen besunder/ aigentlich ist begriffen. Mit Vrkundt dits Brieffs/ geben zu Wien/ am Freytag nach S. Augustins Tag. Anno Domini M.CCCC.XXI.

Confirmatio Priuilegiorum Ecclesiæ Patauien. per Sigismundum Imperatorem. Episcopo Leonardo concessa.

Iii.

SIgismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Cróaciæ &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter alia virtutum opera Regię maiestatis generosa sublimitas speciali studio ad illa dignatur intendere, per quæ constat Ecclesijs, & earum ministris, quietam pacē & cōmodum euenire. Oblata siquidem nostræ celsitudini venerabilis Leonardi, Epi Patau. nostri Imperij Principis, & deuoti dilecti, supplex petitio continebat, quatenus priuilegia, libertates, Iura, emunitates, Indulta, & consuetudines, sibi & Ecclesię suæ Patauien. concessa & concessas, data & datas, seruata & seruatas, innouare, ratificare, & confirmare, de benignitate Regiâ dignaremur. Nos eiusdem Leonardi Epi precibus, velut iustis & rationabilibus, fauorabiliter inclinati, vniuersa & singula priuilegia, libertates, iura, emunitates, & indulta, per diuæ recordationis Reges & Imperatores Rom. prędecessores nostros Ecclesię Patauien. præfatę, & eius Epo pro tempore existenti, concessa, data, concessas & datas, nec non laudabiles consuetudines apud eandē Ecclesiā, eiusq; personas, homines, possessiones, & bona hactenus obseruatas & obseruata, in toto, & in parte sui qualibet ratificamus, innouamus, approbamus, & de plenitudine potestatis Regiæ præsentibus confirmamus; dictamq; Ecclesiam & eius Episcopū, qui nunc est, & pro tempore fuerit, vna cum omnibus bonis, hominibꝰ, & possessionibus suis, in nostram & imperij sacri Romani protectionē assumimus specialem. Idcircò vniuersis & singulis Principibus Ecclesiasticis & secularibus, Comitibus, Baronibꝰ, Nobilibus, Proceribus, Militibus, Clientibus, & fidelibꝰ sacri Romani Imperij, quibuscunq; vocantur nominibus, pręsentibꝰ & futuris, cuiuscūq; dignitatis, status, gradus, pręeminentiæ, vel cōditionis existant, præcipientes firmiter & districte, quatenus Epm, & Ecclesiam Patauien. prefatos, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, iuribus, & indultis, Nec non consuetudinibus antedictis liberè frui, & pacificè gaudere permittant, & eos cōtra hęc in nullis prorsus impediant, vel consentiant per quempiam impediri, sed in eisdē ipsos manu teneant efficaciter, & defendant, nostris & sacri Imperij & aliorum iuribus semper

saluis

saluis. Nulli ergò omninò hominũ liceat hanc paginam nostrę maiestatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, sub pœnâ indignation Regiæ, & sub pœna centum marcarum auri puri, quas contrafacientes, totiens, quotiens contrafactum fuerit, ipso facto se nouerint irremissibiliter incursuros, quarum medietatem Regalis ærarij, reliquam verò Episcopi, & Ecclesiæ Patauien. vsibus decernimus applicari, præsentium sub nostræ Romani Regis maiestatis sigillo, & testimonio literarum. Datum in Tatta, Anno Domini, M. CCCC. XXV. penultimo die mensis Martij. Regnorum nostrorum Anno Hungariæ XXXVIII. Romani XV. Bohemiæ verò quinto. Ad mandatum Domini Regis; Domino Ioanne Episcopo Zagrabien. Cancellario referente. Michael Præpositus Boleslauien.

I.

Wir Fridrich von Gottes genaden Römischer Kaiser / zu allen zeiten mehrer deß Reichs / Hertzog zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / vnd zu Crain / Herr auff der Windischen March / vnd zu Portenaw / Graue zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfyrt / vnd zu Kyburg / Marckgraue zu Burgaw / vnd Landtgraue im Elsaß. Bekennen vnd thuen kundt offenbar / mit disem Brieff / allen den die jn sehen / oder hören lesen / das auff heüt Datum dises Brieffs / für vns kommen ist / in vnser Statt Newstatt / da wir in vnser Kayserlichen maiestat gezieret gesessen seyn / der ehrwürdig Vlrich Bischoff zu Passaw / vnser Fürst / Rath / vnd lieber andechtiger vnd hat vns diemüetigklich gebetten / daß wir jme sein / vnd seines Stiffts zu Passaw lehen / Regalia, Herrlichait / Weltlichkait / vnd Lehenschafft die wir als ain Römischer Kayser zuuerleihen haben / zuraichen vnd zu leihen gnedigklich geruechten / wann nu deß ehegenanten Vlrichs Bischoffs zu Passaw vorfaren / vnsern Vorfaren Römischen Kaysern vnd Königen alzeit mit lautterer trewe vnd vnderthenigkeit gewant gewesen seyn / als dann der vorgenant Vlrich vns jetzund auch ist / dergleichen wir vns auch fürter zu jm vnzweiffenlich versehen / darumb mit wolbedachtem muete / guetem Rathe vnser Fürsten / Graffen / Edelen / vnd getrewen / vnd rechter wissen / haben wir denselben Vlrichen / Bischoffen zu Passaw / alle vnd jegliche seine / vnd seines Stiffts zu Passaw Regalia, Herrlichait / Lehen / Werntlichait / Lehenschafft / Rechte / vnd Werntliche gerichte / mit allen Rechten / ehren / würden / vnd zierden / darzu gehörende / die wir / als ein Römischer Kayser zuuerleihen haben / genedigklich geraichet vnd gelihen: Raichen vnd leihen jm auch die von Römischer Kayserlicher macht / vnd krafft diß Brieffs / meinen / setzen / vnd wellen / daß er solche Regalia, Lehen / Werntlichait / Herrlichait / Lehenschafft / rechte / vnd wernelich Gericht vberal in seinē Stiffte gebrauchen solte vnd möge / ohne menigklichs hindernusse vnd widersprechen. Er hat vns auch darumb gewondliche geliebte vnd aide gethan / vns / als einem Römischen Kaiser / getrew vnd gewertig zu seyn / vns für seinen Rechten Herrn zuhalten vnd zudienen / vnd zutunde / als dann ein Fürst deß Reichs einem Römischen Kaiser zuthun pflichtig ist / von Rechts wegen. Vnd wir gebieten darumb allen vnd ieglichen des ehegenanten Bischofs zu Passaw vnderthonen / es seyn Grauen / Freyen / Edlen / Ritter / Khnechte / Mannen / Ambtleuten / Stette / vnd gemainte / vnd sunst allen anderen desselben stifftes zu Passaw pflichtigen / in was würden oder wesent die seyn / ernst vnd vestigelich mit disem brieff / daß sy dem ehegenanten Vlrichen Bischoffen zu Passaw / in allen sachen / gescheefften / vnd dingen / herrlichaiten / wernt lichen gerichten / vnd auch sunst seine vnnd seines Stiffs Regalia vnd lehen antreffende / als jhrem rechten / natürlichen / vnd ordenlichen Herren / an alles widersprechen / gewertig vnd gehorsam seyn sollen / vnd in der auch gebrauchen vnd geniessen lassen / als lieb jnen seye vnser vnd deß Reichs schwere vngnade zuuermeiden. Mit Vrkundt diß Brieffs versiglt mit vnser Kaiserlichen Maiestat anhan-

anhangendem Insigl. Geben zu der Neüstatt / am Sambstag vor S. Steffans tag Inuentionis, Nach Christi geburte 14. hundert vnnd in 55. Jahr vnsers Reichs im Sechtzehenden/vnd deß Kayserthumbs in dem viertten Jaren. Ad mandatum proprium Imperatoris Vlricus Weltzli Vicecancellarius.

II.

WIr Fridrich von Gottes genaden Römischer Kaiser / zu allen zeiten mehrer deß Reichs / Hertzog zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / vnd zu Crain / Herr auff der Windischen March / vnd zu Portenaw / Graue zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfyrt / vnd zu Kyburg / Marckgraue zu Burgaw / vnd Landtgraue in Elsaß/Bekennen vnd thuen kundt offentlich mit disem Brieff / allen den die jn sehen/oder hörent lesen. Wiewol wir allen vnnd jeglichen vnsern vnd deß heiligen Reichs Vnderthonen / vnd sonderlich Fürsten / beraitschafft aller gnaden vnd guetigkeit zuerzaigen pflichtig seyn / sollen wir dannoch dz miltigklicher vnd volligklicher erstrecken an die ende/ da wir stette trewe / berait vnd willige vnuerdrossen dienste ohne vnderlaß erfunden/ wann nun der ehrwürdig Vlrich/Bischoff zu Passaw / vnser Fürst / Rathe/vnd lieber andechtiger für vns kommen ist / vnd hat vns als Römischen Kayser diemüetigklich gebetten / daß wir jm/ sein Stiffte/ vnd den ehrsamen Tumprobst / Dechant / Capitl vñ Kirchen zu Passaw/ vnsern lieben andechtigen / alle vnd jegliche jr gnade/ Priuilegien, Freiheits Brieffe/ Rechte / Landtgericht / Halsgericht / Rennt / Gült / Zinß / Güeter/ vnd Leüte Zehenden / Aigenschafft / gelaite/besitzunge/ Wiltbänne / vnd gut löblich gewonheiten Vogtey Grundrecht/Wasser/ Wasserleüf/ Vrfar/ Ertzt/Münß/ Welde/ Vischerey/ Maut vñ Zölle/ die jne vō Römischen Kaysern vñ Königen vnsern Vorfarn am Reiche/vnd dem hochgebornen Fürsten von Oesterreich / auch N. Pfallentzgraffen bey Rheine vnd Hertzogen in Beyrn vnd andern Christlichen Fürsten vnd Herrn gegeben/vnd verlihen/ vnd damit begnadet seynd/zu bestetten/ vnd zuuerneuen / zu besesten/vnd zu confirmieren genedigklich geruchten / deß halben wir angesehen / vnd güetlichen betrachtet deß vorgenanten Bischoff Vlrichs / vnd auch der obgenanten vnser lieben andechtigen/Tumprobsts Dechants/vnd Capitels daselbs fleissig vnd redlich bette / vnnd auch geneme/ nützlich vnd getreue dienste/ die vns vnd vnsern Vorfarn am Reiche/ der vorgenant vnser lieber andechtiger / Bischoff Vlrich / vnd sein Vorfarn / offt vnd dick willigklich gethan haben/ vnd vns/vnd dem Reiche zuthun/willig erboten hat/vnd fürbaß in konfftigen zeiten/wol thun mag vnd soll / vnd haben darumb mit wolbedachtem mut/gutem Rathe vnser Fürsten/ edelen / vnd getrewen / vnd rechter wissen / dem obgenanten Bischoff Vlrichen / vnd seiner Kirchen / vnd dem Stifft / vnd auch den vorgenanten/Thumbprobst / Dechant / vnd Capitel zu Passaw / alle vnd jegliche jr gnade / Priuilegia, Freyheit brieffe/ Rechte / Landtgerichte / Gerichte / Handuesten/ Rend/ Gült vnd Zins / Leüt vnd Güeter / Zehenden / Aigenschafft / Lehenschafft / Besitzunge/ vnd gut löblich gewonheit / Meüt vnd Zölle / Vogtey / Grundtrecht / Wasser / Wasserleüff / Vrfar / Ertzte / Münß / Wälde / Vischerey / Gelaitte / Halßgericht / Wildpänne vnd Geiaide / die jn von Römischen Kaisern vnd Königen / vnsern Vorfaren am Reiche / vnnd von obgenanten Fürsten von Oesterreich / vnnd auch Pfallentzgrauen bey Rhein / vnd andern Christlichen Fürsten vnd Herrn gegeben seynd/in allen vnd jeglichen jren Puncten/Stucken/Clausuln/Articln/Mainungen/vnd Begreiffungen wie dañ die von wort zu wort lautende vnd begriffen seynd/gnedigklich verneürt / bestettiget / beuestnet/ vnd confirmieret: verneüen / bestettigen/ beuestnen / vnd confirmieren jn die von Römischer Kayserlicher macht / in krafft diß Brieffs/vnd mainen / setzen / vnnd wellen von derselben macht/ dz die alle nu fürbaß mehr krefftig seyn vnd beleiben/vñ von aller menigklich

klich gantz vest vnd vnuerruckt gehalten werden sollen / gleicher weise / als ob die alle von wort zu wort in disem Brieff geschriben vnd begriffen weren / vnd daß sie der auch an allen endten gebrauchen vnd geniessen sollen vnd mögen / von aller menigklich vngehindert / wir erfüllen auch von obberürter Römischer Kaiserlicher macht alle vnd jegliche gebrechen / ob dhainer von vergessenheit oder zierung der worte / vnlauterheit der mainung / oder sonst in dhein weise / in den obgenanten Priuilegien, Freihaiten / Briefen / vnnd Handuesten / oder auch in disen vnseren brieffe geschehen weren in dhein weise. Wir leichen auch dem obgenanten Vlrichen / Bischofen zu Passaw / vnd seinen Nachkhomen / als einem Fürsten / den Bann über das bluet / wissentlich / in crafft deß Brifs / also daß er den fürter seinen Ambtleüten beuelhen mag / als von Alter heherkomen / vnd recht ist vnd wir gebieten darumb allen vnd jeglichen Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Graffen / Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Pflegern / Burgraffen / Vogten / Ambtleüten / Landrichtern / Vitzdumben / Burgermaistern / Richtern / Räten / Burgern / vnnd gemainden aller vnd jegklicher Stette / Märckte / vnd Dörffer / vnd sonst allen andern vnsern vnd deß Reichs vnderthonen vnnd getrewen / in was standes würden / oder wesens die seynd / von Römischer Kaiserlicher macht / ernstlich vnd festigklich / mit disem Brieffe / daß sie den obgenanten Bischoff Vlrichen / auch seinen Stiffte / vnd die vorgenanten Thumprobst / Dechant / Capitl / vnd Kirchen zu Passaw / an den vorgenanten jren gnaden / Priuilegien, Freyheiten / Rechten / vnd Handuesten / vnd Brieffen / vnd diser vnser bestettigung / fürbaß mehr nicht hindern / oder jrren / noch das den jren zuthunde gestatten / in kain weis / sonder sie dabey getreulich handhaben / schützen / schirmen / vnd sie der gerublich gebrauchen / geniessen vnd dabey beleiben lassen / bey vnser vnd deß Reichs hulden / vnd als lieb jr vnd einem jegklichen sey vnser vnd deß Reichs schwere vngnad / vnnd die pene / in den obgenanten vnser Vorfarn am Reich Brieffen vnd Priuilegien begriffen / zuuermeiden / vnd darzue ein pene / hundert marck löttigs Goldes / die ein jeder / der geuerlich darwider thette / als offt vnd dick das beschehe / verfallen seyn soll / halbe in vnser Kaiserliche Camer / vnd den andern halben thail dem gemelten Bischoff Vlrichen / vnnd seinem Stiffte zu Passaw / vnnachleßlich zubezalen. Mit vrkunde deß Brieffs / versiglt mit vnserm Kaiserlicher Maiestat anhangendem Jnsigl / geben zu der Neustatt / am Sambstag vor Sanct Stephanstag Inuentionis. nach Christi Geburte vierzehen hundert / vnnd im fünff vnd fünfftzigisten / vnsers Reichs im sechehenden / vnd deß Kayserthumbs in den vierten Jaren. Ad mandatum proprium Domini Imperatoris Vlricus Weltzle Vicecancellarius.

III.

Wir Albrecht von Gottes genaden / Ertzhertzog zu Oesterreich / zu Steyr / zu Kärnten / zu Crain / Herr auff der Windischen March / vnnd zu Portenaw / Graue zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfyrt / vnd zu Kyburg / Marckgraue zu Burgaw / vnd Landtgraue im Elsaß / Bekennen vnd thuen kundt offentlich mit dem Brieff / aller menigklich. Wann vns löblich vnd zimblich bedunckt / vnser voruordern Fürsten von Oesterreich fußstapfen nachzufolgen / vnd nach dem wir an vnser voruordern Briefen / nemblich Leopolden / Fridrichen / vnd Rudolfen / Römischer König vnd Fürsten / von Oesterreich vns von dem ehrwürdigen / vnserm lieben Freundt / Herrn Vlrichen Bischoff zu Passaw / fürbracht / kundtlich vnderrichtet seyn / daß sie die Haubtkirchen / vnd das Capitl zu Passaw begnadet vnd befreid habent / alle jr Wein / Getraid / vnd andere Speiß an vnsern Maüten vnd Zölen / allenthalben frey / vnd on alle jrrung fürzufüren / als wir an derselben vnser vorvordern / vnnd sonder deß bemelten König Rudolfen Brieff / die das klärlich inhalten / gesehen vnd auch an Weiland vnsers lieben Herrn vnd Vettern König Laßla Briefen / am jungsten darumb außgangen / aigentlich vernommen haben / also lautend.

Wir Laßlaw von Gottes genaden zu Hungern/zu Beheim/Dalmacien/Croatien König/ Hertzog zu Oesterreich/ zu Steyr/ zu Kärnten/ zu Crain/ vnnd zu Lutzenburg/ Marckgraue zu Merhern/ vnd zu Burgaw/ Herr auff der Windischen March/ vnd zu Portenaw/Graue zu Habspurg/zu Tyrol/ zu Pfyrt/ vnd zu Kyburg/vnd Landtgraue in Elsaß/Bekennen vnd thuen kundt offentlich mit dem Brieff/allen Leüten/gegenwertigen vnd konfftigen. Wann löblich vnd billich ist/dz wir vnser vordern Fürsten von Oesterreich fußstapfen in allen gutē wercken vñ sonder in den die Gott zugehort/nachfolgen/ hat vns der ehrwürdig Vlrich/ Bischoff zu Passaw/vnser lieber Freundt/ vnd Cantzler fürbracht/etlich vnser vordern/nemblich Leopolden/ Fridrichen/ vnd Rudolfen/ Römischer König vnd Fürsten von Oesterreich Priuilegia,daran sie die Haubtkirchen/ vnd dz Capitl zu Passaw begnadet vnd befreid habent/dz sie alle jr Wein/ Getraid/ vnd ander Speiß allenthalben/Maut vnd fürfart frey fürfüren mögen/als wir derselben vnser vordern/vnd sonder deß bemelten König Rudolfs Brieff deß inhaltend gesehen habend/ der von wort zu wort in Latein lautet also: *Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, vniuersis sacri Imperij Romani fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Ex quo ad Imperij Romani dirigenda molimina nos diuina bonitas vocauit, libenter præ cæteris, qui nostræ curæ sunt crediti, &c. (require suprà fol.) Datum Wienn. 4. Cal. Maij. Indict. 9. Anno Domini 1281. Regni verò nostri Anno. 8.* Nun haben wir angesehen den embsigen grossen fleiß vnd beystandt/ so der ehrwürdig/ vnser lieber Freundt vnd Cantzler/ Vlrich Bischoff zu Passaw/ der Thumprobst/ Dechant/ vnd Capitl daselbs gehabt/vnd gethan haben/daß wir/ als erblicher Fürst zu vnserm Regiment deß gemelten vnsers Fürstentumbs Oesterreich kommen seyn/ vnd nachmalen derselb Bischoff Vlrich/ vnß auff heütigen tag/ als vnser Rathe vnd Cantzler/ die bürde vnd sorgfeltigkeit aller vnser/ vnd vnser Königreiche vnd Lande gescheffte/ getreülich hat helffen tragen/ vnd außzurichten noch thuet/ vnd jm getrawen hinfür/in künfftigen zeiten auch zuthun. Dauon so haben wir/ mit gueter betrachtung/wolbedechtlich nach vnser Rätte rathe/ dieselben jr Brieffe/Freiheite/vnd gnade/von Fürstlicher macht gnedigklich vernewet/bestet/vnd besterckt: verneuern/ besteten/ vnd besterckhen/in die auch/ als Herre vnd Landsfürst in Oesterreich/ wissentlich/ in krafft deß Briefs/ Also daß denselben Vlrichen Bischoff/ vnd Capitl zu Passaw/vnd allen jren Nachkommen/ nu hinfür in kunfftigen zeiten ewigklichen/all jr Wein/ Getraid/ vnd ander jr leiblich narung vnd notturfft/zu jrer gebrauchung/samentlich vnd sonderlich zugehörend/maut frey/zolfrey/fürfartfrey/vnd on all ander jrrung/ von Jar zu Jare/ sullen freygefürt werden/ dauon gebieten wir den edlen/ vnd vnsern lieben getrewen/ allen vnsern Haubleüten/ Grauen/ Herrn/ Rittern/ vnd Knechten/ Pflegern/ Burggrauen/Burgermaistern/ Richtern/ Mäutnern/ Zolnern/ Ambtleüten/ vnd allen andern vnsern Vnderthonen vnsers Fürstenthumbs Oesterreich/ gegenwürtigen vnd konfftigen/ ernstlichen/ vnd wöllen/daß sie die vorgenanten Bischoff/ Capitl vnd jr Nachkommen/ bey der vorgeschriben vnsern vordern/ voruordern/ vnd vnser Freyheiten/ gnaden/ vnd rechten/an allen vnsern Mautstetten/in der Tonaw vnd auff den Yne/gentzlich lassen beleiben/vnd die dawider nicht anfallen/ nach deß jemandt zu thuen gestatten/ in dhain weise/ deß mainen wir ernstlich. Mit Vrkhundt deß Brieffs/ besiglt mit vnser Königklicher Maiestat anhangenden Insigel/ Geben zu Wien/am Sambstag vor Sanct Bartholomes Tag/ deß heiligen Zwölffbotten. Nach Christi Geburte vierzehen hundert vnd in dem sechs vnd fünfftzigisten Jare/ vnser Reiche/deß Hungerischen/ꝛc. im sibentzehenden/vnd deß Behaimischen/ in dritten Jaren. Nun haben wir der benanten vnser voruordern/ vnd sonderlich vnsers Herrn vnd Vettern/ König Laßlas/ redlich bewegnuß betrachtet vñ angesehen/ auch dz wir den obgenanten/vnsern Freund/von seiner redlichait wegen/vnd dem Capitl/sonder wol geneigt seyn/dardurch so haben wir wolbedechtlich/ nach rathe vnser Rätte/dieselben jr Brief/freyheit/vnd gnade/ von Fürstlicher macht/

macht/gnediglich verneüert/bestettet/vñ bestercket: verneuen/bestäten/vñ besterckẽ in die auch/als Herre vnd Landsfürst in Oesterreich wissentlich/in krafft diß Brieffs/Also dz demselben vnserm lieben Freundt/ Herrn Vlrichen Bischoffen/ vnd Capitl zu Passaw/ vnd allen jren Nachkom̃en/jetz vñ hinfür/in konfftigen zeiten/ewigklichen/alle jre Wein/ Getraide/vnd ander jr leiblich narung vnnd notturfft/ zu jrer gebrauchung samentlich vnd sonderlich jn zuegehörende/ an allen vnsern Mautten vnnd Zolstetten/ ohn Maut/ Zoll/fürfart/auffiege/ vnd ohn all vnser setze/wie die jetz seynd/ vnd konfftigklich mögen einpholhen werden/gantz frey vnd ledig gefürt werden/ on alle jrrung/ ongeuerde/ dauon gebieten wir den edelen/vnd vnsern lieben getreuen/ allen vnsern Haubtleüten/ Grauen/ Herrn/Rittern/vnd Knechten/ Pflegern/ Burggraffen/ Burgermaistern/ Richtern/ Mautnern/Zolnern/Ambtleüten/vnd allen andern vnsern vnderthonen/ deß benanten vnsers Fürstenthumbs/gegenwertigen vnd konfftigen ernstlich/vnd wellen/ daß sie die vorgenanten/Bischoffen/ Capitl/ vnd jr Nachkommen/ bey der vorgeschribnen vnserer voruordern/vnd disen vnsern Freyheiten/gnaden/ vnnd rechten/an allen vnsern Maut/ vnd Zolstetten/ gentzlich beleiben lassen/vnd in darwider kainerley jrrung thuen/ noch deß jemand zu thun gestatten/in kain weise. Daß mainen wir ernstlich. Deß zu Vrkund haben wir vnser groß Fürstlich Jnsigel an dem Brieff lassen hangen. Geben zu Lintz/ am Sanct Agnesen Tag. Nach Christi Geburt/viertzehen hundert vnnd in dem neün vnd fünfftzigisten Jaren.

IV.

WJr Friderich von Gottes gnaden Römischer Kayser/ zu allenzeiten mehrer deß Reichs/ König zu Hungern/ Dalmatien/ Croatien ꝛc. König/ Hertzog zu Oesterreich/zu Steyr/zu Kärnten/vñ zu Crain/Herr auff der Windischen Marck/vnd zu Portenaw/ Graffe zu Habspurg/zu Tyrol/zu Pfyrt/vnd zu Kyburg/ Marckgraf zu Burgaw/Landtgraffe im Elsaß/ bekennen vnd thuen kundt offentlich mit disem Brieff/ allen den die jn sehen/oder hören lesen. Wiewol wir allen vnd jeglichen vnsern vnd deß heiligen Reichs vnderthonen/vnd sonderlich Geistlichen Fürsten/vnser Keiserliche gnade/vnd güetigkeit mitzutailen pflichtig seyn/so sollen wir doch die miltigklicher vnd volligklicher erstrecken an die ende/ da wir stäte trew/ berait vnd willig vnuerdrossen dienste ohne vnderlaß erfunden. Wann wir nun aigentlich gemerckt/ betrachtet/ angesehen/vnd zu hertzen genom̃en haben/solch mercklich groß verderben/ vnd offen wissentlich scheden/darin der Ehrwürdig Vlrich Bischoffe zu Passaw/ vnser Fürst/ Römischer Cantzler/vnd lieber andechtiger/mit sambt seinem würdigẽ Stiffte daßelbs/ der schweren frembten Kriegsleüffe halb/so in menig wege in vnsern erblichẽ Fürstentumbẽ vñ Landen Oesterreich/auch im Lande zu Beyren/vñ andern endten deß heiligen Reichs/bißher gewesen/vnd noch seynd/in vnsern sundern anligenden notturfften/ diensten/ vnd gescheffte/ bracht vnd kom̃en ist/ vnd wo demselben vnserm Fürsten/vnd seinẽ Stiffte zu Passaw/ durch vns als Römischen Kayser/vnd Landsfürsten in Oesterreich/hiermit zimblicher ergetzung vnd widerbringunge solcher treflicher scheden nit geholffen oder fürgesehen wurde/were zubesorgen/daß sie dardurch in noch grösser vnwiderbringlicher verderben vnd abnemung deß würdigen Stifftes erwachsen vnd komen möchten. Solches zu fürkommen/vnd auch nach dem dann der benant vnser Römischer Cantzler/vnd sein Stiffte/mit der münsten glidere eines vnser vnd deß H. Reichs/dem wir billichen vor andern mit sondern gnaden für zu sehen genaigt seyn: so haben wir/ der gemelten vnd vil ander redlicher vnd mercklilcher vrsach halb/ vns darzu bewegente/darzu auch/vmb seiner fleissigen bette/ vnd annemen getrewen dienste willen die sein vordern/vnsern vorfarn am Reiche/ Röm. Kaysern vnd Königen/ vnd sonderlich der ehegenant Bischoff Vlrich/ vns vnd dem H. Reiche/ in den gemelten vnsern anligenden notturfften/diensten/vnd gescheffte/ offt vnd

dick/willigklich/vnuerdrossenlich beweiset vnd gethan haben/ der benant vnser Römischer Cantzler noch täglich thuet / vnd hinfür in künfftigen zeiten wol thun mag vnd soll/ mit wolbedachten mute/gutem Rathe vnser vnd deß Reichs Fürsten/Grauen/edelen vnd getrewen/vnd rechten wissen/ demselben vnserm Fürsten/ seinen Nachkommen/ Bischoffen/vnd dem Stiffte zu Passaw/die besonder gnade gethan/vnd Freyheite gegeben/ Also/ als sie bißhier durch jr Mauter vnnd Ambtleüte/ von einem jeden fueder vnd dreiling Weins/ so man auff der Thonaw gen Passaw hinzu füret/ abzeucht oder ableget/von einem Fueder vier vnnd zweintzig Pfenning/ vnnd einen dreyling Weins sechtzehen Pfenning/auch von dem Wein/so man auff der Thonau daselbs zu Passaw hat fürgefürt/von dem Fueder 20. dj. vnd von dem dreyling vierzehen pfenning/ zu Maut genommen haben/ daß sie nu hinfür ewigklich von einem jeden Fueder zween vnd dreyssig pfenning/ dann so man solche Wein zu Passaw widerumb erhebt/ vnd auff der Thonaw von dannen füret/auch von ainem Fueder Weins zween vnd dreyssig pfenning/ vnd von einem dreyling vier vnd zweintzig pfennig/ zu Maut nemen sellen vnnd mögen. Item vñ als vor ein jeglicher zu Obernperg von dreyssigkueffen verrichtes Saltzes fünffzig pfenning/deßgleichen die von Hällen vñ Lauffen an der Maut zu Passaw auch so vil/ vnd wer zwischen Passaw vnnd dem jetzgemelten zweien Stetten mit Saltz handlent/ arbeit/ vnd fertigt/ sibentzig pfenning zu Maut gegeben haben/ auch nu hinfür all gleich/ an jeder Mautstat zu Obernperg vnd zu Passaw/ wer Saltz dahin füeret/ albeg von dreyssig kueffen verrichtes Saltzes/ vnd deß geleichs von dem klainen bandt/ genant die Küffel/ albeg ein Pfundt küeffl/ für dreissig kuffen zu raiten/ nün drey Schilling pfenning/ auch durch jr Mauter vnd Ambtleüt/ als vorstehet/ nemen/ auffheben/ vnd einbringen sollen vnd mögen/ daß auch der benant Bischoff Vlrich an baiden Enden vnd Strassen/ enhalb vnd dißhalb deß Ynß auff dem Lande/ vmb den gemelten seinem vnd deß Stiffts Marckt zu Obernperg/ auff sein vnd desselben seines Stifftes Gründten/ Mautstette auffrichten vnd machenlassen mag/ wa jm das am füglichisten seyn wirdt/ daselbst von allerley Kauffmanschafft vnd guete/ nichts außgenommen/ so daselbs auff oder abgeet/ fürgefürt/ getriben/ oder getragen wirdt/ auch die Maut zunemen/ einzubringen/ vnd auffzuheben/ zu gleicher weiß/ als in dem gemelten Mauthauß zu Obernperg auff dem Wasser/ von solchem allem zu Maut genommen wirdt/ vnd nicht höcher/ vngeuerlichen. Thuen/geben/vnd verleihen dem vorgenanten vnserm Römischen Cantzler/ seinen Nachkommen/ Bischoffen/vnd dem Stifft zu Passaw/ solch vorgemelt gnade vnd freyheite/ von sondern gnaden/vnd Römischer Kaiserlicher macht/ vollkommenheit/ wissentlich/ in krafft deß Brieffs/ vnd gebieten darumb allen vnnd jeglichen Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen vnd Werntlichen/ Prelaten/ Grauen/ Freyen/ Herrn/ Rittern/ Knechten/ Haubtleüten/ Ambtleüten/ Vitzdumben/ Pflegern/ Verwesern/ Burgermaistern/ Camerern/ Richtern/ Rätten/ Burgern vñ gemainden aller vñ jed' Schlösser/ Stette/ Märckte/ Dörfer/ vnd Gebiete/ vnd sunst allen andern vnsern/ vnnd deß Reichs vnderthonen vnd getreuen/ was würden/ states/ oder wesens die seyn/ von ehegemelter Römischer Kaiserlicher macht/ vollkommenheit/ ernstlich vñ vestigklich/ mit disem Brieff/ dz sie den offtgenanten Bischoff Vlrichen/ seinen Stiffte/ vnd Nachkommen zu Passaw/ an dem vorgemelten vnsern gnaden vnd Freyheiten nit hindern noch jrren/ noch deß sunst ander jemands zutunde gestattẽ/ in dhein weise/ sonder sie der also in vorgeschribner masse gerulich brauchen/ geniessen/ vnd gentzlich dabey beleiben lassen/ als lieb jnen vñ einem jeglichen sey vnser vnd deß Reichs schwere vngnade/ vnd darzue ein pen/ nemblich tausent marcke löttiges Goldes/ die ein jeglicher vnd jegklich/ so hiewider fräuenlich thetten/ verfallen seyn sollen/ halben thail in vnser vnnd deß Reiches Camer/ vnd dem andern halben thail dem ehegenanten vnserm Fürsten Bischoff Vlrichen/ seinem Stiffte/ vnnd Nachkom̃en zu Passaw/ vnabläßlich/ vnd ohn alle gnade zu bezalen/ zuuermeiden. Mit vrkundt diß Brieffs besigelt mit vnser Keyserlichen Maiestat anhangenden Insigl. Geben

ben zu der Neustatt/am Montag nach dem Sontag/daran man der H. Kirchen singt Inuocauit in der Fasten/ Nach Christi vnsers lieben Herrn geburte/ viertzehen Hundert vnd im fünff vñ sechtzigisten/vnser Reiche/deß Römischen in fünff vñ zwaintzigisten/deß Kaisertumbs im dreitzehenden/vnd deß Hungerischen in dem sibenden Jaren. Ad mandatum Domini Imperatoris proprium. Iohannes Roe Doctor, Prothonotarius.

Nos igitur, precibus memorati Episcopi, Principis, Cancellarij, compatris, ac cōsiliarij, Præpositi, Decani, & Capituli Ecclesiæ Patauien., vtpute rationi cōsonis inclinati; tùm etiā, quòd iusta petentibus non sit denegandus assensus; nihilominus nobiscū animo reuoluentes sedula & fida ministeria, quæ prænominatus noster Princeps non modò nobis, Romanoq; Imperio, in studiosis & vigilib⁹ Imperialis Cancellariæ laboribus, sed etiam grato animo recensentes grauia & quotidiana obsequia, molestosq; labores, quos assiduè sustinet in administrādo Imperialis Cameræ nostræ iudicio, cuius etiā per nostrā celsitudinem iudex deputatus & præfectus est, in eaq; parte etiam onustā Imperij mole & sarcinam nobiscum quotidie perferre non per errorē, aut inprouidè, sed animo deliberato, sano principū, procerum, nobilium, & fideliū nostrorū accedente consilio, atq; ex certâ nostrâ scientiâ, Vdalrici Epi, Principis, Cancellarij, cōpatris, cōsiliarij, ac præpositi, Decani, capituli Patauien., oīa & singula priuilegia, vniuersasq; libertates, gratias, immunitates, iura, concessiones, donationes, & indulta, quæ seu quas cōmuniter, & diuisim, â diuis Romanorū Imperatorib⁹ seu Regib⁹, prædecessoribus nostris, Ducibus Austriæ & Bauariæ, & alijs principibus, & personis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, aut præeminentiæ, conditionisq; sint, vel fuerint, ritè obtinuerunt, in omnib⁹ & singulis suis articulis, continentijs, tenoribus, siue sententijs, punctis, & clausulis, prout de verbo ad verbum scripta & scriptæ sunt, ac si tenores omnium præsentibus specificè forent inserti, etiā si de his iure & consuetudine mentio fieri deberet specialis; necnō alia eorū bona, alta & bassa iudicia, mineras, aduocatias, venationes, saluos conductus, theolonea, mutas, vectigalia, iura fundi, laudabiles cōsuetudines, vsus & honores eorundē, & quę de præsenti legitimè possident; suprà scripta etiā priuilegia memoratorū nostrorum prædecessorū, & Ducū Bauariæ, approbamus, ratificamus, & de nouo concedimus, & autoritate Romanâ Imperiali, nostris aliâs sacri Romani Imperij iuribus semper saluis, auctorisamus, & confirmamus; omnē etiam defectum, & iuris solennitatē, si quā in præmissis quomodolibet requireretur, eādē imperialis potestatis plenitudine supplentes; præfato etiā Vdalrico Epo, eiusq; successorib⁹, bannū imperiale concedentes, quod subindè fide dignis personis, criminalium causarum iudicibus, subdelegare possint, quemadmodum cæteri Imperij Principes iure vel consuetudine possunt. Quocircà vniuersis & singulis Principib⁹, Ecclesiasticis & secularibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, nobilib⁹, proceribus, Waliuis, vniuersitatibus, cōmunitatibus, cæterisq; iuris & imperij sacri subditis, cōmuniter vel diuisim, districtè præcipiendo mandamus, ne præfatum Vdalricū Principē, Cancellarium, Compatrē, & consiliarium, ac Præpositū, Decanum, & Capitulū Ecclesiæ Patauien. deuotos nostros dilectos, & illorū subditos prædictos, in confirmatis per nos priuilegiis, iuribus, gratijs, libertatibus, immunitatib⁹, concessionibus, donationib⁹ & indultis impediant, molestent, aut perturbent, aut impedientibus, seu impedire volentib⁹, auxiliū, consiliū præstēt aut fauorē, directè vel indirectè, quouis quęsito ingenio vel colore, quinimò eos in hijs, pro nostri & sacri Imperij reuerentiâ, veluti tenētur, foueant & tueantur. Cęterū vt memoratus Vdalricus Eps maiori se à nostra celsitudine beneficentiā, pp assiduos & fidos eius in nostra Imp. Curiâ labores, affectū arbitretur, ipsū Epm, Præpositum, Decanū, & Capitulū, singulosq; Canonicos & personas, necnō vni-

 uersum

uersum vtriusq; sexus clerū, prædictos, cum bonis Ecclesiarum, necnon eorum successores pro tempore existentes, cum eorum Iuribus siue corporalibus siue incorporalibus, iurisdictionibus, præsentibus & futuris, in nostram & sacri Imperij tuitionem, saluoguardiam, defensionem, & protectionem assumimus, præsentium per tenorem. Verùm cùm parum prosit, priuilegia & gratias concedere, nisi sit qui illas tueatur & defendat, hoc Imperiali edicto firmiter sancimus & statuimus, vt quoscumque sacri Imperij Principes, aut alios cuiuscumque status Imperij subditos, sæpenominatus Episcopus, aut Præpositus, Decanus, Capitulum, singulares Canonici, aut Clerici Ecclesiæ Patauien. pro tutandis & exequendis hijs nostris preſcriptis gratijs, & indultis duxerint requirendos, is, aut hij, ad hanc nostram iussionem, & cuiuslibet ex supra tactis instantiam, nostra Imperiali freti auctoritate, quam per tenorem eis, & cuilibet ipsorum concedimus & largimur, molestatores illos cuiuslibet ipsorum ad suam vocare præsentiam, præuiâ cognitione causę pręmissâ, ad condignam satisfactionem valeant compellere & tueantur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis, de nouo concessionis, confirmationis, inhibitionis, statuti, tuitionis, assumptionis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram & Imperij sacri grauissimam, nec non in pręfatorum Romanorum Imperatorum, Regum, & Principum priuilegijs & centum marcarum auri puri pœnas, medietatem Imperiali nostro ærario siue Fisco, residuam verò partem dictis Episcopo, Præposito, Decano, & Capitulo Patauien. pręd ictis applicandis, se nouerit ipso facto irremissibiliter incursurum. Signum serenissimi Principis & Domini, Domini Friderici tertij Romanorum Imperatoris, semper Augusti, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Regis, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolę Ducis &c. Huius præsentis viginti duorum foliorum Registri testimonio, sub aurea bulla, typario nostro impressa. Datum in noua Ciuitate, in die sancti Maximiliani Episcopi, Anno Domini, Millesimo, quadringentesimo, sexagesimo sexto, Regnorum nostrorum, Romani Vicesimo septimo, Imperij decimo quinto, Hungariæ verò octauo.

WIr Maximilian von Gottes genaden Römischer König / zu allen zeiten mehrer deß Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / ꝛc. König / Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundt / zu Loterick / zu Brabant / zu Steyr / zu Kärnten / zu Crain / zu Limburg / zu Lutzenburg / vnd zu Geldern / Fürst zu Schwaben / Graffe zu Habspurg / zu Flandern / zu Tyrol / zu Pfyrt / zu Kyburg / zu Arthois / vnd zu Burgundi / Phallentzgraffe zu Henigaw / zu Holland / zu Seelandt / zu Namue / vnd zu Zutphen / Marckgraffe deß heiligen Römischen Reichs zu Burgaw / Landtgraff im Elsaß / Herr zu Frießlandt / auff der Windischen Marck / zu Portenaw / zu Salins / vnnd zu Mecheln / bekennen offentlich mit disem Brieff / vnd thuen kundt aller menigklich / wiewol wir allen vnd jeglichen vnsern vnd deß heiligen Reichs vnderthonen / vnnd sonderlich Fürsten / beraitschafft aller gnaden vnd güetigkeiten zuertzaigen pflichtig seyn: Sollen wir dannoch das miltigklicher vnd volligklicher erstrecken / an die ende / da wir städe trew / berait vnd willig vnuerdrossen dienst ohn vnderlaß erfinden. Wann nun der Ehrwürdig Wigileus Bischoff zu Passaw / vnser Fürst vnnd lieber andechtiger für vns kommen ist / vnd vns diemüetigklich angerueffe vnnd gebetten hat / daß wir / als Römischer König / jm / vns seinem Stifft / auch den ehrsamen / vnsern lieben andechtigen / Thumprobst / Dechant / vnd Capitl / vnnd Kirchen desselben seines Stiffts zu Passaw / all vnnd jeglich jhr gnade / Brieff / Priuilegia, Freyheit /

Recht /

Rath/Landtgericht/Halßgericht/Zins/Rennt/Gült/Leüte/vnd Güeter/Zehenten/Aigenschafft/Glait/Besitzung/Wiltpenne/vnd guet löblich gewonheit/Vogtey/Gründtrecht/Wasser/Wasserlaüff/Ertz/Vrfar/Müntz/Wälte/Vischerey/Meüt vnd Zölle/die jn von Römischen Kaisern vnd Königen/vnsern Vorfarn am Reiche/vnd Weiland vnsern vordern Fürsten von Oesterreich/auch den Pfaltzgrauen bey Rein/vnd Hertzogen in Bayrn/löblicher gedechtnuß/vnnd andern Christlichen Fürsten vnnd Herrn/gegeben vnd verlihen/vnd damit begnadet seyn/nemblich drey Brieffe/einen den Weiland die hochgebornen/Hainrich/Otto/gebrüeder/vnd Hainrich jhr Vetter/Pfaltzgrauen bey Rhein/vnd Hertzogen in Bayrn/demselben Stifft Passaw vber die Clöster gegeben haben/der von Wort zu Wort also lautet.

Wir Hainrich/Otto/*rc.* (*vid. sup. pag.*)

Vnd dann der ander Brieffe/darin Weilandt die hochgebornen/Ott/deß heiligen Römischen Reichs Ertzcammerer/Churfürst/vnd Steffan/Fridrich/vnd Johannes/Pfallentzgrauen bey Rhein/vnd Hertzogen in Bayrn/sich gegen dem obbemelten stifft Passaw hinfür von der Priesterschafft/den selben stifft zugehörig/in dem Lande zu Bayrn kain steür zu nemen/verschriben haben/der von wort zu wort also lautet.

Wir Ott/deß heyligen Römischen Reichs Ertzkammerer. (*vid. sup. pag.*) Vnd zu letst den dritten Brieff/darin Weiland der aller durchleuchtigiste Fürst/Herr Friderich Römischer Kaiser/vnser lieber Herr vnd Vatter/löblicher gedechtnuß/dem obgemelten Stifft Passaw die Maut daselbs zu Passaw/vnd zu Obernperg erhöhet vnd gemehret hat/der von wort zu wort also lautet: Wir Fridrich von Gottes genaden Römischer Kaiser/*rc.* (*vid. sup. pag.*) zu bestätten/zuuerneuen/zu befesten/vnd zu confirmieren gnedigklich geruhten. Das haben wir angesehen/vnd güetlichen betracht deß vorgenanten Bischoffs Wigilei/vnnd auch der obgemelten/ [illegible] umprobst/Dechants/vnd Capitels daselbs/fleissig vnd redtlich bet[illegible]/vnd auch gemenne/nutzlich/vnd getrewe dienst die vns/vnd vnsern Vorfarn am Reich/der vorgenant Bischoff Wigileus/vnd sein Vorfarn/offt vnnd dick gewaltigklichen gethan haben/vnd er vns/vnd dem Reich hinfür wol thun mag vnd sol/vnd haben darumb/mit wolbedachtem muet/guetem rathe vnser Fürsten/edelen/vnd getrewen/vnd rechter wissen/dem obgenanten Bischoff Wigileo/vnd seiner Kirchen vnd Stifft/auch den vorgenanten Tumprobst/Dechant/vnd Capitl zu Passaw/die vorgenanten eingeleibten Brieff/vnd darzu all vnnd jegklich ander jr gnade/Brieff/Priuilegia, Freyheit/Recht/Landtgericht/Gericht/Handuesten/Rent/Gilt/Zinß/Leüte/vnnd Güetr/Zehenden/Aigenschafft/Lehenschafft/Besitzung/vnd guet löblich gewonheit/Maut vnd Zöll/Vogtey/Grundrecht/Wasser/Wasserleüffe/Vrfar/Ertz/Müntz/Wälte/Vischerey/Gelait/Halsgericht/Wildpanne/vnd Gejaide/die jn von Römischen Kaisern vnd Königen/vnsern Vorfarn am Reich/vnnd andern Christlichen Fürsten vnd Herrn gegeben seyn/in allen vnd jegklichen jren Puncten/Stucken/Clausulen/Articlen/mainungen/vnd begreiffungen/wie die von wort zu wort lautend vnd begriffen seind/genedigklichen verneüert/bestettiget/befestent/vnnd confirmirt/verneuen/bestettigen/befestnen/vnd confirmiren jn die auch von Römischer Königklicher macht/vollkömmenhait/wissentlich/in krafft diß Brieffs/vnnd mainen/setzen/vnd wollen von derselben vnser Königklicher macht/daß die allnun fürbas mehr krefftig seyn vnd beleiben/vnd von aller menigklich gantz vest/vnd vnuerruckt gehalten werden sollen/gleicher weiß/als ob die alle von wort zu wort hierin geschriben vnd begriffen weren/vnd deß sie sich der auch an allen enden gebrauchen vnd geniessen sollen vnd mögen/von aller menigklich vngehindert/Erfüllen vnnd erstatten auch/von obberürter Römischer Königklicher macht/all vnd jegklich mängl vnd gebrechen/ob der einicher/von vergessenhait oder zierung der wort/vnlauterkait der mainung/oder sonsten in dhain weiß in den obgenanten Brieffen/Priuilegien, Freyheiten/vnd Handtuesten/oder auch in

disem vnsern Königklichen Brieff geschehen weren. Wir leihen auch dem obgenanten Bischoffen Wigileisen zu Passaw / vnnd seinen Nachkommen / als einem Fürsten / den Bann vber das Bluet / wissentlich / in krafft diß Brieffs / also daß er dem fürter seinen Ambtleüten beuelhen mag / als von alter herkommen vnd recht ist. Vnd wir gebieten darumb allen vnd jegklichen Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prelaten / Graffen / Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Pflegern / Burgraffen / Vösten / Ambtleüten / Landrichtern / Vitzdumben / Burgermaistern / Richtern / Räten / Burgern / vnd gemainden aller vnd jegklicher Stette / Märckte / vnd Dörffer / vnd sonst allen andern vnsern vnd deß Reichs vnderthonen vnnd getrewen / in was würden / standes vnnd wesens die seyn / von Röm. Königklicher macht / ernstlich vnd festigklich / mit disem Brieffe / daß sie den obgenanten Bischoffen Wigileis auch seinen Stifft / vnd die vorgenanten Tumprobst / Dechane / Capitl / vnd Kirchen zu Passaw / an den vorgenanten jren gnaden / brieffen / Priuilegien, Freyheiten / Rechten / vnd Handuesten / vnd diser vnser bestettigung nicht hindern / oder jrren / noch das den jren zuthun gestatten / in kain weise / sonder sie dabey getreulich handhaben / schützen / schirmen / vnd sie der gerublich gebrauchen / geniessen / vnd gentzlich dabey beleiben lassen / vnd hierwider nicht thuen / als lieb einem jegklichen sey vnser vnnd deß Reichs schwere vngnad vnd straff / auch den penen in den obgenanten vnser Vorfarn am Reich Brieffen vnd Priuilegien begriffen / vnd darzue ein sondere pene / nemblich hundert marck löttigs Goldes / zuuermeiden / die ein jeder so freuenlich darwider thette / als offt vnd dick das beschehe / halb in vnser Königklich Camer / vnd den andern halben thail dem ehegemelten Bischoffe Wigileis / vnd seinem Stiffte zu Passaw / vnnachleßlich zubezalen verfallen seyn soll. Mit vrkundt deß Brieffs / mit vnserm Königklichem anhangendem Insigl besiglt / der geben ist zu Welß am 22. tag deß Monats Januarij / nach Christi Geburt funffzehen hundert vnd im ersten / vnser Reiche / deß Römischen im 15. vnd deß Hungerischen im 11. Jaren Ad mandatum Domini Regis in Cons

Num. III. *Non erubuit Melchior Cleselius superioribus annis non citra serenissimæ Domus Bauaricæ grauem iniuriam in publicum spargere: Ernestum Bauariæ Ducem Pataviæ Episcopum Comitatum Hals ab Ecclesia Pataviensi artibus nescio quibus alienatum, fratri suo Guilielmo IV. Bauariæ Duci, & sua deinceps familiæ contulisse. Id autem quam sit longissimè à vero alienum, prudens lector ex paucis hoîs discet. Anno Domini M. D X V I I. (quo ipso anno defuncto Wigul eo Episcopo, Dux Ernestus, adhuc minorennis, impetrata ob id à Pont. Max. ætatis veniâ, Episcopus Patauien. factus est) serenissimi Duces Bauari Guilielmus & Ludouicus fratres, Comitatum & Baronatum Hals vnà cum eiusdem insignibus ab antiquo competentibus, omnibusq; alijs pertinentijs, emptionis contractu adquiserunt à Ioanne Domino in Degenberg, & à Magdalena ab Aichperg coniuge illius, ad quos hæreditario iure, & per transactionem quandam deuolutus fuerat, vigore literarum Emtionis quæ in Archiuo Bauarico integræ exstant, & illæsæ. Hunc venditionis contractum, Maximilianus I Imp. ratum habuit, dictosq; Bauariæ Duces fratres, inuestiuit de isto Comitatu Hals, cum suis pertinentijs. [Verba literarum vestituræ:* Die Graueschafft Halß / mit jren zugehörungen / die sie mit kauffe von dem Edlen vnserm vnd deß Reichs lieben getrewen Johannsen Freyherrn zum Degenberg an sich gebracht: *h e Comitatum Hals, cum suis pertinentijs, quem Comitatum per emtionem à Nobili, nostro & Imperij dilecto fideli. Iohanne Barone in Degenberg acquisiuerunt &c.] Facessat ergò procul Cleselianum figmentum: & serenissimis Bauariæ Ducibus illata iniuria, in auctorem suum palàm recidat: Bauariæ Duces primos fundatores Ecclesiæ Patauien diplomata in præcedentibus exhibita manifestè docent, nec est qui negare ausit. Idem Duces eiusdem Ecclesiæ conseruatores quoq; & benefactores, ac patroni hactenus extiterunt tantumq; abest surripuisse illos quidquam de bonis aut Iuribus illius, vt potius subinde plurima contulerint.*

Wir

WIr Carl der fünfft von Gottes gnaden erwölter Römischer Kayser / zu allen zeiten mehrer deß Reichs rc. König in Germanien / zu Castilien / zu Arrogon / zu Legion / baider Sicilien / zu Jerusalem / zu Hungern / zu Dalmatien / zu Croatien / zu Nauarra / zu Granaten / zu Tolleten / zu Valentz / zu Gallicien / Maioricarum, zu Hispalis / zu Sardinien / Corduba / Corsice / Murcie / Giemis / Algaran / Algeire / zu Gibaltaris / vnd der Insulen Canarie / auch der Insulen Indiarum / vnd Terræ firmæ, deß Mörs Oceani &c. Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundi / zu Loterick / zu Brabant / zu Steyr / Kärnten / Crain / Limburg / Lutzenburg / Geldern / Würtenberg / Calabrien / Athenarum / Neopatria / rc. Graffe zu Flandern / zu Habspurg / zu Tyrol / zu Görtz Barsilion / zu Arthois / vnnd Burgundi / rc. Phaltzgraffe zu Henigaw / zu Holland / zu Seelandt / zu Pfyrt / zu Kyburg / zu Namure / zu Rossilion / zu Teriton / vnd zu Zurphen / Landtgraff im Elsaß / Marckgraf zu Burgaw / zu Oristani / zu Gotriani / vnd deß heiligen Römischen Reichs / Fürst zu Schwaben / zu Catilonia / Austurie / Herr zu Frießlandt / auff der Windischen Marck / zu Portenaw / zu Viscaia / zu Monia / zu Salins / zu Tripoli / vnnd zu Mecheln / rc. bekennen offentlich mit disem Brieff / vnd thuen kundt aller menigklich / wiewol wir allen vnd jeglichen vnsern vnd deß heiligen Reichs vnderthonen / vnnd sonderlich Fürsten / beraitschafft aller gnaden vnd güetigkeiten zuerzaigen pflichtig seyn / sollen wir dannoch dz miltigklicher vnd volligklicher erstrecken / an die ende / da wir stäte trew / berait vnd willig vnuerdrossen dienst ohn vnderlaß erfunden. Wann nun der Ehrwürdig Ernst / Administrator deß Stiffts zu Passaw / vnser Fürst / vnd lieber andechtiger für vns kommen ist / vnd vns diemüetigklich angerüefft vnnd gebetten hat / daß wir / als Römischer Kaiser / jne / vnnd seinem Stifft / auch den ehrsamen / vnsern lieben andechtigen N. Thumprobst / Dechant / vnd Capitl / vnnd Kirchen desselben seines Stiffts zu Passaw / all vnnd jeglich jhr gnade / Brieff / Priuilegia, Freyheit / Recht / Landtgericht Halsgericht / Zinß / Rent / Gilt / Leüte / vnnd Güeter / Zehenden / Aigenschafft / Glait / Besitzungen / Wildpanne / vnd löblich gewonheit / Vogtey / Grundrecht / Wasserleüff / Ertz / Vrfar / Müntz / Wälde / Vischerey / Maut vnd Zöll / die jn von Römischen Kaisern vnd Königen / vnsern Vorfarn am Reich / vnd Weiland vnsern vordern Fürsten zu Oesterreich / auch den Pfaltzgrauen bey Rein / vnd Hertzogen in Bayrn / löblicher gedechtnuß / vnd andern Christlichen Fürsten vnd Herrn gegeben vnnd verlihen / vnd damit begnad seyn / vnd nemblich drey Brieff / einen / dem Weilandt / die hochgebornen / Hainrich vnnd Ott / gebrüeder / vnd Hainrich jr Vetter / Pfaltzgrauen bey Rein / vnd Hertzogen in Bayrn / demselben Stifft Passaw vber die Clöster gegeben haben / der am Datum lautet / Geben zu Regenspurg / da man zelt von Christus Geburt / dreyzehen hundert / vnd in dem drey vnd zwaintzigisten Jahr / an dem negsten Sambstag nach dem Pfingstag. Vnd dann der ander Brieffe / darin Weilandt die hochgebornen / Ott / dazumal deß heiligen Römischen Reichs Ertzcammerer / vnd Churfürst / vnd Steffan / Fridrich / vnd Johannes / Pfaltzgrauen bey Rhein / vnd Hertzogen in Bayrn / sich gegen dem obgemelten Stifft / hinfür von der Priesterschafft / den selben Stifft zugehörig / in dem Landt zu Bayrn kain Steür zu nemen / verschriben haben / deß Datum laut / zu Landshut nach Christi Geburt 13. hundert Jahr / darnach in dem 77. Jahre. Vnd zu letst den dritten Brieff / darin Weiland Kaiser Friderich der drit / vnser lieber Herr vnd Vranherr / löblicher gedechtnuß dem obgemelten Stifft die Maut daselbs zu Passaw / vnd zu Obernperg erhöhet vnd gemehret hat / welcher Brieff am Datum lautet / Geben zu der Neuenstat / am Montag nach dem Sontag / daran man in der heiligen Kirchen singet / Inuocauit, in der Fasten / nach Christi Geburt vnsers lieben Herrn / 14. hundert / vnd im 65. vnser Reiche / deß Römischen im 25. deß Kayserthumbs im 16. vnd deß Hungerischen im 7. Jaren / zuuerneuen / zu confirmieren / zu bestetten / vnd zu befestten gnedigklich geruhten / in massen Weilend der aller durchleuchtigist Kaiser Maximilian /

milian/vnser lieber Herr vnd Anherr löblicher gedechtnuß/auch gethan hette/laut seiner Kaiserlichen Maiestat Brieffe darüber außgegangen/vnd vns durch glaublichen schein fürbracht/deß Datum stehet/zu Wels/am 22. tag deß Monats Januarij/Nach Christi Geburt/15. hundert/vnd in ersten Jaren. Deß haben wir angesehen/vnd güetlichen betracht deß vorgenanten vnsers Fürsten von Passaw/auch der obgemelten/Thumprobst/Dechants/vnd Capitls daselbs/ fleissig vnd redlich bette/vnd gemaine nutzlich vnd getreue dienst/die vns/vnd vnser Vorfarn am Reiche/bemelter vnser Fürst/vnd seine Vorfarn/offt vnd dick willigklichen gethan haben/vnd er vns/vnd dem heiligen Reiche hinfür wol thun mag vnd sol/vnd darumben mit wolbedachtem muet/gutem Rathe vnser vnd deß heiligen Reichs Curfürsten/Fürsten/edelen/vnd getrewen/vnnd rechter wissen/dem obbestimbten Administratorn seiner Kirchen vnd Stifft/auch den vorbenanten Thumbprobst/Dechant/vnd Capitel zu Passaw/die vorgemelten Brieff/vnd darzue all vnd jeglich ander jr gnad/brieff/Priuilegia, Freyheit/Recht/Landtgericht/Gericht/Handuesten/Rend/Gült/Zins/Leüt vnnd Güeter/Zehenden/Aigenschafft/Lehenschafft/Besitzung/vnnd gut löblich gewonheit/Meüt vnnd Zölle/Vogtey/Grundtrecht/Wasser/Wasserleüff/Vrfar/Ertzte/Münß/Wälde/Vischerey/Gelaite/Halßgericht/Wildpänne vnd Gejaide/die jne von Römischen Kaisern vnd Königen/vnsern Vorfaren am Reiche/vnd andern Christlichen Fürsten vnnd Herrn gegeben seyn/in allen vnd jeglichen jren Puncten/Stucken/Clausuln/Articln/Mainungen/vnd Begreiffungen/wie die von wort zu wort lauten vnd begriffen seyn/gnedigklich verneürt/confirmiert/bestet vnd beuestnet/verneüen/confirmieren/bestetten vnnd beuestnen jnen die auch von Römischer Kayserlicher macht/vollkommenheit/wissentlich/in krafft diß Brieffs/vnd mainen/setzen/vnnd wellen/daß die all nu fürbaß mehr krefftig vnd mechtig seyn vnd beleiben/vnd von aller menigklich gantz vest vnd vnuerruckt gehalten werden sollen/gleicher weise/als ob die alle von wort zu wort hierin geschriben vnnd begriffen weren/vnd daß sie sich der auch an allen enden gebrauchen vnnd geniessen sollen vnd mögen/von aller menigklich vngehindert. Erfüllen vnd erstatten auch/von obberürter Römischer Keiserlicher macht/all vnnd jegklich mengel vnd gebrechen/ob der einicher/von vergessenheit/oder zierung der wort/vnlauterkait der mainung/od' sonst in ainig weise/in den obgenanten Brieffen/Priuilegien, Freyheiten/vnd Handfesten/oder auch in disen vnsern Kays. Brieff geschriben weren. Wir leihen auch dem obgenanten Ernsten Administratorn zu Passaw/vnd seinen Nachkommen/als einem Fürsten/den Pann vber das Bluet/wissentlich/in krafft diß Brieffs/Also/daß er den fürter seinen Ambtleüten befelhen mag/als von alter her kommen vnd recht ist. Vnd gebieten darauff allen vnd jegklichen Churfürsten/vnd Fürsten/Geistlichen vnd Weltlichen/Prelaten/Graffen/Freyen/Herrn/Rittern/Knechten/Haubtleüten/Vitzdumben/Vögten/Pflegsuerwesern/Ambtleüten/Schultheissen/Burgermaistern/Richtern/Räthen/Burgern/Gemainten/vnd sunst allen andern vnsern vnd deß heiligen Reichs vnderthonen vnd gethrewen/in was würden/standts/oder wesens die seyn/ernstlich vnd vestigklich mit disem brieff/daß sie den obgenandten vnsern Fürsten auch seinem Stifft vnd die vorgenanten Thumprobst/Dechant/Capitl/vnd Kirchen zu Passaw/an den vorgemelten jren gnaden/brieffen/Priuilegien, Freiheiten/Rechten vnd Handuesten/vnd diser vnser bestättung nicht hindern noch jrren/noch deß jemand andern zu thun gestatten/in kain weise/sonder sie darbey treulich handhaben/schützen/vnd schirmen/vnd sie der geruelich gebrauchen/geniessen/vnd gentzlichen dabey beleiben lassen/vnd hiewider nit thuen/als lieb einem jeglichen sey vnser vnd deß Reichs schwere vngnad vnd straff/auch die penen/in der obgenanten vnserer vorfarn am Reich Brieffen vnnd Priuilegien begriffen/vnd darzu ein sondere pen/nemblich hundert March löttigs Goldes/zuuermeiden/die ein jeder/so offt er fräuenlich hiewider thete vns halb in vnser deß Reichs Cammer/vnnd den andern halben thail dem ehegenanten vnserm Fürsten von Passaw/

vnd

vnd seinem Stifft vnableßlich zubezalen verfallen seyn soll. Mit Vrkundt deß Brieffs besigelt mit vnserm Kaiserlichē anhangenden Insigl/ geben in vnser vñ deß Reichs Statt Wormbs am 15. tag deß Monats Februarij/ nach Christi vnsers lieben Herrn Geburt/ 15. hundert/ vnd im 21. vnserer Reiche deß Römischen in andern/ vnnd der andern im sechsten Jaren/ Carolus. Ad mandatum Domini Imperatoris proprium, Albertus Cardi: Mogun. Archicancellarius. ꝛc.

CArolus quintus diuinâ fauente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Nauarræ, Granatæ, Sardiniæ, Cordubę, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeiræ, Gibralterris, ac Insularum Canariæ & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Würtenbergiæ, Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinonæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Phyrretis, Kiburgi, Numurci, Rossilionis, Cortthaniæ & Zurphaniæ, Landtgrauius Alsatię, Marchio Burgouiæ, Oristani, Gotriani, & sacri Romani Imperij Princeps Sueuiæ, Catalonie, Asturię, &c. Dominus Phrysiæ, Marchiæ Sclauonicæ, portus Nâonis, Biscaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechlinię &c. Notum facimus tenore præsentium vniuersis; quamquàm ex Cæsarei culminis beneficentiâ vniuersorum subditorum, quos sacri Imperij amplitudo complectitur, commodo, quieti, & augmento prospicere & prouidere, vt congruit, soleamus; vberiori tamen clementiâ, munificentięque benignitate illis inclinari, libertates defendere, iura, immunitates, & indulta tueri, plerunque etiam ampliare & augere consueuimus, quos diuinis mancipatos obsequijs iugiter inherere, vigilanterque incumbere intelligimus assiduo cultui Creatoris, quorum pijs precibus & orationibus apud eum, pro sacri Imperij & Reipublicę Christianæ exaltatione, & fœlici & prosperâ manutentione, adiuuari nos posse firmiter credimus. Sanè per venerabilem Ernestum, Ecclesiæ Patauien. Administratorem, Principem & consanguineum nostrum, deuotum nobis dilectum, nostræ celsitudini oblata supplex petitio continebat, vt sibi, & honorabilibus, Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesię Patauien., deuotis nostris dilectis, omnia & singula priuilegia, literas, libertates, gratias, immunitates, iura, concessiones, donationes, & indulta, quæ seu quas communiter vel diuisim, à diuis Romanis Imperatoribus, siue Regibus, prædecessoribus nostris, Ducibus Austriæ, & Bauariæ, & alijs Principibus & personis, saltem in temporalibus ritè obtinuerunt; Quæ quidem priuilegia, iuxta eorundem tenorem, certo ordine, nouissimè in paginas siue Registrum Viginti duorum foliorum, ex gratiâ speciali, per felicis memoriæ proauum, & prędecessorem nostrum, Imperatorem Fridericum tertium, sub aureâ bullâ Typiarij sui, coram nobis exhibitum, redacta & confirmata fuerint, in omnibus & singulis suis articulis, continentijs, tenoribus, sententijs, punctis & clausulis, de verbo ad verbum, prout scripta seu scriptę sunt, necnon eorum bona, alta & bassa, iudicia, mineras, aduocatias, venationes, saluos conductus, Monetam, Theolonia, mutas, Iura feudi, laudabiles consuetudines, vsus & honores eorundem, quicquid hoc tempore legitimè possident, sicut ad plenum continentur, & in supradictis paginis, siue Registro inserta sunt, de solitâ clementiâ innouare, approbare, ratificare, confirmare, & de nouo concedere, & authorisare gratiosè dignaremur. Nos igitur precibus prænominatorum Administratoris, Decani,

cani,& Capituli Ecclesiæ Patauien. vt puta rationi consonis,inclinati; tùm etiam, quòd iusta petentibus non sit denegandus assensus; Nihilominus nobiscum animo reuoluentes sedula & fida ministeria, quæ per prędecessores Episcopos Patauien. & nominatim quondam Episcopum Vdalricum,sacro imperio exhibita sunt,& per modernum Administratorem nobis, & eidem in futurum pariter exhiberi & præstari possunt atque debent; Non per errorem, aut improuidè, sed animo deliberato, sano Principum, procerum, nobilium, & fidelium nostrorum accedente consilio, atque ex certâ nostrâ scientiâ, Administratoris Ernesti,ac Præpositi, Decani, Capituli Patauien, omnia & singula priuilegia, vniuersasq; libertates,gratias,immunitates,iura,concessiones, donationes, & indulta, quæ seu quas cõmuniter,vel diuisim,â diuis Romanorum Imperatoribus seu Regibus, prędecessoribus nostris, & nominatim ab Arnolfo Imperatore,cuius priuilegium datum est in ciuitate Reginâ, Anno Domini, Octingentesimo, Nonagesimo tertio; Item à Ludouico Rege in orientali Franciâ, cuius priuilegium datum est in Ostrenhouâ, 14. Kal. Maij, Anno regni sui tertio; Item rursus ab Imperatore Arnolfo,cuius priuilegium datum est Reganespurg, 5. Idus Septembris, Anno incarnationis Dominicæ, Octingentesimo,nonagesimo octauo: Item ab Ottonibus, primo, secundo, & tertio, Imperatoribus & Regibus,priuilegia septem, quorum primum, secundum, & tertium data sunt Ratisbonæ, secundo Kal. Augusti, Anno Dominicæ incarnationis, Noningentesimo, Septuagesimo sexto, Quartum etiam Ratisbonæ datum, Anno Dominicæ incarnationis,Noningentesimo,octuagesimo,Quintum Bambergæ, prid. Kal. Octobris, Anno Dominicæ Incarn., Noningentes: Octuages, quinto, Sextum Romæ, 3. Non. Ianuarij, Anno, Noningent. Octuagesimo nono, Septimum datum Diaspurgo octauo Idus Februarij, Anno Dominicæ Incarnat. Noningentesimo,Nonagesimo tertio; Item ab Heinrico tertio duo priuilegia, quorum primum emanauit in Persinicho tertio Non. Iunij, Anno Domini M. XXXXV. Secundum datum est Gemundæ, 16 Kal. Iulij, Anno Dominicæ incarnationis, M.XXXXIX. Item à Friderico primo duo priuilegia, quorum primum datum est apud Cumas, Anno 1161. secundum datum est ante portas ciuitatis Mediolanen. tertio Non. Iunij, Anno iam dicto; Item ab Heinrico sexto, cuius priuilegium emanauit Spiræ, Anno ab incarnatione Domini, 1193. sexto Kal. Aprilis, Item à Friderico secundo tria priuilegia, quorum primum datum est, apud Augustam, Anno Domini 1215. secundum apud Nürenberg, Anno Domini 1217. 12. Kal. Februarij. Tertium datum est Wimpinæ, Kal. Augusti, Anno domini, 1218. A Rudolfo Rege quinque, quorum primum datum est Nurenbergæ 11. Kal. Decembr. Anno Domini 1274. Secundum apud Pataviam in Castris, 6. Kal. Octobr. Anno Domini, 1276. Tertium apud nouam Ciuitatem, 8. Kal. Decembr. Anno Domini 1277. Quartum Viennæ, Non. Aprilis, Anno domini 1279. Quintum etiam Viennæ, 4. Kal. Maij, Anno Domini. 1281 Item à Carolo quarto, cuius priuilegium datum est Pragæ, 12. Kal. Aprilis. Anno Domini, 1366. Item à Ruperto Rege, cuius priuilegium datum est Amberg. anno Domini 1405. quartâ feriâ post festum beati Laurentij, Item à Ludouico Imperatore, cuius literæ datæ sunt in Landshut, in vulgari Alemanico, Anno 20. Regni eius; Item à Sigismundo, cuius priuilegium datum est in Tatta, Anno Domini 1425. penultimâ die mensis Martij; A Friderico tertio, præfato proauo nostro, quatuor, primum & secundum emanarunt in noua Ciuitate, Anno post natiuitatem Christi, 1455. Tertium in dicta quoque noua Ciuitate datum est die Dominicâ Inuocauit, Anno Domini 1465. Quartum in eadem nouâ Ciuitate, sub præfatâ aureâ Typiarij sui bul-

B,emanauit,in die Sancti Maximiliani Episcopi, Anno, Dni. 1466. Item ab Auo nostro Maximiliano cuius datum est in VVels, 22. mensis Februarij anno Domini 1501. Necnon à Ducibus Austriæ, & Bauariæ,alijsque Principibus & personis,cuiuscunque status,gradus,ordinis,aut præeminentiæ conditionisq; sint, vel fuerint,ritè obtinuerunt,& nominatim à Leopoldo Duce Austriæ & Styriæ, cuius literarum datum est Patauiæ,anno Dominicæ incarnationis 1216. Item à Friderico Duce Austriæ & Styriæ,& Domino Carniolæ,cuius literarum datum est Patauiæ, Anno Dni. 1241.Kal.Martij;Item ab Heinrico Palatino comite Rheni, Duce Bauariæ,cuius literarum.datum est,an.Dominicæ incarnationis 1262. 8. Kal. Ianuarij; Item ab O. Rege Bohemorum, cuius literæ datæ sunt in Egenburg, Anno Domini,1266.Idus Martij; Item ab Heinrico & Ottone, fratribus, & Heinrico eorum patruo,Palatinis,Comitibus Rheni, & Ducibus Bauariæ, quarum literarum datum est Ratisbonæ,Anno Domini, 1323. Sabbato post Pentecosten; Item ab Alberto Duce Austriæ,cuius literarum datum est Viennæ, feriâ sextâ, proximâ ante festum beati Valentini Martyris, Anno Domini 1338. Item à Rudolpho quarto, Archiduce Austriæ,cuius literarum datum est Viennæ,in die sanctæ Scolasticæ,anno Domini, 1365. Item à Burkardo Burgrauio de Maidburg, & Comite in Hardekh, cuius literæ iudicialiter Pragæ emanârunt, Die lunæ post Dominicam Innocauit, Anno Domini 1367. Item ab Otone sacri Imperij Archicamerario, Principe electore, cuius literæ datæ sunt in Landshut, in die sancti Pauli conuersionis,anno Domini 1377. Item ab Alberto Archiduce Austriæ,cuius literæ emanarunt in Lynz, in die sanctæ Agnetis, anno Domini 1459. In omnibus & singulis suis articulis, continentijs, tenoribus siue sententijs punctis, & clausulis, ac si de verbo ad verbum præsentibus scripta,& scriptæ, eorundemq; tenores præsentibus specificè forent inserti, etiam si de his iure vel consuetudine mentio fieri deberet specialis; Nec non alia eorum bona,alta & bassa Iudicia,mineras,aduocatias,venationes,saluos conductus,Telonia,Mutas,vectigalia,iura feudi, laudabiles consuetudines, vsus & honores eorundem,& quicquid de præsenti legitimè possident; suprà scripta etiam priuilegia memoratorum nostrorum prædecessorum, tàm Imperatorum & Regum Romanorum,quàm Ducum & Archiducum Austriæ, & Ducum Bauariæ, aliorumq; Principum,& personarum quarumcunq;, approbamus,ratificamus,de nouo concedimus,& authoritate nostrâ Romanâ Cæsareâ (nostris aliàs & sacri Romani Imperij iuribus semper saluis) auctorisamus, & confirmamus; omnem etiã defectum,& iuris solennitatem,si quas in præmissis quomodolibet requireretur,eâdẽ Cæsareæ potestatis plenitudine supplentes; præfato Ernesto administratori,eiusq; successoribus Epis Patauien. Bannũ Imperiale cõcedentes,quod subindè fide dignis personis criminalium causarũ iudicibus, subdelegare possint,quemadmodũ cæteri Imperij Principes iure & consuetudine pñt. Quocircà vniuersis & singulis Principibus,Ecclesiasticis,& secularib., Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Baliuis, vniuersitatibus, communitatibus, cæterisque nostris & Imperij sacri subditis, communiter vel diuisim, districtè præcipiendo mandantes, ne præfatum Administratorem Ernestum, Principem nostrum, Præpositum, Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Patauiens., deuotos nostros dilectos,& illorum subditos prædictos, in confirmatis per nos priuilegiis, Iuribus, gratijs, libertatibus, immunitatibus, concessionibus, Donationibus,& indultis impediant,molestent, aut perturbent, aut impedientibus, seu impedire volentibus auxilium, consilium præstent aut fauorem, directè vel indirectè. quouis quæsito ingenio vel colore; quinimò eos in hijs, pro nostri & sacri Imperij reuerentiâ, veluti tenentur,

Oo foue-

foueant & tueantur. Cæterum, vt prænominatus Administrator Ernestus se à nostrâ Cæsareâ celsitudine vberiori beneficentiâ, vt quem nobis arctiori sanguinis vinculo Deus naturaq; ipsa coniunxit, sentiat affectum, ipm, ac Præpositum, Decanum, & Capitulum, singulosq; Canonicos, & personas, nec non vniuersos vtriusq; sexus, ceterum prædictos, cum bonis Ecclesiarum, nec non eorum successores, pro tempore existentes, cum eorum iuribus, siue corporalibus, & iurisdictionibus, præsentibus & futuris, in nostram & sacri Imperij tuitionem, saluoguardiam, defensionem, & protectionem assumimus præsentium per tenorem. Verùm cùm parùm prosit, priuilegia & gratias concedere, nisi sit, qui illas tueatur & defendat, hoc Imperiali edicto firmiter sancimus & statuimus, vt quoscunq; sacri Imperij Principes, aut alios cuiuscunq; status Imperij subditos, sæpenominatus Administrator, aut Præpositus, Decanus, Capitulum, singularesue Canonici, aut Clerici Ecclesiæ Patauien., pro tutandis & exequendis his nostris præscriptis gratijs & indultis, duxerint requirendos, is, aut hij, ad hanc nostram iussionem, & ad cuiuslibet ex suprà tactis instantiam, nostrâ Cæsareâ freti auctoritate, quamq; præsentium per tenorem eis, & cuilibet ipsorum concedimus & largimur, molestatores illos, & cuiuslibet ipsorum, ad suam vocare præsentiam, præuiâ cognitione causæ præmissâ, ad condignam satisfactionem valeant compellere, & tueantur. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis, de nouo concessionis, confirmationis, inhibitionis, statuti, tuitionis, assumptionis, paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram & Imperij sacri grauissimam, nec non in præfatorum Romanorum Regum & Principum priuilegijs, & centum Marcarum auri puri pœnas, pro medietate Cæsareo nostro fisco, residua verò parte dictis Administratori, Præposito, Decano, & Capitulo Patauien. applicandas, se nouerit ipso facto irremissibiliter incursurum. Harum testimonio literarum, sigilli nostri appensione roboratarum. Datum in Ciuitate nostrâ Imperiali Wormatiâ, die quintâ mensis Martij, Anno Domini, Millesimo, quingentesimo, vicesimo primo, Regnorum nostrorum, Romani secundo, aliorum verò omnium sexto. Carolus. Ad mandatum Domini Imperatoris proprium Albertus Cardi. Mogunt. Archicancellarius, ss.

Nnn.

Senio confectus Vrbanus Episcopus, cum viribus obeundo muneri paribus paulatim destitueretur, actum est de Coadiutore sublegendo. Nonnulli quidem de Canonicis Capitularibus serenissimum Bauariæ Ducem Ferdinandum in votis habuêre: cæteri verò Serenissimum Austriæ Archiducem LEOPOLDVM, Archiducis Caroli, & Mariæ Bauaræ filium: qui tandem adnitente Episcopo; nec non opitulante Cæsare Aug. Rudolpho, præualuerunt: & Sum. Pont. Clemens Octauus rem ratam habuit, Anno Domini MDXCVIII. Deus opt. Max. Suæ Serenitati cum annorum cumulo omnem prosperitatem largiatur.

Ooo.

34. ANTONIVS *Fabricius Treuerensis, SS. Theolog. D.*
35. FRIDERICVS *Sigismundus Fugger, Baro in Kirchperg & Weissenhorn, postea Episcopus Ratisbonen.*
36. CAROLVS *de Lamberg Baro, postea Archiepiscopus Pragensis.*
37. IOHANNES *Henricus à Rorbach*
38. MARQVARDVS *à Schvvendi, Salisburgen. Augustan. & Patauien. Canonicus Præpositus in Heglvvörd nec non Serenissimo Leopoldo Archiduci Austriæ &c. à Consiliis, & suæ Serenitatis locum tenens.*

Notæ

Notæ ad Casparis Bruschij libros II. de Laureaco veteri, & de Patauio.

EDidit Caspar Brüschius Egranus duos libros de Laureaco veteri, & de Patauio: in quibus nonnulla reperiuntur animaduersione digna, quæ hic subijcere operæ censui.

Lib. I. pag. 1. Patauia itaque siue Patauium, ciuitas ampla & præclara est in insima inferioris Bauariæ parte ad Austriæ initium.] Imò in ipsa Vindelicia sita est Patauia; sicut vice versa Boiodurum Norici est: Oeno Norici & Vindeliciæ limite inter Patauiam & Boiodurum fluente. Norici autem siue Bauariæ fines quam latè patentes olim fuerint quis est qui nesciat? Bauariæ Duces Ottilo & Thassilo filius eius, de suo largiti sunt Laureacensi Ecclesiæ ab Hunnis miserè afflictæ, sedem tutam Patauiam, non de alieno. Et Fridericus quidem I. Imp. vulgò dictus Barbarossa, primus extitit qui Bauariæ fines Anassum vsque, quo loco olim Laureacum extitisse constat, restrinxit. Ingrati omninò sunt, & iniqui qui Patauiam alijs quam Boiariæ Principibus accepto ferunt; nec quàm perperam agant, ignorare possunt.

Pag. 10. tertius fluuius in Bohemico nemore natus, ab Ilicibus forte Ilicius &c.] Immemor sui Bruschius * alibi fluuiolum Bohemicum vocat. Sed non rectè. Ilissus enim extrà Bohemiam apud Nariscos, cis Bohemiæ saltum, quæ & Hercinia sylua appellari consueuit, scaturiens, à Septentrione directè meridiem petens, Passauij Danubio se coniungit nec vspiam Bohemiam contingit.

* lib. 2. p. 125. Appian. in Topograph.

Pag. 11. Oenum fluuium amænissimum lympidissimumque, qui Noricos à Rhetis separat & Austrios à Bauaris] quod est falsissimum, & à nullo vnquam auctore probato traditum.

Pag. 12. oppidum Oenanum.] quod ipsum est Boiodurum, Boiorum nempe traiectus in Vindeliciam monumentum, quæ & Noricum. Malè confunduntur Boiodurum, hodie Instatt, & Patauium, vulgo Passaw, antiquè Batauia castra, & absolute Patauia.

Pag. 23. Ciuitas Patauiensis tota antiquitus &c.] Latissima significatione, & valde impropria, ne dicam inepta hic accipitur verb. Colonia. Batauis oppidum à cohorte noua Batauorum præsidio illic collocata nomen accepisse, optimè docet Eugippij Scholiastes, ad cap. XIX. quantum verò distat inter Coloniam & oppidum?

Pag. 29.] vbi hæc legantur, & quibus tradita auctoribus, non immeritò ex Bruschio quis requirat.

Pag. 31. à Maximo quodam impio prætore seu militum tribuno, apud Sisciam &c. captus, &c.] Vide supr. in addit. pag. 336.

Pag. 32. legimus in vita S. Seuerini] de hoc dictum fuit suprà in addit.

Pag. 49. Norici enim & Boij, qui patrijs sedibus olim partim sub Iulio & Octauiano pulsi, partim vero sub maximis Imperatorum persecutionibus in Christianos exercitis ac vsurpatis solum vertere coacti diutissimè iam exularant &c.] Si hæc sic gesta reuera fuerunt: & si Norici Boijque hanc ob causam solum vertere coacti; quomodo consistere queant illa quæ Bruschius infra pag. 51. de fulminante in Norico Theodone narrat, & quæ alij nugantur, equidem non video.

Pag. 52. Obdormiuit in Christo (Erchenfridus) anno ab eiusdem natali 624. &c.

Pag. 53. Othocarus Erchenfrido in Patauien. vrbis & Ecclesiæ gubernatione successit ad. anno 624.] &c.

pag.54. Philo Romanus, Laureacensi Ecclesiæ &c. præsidere cæpit anno Christianorū 612. &c. Obijt Archiepiscopus Philo anno salutis 659. &c.

pag.55. Bruno annum Christi circiter 634. à Papa Honorio I. Patauiensis Episcopus designatus &c.] Mira tùm temporum, tum Episcoporum confusio. ad hæc vide suprà allata pag. 339.340.

pag.58. Legimus eidem pallium iterum ademptum esse, &c. quod honorantias &c Romam mittere nollet &c.] magno sunt apud Bruschium loco fabulæ: & leuissimam quamq; occasionem arripit perquam auide, Romæ & Rom. Pontifici obloquendi: sed iam tum in Lutheri hæresin Cereris Bachiq; mancipium Bruschius totus propendebat.

pag.59. Iussus est ab Vdilone Hugoberti filio cum symmistis suis &c.] Translatam Laureacensem metropolitanam sedem Pataujum audio, tanquam in locum tutiorem, ac iam tùm egregie florentem ciuitatem. Sic Patauina vrbs (verbis Bruschij eò libentius vtor, vt veritas rei gestæ magis clarescat) Laureacensium Archiepiscoporum lecta & confirmata est sedes ac domicilium &c. Sed quosnam ante hanc translationem sedis metropolitanæ Episcopos habuerit Patauia, non simul etiam Archiepiscopos Laureacenses, scire opus est, laborque. Intercessisse annos aliquot, donec S. Stephani Protomartyris templum conderetur; donec omnia confecta darentur, quæ ex mente erant & animo Odilonis Ducis, & qui huic collaborabant, non inficior. Verum aliud est, nouum erigere Episcopatum; & tale quid Pataujæ factum fuisse, neque ex S. Seuerini historia, neque ex aliis historicis constat: & aliud rursum, Episcopalem sedem ex vno loco transferre in aliùm, in quo tum quoque sedes Episcopalis erat: quod ipsum in Pataujâ locum non inuenit. Siquidem, vt alibi dictum, priusquam Laureaco metropolica sedes eò transferretur, nullus Pataujæ fuit Episcopatus, Episcopus nullus.

Eugippio

Ead pag.59. ipsi appellati sunt Pontifices Patauienses & Archi mystæ Laureacenses, vt legitur in Arnulphi & Othonis Impp. diplomatibus, &c.] Neque Arnulphus Cæsar, nec Otto Imp. hoc dicunt in suis diplomatis, suprà - - - - - - - relatis, quod Bruschius hoc loco & deinceps alibi ex suo cerebro mutuatum profert.

pag.60. Sed paulò post Episcopis iterum donata est, &c.] sic nimirum quod ante annos CL. & vltrà gestum est, paulo post gestum fuisse dicemus?

Pag.70. Leguntur in perueteri Chronico talia de Arnone hoc, etsi nimium barbara, tamen rei veritatem pulchrè elucidantia verba: Arno Iuuauiensis per truffas ac buffas (in margine durch list betrug vnd buberey) à Leone Papa cacato Pallium Patauiensibus, sibi surripuit &c.] Cacatus Bacho Bruschius tempora discriminare, & quo quiduis anno gestum fuisset, cernere claris oculis non potuit. Arno Iuuauen. Episcopus primus Salisburgen Archiepiscopus vocatur à Leone Pontifice, cuius capiti insidias struentes præcessoris sui Hadriani Pont. necessarij, ac nonnulli alij, irâ agitati, quod acta Hadriani nonnulla Leo rescindere moliretur; eum subsequenti proximè anno, certa die scelerato consilio suo exequendo destinata, Pontificem ex vetere Ecclesiæ instituto, Solemnem Cleri, populique cum supplicatione pompam ducturum corripuêrunt, & in terram abiectum, sacris vestibus exuerunt, atque oculos elidere, & linguam præcidere contenderunt. Tractum inde ad proximam ædem Stephani & Syluestri, & ante altare constitutum, diris vulneribus affecere, ac mox sanguine madentem, ac semianinem, in Monasterium S. Erasmi arctæ custodiæ tradidere. Ibi insigni Dei beneficio adspectus & sermo, quibus eo vsq; caruerat, restitutus est. Sic res hæc gesta est, & Leo Pont. Max. neque cum Arnonem Iuuauiensem appellaret Archiepiscopum luminibus priuatus fuit; neq; etiam post scelus ab aduersarijs in eum perpetratum; restitutis nempe paulò post passum scelus diuino miraculo & oculis & lingua sanctissimo Antistiti. Quis verò non credat Bruschium, cum isthæc inconsiderato calamo scriberet, mero lippientem, si non totum cæcum fuisse?

Vid. Mart. Velser. Boicar. V I. ad an. 798.

Sigon. de reg. Ital. IV. pag. 96.

Pag 79. Vrolphum enim, &c.] De Vrolpho vide supr. pag. 345. & seqq.

Pag.

Pag.94. Arnoldus tamen Bauarorum quidam regulus &c.] Certiora lector reperiet in historia Boica, cuius se nimis ignarum, cum alibi sæpius, tum hic imprimis Bruschius prodit: & si verum dicere liceat; si vspiam alibi, heic maximè fabulatorem agit.

item, pag. 99. 100. 114.

Lib. II.

Pag. 121. conuolârunt enim hoc tempore Laureacenses & Salisburgenses in vnum, & præualuerunt techna ac doli, apertæ ingenuitati, &c.] Sic nimirum Bruschio & sui similibus, quod auctore summo magistratu fit technis fit ac dolis apertis.

Pag. 125. Henricus Imp. Sanctus &c. Patauiensi Ecclesiæ abstulisse legitur Comitatum ab Ilicensi fluuiolo (oblitus sui Bruschius fluuium alibi vocat nauigabilem) Bohemiæ (& hoc falsum esse, suprà ostendimus) ad Regum amnem vsq. &c] Reclamant Diplomata Henrici II. Sanctitas illius nullius alterius patroni indiga, impactam calumniam refutat: deniq. nullus probatus author mentionem facit huius facti; neq. ex aduersariis vllus, præter Bruschium, talia hactenus effutijt.

Pag. 127. Canonicis S. Augustini (quos à Patris sui instituti plurimùm auios, & ineptissimo, & falsissimo pleonasmo Regulares vocant, &c.] Gratiæ Bruschio; qui antesignanum & πρωτοπάτηυ Lutherum, omnesq. huius sectatores Apostatatas Monachos cuiuscunque religionis, siue ordinis, tàm verè & eleganter viuis suis depingit coloribus. Huius generis pag. 135. & alibi plura reperiuntur.

Altmannus Saxo aut ferè Westphalus &c.] risu dignus Bruschius.

Pag. 137. Paulò post, ipsa nimirum S. Stephani die &c.] egregium Bruschius concubinariorum Sacerdotum aduocatum se præbet: quales clientes talis patronus: dignumq. labro operculum.

Pag. 140. Electus itaque est &c.] contrà hanc mendacem Bruschij narrationem, vide Paulum Bernriedensem, σύγχρονον & veracissimum auctorem, in vita Gregorij VII.

Pag. 185. Insurrexerunt circa hæc tempora &c.] & *pag. seq. Fridericus Austrius prouincias suas magnanimiter tutatus est &c.*] Polypus est Bruschius; cui nec bona mens est, nec animus bonus. Quis fidat hæretico?

Pag. 187. Erat verò inter Pontificum Romanorum coniuratos iam etiam Otho, eius nominis quartus, Bauarorum Dux &c.] De Othone Boiorum Duce, nonnullis historiarum fabulosis compilatoribus, atq. in heis Abrahamo Bzouio, fato nescio quo tantopere inuiso, veriora cognoscet lector ab heis, qui historiam Boicam ex professo tractant.

Plura passim occurrunt id genus alia, quæ attentus lector facile animaduertet.

SABIONENSIS NVNC BRIXINENSIS EPISCOPATVS.

SABIONA Noricorum, in Tyrolensi Comitatu sita, inter Oenipontem & Bozanum, vbi olim fuit sedes Episcopalis; translata postea Brixinam per sanctum Albuinum Episcopum, licet Iohannes Auentinus lib. annalium 5. folio 516. ponat, Anno Domini 1038. Heruicum, Sabonæ Noricorum Episcopum Brixinam, quæ inde decem millia passuum distat, migrâsse, id oppidum mœnibus cinxisse; posthac Brixinensem Episcopum dictum, qui antea fuerat Sabionensis, Sabionam, Germanicè Seben. Huius nominis fuit aliquando in Comitatu Tyrolensi antiquissima, Nobilis ac celebris familia de Seben/ sine dubio à Sabiona ortum ducens. Nam & huius Episcopatus Pincernæ fuerunt, qui in Osvvaldo vltimo, Anno domini 1465. defecerunt, vt infrà dicetur.

EXTARE horum Episcoporum Catalogum pluribus in locis mancum & parum integrum testatur Christophorus Wilhelmus Putschius, Guilielmi Putschij olim apud Oenipontem regij Secretarij filius, vir historiarum, præsertim Tyrolensium valde studiosus ac diligens; cuius extat opus Oeniponti manu scriptum de annalibus Tyrolensibus, at hoc quoq; mancum & imperfectum, vt puto, ob immaturum eius obitum, & ideo non publicatum; quo tamen hisce in Episcopis multùm sum adiutus. Postquàm verò hos Brixinen. Episcopos planè iam absolueram, venit in manus meas prædictus Catalogus Brixinæ à Donato Fetio, Collegiatæ Ecclesiæ ibi Canonico collectus ac nuperrimè editus; ex quo, quæ magis digna ac necessaria sunt visa, infrà putaui inserenda. Iuditium sit penes lectorem in his, quæ non concordant.

EPISCOPATVM hunc primo sub Cassiano circa Annum 360. cœptum; posteà verò secundariò ac ritè institutum inuenio à Theodone tertio, Duce Bauariç, qui primus cũ filio Theodoperto ac fratribus, † Diepoldo & Ottone, Christianam religionem accepit, & cum ijsdem à S. Ruperto baptizatus est, circa Annũ Domini 550. vel 560. a. b.

TVNC enim per Principes Bauariæ, autore diuo Ruperto, plæraq; Templa, Monasteria ac Episcopia instituta sunt, inter quæ etiam Sabionen. cùm eo tempore tota illa Montana regio, ad Athesim ac Oenum sita, ad Ducatum Bauariæ pertineret.

SANCTVS CASSIANVS † in diuinis literis egregiè versatus, ac vitæ sanctitate conspicuus, Sabionam vrbẽ Germaniç in Alpibus Tyrolensibus † iuxta Hisacum fluuium veniens expulsa ibidem gentilitate, homines ad Christi fidem conuertit, sacro fonte abluit, ac ædificata ibi in honorem Dei, Matrisq; Virginis Mariç Ecclesia, primus ibi Episcopus à Metropolitano suo Fortunatiano seu Fortunato, Patriarcha Aquilegiensi, cui tunc temporis suberat, iam verò Salisburgensi Archiepiscopo, ordinatur ac consecratur bonus ac fidelis Pastor, & vallis illius Apostolus, & hoc circa annum Domini 350. quàm diu præfuerit, ignoratur. At à Patriarchis Aquilegiẽ. † primordia sua hanc Ecclesiam Sabionensem accepisse satis constat. Expulsus deinde à Paganis, Romam peregrinationis causa tendit, vbi ad vrbem fori Cornelij iuxta Bononiam sitam, quæ nunc Imola dicitur, venit, fidem Christi docens, pueros vt Ludimagister instruens, ac simulachrorum cultum deuouens; tandem à persecutoribus fidei Christianæ Martyrio coronatus est, stylis discipulorum confossus sub Imp. Iuliano Apostata c. d. e.

ſtata, qui fidem Chriſti docere ſeueriter prohibuerat, circa Annum 365. ibidem ſepultus: De cuius Martyrio Prudentius in libro periſtephanon ante Annos penè 1200. elegantiſſimum Hymnum ſcripſit: Et in vetuſtiſſimo quodam manu ſcripto libro tota ipſius vita & mors luculenter deſcribitur, vt patet ex his verſibus rei non arti accommodatis:

Vox patris almiuoma Chriſtum docet in Sabiona
Immola crucifixum graphiis ſic immolat ipſum.
Nam quem Sabiona primum prædicatorem recepit,
Hunc Immola diris vulneribus Chriſti Martyrem fecit.

De hoc item ſcripſit librum Petrus Damianus. Card. Hoſtien. circa Annũ 1055. Teſte Trithemio, Item Petrus de Natalibus Venetus, Epiſcopus Aquilegien. in vitis Sanctorum.

f. 2. MEMINIT quoq; Volaterranus in Antropologia. Obiit idibus Auguſti, quo die feſtum ipſius per totam Diœceſim Brixinen. † ſolemniter peragitur.

g. 3. SINGENVINVS † ſecundus Epiſcopus Sabionen. vixit circa Annum 595. Nam ciuitas Sabionen. poſt diſceſſum S. Caſſiani à gentilibus depopulata, deinde per Hunnorũ incurſiones ſub Attila Rege funditus exciſa & ſolo æquata, medio tempore vſq; ad hunc Ingenuinum ſine Rectore ac Epiſcopo fuit. Meminit huius Epiſcopi Auent. lib. 3, fol. 266. qui eum contemporaneum S. Ruperti dicit, ac in ſua vulgari interpretatione Genawein vocat. Reſtaurata itaq; & vrbe & Eccleſia Sabionen. per Ingenuinum, aſſenſu ac ope Theodonis 3. Ducis Boiorum primi, ad fidem Chriſti per S. Rupertum conuerſi, factus eſt Epiſcopus ac Paſtor huius Eccleſiæ ſecundus, ab Helia Patriarcha Aquilegien. Metropolitano tum temporis conſecratus.

INTERFVIT hic Epiſcopus Synodo Mariana; in qua Seuerus Patriarcha Aquilegien. reuocato errore Manichæorum, receptus eſt in gremium Catholicæ Eccleſiæ. De quo Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum, lib. 3. cap. 12. latiùs; Iohann. Candidus in commentariis Aquilegien. lib. tertio; frater Leander in deſcriptione Italiæ ſub foro Iulio, &c.

HIC Ingenuinus Epiſcopus vir ſanctus, obiit Non. Feb. Sabionæ, ibidem ſepultus in Eccleſia à S. Caſſiano conſtructa. Tranſlato autem poſteà Epiſcopatu Brixinam, vnà & oſſa diui Ingenuini Epiſcopi ac Confeſſoris illuc tranſlata, vbi in hodiernum diem miraculis clarus quieſcit, in numerum Sanctorum relatus, cuius memoria eodem die obitus ſui in Eccleſia celebratur, vnà cum ſuo h. poſt multa ſecula Succeſſore, diuo Albuino Epiſcopo. †

i. S. CONSTANTIVS † & Præconius, aliàs Procopius, Sabionenſi populo verbum Dei prædicârunt, eo tempore, quo diuus Haymeranus Ratisbonenſibus circa annum 645. Auent. in prædicto lib. fol. 276. Catalogus prædictus † S. Conſtantio ſubiungit alium S. Conſtantium quartum in ordine, & Præconium facit quintum.

6.7. VRSVS & Pigencius, aliàs Piennius, Epiſcopi Sabionen. & verbi Dei Prædicatores, circa annum Domini 650. vſque ad annum 700. Auent. fol. 281. Poſt hos ponit Catalogus impreſſus in ordine.

8. *PROIECHVS.*

9. *MATVRNINVS.*

10. *MARCELLVS.*

VALE-

VALERIANVS.	11.
AGNELLVS.	12.
ANRIHANVS.	13.
ANTHONIVS.	14.
LAVRENTIVS.	15.
IOHANNES.	16.

MASTVLO † Episcopus Sabionen. circa Annum 700. Auentinus fol. 283. h. 17. Horum Episcoporum tempora, successiones ac gesta propter vetustatem ignorantur, verisimile est non diu ipsos præfuisse. Hinc à tempore S. Ingenuini vsq; ad S. Albonium 25. Episcoporum successiones traduntur secundùm Catalogum.

ALMVS, aliàs Alim, Episcopus Sabionen. † 18. interfuit Synodo Boiorum i. 18. Dingelfingij, per Tassilonem Ducem conuocatæ, Anno 764. aliàs 773. vel 775. Decreta aliqua huius Synodi Auentinus libro tertio annal. folio 302. breuiter, sed suo Paraphrastico more mutatis verbis refert, cùm tàm hoc quàm pluribus alijs in locis meo iudicio consultius fuisset, veterum diplomatum, Epistolarum ac decretorum verba genuina ac autentica vtcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpenumero sensum quoq; ac ipsam sententiam peruertere videtur, quòd plerosq; doctos viros ac Auentini aliàs studiosos in ipso desiderare audio.

HVIVS Alim fit mentio, & quidem primo loco in diplomate Leonis tertij, S. Pont. scripto ad Episcopos Bauariæ super translatione sedis Archiepiscopalis, Salisburgum, ad ipsorum instantiam facta, an. Domini 798. de quo suprà sub Arnone primo, Archiepiscopo Salisburgen.

HEINRICVS 19. Sabionen. Episcopus interfuit Synodo Salisburgen. † iussu Caroli Magni, sub Arnone Archiepiscopo celebratæ, anno Domini 807. k. 19. Eius decreta de diuidendis Ecclesiarum decimis, censibus ac redditibus refert idem Auent. lib. 4. fol. 356.

ARIBO.	de his nihil præter nuda nomina extat.	20.
LENTFRIDVS.		21.
ZERITO.		22.

ZACHARIAS † XXIII. Sabionen. Episcopus sub Ludouico Cæsare, Arnulphi filio, ac Iohanne IX. Pont. circa annum 902. magna nominis celebritate vixit; interfuit expeditioni prædicti Ludouici Imp. contra Vngaros, in qua apud Anaspurgium cum Dietmaro Archiepiscopo Salisburgen. Ottone Frisingensi Episcopo & Leopoldo Marchione Austriæ occubuit, anno Domini 907. secundùm Auentinum in annal. libro quarto, folio 480. Amplius de eo nihil compertum est, nisi quòd cum aliis quinq; Episcopis Boiariæ, nempe Diethmaro Iuuauiensi Archiepiscopo, Waldone Frisingen. Erckhanbaldo Eichstetensi, Tutone Ratisbonen. Richario Patauien. ipse tertius in ordine, ad prædictum Iohannem S. Pont. Epistolam scripsit, conquerentes in ea de defectione Episcoporum Morauiæ ac Sclauorum à sua Diœcesi, Episcopo videlicet Patauien &c. & licet nihil obtinuerint; tamen hæc Epistola, quia rara & antiqua Ecclesiastici status in Boiaria cognitione referta, lectu non indigna; cuius copia in archiuis prædictarum Ecclesiarum adhuc extat, & apud Wolgangum Lazium in lib. 12. commentariorum Reip. Rom. hîc breuitatis causa omissa. l. 23.

MAIEN-

m. 23. MAIENBERTVS, Episcopus Sabionen. XXIV. Huic confirmat prædictus Ludouicus tertius Imp. priuilegia sua, anno 909. secundùm Putschium. †

n. 25. NITHARDVS Episcopus Sabionen. interfuit alteri Synodo siue Conuentui, Dingolfingij ad Isaram † per Arnoldum Ducem Bauariæ habito atq; indicto, circa Annum Domini 920. Qui Episcopi huic Conuentui interfuerint, & quid ibi actum sit, refert Auent. lib. 4. fol. 487.

26. VVISVNDVS, siue Bisunbertus, XXVI. Episcopus Sabionen. vir doctrina & pietate insignis, tempore Ottonis primi Imp. & Leonis Papæ VII. circa Annum 938.

EXTAT ad hunc & cæteros Bauariæ Episcopos Epistola Leonis Papæ septimi, † cuius tenorem refert Auentinus, libro quarto, folio 490. alijs tamen verbis ac sententijs, quibus in Episcopos ac Clerum pro suo more acerbè inuehitur, cùm tamen verba illius Epistolæ autentica, quæ in annalibus Pataujensibus extant, longè aliter sonent, præsertim circa finem, &c. Ibi postremò in eadem Epistola hortatur, vt Episcopi Gerardo Archimystæ Boiorum pareant, atq; Eberhardo Regulo Boiorum officium suum delegat, præcipit vt vicem Pontificis Max. defungatur, Gerardo fautor, adiutor, consultor pro viribus in omnibus adsit, &c. Ita Auentinus. Cùm hæc sint Epistolæ verba, nempe Gerardo pareant, cui Vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus, in omnibus quæ ad Ecclesiasticum statum pertinent, ei obedientes & adiutores sint. Præter hæc Eberhardo, Duci Boiorum, nostra autoritate iniungimus, vt præfato Gerardo Archiepiscopo in omnibus auxilium præstet, vt suæ Ecclesiæ status & rectitudo, ac proprius vigor ad integrum culmen & priscum decorem valeat peruenire, &c. Alia sunt hæc verba ac alius sensus, &c.

SVB hoc, siue sequentibus Episcopis, Iohannes tertius, Pont. Rom. nempe Anno Domini 967. Ecclesiæ Brixinen. prærogatiuas quasdam & Apostolicas donationes fecit; quas anno sequenti Otto Magnus Imp. interuentu Adlhaidæ Coniugis, ac Ottonis Imp. filij sui, imperiali autoritate confirmauit, &c. Extant diplomata.

CONRADVS quoq; Imp. Salicus dictus, pio zelo Volabrico, Episcopo Tridentino, Comitatum Tridentinen. obtulit ac dono dedit Anno 1027.

SEQVENTI anno adhuc alios duos Comitatus addens, nempe vallem Venonicam, quam venustam vocant, & ditionem Bulsanen. in perpetuum tenendos.

p. 27. RIPRECHTVS † secundùm Catalogum impressum.

28. SALBVINVS. De hoc sancto viro dicuntur pleraque extare verùm mutila ac in nullum ordinem redacta. Miraculis clarus obiit Nonis Febr. Hic primus sedem Episcopalem à Sabiona Brixinam transtulit.

29. ADALBERO secundùm Catalogum.

30. HERBARDVS Episcopus Sabionen. ciuitatem Brixinam primò muris parum muniuit. Quotus hic numero Episcopus fuerit non constat, sed quinquenio tantùm præsedit.

q. 31. HARTWICVS † post S. Cassianum primum Episcopum Sabionen. XXXI. Episcopus, vir plenus omni sapientia & virtutibus. Hic, vt suprà dictum est, relicta Sabiona, Brixinam migrauit, quam totam, vt nunc cernitur, mœnibus cinxit, Ecclesiam S. Michaëlis ædificauit & dedicauit, factus Episcopus an. 1038. Ibidem mortuus ac sepultus infra tumulum beati Hartmanni Episcopi.

ANNO Domini 1041. per totam Boiariam ac Tyrolen. Comitatum ventus vehementissimus in arboribus ac ædificiis maxima damna fecit; hinc magna frugum penuria secuta, Ysacus quoq; & Athesis subitò inundantes, irrecupera-

bilia

bilia penè damna accolis intulerunt, domos, iumenta subito impetu opprimentes, voragines ingentes factæ, viæ publicè ruptæ, vineæ denudatæ vsque ad saxa &c.

PVTSCHIVS dicit hunc Hartvvicum fuisse Comitem Goricensem, † cuius Pater Otvvinus Cô. Goricensis, Mater VVickburg, fratres Engelbertus & Volkoldus Leuita, qui fuit fundator Monasterij Monial. in Sunnenberg prope Brunckham ciuitatem, in valle Pustrina ord. S. Benedicti, Soror VVickburg, ac alia VVickburg Sororis filia, quæ prima Abbatissa in Sunnenberg fuit, Anno 1018.

POPPO fit Anno Domini 1046. Episcopus Brixinensis, postea Patriarcha Aquilegien. vir sapiens ac pietatis studiosus, quem Otto Frisingensis libro sexto cap 33. & post eum Gotfridus Viterbien. libro 17. Popionem vocant, post S. Cassianum primum Episcopum Sabionen. 32. per Heinricum tertium Imp. ex consilij decreto fit Pont. Max. Damasus secundus nuncupatus, Anno 1048. Auentinus lib. quinto, folio 533. Hunc Platina Bauarum†, cognomento Baginarium vel Pepon vocatum, ac sedem Apostolicam, nullo Cleri populiuè consensu, vt quidam volunt, vi occupâsse; Ideo diuina vltione tribus ac viginti diebus tantùm præfuisse, atq; à nonnullis inter Pontifices non numerari scribit.

IDEM Sabellicus & quidam alius. Sed Hermannus Contractus de eo ità scribit: Sequenti Iulio, Anno nempe 1048. Poppo Brixinensis Episcopus, ab Imperatore electus, Romam mittitur & honorificè susceptus, Apostolicæ Sedis 152. Papa ordinatus, mutato nomine, Damasus secundus vocatur: Sed paucis diebus exactis defunctus, ad sanctum Laurentium extra vrbem sepultus est, &c. Meminit eius Palmerius Florentinus in supplemento Chronicorum Eusebianorum, &c. Hic ad Pontificatum summum euectus, donauit Ecclesiæ Brixinen. Caput S. Agnetis virginis & Martyris. Vide ipsum Platinam & Leandrum in descriptione Italiæ, sub foro Iulio 18. regione.

HVIC Popponi, dum adhuc Brixinæ præsideret, prædictus Heinricus tertius† Imper. potestatem dedit in foresto intra certos suos terminos venandi. Extat diploma, cuius Datum Vlmæ Anno Domini 1048. quo etiam summus Pont. factus est.

ADOWINVS, aliàs Altvvinus Boiarius, Sabionen. seu Brixinen. Episcopus, qui antea fuerat Veronensis Episcopus, creatus est Cardinalis à prædicto Damaso, † secundo huius nominis Rom. Pont. prædecessore suo in Episcopatu Brixinen. Anno 1048. In prædicto Catalogo habetur, hunc Altvvinum ab Heinrico Seniore Imper. Episcopum Brixinensem factum, à Guelphone Duce patria pulsum, ac in eius locum Burckhardum Marchionem 34. Episcopum substitutum; qui cùm octo annis præfuisset, ab Ecclesiæ ministris occisus fuerit cuius rei Putschius non meminit.

INTERFVIT Altvvinus Conuentui Boiorum, per Heinricum tertium Imp. Norinbergæ habito, circa Annum 1049. vbi de bello Vngaris inferendo cosultatum est, Auent. lib. 5. fol. 534.

ANNO Domini 1080. sub hoc Altvvino Episcopo Heinricus quartus Imp. Brixinæ ciuitate Boiariæ vt Otto Frisingen. † scribit, Comitia habuit, vbi 30. Episcopi ex Italia, Gallia & Germania, vnà cum Optimatum exercitu conuenère, contra Gregorium septimum Pont. De quo Otto Frisingen. lib. primo cap. 1. De gestis Friderici Imper. Abbas Vrspergen. Sub illo anno, nouissimè Iohan. Auentinus lib. 5. annal. fol. 579.

ANNO Domini 1090. Altvvinus Episcopus Brixinen. de nouo dedicauit & consecrauit Monasterium Sunnenburgen. in prouincia Carinthiæ, nunc autem Tyrolen Brixinen. Diœcesis, ad instantiam Hildegardis, Abbatissæ ibi in ordine

ordine quartæ, in præsentia Domini Adalberonis, Episcopi Tridentini, eiusdem Monast. legitimi Aduocati, &c.

54 HVGO Episcopus Brixinen. de curia Imper. electus, ac à Berdone Schismatico consecratus, per Conradum Archiepiscopum Salisburgensem deponitur, quòd Heinrico quinto Imper. adhærebat, & in eius locum Reinpertus Monachus S. Petri Salisburgi sufficitur. Auent. lib. 6. fol. 617.

55. REINBERTVS siue Reginbertus, Episcopus Brixinen.

SVB hoc Altmannus, Episcopus Tridentinus, Capellam in Eppan ad Athesim consecrauit, Anno 1131. Hic Reinbertus concessit atq; dono dedit Abbati seu Præposito Wilthinen. Monasterij omnem nostram iudiciariam potestatem, ab Antecessoribus nostris Episcopis vsq; ad nos in territorio Wilthinen. vel Houemarcha deuolutam, scilicet à termino, &c. Ita sonant verba concessionis, &c. Testes per aurem tracti, Arnoldus Comes & Aduocatus in Murich, Hugo & filius suus Hugo in Tauffers, Wilhelmus de Vtenhaim, Landfridus Maginez, Adelhalmus, &c. Actum anno Domini 1140 Subscriptio Episcopi: Ego Reinpertus Brixinen. Seruus, &c.

IDEM Reinbertus Episcopus distinxit Parochiam Wilthinen. de aliis vicinis Parochiis ac Ecclesijs, pro vitandis altercationibus. Extat ibi diploma in quo Reinpertus Episcopus ponit, Wilthinen. Ecclesiam à se vtcunque plantatam, tradens ei quicquid iuris Ecclesia Brixinen. ante hoc intra illos præfinitos terminos in decimis maioribus ac minoribus, in syluis, campis, villis & vicis habuit, &c. ad Monasterij perpetuos vsus, &c. Actum anno 1141.

IDEM quoq;, pro meliori sustentatione fratrum ibi, de consensu Capituli ac Ministerialium suorum dedit montem Alpium Senders, Item montem Malusinders: Testes Reinpertus Archidiaconus, Wolfherus Decanus, Wiso Archipresbyter, Canonici Brixinen. Arnolphus Aduocatus de Morich, Reinbertus de Velles, Burkhardus de Sebone, Fridericus & Arnoldus de Rodandis, Rupertus de Reiffenstain, Gotscalcus, Wernherus, Wolfrigel Tageno, Ministeriales Brixinen. Actum anno 1142.

CONFIRMANTVR superiores traditiones Reinberti Episcopi, per successorem suum, Hartmannum Episcopum. Obiit hic Reinbertus, Monasteriorum S. Georgij ac Wilthinensis in valle Oeni fundator ac rastaurator, eodem anno 1142. Sept. ibidem.

56. S. HARTMANNVS in territorio Patauiensi ortus honestis, sed mediocris fortunę Parentibus, primò Canonicus S. Augustini ibi, posteà à Cunrado Archiepiscopo Salisburgen. Monasterio ibidem præfectus; tertiò ad petitionem Leopoldi, Marchionis Austriæ, nouam ipsius plantationem Monast. Neuburgē. in ripa danubij regendam suscepit.

POSTREMO ob vitæ sanctimoniam in defuncti Reinberti, Episcopi Brixinen. locum postulatus ac suffectus est, anno 1142. consecratus à Conrado, primo huius nominis, Archiepiscopo Salisburgen.

Vid. sup. pag. 617. & p. 13.

INTERFVIT Comitiis Ratisbonensibus, quibus discordia super Ducatu Bauariæ inter vtrumq; Heinricum Vitricum ac priuignum, per Fridericum primū Imp. decisa & composita est, anno Domini 1156. Auent. fol. 633.

HIC Hartmannus tutatus est partes Alexand. Sum. Pont. in schismate contra Victorem Pont. De quo extant Epistolæ Frid. primi Imp. ad hunc Hartmannum in lib. 4. Radeuici continuatoris Ottonis, Frisingensis Episcopi, vbi plura de hoc schismate Auent. lib. 6. annal. fol. 637. & fol. 643. Meminit idem Radeuicus de pietate ac sanctitate huius Episcopi, cuius consilio in grauioribus ac secretioribus negotijs Frid. Imp. vti consueuerit, lib. 1. cap. 14. quem vide.

Huius

HVIVS Hartmanni Episcopi consiliis Nobilis vir, Reinbertus Castellanus Sabionen. & Brixinen. palatij Ministerialis, vir diues ac pius, diuino spiritu ductus, cum vxore sua Christina, nobili Boiariæ, (familiæ nomen ignotum est) Monasterium Nouecellense prope Brixinam, ord. Canonicorum regularium S. Augustini, cuius ordinis & ipse Hartmannus Episcopus in adolescentia fuerat, à primis fundamentis extruxit, nomen ad gratiam S. Mariæ indidit, censibus & redditibus annuis copiosè ditauit, Anno Domini 1142.

PRÆFVIT hic beatus Hartmannus Ecclesiæ Brixinen. per annos 23. castissimè ac sanctissimè. Obiit 10. Calend. Ianuarij, Anno 1165. multis miraculis post mortem claruit, præcipuus patronus grauidarum mulierum, sepultus ibidem in medio Cathedralis templi, &c. Catalogus impressus in numero annorum non concordat.

37. OTTO Comes, frater Berchtoldi Comitis, secundùm Catalogum surrogatus est Hartmanno per Frid. I. Imp. Anno 1165. Auent. ibidem. Catalogus ponit hunc post quinquennium abdicâsse Episcopatum.

38. HEINRICVS, huius nominis secundus, Episcopus successit Ottoni, qui Anno Domini 1173. obiit, cui Richerus successit.

39. RICHERVS Episcopus Brixinen. huius meminit Auent. libro 6. folio 645. & 647. Sub hoc Episcopo, nempe An. 1174. in vigilia Paschæ, penè tota ciuitas Brixinensis igne conflagrauit; quæ vnà cũ Templo Cathedrali ab ipsis fundamẽtis strui cœpta est. Obiit autẽ hic Richerus Episcopus 11. Iunij, An. 1178. an. regiminis sui quinto, sepultus in hospitali inferiori, quod ipse viuus fundauit.

40. HEINRICVS, huius nominis tertius, Episcopus Brixinensis hunc sæpe citatus Catalogus impressus ponit, ex Præpositura in Berchtolsgaden, suasu Antecessoris sui Richeri, qui spontè resignârit, ad Episcopatum Brixinen. postulatum; deinde consensu Cleri, populiq; Salisburgen. nec non Friderici Imper. in schismate, repudiato Alberto, ad Archiepiscopatum Salisburgen. vocatum, ei tribus annis præfuisse liberè, deinde, cessione facta, ad Brixinensem Ecclesiã rediisse, eidem 18. annis præfuisse, Templum incendio collapsum restaurâsse, Canonicorum redditus liberaliter auxisse, eleemosynis ac orationibus indesinenter institisse, ac demũ in Domino obdormiisse. Hæc ex præd. Catalogo, de qua re vide latiùs suprà, sub Alberto Archiepiscopo Salisburgẽ. Huius Episcopi fit mẽtio in diplomate Priuilegij Berchtoldi, Marchionis Andecen. & Berchtoldi Ducis de Meran filij sui, Wilthinensi Monasterio dati super translatione fori vltra pontem (nunc vrbs Inspruckh) in fundũ Monasterij eiusq; permutatione autoritate Domini Heinrici, Brixinensis Episcopi, cum consensu & fauore tam Ministerialium quàm Canonicorum eiusdem Ecclesiæ facta, Item super exemptione telonei ibi, aliis quoque libertatibus ac prærogatiuis eius: Testes sunt ipse Marchio & filius eius, Dominus Degenhardus Præpositus de Diessen, & eius Capellanus Burckardus, Dominus Wernherus Archipresbyter, & Dominus Conradus Custos de Brixina, Dominus Otto Aduocatus noster eiusdem Ecclesiæ, & Dominus Vdescalcus de Vffendorff, aliàs Vffelndorf, Dominus Bernhardus de VVilhaim, Diemo & frater eius Henricus, Albus VVizide Sliters; hi nobiles, Dominus Rupertus & frater eius, Amilricus de Rifinstain, Rupertus & frater eius Herbrant de Mullen; hi Brixinenses Ministeriales, Dominus Lazarus, Gotfridus, Heinricus Sneke, Vdelricus de Bindelsdorf, Conradus Brixinensis, Rudolphus & frater eius Heberhardus de Hochenrain, Fridericus de Schönberch, & Vdalricus de Friuntsperch, & frater eius Gebhardus & Conradus, & Heinricus, Sigibotho de Omras, & frater eius Conradus, Conradus de Bradellen, hi Ministeriales Domini Marchionis, Bernhardus Pheninger Iudex, Heinricus Stötner, Wern-

Reiffenstain.

Brixinensis Ecclesiæ, Hugo à Tauffers, Fridericus & Arno de Rodank, Wilhelmus de Felturns, Reinpertus de Sebio, siue Sabiona, Rupertus de Castlruto, Fridericus de Schönekh, Wernherus de Schenkenberg, Reinpertus Garro, Albertus de Reischon, Heinricus de Aichach, Hartungus de Berg, tres Nobiles de Felsek, Albertus de Voithsperg, Ottocarus à Neuenburch, Fridericus Lythus, &c.

Hic Heinricus Episcopus interfuit nuptiis Ottonis Ducis Bauariæ, cum Agnete, Heinrici Palatini Rheni filia, Strubingæ per Ludouicum patrem magnificè habitis, Anno 1228.

Idem quoque interfuit Synodo seu Concilio Boiorum Principum, Landshuotæ per prædictum Ottonem Ducem celebrato, Anno 1223. † Meminit Auentin. lib. 7. fol. 667. non expresso illius nomine. 2.

Heinricus iste Episcopus in vrbe Rauenna, ex mandato Friderici secundi Imper. Ottoni Duci Meraniæ in feudum concessit castrum sancti Michaelis, Burgum & Comitatum in Pustertal, Item castra seu arces Matraij, Vellenberch, cum aliis feudis, quæ Pater Episcopi in Oeni valle, ac in Pustertal tenuit, vnà cum comitatu in inferiori Oeni valle.

Econtra Dux promisit Episcopo forum Inspruckh tradere cum villa Ombras, vel 250. Marcas argenti pro his soluere, propter Aduocatiam Brixinensem, inter ipsos ac Comitem Tyrolensem decernendum esse: Testes, Tauffers, Schönekh, Felthurns, Rodnek, Schenkenberg, Aichach, Porta, Wirtsperch, Fortza, Matraij, Elpach, Walpach, Znerenden, Räsen, Kastlrut, Seben, Aufhofen, Rischen, Berg, Vilonders, & alij. Actum Anno Domini 1232.

Anno 1233. Heinricus Episcopus consecrauit Abbatissam Sophiam electam in Sunnenburg, &c. Officiales tum, quos hæreditarios vocant, Episcopatûs Brixinensis: Arnoldus de Rodanekh, aliàs Rodnek, summus Camerarius, Fridericus de Schönekh Marschalcus, Nicolaus de Castelruto Dapifer, Eberhardus de Sabiona Pincerna, &c. quæ familiæ omnes posteà defecêre, ac aliæ suffectæ, vt in fine horum Episcoporum annotabimus. Sub hoc Episcopo Anno 1234. Idib. Ianuarij ciuitas Brixineñ. in cineres redacta, cum ea parte templi Cathedralis, quam Monasterium vocant; eâdem clade Sacella Diuorum circumquaque posteà miserè corruère.

Hoc anno Otto Dux Meraniæ, dictus Maior, &c. Comitia ꝓuincialia habuit in ciuitate Inspruck, quibus interfuêre Gerhardꝰ Trid. & Heinricus hic Brixiñ. Epi.

Hoc anno idem Otto forum Inspruck, denuò iure ac priuilegiis ciuitatis donauerat, ac exornauerat, cùm à tempore inclinantis Imperij Romani eiusmodi iura ac dignitatem penitus amisissent, vnde versus hi:

> Otto, *Meraniæ Princeps, cognomine Magnus,*
> *Inspruck circumdat muris & mœnia fundat,*
> *Tricesimo quarto post annos Mille ducentos.*
> *A nato Christo priuilegia Dux dedit* Otto.

Egno electus & confirmatus Brixineñ. Ecclesiæ Epus. Hunc Catalogus dicit natum fuisse de prosapia & sanguine Friderici Imp. ac 17. annis præfuisse. Hic Præposito Wilthineñ. ac fratrib. suis potestatem dedit operarios salinæ in Tauure, alios in Hallis cōpellendi, vt diebus festis ac sacris ab operis abstinerēt, quibus hactenus ex mala consuetudine sine vlla reuerentia intentiùs instabant, ac pro absolutione, cum ipsis quomodocunq; ne impuniti permaneant, componendi, &c. Testes post Ecclesiasticos, Wilhelmus & Heinricus de Aichach, Merbotho, Fridericus Lithusi, milites, &c. Actū Anno Dñi 1244. Extat diploma. 45.

Brvno, Episcopus Brixineñ: Comes de Buelenstein & Kirchperg, filius Conradi primi familiæ suæ, Comes in Kirchperg & Bertha, Com. Goriceñ. & Tyroleñ.

rolen. hic confirmauit distinctionem Parochiarum in Wilthin, Ampans, & valle Stubaij, quondam per Reinginbertum Episcopum Brixinen. factam, de qua suprà sub illo Episcopo. Datum huius Diplomatis in Castro Sabiona, Anno Dñi 1250. quarto Calend. Octob. Sub hoc Episcopo vehemens ventus in multis locis Germaniæ, adeòque in Comitatu Tyrolen. multa ædificia subuertit, arbores euulsit, multos homines oppressit, atque plurima damna dedit, Anno 1253.

INTERFVIT Synodo Viennensi, Anno 1268. secundùm Auent. fol. 705.

Hic ex ruderibus vetustissimæ vrbis, à Brionibus olim constitutæ, oppidum Braunekh, in confinibus Carinthiæ ac Tyrolis, construxisse, ac à seipso denominâsse dicitur; cuius Diœcesi ac iurisdictioni in hodiernum diem subiicitur.

DONAVIT Bruno Episcopus, cum consensu Capituli sui, Monast. Wilthinensi Parochiam in Ampaus, inter Inspruck & Hall sitam, vnà cum decimis noualium, Anno 1256. Idem eidem dat immunitatem telonei per districtum secularis sui dominij, Anno 1260.

IDEM quoq; Wilthinen. Monast. confirmauit omnia priuilegia à Prædecessoribus suis data, Anno 1261. Anno 1267. fundatum est Monasterium Monialium in Mariental, nuncupatum Foldepp, per Vlricum de Freuntsperg, Luitgardam vxorem, Conradum & Fridericum, filios, &c. Ord. S. Dominici.

IDEM quoque Anno 1284. consecrauit nouum Monasterium Stams, fundatum per Meinhardum, Com. Tyrolen. & Goricen. & vxorem Elisabetham, Ducissam Bauariæ, &c. Cistertien. ord.

BRVNO Episcopus obiit Anno 1288. regiminis 39. sepultus ibidem in summo Templo, vir doctrina, morumq; grauitate ac pietate conspicuus. Post huius obitum Ecclesia Brixinen. cum tota quasi Diœcesi diuersis calamitatibus ac tyrannorum iniuriis oppressa, & ferè ad summam inopiam redacta, vsq; ad tempora Melchioris à Mekhavv, Annum scilicet 1489. Quo sub Episcopo ac Cardinale iterum respirare, caputq; in altum tollere cœpit. Putschius.

47. HEINRICVS, generosus liber à Villach, Carinthius, huius nominis quintus, Episcopus Brixinen. hic iussu Adolphi, Romanorum Regis, Ratisbonen. ciuibus legem Friderici II. Imper. super immunitate Ecclesiastica prælegit, secundùm quam & Rex iudicauit immunes esse debere Ecclesiasticos, Año 1295. Auentinus folio 727. Habetur hæc constitutio in vsibus feudorum incipiens, In die qua de manu, &c.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno 1292. Insprukh ciuitas ferè tota igne periit, cùm Meinhardus, Dux Carinthiæ, ac Comes Tyrolen. ibidem resideret, adeò ipso die Albertus Dux Austriæ, posteà Rom. Rex factus, gener Meinhardi, ad ipsum Oenipontem venisset, in vigilia Paschæ, Auent. lib. 7. fol. 720.

48. LANDOLPHVS, Episcopus Brixinen. Anno 1296. 1297. 1300. Catalogus hunc Mediolanensem fuisse dicit, Medicinæ apprimè expertum, à Ministerialibus occisum.

49. ARNOLDVS, secundùm Catalogum, ac quòd de hoc nihil extet aliud, &c.

50. IOANNES, huius nominis secundus, ex præposito quondam Berchtoldsgaden. Epūs Brixinensis factus. Obiit Anno 1306. sepultus in noua Cella, prope Brixinam.

51. IOANNES, huius nominis tertius, Episcopus Brixinensis, Anno 1309. interfuit Conuentui Principum Bauariæ, Austriæ, Carinthiæ: item Conradi, Archiepiscopi Salisburgen. & quorundam Comitum in Passan habito, Anno 1312. vbi inter eos pax facta & iuramento firmata est, Auent. fol. 741.

HIC EPISCOPVS, defuncta Domina Aldhaid, Abbatissa Monast. Sunnenbergen

bergeñ. Dominam Diemuot substitutam de more consecrauit, Anno 1315. Año 1321. grando horribilis apud Bozn, lapides proiecit, sicuti oua gallinarum, periit villa Rentsch. iuxta Bozn, & quædam aliæ.

ALBERTVS, Episcopus Brixineñ. primus huius nominis, familiæ de Enna Tyroleñ. Anno 1328. Anno sequenti 1329. Heinricus Rex Bohemiæ, Titulotenus, aliàs Dux Carinthiæ, Comes Tyrolis, &c. fundauit hospitale Oenipon ti, ante portam seu versus Wilthineñ. Monaster. & dotauit redditibus Marcarum decem Veroneñ. cuius Templum sequenti anno consecratum est. Catalogus ponit hunc Anno Domini 1323. Episcopum factum, ac 13. annis præfuisse, multa bona Ecclesiæ suæ donâsse, ac 1. Nouemb. obiisse; substituens huic 53. loco Conradum de Klingenbere Anno 1336. & sequentem Georgium, omittens. Ego Putschio, rerum Tyrolensium ac Brixinensium diligentissimo perscrutatori plus crediderim, iudicium sit penes lectorem. 52.

GEORGIVS, huius nominis primus, Episcopus Brixineñ. dedicauit summum Altare & Chorum Ecclesiæ Hettingen, Anno Domini 1338. Hoc anno locustarum tanta multitudo fuit, vt ferè terram operirent; præsertim in prouincia Tyrolensi ac Brixineñ. vbi hæc calamitas durauit diebus plus minus 24. Auent. hoc anno priori asscribit, lib. 7. fol. 776. 53.

MATTHÆVS Episcopus Brixinensis factus, Anno 1339. familiæ Conzman, Athesinus Capellanus, Comes Tyroleñ. secundùm Catalogum. 54.

TEMPORE huius Episcopi, Anno 1340. ciuitas Oenipontana, incertum casu ne an fraude conflagrauit igne, in pago Wilthinensi nato, 60. homines flamma misere periisse, memoriæ literarum traditum est.

CVM hoc Episcopo Ludouicus, Marchio Brandenburgeñ. Dux Bauariæ ac Comes Tyrolensis, filius Ludo. quarti Imp. fecit confœderationem contra Meinhardum & Heinricum, Co. Görzeñ. qui ei ac vxori, Margarethæ Maultesch dictæ, litem mouebant, super Comitatu Tyrolensi, Anno Dñi 1348. ex registraturis illius Ducis.

HIC Episcopus Matthæus, per Clementem VI. Summum Pont. Auinioni cum 12. aliis grauissimis viris in Cardinalem creatus modestè renuit, neque titulo illo vnquam vsus est, & hoc ipso anno Iubilæo, Anno 1250. Putschius.

ANNO 1348. ciuitas Meraniæ tota incendio periit, 17. Martij, facta maxima iactura. Ambo hi Principes, nempe Ludouicus Marchio, & Matthæus Episcopus, compromiserunt super quibusdam suis litibus in Heinricum de Pöring, Volkartum de Avv, & B. de Gufithaun, Anno Domini 1350.

LAMPERTVS, Nobilis à Burn Alsata, Abbas Gengenbacensis, Caroli IV. Imper. Cancellarius & Consiliarius intimus, eius promotione fit Episcopus Brixinensis, vbi cùm paucis annis præfedisset, Anno scilicet 1363. fit Episcopus Spirensis, posteà Argentinensis, posteà Bambergensis, vltimò ad Monast. suum reuersus, ibi moritur. De quo latiùs Bruschius in Metropoli Moguntineñ. Abbas Trithemius in historia Monast. Hirsaug. sub Anno 1363. Hunc Catalogus planè omittit. 55.

IOANNES à Plazhaim, de Schlakavverd Bohemus, quartus huius nominis, Episcopus Brixinensis, Cancellarius inclytorum Ducum Austriæ, Anno 1369. Obiit Anno 1374. Brixinæ, ibidem sepultus. Præfuit 11. annis. Hic in Catalogo loco 51. ante Albertum Episcopum per errorem est positus, cùm numerus annorum huic loco conueniat. 56.

ALBERTVS de Enna, Tyroleñ. huius nominis secundus, fit Episcopus Brixineñ. Anno 1373. Alberti primi, Episcopi Brixineñ. ex fratre Nepos, qui obiit Anno 1377. primo Nouemb. hic quoque in Catalogo omissus est. 57.

58. IOANNES Schaldesman Lenzburgeñ. Sueuus, I.V.D. Rudolphi quarti, Ducis Austriæ Cancellarius aulicus, antea Episcopus Gurcensis, fit Episcopus Brixinensis, Anno 1377.

EODEM ANNO autoritate Pontif. commutauit Episcopatum cum Friderico Curieñ. Episcopo. Obijt ibi Anno 1389. Sic Putschius, at Catalogus impressus aliter habet.

59. FRIDERICVS, antea Curieñ. Episcopus, Brixinensis Episcopus factus Anno 1377. Catalogus ponit hunc de Erdinga natum, Leopoldi Austriaci à Svvitensibus occisi Cancellarium, multis virtutibus præclarum, amatorem Cleri, ac quasi speculum omnis pietatis ac honestatis fuisse, laudabiliter præfuisse annis 22. & 10. mensibus; tandem soli DEO vacaturum, Vdalrico de Vienna, Leopoldi iunioris Cancellario, Episcopatum resignâsse, ac Anno 1396. in die sancti Viti obijsse, sepultum iuxta altare S. Trinitatis, &c. Numerus annorum non per omnia quadrat.

60. VDALRICVS, Episcopus Brixinensis, secundus huius nominis, Leopoldi Ducis Austriæ, fratris VVilhelmi Cancellarius, Anno 1396. eidem VVilhelmus Dux Austriæ priuilegia dedit, Anno 1402. Præfuit annis 21. Clerum & alios subditos multis exactionibus oppressit, hinc etiam captiuitatem & alias calamitates passus; Econtra in eleemosynis valde largus, ædificiorum studiosus restaurator, Palatium Episcopale, quasi è fundamentis extruxit, castrum Brunekh insigni ædificio illustrauit. Putschius. Sub hoc Episcopo Leopoldus iunior, Dux Austriæ, & Comes Tyrolensis, leges seu statuta prouincialia Comitatus Tyroleñ. ad instantiam Statuum restaurauit, Landtordnung vocant, Anno 1397. ipsis quoq; aliqua Priuilegia suo & fratrum suorum nomine dedit, Anno 1404.

ANNO 1416. pax & transactio inter hunc Episcopum Vlricum ex vna, Ernestū & Fridericum, Duces Austriæ, & Comites Tyrolenses, fratres ex altera partibus, per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem, & Ludouicum Ducem Bauariæ facta est, super litibus & contentionibus suis, &c.

EODEM quoq; anno, inter prædictos duos fratres grauis contentio orta, Friderico, quòd Ioannem XXIII. Pont. per Concilium Constantiense depositum, clàm è Constantia abduxisset, per Concilium ac per Sigismundum Imper. proscripto & omnibus prouinciis suis priuato: Ernestus per prouinciales Tyrolenses euocatus, qui neque Cæsari neque alteri extraneo iurare vellent, venit, ac Comitatum Tyrolensem in fidem accepit; Fridericus frater, post impetratam absolutionem, domum reuersus ægrè tulit, hoc sibi à fratre factū, Comitia prouincialia desuper habita primò Meraniæ, posteà Oeniponti: Post multos tractatus, quibus etiam Vlricus hic Episcopus interfuit, cùm maior pars Nobiliū cum Ernesto; ciuitates verò ac populares cū Friderico sentirent; tandē cōncordia ac noua diuisio inter fratres facta, in qua Comitat⁹ Tyro. Friderico absolutè cessit.

OBIIT Vlricus Episcopus, Anno 1417. 18. Maij, sepultus ibidem ad murum Capellæ omnium Sanctorum versus Sacristiam.

61. SEBASTIANVS Stemphelius Athesinus, primus huius nominis, Decanus Brixinensis, vir deuotissimus, fit Episcopus, Anno 1417. Præfuit vno tantùm anno fidelissimè. Obiit Anno 1418. 12. Calend. Aprilis, ibidem sepultus, sub lapide in medio templi.

62. BERCHTOLDVS, cuius tàm patria quàm familia ignoratur, fit Episcopus Brixinensis. Sub hoc Episcopo lacus iuxta Meraniam ciuitatem ad Athesim inundatione rumpitur, partem ciuitatis, nec non hospitale extra muros cum Templo, Sacerdotibus ad Altare stantibus, vnà cum muro ac portis rapit; inter alia infantem in cunis cum insidente fele, infans prope Bozanum tribus millia-

tribus

ribus infra Meranum saluatus est, perierunt circiter 400. homines, factum hoc Anno 1419. die veneris post S. Mauritij, &c.

ANNO 1420. tam calida hyems fuit in Comitatu Tyrolen. vt die 20. Februarij inciperent florere arbores, die quarto mensis Martij etiam vineæ. Meminit eiusdē Engelhusius, cuius Chronica hoc anno desinit, secūdùm Putschiū. Ego Chronicam non vidi. Prædictus Berchtoldus, Episcopus Brixinensis, obiit Anno 1427. nono sui regiminis, ibidem sepultus. Catalogus discrepat in numero annorum, ego sequor Putschium.

VDALRICVS Putschius, Sueuus ex Werdea, terti⁹ huius nominis, Canonic⁹ Tridētinus & Brixineñ. Friderici Ducis Austriæ & Co. Tyroleñ. Cācellarius, fit Episcopus Brixineñ. An. 1427. Consecratus per Antoniū Pancerinū de portu Gruario, Cardinal. & Patriarcham Aquilegieñ. autoritate, & vice Archiepiscopi Salisburgeñ. Sede tunc per obitum Eberhardi Archiepiscopi vacante, &c. 63.

EODEM anno Oeniponti natus est Sigismundus, Dux Austriæ, baptizatus per prædictum Episcopum Vdalricum, Compater fuit Sigismundus Imper. cuius etiam nomen sortitus est.

FVIT hic Vdalricus vir pius, doctus, facundus, in rebus agendis prudens, qui optimè præfuit Ecclesiæ suæ decem ferè annis. Dicitur in Catalogo hunc de rebus suis gestis diarium conscripsisse, eius exemplar Brixinæ adhuc extare. Obiit 29. Augusti, Anno 1437. sepultus ibidem in Basilica Cathedrali, in sacello trium Regum, à se fundato.

GEORGIVS, huius nominis secundus, ex valle Stubaij prouinciæ Tyroleñ. tenuis fortunæ parētibus oriundus, Præpositus Brixineñ. & Canonicus. B. Mariæ Virginis ibidē in ambitu, Alberti Rom. Regis, ac Friderici senioris, Ducū Austriæ, & Comitum Tyroleñ. Cancellarius, fit Episcopus Brixineñ. Anno 1437. 64.

SVB HOC Episcopo obiit Fridericus senior, Dux Austriæ, & Co. Tyrolis, Sigismundo eius filio nondum pubere, vt potè qui tum 12. annum ætatis vix attigerat. Tutorem habuit Fridericum Austriacum, seniorem dictum, pòst Rom. Imperatorem. Hic Georgius Episcopus obiit 17. Decembris, Anno 1443. Qui optimè rexit annis 6. redditus Ecclesiæ suæ ampliauit, magnam campanā, quæ sexta dicitur fieri, ac anniuersarium Angariale in memoriam omnium Episcoporum Brixineñ. institui curauit, &c. Idem diuersis necessariis ædificiis Ecclesiam suam ornauit, tumulatus ibidem in medio Cathedralis Ecclesiæ.

GEORGIVS, huius nominis tertius, eligitur Anno 1443. Interfuit hic Georgius Comitiis, per Fridericum Romanorum Regem, Anno 1444. Norinbergæ habitis. Obiit Viennæ in Decembri, Anno 1444. morte subitanea, Pontificatus sui anno primo, sepultus ibidem in Templo S. Stephani; de cuius ortu & vita nihil præterea scriptum reperitur. 65.

MEMINIT huius Episcopi subitaneæ mortis ac status Brixinensis Episcopatus Æneas Syluius, in Epistola sua 54. vbi eum Georgium vocat. In Catalogo horum Episcoporum fortè propter breuitatem regiminis omissus est, secundùm Putschium.

IOANNES, huius nominis sextus, Retelius ex oppido Hellel supra Salisburgum, Decretorum Doctor, Canonicus & Vicarius in spiritualibus Ecclesiæ Brixinensis generalis, electus in Episcopum secunda die Ianuarij, Anno 1445. Præfuit vigilantissimè sex annis. Obiit 28. seu vltima Februarij, Anno 1450. Brixinæ, ibidem sepultus. 66.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno 1446. Fridericus Rom. Rex abdicauit tutelam Sigismundi Archiducis, eique omnes suas ditiones resignauit.

67. NICOLAVS Cusanus, Treuireñ. Theologiæ ac I.V.D. vir doctissimus ac celeberrimus, S. Romanæ Ecclesiæ ad vincula Petri Cardinalis, Catalogus habet Wormatij obscuris ac pauperibus parentibus ortum, &c. cùm post mortem Ioannis Episcopi, Canonici concordibus votis, annuente quoque Sigismundo Duce Austriæ, Comite Tyroleñ. tanquam Aduocato Ecclesiæ, LEONHARDVM Wismair Tyroleñ. Decret. Doct. Canon. Brixineñ. & Parochum Tiroleñ. Ecclesiæ, prædicti Sigismundi Ducis Austriæ intimum Consiliarium ac Cancellarium, elegissent Episcopum 14. Martij, Anno 1450.

NICOLAVS quintus, Summus Pont. hunc confirmare noluit, sed illis inuitis prædictum Nicolaum Cusanum Episcopum dedit ac confirmauit: Ex qua re posteà plures contentiones & dissidia grauissima inter Sigismundum & Cusanum Cardinalem exorta. Nam hic à Sigismundo Archiduce, aliquamdiu captiuus detentus, ille rursum à Summo Pont. excommunicatus est; hæc tandem per Fridericum Cæsarem transacta & sopita sunt, & Cardinalis ille Cusanus, magnus ingenio, Episcopatum Brixineñ. nihilominus, tametsi à Principe Tyroleñ. grauiter infestatus, partim absens. partim præsens, ad mortem vsq; inuicto animo, Summi Pont. potissimùm ope & autoritate fretus, gubernauit.

PRÆDICTVS verò Leonhardus electus ope & intercessione prædicti Sigismundi Archiducis, Anno 1454. ordinatus est Episcopus Gurceñ. vbi cum quinquennio præsedisset, obiit Anno 1459.

NICOLAVS hic Cusanus impetrauit à Friderico tertio Imper. confirmationẽ supradicti priuilegij, à Friderico secũdo sup argenti fodinis dati, & hoc An. 1452.

EODEM anno idem Fridericus tertius Imper. Romæ viros nobiles, Georgium & Petrum de Latrono Tyroleñ. filios domini Paridis seu Parisij de Latrono Equitis aurati Nobilis quondam ac fortiss. Herois, ob fidelia seruitia, in dignitatem, gradum atque ordinem Comitum sublimauit, castraque ipsorum Ladronum ac Romanum, cum suis pertinentiis in Comitatum erexit, & nomine Comitatus insigniuit, conferens ac inuestiens eos de hoc Nobili feudo, præstito tùm consueto fidelitatis iuramento, nostris, tùm & Imperij sacri, & quorumlibet aliorum in his iuribus semper saluis, &c. Datum Romæ, sexto die Aprilis, Anno 1452. Regni nostri 12. Imperij verò primo.

SIGISMVNDVS prædictus Austriæ Dux, huic Nicolao de Cusa, Episcopo Brixineñ. impignorauit castrum Taufers in Bustertal cum pertinentiis, cum pacto reluitionis intra certos annos, Anno 1456. summa pretij posteà Anno 1464. per transactionem aucta est.

EODEM Anno 1464. 12. Augusti in Vigilia S. Cassiani Martyris, primi Episcopi Sabioneñ. seu Brixineñ. obiit dominus Nicolaus de Cusa Cardinalis, & Sedis Apostolicæ per Alemanniam & alias quasdam prouincias Legatus de Latere, Episcopus Brixineñ. Tuderti ciuitate Vmbriæ, anno dignitatis Cardinalitiæ XVI. Pontificiæ XV. ætatis LXIII. cadauer Romam relatum, ac in titulari sua Ecclesia honorificè sepultum, cum hoc disticho.

Qui iacet ante tuas Nicolaus, Petre, cathenas,
Hoc opus erexit, cætera marmor habet.

PRÆFVIT annis 14. vir hic doctissimus fuit, vt ipsius opera testantur, ac Æneas Syluius lib. 1. de actis Concilij Basiliensis ferè ab initio. De eodem, qui vult, videat Ioannem Auent. in Annalibus fol. 670. 825. 827. 839.

DEFVNCTO Nicolao Episcopo, ad instantiam ac intercessionem Fride. Imper. Summus Pont. Pius secundus, per Rudolphum Episcopum Lauentinũ, Legatum Apostolicum, Sigismundum Archiducem, ab excommunicatione, & prouinciam illam ab interdicto absoluit.

GEOR-

68.

GEORGIVS Golserus Bauarus, huius nominis quartus, Canonicus Brixinen. vita omni probatiss. Senex, communibus votis, ac consensu Sigismūdi Archiducis, Aduocati Ecclesiæ, post mortem Cusani electus est: Hinc graue schisma exortum, cùm Paulus, huius nominis secundus, Summus Pont. & Imper. Frider. tertius, vnà cum coniuge sua, contra hunc Georgium electum, quendam Leonem à Burckstal in Spaur, Tyrolensem, nobilitate, genere, doctrina, morumque grauitate spectabilem virum, Decretorum Doctorem, Maiestatis Cæsareæ præcipuum Consiliarium, in Episcopū Brixinen. destinâssent, & Paulus Summus pontifex Georgium confirmare nollet: Econtra Sigismundus Dux, tanquàm Aduocatus ac Princeps Tyrolen. vnà cum Canonicis Leonem ad possessionem Episcopatus minimè admitterent. Durauit hoc schisma per septem annos cum dimidio, quibus Ecclesia Brixinen. duos Præsules habuit. His elapsis post multos tractatus, magnoq; pecuniæ interuentu Georgius, repudiato Leone, à Xisto Papa IV. confirmationem Pontificiam obtinuit. Diuturnum ac infelix hoc schisma fœlicissimum finem sortitum est.

PRÆDICTVS Leo posteà restauratæ per Fridericum tertium Imper. Cathedralis sedis Viennensis primus Episcopus constitutus, ac à Xisto Papa quarto confirmatus est, Anno 1480.

SVB HOC Episcopo Georgio obiit Nobilis vir, Osvvaldus de Seben Tyrolen. Eques auratus, Episcopatus Brixinen. Pincerna hæreditarius, postremus suæ familiæ, Anno 1465. Quo etiam obiit Georgius Hack de Themasvvald, Silesius, Episcopus Tridentinus; in cuius locum electus est IOANNES, huius nominis Hinderbach Hessus, Decretorum Doctor, Canonicus ac Præpositus Tridentinus, Friderici Imper. Consiliarius, & apud Sedem Apostolicam Orator, vir & doctrina ac experientia conspicuus.

ANNO 1475. in die passionis Domini, Simon, infans Tridentinus, per perfidos Iudęos Martyrio affectus; Iudęi autores, ac conscij sceleris dignas pœnas luerūt; Simon inter Sanctos relatus; Erecta illi Basilica, pluribus miraculis coruscat, cuius rei plurimi scriptores fide digni meminerunt, Sabellicus, Volateranus; Matthias Palmerius, ANDREAS Vega, qui de iustificatione super Concil. Tridentinū doctissimè scripsit, in descriptione & commendatione vrbis Tridentinæ, præfixa operi suo, & decretis illius Concilij; Philippus Bergomas in supplemento Chronicorū; Nauclerus, Munsterus in Cosmographia, omniū verò locupletissimè Ianus Pirrhus Pincius Mantuanus, de vitis Trident. Pontificum lib. 4.

ANNO 1480. 20. Nouembris, obiit Oeniponti Domina Eleonora, Iacobi Scociæ Regis filia, Sigismundi Archiducis prima vxor. deuotissima ac piissima fœmina sine liberis, sepulta in Stams Monasterio, in superiori Oeni valle cum aliis Principibus Tyrolensibus.

ANNO 1482. 22. Aprilis, Sixtus Papa quartus Melchiorem à Meckavv, Austriacum, I. V. Doct. Præpositum Magdeburgensem, tanquàm Coadiutorem & Successorem designatum Georgij Episcopi Brixinen. Sigismundo Archiduci recommendauit.

ANNO 1483. 14. Martij, paulò post meredien surrexit ventus vehemens; hinc ferè tota ciuitas Botzani ad Athesim, exceptis 15: domibus ac Ecclesiâ, incendio periit.

ANNO 1487. incepit primum bellum Sigismundi Archiducis, contra Venetos fœliciter gestum: De cuius origine & successu, qui plura legere cupit, videat Conradum Wengerum, Brixinen. Canonicum; Item supplementum Chronicorum Philippi Bergomatis, lib. 15. & vltimo.

SABELLICVM Æneadis 10. lib. 8. Cardinalem Bembum in historia Veneta, libro primo.

CARIO.

CARIONEM Chronicorum lib. 3. Continuatorem Chronici Eusebiani, Iacobum Wimphelingium in Epithomate rerum Germanicarum, cap. 60.

IANVM Pirrhum de vitis Episcoporum Tridentinorum, lib. 5. Lazium in Austria sua, lib. secundo.

ANNO 1489. quo hic Episcopus obiit, aliàs 1490. in Quadragesima Sigismundus, Archidux Austriæ, cùm liberis careret, Comitatum Tyrolensem, & omnes suas prouincias superiores Maximiliano Regi Roman. consensu Friderici Imperat. liberè resignauit, qui etiam ipsorum priuilegia atque libertates confirmauit, &c. prima prouincialia Comitia Meroniæ habuit, ac ibi regimen seu consilium Tyrolense renouauit.

SIGISMVNDVS autem posteà, nempe Anno 1496. quarta Martij, Oeniponti obiit, sepultus in Stambs apud suos Maiores. Princeps hic fuit liberalis, mansuetus, pacis, iustitiæ ac doctrinæ amator, ac singularis Patronus. Sub eo in Comitatu Tyrolensi fuerunt aurea secula. Nam Anno Domini 1448. principio sui regiminis famosissimæ ac opulentissimæ argenti fodinæ in villa Schvvatz im Erbstollen & Falckēstain primò inuentæ. Inde vsq; ad tempora nostra vltra años centum maximæ opes ac diuitiæ erutæ (irritamenta vt Poeta ait malorum) Vnde Comitatus iste à multis Regno alicui non immeritò comparatus est. Qui de hoc Sigismundo plura scire cupit, videat Austriam VVolffgangi Lazij.

ANNO 1493. obiit Vlricus de Freuntsperg Episcopus Tridentinus, huius nominis tertius, cui substitutus est alius Vlricus de Liechtenstain, Tyrolen. canonicus Trident. & Brixinen. quartus huius nominis.

69. MELCHIOR à Meckavv, Caspari à Meckavv, Austriaci. Maximiliani Romanorum Regis Consiliarij ac Cubicularij, &c. filius, designatus Coadiutor Georgij, posteà Episcopus Brixinensis ab Alexandro Papa sexto Romæ magnificis cæremoniis Cardinalis creatus est, Anno 1503. Sub hoc Episcopo, nempe Anno Domini 1500. Leonhardus Comes Goritiæ, vltimus suæ familiæ, Testamento legauit MAXIMILIANO Cæsari oppidum Luentz Goricensis olim Comitatus cum omni sua iurisdictione, quod hoc modo Comitatui Tyrolensi plenè accessit & incorporatum est, Anno Dñi 1511. in quo quondam EVFEMIA, Comitissa Goricensis, instituerat Monasterium ordinis Carmelitarum, ibidem sepulta, secundùm Putschium.

HOC ANNO in Comitatu Tyrolensi hyems asperrima, quam secuta est æstas immodicè æstuans, & arida; ita vt propter pluuiæ inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum in primis, parũ quoque auenæ creuit, & frumenti maxima caritas secuta; vinum tamen vbiq; & optimum, & in maxima quantitate natum est, vt dolia deficerent. Fuit idem hic annus porcis admodum funestus, ac cæteris aliquot animalibus exitiosus.

ANNO DOMINI 1504. 24. Aprilis obiit Dominus GAVDENTIVS, Aduocatus de Matsch, siue Amasia, Comes à Kirchperg, & Dominus in Prettigovv & Dauas, Curiensis Episcopatus Hæreditarius Dapifer, SIGISMVNDI quoq; Archiducis, ac MAXIMILIANI Romanorum Regis Consiliarius, Dux militaris, postremus suæ familiæ, in magnifico castro suo Churberg, in valle Venusta, sepultus in vicino Monasterio sanctæ MARIAE, ordinis sancti Benedicti, &c.

ANNO 1505. 16 Septembris obiit Tridenti Dominus VDALRICVS à Liechtenstain, Episcopus Tridentinus, sepultus ibidem; cui successit die 24. eiusdem mensis Dominus Georgius, eius nominis à Neidekh, Austriacus, I. V. Doctor, Archiducatus Austriæ Cancellarius, & Coadiutor Tridentinus, vir doctus, ac in grauibus negotiis diu versatus.

t. deest; tertius

OBIIT HIC Melchior Episcopus & Cardinalis Romæ, secunda die Martij;

Anno

Anno 1509. in legatione pro Maximiliano Cæsare, Anno Pontificiæ dignitatis XXII. sepultus ibidem.

70. CHRISTOPHORVS, primus huius nominis, à Schrouenstain, filius Osvvaldi Equitis aurati, ac Praxedis, Baronissæ à Wolckenstain, &c, Coadiutor Brixineñ. & Tridentineñ. summæ Ecclesiæ Præpositus, &c. fit Episcopus Brixineñ. Anno 1510. vir genere, eruditione ac morum grauitate celeberrimus, Sororem habuit Fœlicitatem, Abbatissam Sunnenbergensem, & aliam sororem Barbaram, vxorem Domini Pauli de Liechtenstain, Maximiliani Cæsaris intimi Consiliarij: Ambo coniuges Augustæ defuncti, ac Bozanum ad sepulturam suam translati, Anno 1513.

ANNO 1514. obiit dominus Georgius de Neidek, Episcopus Trident. Veronæ, ibi Vicarium Imperialem gerens, sepultus Tridenti, successit illi D. Bernhardus de Glôss, Tyrolensis ex valle Naunum, huius nominis tertius, I. V. Doctor, factus posteà Cardinalis & Administrator Episcopatus Brixinensis.

PRÆFVIT hic Christophorus Brixinensi Ecclesiæ annis 12. Obiit Anno 1521. 4. Calend. Aprilis, qui fuit 29. Martij, ibidem sepultus.

71. SEBASTIANVS, huius nominis secundus, Sperancius, I. V. Doctor, Consiliarius Maximil. Cæs. & Matthæi Langij Card. Præpositus Brixineñ. fit Episcopus 5. annis præfuit. Obiit in Brauneck 11. Actobris, Anno 1525. sepultus ibidẽ.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno Domini 1522. diuisione facta inter Carolum V. Rom. Imper. & Ferdinand. fratrem paternorum Regnorum ac prouinciarum, Ferdinando inter cætera cessit Comitatus Tyroleñ.

72. GEORGIVS ab Austria, huius nominis quartus, Cæsaris Maximil. filius naturalis, postulatus est ad Episcopatum eodem anno 29. ac mense die 21.

QVARTO die Iunij, Anno 1534. magnificum Palatium curiæ Oenipontanæ media nocte incendio grauissimo exustum est.

ANNO 1539. 18. Ianuarij, resignauit hic Georgius Episcopatum in manus Capituli, cùm 14. annis Brixineñ. Ecclesiam gubernâsset, ordinatus in Archiepiscopum Valentinum in Hispania; vbi cùm paucis annis sedisset, relicta Archiepiscopali sede Valentina in Germania inferiori, intercessione & autoritate Caroli V. Imperat. factus est Leodiensis Episcopus, Anno Domini 1544. cui multis annis præfuit; ibique mortuus & sepultus est senex, Anno 1557.

73. BERNHARDVS à Glôss Tyrolensis, Episcopus Tridentinus, & S. R. E. Tituli S. Stephani in Cœlio monte Presbyter Cardinalis, Anno 1539. mense Ianuario postulatus est in Administratorem Ecclesiæ Brixinensis; qui cùm possessionis capiendæ causa venisset, inter prandendum Apoplexia tactus interiit 29. Iulij, eodem anno. Vixit ab ingressu 17. dies. Corpus eius solemni funebri pompa Tridentum relatum atq; ibi sepultum est, cum illi Ecclesiæ 25. annis laudabiliter præfuisset. De cuius vita, rebus, ac aliis Episcopis Tridentinis latè ac eleganter scripsit Ianus Pyrrhus Pincius Mantuanus, libris septẽ, suprà citatus, &c.

SVCCESSERVNT in Episcopatu Tridentino, Christophorus de Madrucio, Baro Tyrolensis, Decanus ibidem: in Brixinensi verò Christophorus Fuchsius à Fuchsperg Tyrolensis, Decanus ibidem.

74. CHRISTOPHORVS Fuchs à Fuchsperg, in Iauffenburg Eques auratus, Capitaneus ac Præfectus Regius in Kuofstain, defuncta vxore Catharina de Machsltain, Nobili Bauara, ex qua tulit vnicum filium Christophorum, Equitẽ pariter ac Successorem suum in Kuofstain, animum ad Ecclesiastica applicuit, factus Canonicus Salisburgensis, Tridentinus, ac Decanus Brixinensis, locum tenens Oeniponti; defuncto Bernhardo Cardinale, electus est Episcopus Brixinensis, Anno Domini 1539. prima Septembris.

ANNO

Anno sequenti 1540. tam feruens ac arida æstas fuit, vt pleraq; agrorum sata perirent, frumentumque exaresceret: Vicissim magna vini generosissimi copia prouenit, vt vasa quoque deficerent; Montana quoq; nemora ex nimio solis ardore accensa, iuxta vrbem Oenipontanam in nemore Hetinio, 20. die Iulij, tantum hominibus terrorem incusserunt, vt omnia vicina loca flammarum sæuitia conflagratura timerent. Obiit hic Episcopus anno tertio sui Pontificatus, 29. Aprilis, aliàs secundùm Catalogum 9. Decembris, Anno 1542. sepultus ibi in summo Templo. Electus est post eum in Administratorem Dominus Christophorus Madrucius, Episcopus Trident.

75. CHRISTOPHORVS Madrucius, Episcopus Tridentinus, eligitur in Episcopum Brixinensem, Anno 1542. factus posteà Anno 1544. à Paulò Papa tertio Cardinalis Tituli S. Cæsarij, vir magni iudicij ac experientiæ, grauis, doctus ac eloquens, cuius opera & consilio Carolus quintus Imperator, ac filius ipsius Philippus Rex Hispaniarum, necnon & ipsi Summi Pontifices ingrauissimis negotijs ac legationibus sæpe ac vtiliter vsi sunt. Obiit Tiburi, Anno 1578. die 5. Iulij, ibidem iuxta Cardinalem Estensem sepultus, cùm Brixineñ. Ecclesiam 36. annis laudabiliter rexisset.

Anno 1545. Idibus Decembris, sacrum ac œcumenicum Concilium Trident. à Paulo tertio, Pont. Max. Anno 1542. 11. Calend. Iunij, ipsius Episcopi suasu ac instinctu legitimè indictum, iam demum publicari ac celebrari cœptum est, eodemque die Tridenti sessio prima habita.

76. IOANNES THOMAS, Baro à Spaur & Valerio Tyrolensis, Præpositus & Canonicus Brixinensis, ac prædicti Christophori Madrucij Cardinalis ex Sorore Nepos, Anno Domini 1552. Coadiutor factus; posteà Anno 1578. defuncto Cardinale Christophoro, in Episcopum electus, qui hoc 1582. Anno adhuc cum laude præest. Omnipotens Devs ipsum Ecclesiæ Brixinensi quàm diutissimè incolumem conseruare velit.

Episcopi Brixinenses, quemadmodum etiam Tridentinenses, tametsi iure Aduocatiæ, ac quibusdam aliis ad Comitatum Tyrolensem pertineant, sunt tamen Principes Romani Imperij, Regalia ab Imperio, sessionem in Comitiis Imperialibus habent, ac in contributionibus sunt: Hinc quoq;, vt & cæteri sacri Romani Imperij Principes, tam Ecclesiastici quàm sæculares, ab antiquis temporibus Officiales suos, quos hæreditarios vocant, habent; nempe hi nostri Brixinenses Marschalcos, olim à Schönekh, nunc Barones à Welsperg & Primör, Dapiferos, olim à Kastelruto, nunc Barones à Wolckenstain & Rodneck, Pincernas, olim Nobiles de Seben, posteà Nobiles de Niderthor; post hos Nobiles de Tunn, qui etiam Pincernæ sunt Tridentinensis Episcopatus, Camerarios, olim Nobiles de Rodneck, posteà de Schneckẽberg, post hos Barones à Vels, &c.

Svnt quoque quatuor alij Episcopi, Suffraganei Archiepiscopatus Salisburgeñ. nempe Gurceñ. Chiemen. Seccouiensis & Lauentinensis: At hi inter Principes Imperij non censentur: locum aut sessionem in Comitijs non habent, neq; Imperio quicquam contribuunt. Horum Episcoporum Catalogos non habui, neq; de eorum primæua institutione, vita ac gestis, alia quam quæ suprà sub Salisburgen. Archiepiscopis, de quorum mensa, vt vocant, instituti, breuiter annotata sunt, Gurcensis, nempe per Gebhardum Archiepiscopum, circa annum domini 1073. Chiemensis, Seccouiensis ac Lauentinensis, per Eberhardvm Archiepiscopum, circa Annum Domini 1214. & 1220. Qui de his præter Chiemen. plura cupit scire, Wolffgangum Lazium legat, in commentarijs suis Reipub. Romanæ, lib. 12. mihi fol. 1222. 1225. & 1228.

ADDI-

ADDITIONES.

BRIXINENSES EPISCOPI.

THEODONI tertio filium fuisse THEODIBERTVM, qui de patris sorore iam agentis manu principatum accepit, ex historijs alijsq; antiquiss. monumentis indubitatum est. Fratres verò eidem Theodoni fuisse quoq; Diepoldum & Uttonem, quos alij Theodibaldum & Vtonem vocitant, credere prohibeor hys quæ accuratè tradit Velser. Rer. Boicar. I V. p. 215.

Error est in annis; inde vt videtur natus, quod aberrantes facilè longissimè (vt Velser. pag. 213. rectè ait) qui in Regum nominibus lapsi, historiam ad superiores Theodones retraxère, ante annos octoginta circiter vita iam functos. Rescribendus verò hic annus DCXVI. post Christum natum.

Huius S. Cassiani fit mentio in confirmatione Ludouici III. & in donatione Conrad. II. quas infrà suis locis exhibebimus.

Juliani temporibus Sabiona (vt loquitur Velser. Boicar. III pag 178.) quæ inter Brixentas in alpibus citra Bauzanum sita ad Boicam olim pertinuit. Otho Frisingen. Brixinam Bauariæ ciuitatem appellat: & longè à verò errant, atque historiæ imperiti sunt qui siue Sabionam, siue Brixinam Boijs adimunt.

Aquilegiam Norici (qua illud ad Hadriaticum sinum vergit) vrbem; illumque totum tractum Norico, secundum alios Vindeliciæ, quæ & ipsa Norici pars, accensam fuisse, nemo negabit. Idq; Diplomatibus Regiis alijsq; monumentis vetustissimis probari potest.

Secundum à S CASSIANO Episcopum Sabionen. seu Brixinatem ex Philipp. Ferrario producit R.P. Raderus Lucanum quem etiam inter Bauariæ sanctos recensens his verbis: Diuus hic Lucanus Sabionensem egit Episcopum sub Annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pont. Max. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem administrante; apud quem ab æmulis & nimis religiosis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cineralia cum summa rerum inopia prementur, lactis vsum, & quæ inde obsonia fiunt in cibum benignius indulsisset; cum tamen necessitas legem nesciat; nec Ecclesia, quæ mater, non nouerca est, velit ouilia sua nimia fame premi, multò minùs interire. Citatus ergo ad summum in orbe Christiano iudicis tribunal, quamuis iam annis & senio fessus, vno duntaxat administro comitatus, cum Spoletum venisset, stabularij seu Cauponis vxorem aquâ intercute distentam solis precibus curauit, vti noxius humor sponte diffueret, vterusque euacuatus & correctus subsideret. Inde Romam vsque progressus, cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud sine clauo, sine paxillo, perinde quasi tela solis armata hamis sustinerent vestem. Quod cum Pontifex Cælestinus ipse spectator admiraretur, indeque de sanctitate antistitis coniecturam faceret, non solum ab omni crimine habuit excusatum (vt cuius innocentiæ etiam cælum suffragaretur) sed etiam multis cultum beneficiis ad suam sedem remisit. Atqui nec tum potuit quamuis Romæ absolutus domi conquiescere, inimicis illum tam diu exagitantibus, donec loco cederet, qui inde in vallem Agordiam, quæ Beluno paret, se demisit, vbi Auatia religiosa fæmina peregrino victum benignè subministrauit,

a. b. c. Vid. R. Philipp. Ferrarium in Catalog. SS Italiæ, mensis Aug. die 13. f. 507 d. e. f. de SS. Bauar. to. 2. f. [illegible]

Cum vitâ cessisset, & corpus eius Belunum esset deferendum, id nunquam fieri potuit, quo ad sacrum eius caput Agordi veluti pignus accepti beneficij relinqueretur. Reliqua pars corporis Beluni in summam ædem illata summam habet venerationem.

Hic eximendus est lectori vnus alterue scrupulus, qui Philippum Ferrarium nec quicquam torsit. Miratur is, cum de hoc Lucano Brixinensi præsule tractat, quamobrem apud Democharem & Hundium in Syllabo Pontificum Brixinensium vel Sabionensium nulla fiat mentio. Promtissimum est è vero respondere. Nomina ab vsque S. Cassiano omnium Pontificum propter barbarorum incursiones & vrbis euersionem, ad vsque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infrà) intercidisse. Nullum autem genti illi rectorem, præsulem, aut Pontificem interea vnquam præfuisse, non est verisimile. cum hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci Pontificem egisse. Sed & prisca Brixinensium Chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt, vt doceri non possit nullum præterea alium post Cassianum Episcopum fuisse. Alter est, cum Brixina illa tempestate nec opidum fuerit, neque nomen eius extiterit, & ab S. Albuino qui sub Othone III. & Henrico S. demum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mænibus cinxit & opidi nomen indidit, fuerit translata, quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixinensis? Nec hîc opus est Alexandri gladio ad secundum hunc nodum. In promtu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum, quod sedes Brixinam è Sabionâ sit translata, vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus, & Albinus dicuntur Brixinenses Episcopi, per vsurpationem & Catachresin, cum Sabionenses fuerint. S. Albuinus primus Brixinensis Pontifex celebratur. A quo posterioris æui scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores Pontifices, & pontificatum Brixinensem abolito Sabionæ nomine nuncuparunt, vti ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem sæculo quo S. Lucanus vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ, quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem, cum Brixina nusquam nisi in Vtopia id loci esset.

Quare Brixinenses pontifices sancto veroque iure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixinensium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præsulem: Extant apud Democharem nomina Brixinensium Pontificum, inter quæ nullum est Lucani, nullus Lucanus. *Hactenus de S. Lucano P. Raderus, cuius sententiæ lubens subscribo.*

Non possum non commemorare hoc loco, quæ supradictus R. P. Raderus, de S. Ingenuino (qui & Genuinus) Pontifice Sabionensi apud Brixentas magno rationum pondere in medium adfert; & tot quidem verbis, quot ipse vtitur.

Antiquissimus, *ait*, scriptorum qui Ingenuinum laudat est Paullus Warnefridus Diaconus Foroiuliensis, historiæ Longobardorum conditor: Hic Ingenuinum in conuentu decem antistitum in Mariano consedisse testatur. *Post hæc* inquit *facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, vbi receperunt Seuerum Patriarcham Aqui-*

quileiensem, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicârat Rauennæ. Nomina vero Episcoporum qui se ab hoc Schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horontinus Vincentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius de Lunensis. Cum Patriarcha autem communicauerunt isti Episcopi: Seuerus Parentinus, Iohannes Patricius, Vindemius, & Iohannes.

Hæc Diaconus de quibus pluribus infrà agemus. Hic primum Ingenuini acta vitam & mores recognoscemus. Deinde censuram nostram subijcemus, iudiciumque de singulis feremus. Ergò in Brixinensium factis, quos propria Sanctorum Brixinensium inscripserunt, Romæ prius à Baronio & Pio Comensi alijsque Cardinalibus recognita, deinde Anno CIↃIↃCVI. ex auctoritate Christophori Andreæ Pontificis Brixinensis Oenioponte apud Danielem Agricolam ediderunt, hæc de S. Ingenuino leguntur:

Ingenuinus primus post sanctum Cassianum temporibus Gregorij Magni & Ruperti primi Salisburgensis Episcopi, circa Annum Domini quingentesimum nonagesimum Sabionensem rexit Ecclesiam. Nam cum Sabiona expulso sancto Cassiano à gentilibus depopulata: postea vero per Hunnorum incursiones ab Attila rege funditus excisa; ac deinceps plus quam ducentis annis sine Rectore & Episcopo fuisset: Ingenuinus vrbem & Ecclesiam Sabionensem, Theodonis tertij Bauariæ Ducis beneficentia restaurauit. Factusque ibidem secundus Episcopus & Pastor ab Helia Patriarcha Aquileiensi, tum temporis Metropolitano est consecratus. Grassabatur autem adhuc infelix illud contrà quintam Synodum Constantinopolitanam, tria Iustiniani Imperatoris Capitula damnantem, Schisma. Quod iam vniuersam prope Catholicam Ecclesiam pluribus annis miserè dilacerasset: ipsumque etiam Seuerum Heliæ Aquileiensis Patriarchæ Successorem, ac plures Episcopos infecisset: Ingenuinus tamen, vnà cum paucis quibusdam orthodoxis non modo adduci non potuit vt consentiret, verum etiam Marianam Synodum præsentia & authoritate sua laudabiliter condemnauit; in qua dictus Seuerus Patriarcha reuocato errore receptus fuit in gremium Catholicæ Ecclesiæ. Magnis verò pro honore Dei perfunctus laboribus Ingenuinus, sub Autharit Flauio Longobardorum rege Italiam deuastante in exilium pulsus est. Vbi ærumnis confectus miraculis gloriosus migrauit in cælum Nonis Februarij.

In hac narratione primum illud obseruandum S. Ingenuinum non videri primum post S. Cassianum Sabionæ Episcopum, sed vt supra ostensum est, S. Lucanum inter Cassianum & Ingenuinum medium intercessisse. Indeque Petrum de Natalibus, Hundium & Ferrarium ipsosque Fastos sacros Brixinensium castigandos. &c.

in Vita S. Lucani.

Deinde grauior sequitur error & certus, cum affirmatur Ioannem Rauennatem antistitem schismate de tribus capitulis infectum, & schismatis antesignanum fuisse, quæ grauis est iniuria, optimo & Catholico pontifici Rauennatium illata. Nec enim is vnquam fuit schismate infectus, sed vel maximè contra schismaticos decertauit. Quod ex S. Gregorij epistola ad eundem missa clariùs elucescit, qua laudat Ioannem, & gratias eidem agit, quod Istriæ Episcopos per Exarchum ad Catholicæ Ecclesiæ sententiam sequendam compulerit, &c. Et infra: De Ingenuini præterea exilio, tradit idem Baronius anno Christi DCXXXVIII. Porro inquit, *etsi sub Ariano rege non reperiatur indicta in Catholicos persecutio: accidebat tamen interdum vt si qui Episcopi æstuantes Zelo Catholicæ fidei vrgerent Arianos, iidem ab eodem rege exilio mulctarentur, vt contigit S. Genuino siue Ingenuino Episcopo Sabionensi, qui à rege Longobardorum in exilium pulsus apud Brixionem in Germaniam, ibidem diem obijt, iunctusque sepultura est S. Albino eiusdem ciuitatis Episcopo; factumque est vt amborum vna eademq; die natalis in Ecclesia celebretur Nonis Februarij.*

Tom. 8.

Vbi rursum venire in dubium potest, quod pulsus ex Italia Brixionem venerit, & ibi mortem obierit, cum Brixina nondum extiterit. Sabiona

pulsum oportuit. Sed nec Sabiona fuit instaurata, ab Hunnis & Attila euersa, cui Clusium oppidum ad pedem montis Sabonæ affixum successit. Enimuero modo summa rerum in vita S. Genuini seu Ingenuini constet, de singulis articulis corporis aliquando deprauatis minus laborandum, quamuis optandum vt omnia sibi constent. Nam sæpe vsu venit, vt vbi singula labant, summa concidant. Albinus dein additus est Ingenuino, qui prior fuit quadringentis annis, nisi de translatione agas. Vbi tamen in vita verè scriptum est corpus Albuini appositum corpori S. Ingenuini. Certum est ex Diacono Ingenuinum Episcopum Sabionensem fuisse. Certa alia, nisi quæ iam notanda & castiganda nominauimus. Addo coronidis loco Ingenuinum virum ex eo quoque sanctum videri potuisse, quod ipse vltima passus tamen in captiuorum lythrum magnam vim pecuniæ Francis expenderit, cum in singula virorum capita sexcentos solidos adnumerârit, vt Paullus libr. 3. c. 32. docet. Auentinus tantum Diuum Ingenuinum Sabionensem (qui nunc Brixinensis est inquit) appellat, aliud non addit.

h. *Mentionem faciunt S. Ingenuini Donationes Conradi secundi, quas infra sub Hartvvico Episcopo inuenies.*

i. *Velser. V. Boicar. p. 308. Ex Catalogo Episcoporum Sabionensium successionem sic digerit.*

S. CASSIANVS.
S. INGENVINVS.
S CONSTANTIVS.
VRSVS.
PIGENCIVS.
PRQIECHVS
MATERNINVS.
MARCELLVS.
VALERIANVS.
AGNELLVS.
ANRIHANVS.
ANTONIVS.
LAVRENTIVS.
JOANNES.
ALIMVS.

k. *Catalogus, quem Velser. refert, hunc Mastulonem penitus ignorat.*

l. *Sabionensis Episcopatus & plerique Boicæ loci Tridentino Ducatui confines, à Luitprando Longobardorum rege intercepti. Longobardis tum parebant. Vnde factum, quod S Bonifacius, cum Bauariam in certas distribueret Diœceses; Sabionam præteriit. Qua de re R. P. Serarius Rer. Moguncicar. pag. 496. 28. (in Notation.) sic narrat:* Sedes sacræ per Boicam habebantur quatuor, LAVREACVM *siue* BATAVA, SALISBVRGVM, FRISINGA, REGINOBVRGVM. SABIONÆ ratio non habita, quod Longobardicum imperium respiceret. *&c. Quod vero Boiorum Concilio Prid. Id. Octobr. An. DCCLXXII. Dingelfingam indicto* ALIMVS *Sabionensis Episcopus interfuit; rectè hinc Velser ratiocinatur (Rer. Boicar. V. p. 308.) Sabionam in Thassilonis potestatem cum bona soceri gratia tum concessisse, & Boicæ rursus contributam fuisse.*

Meritò hic Dn. Hundius, vir optimus & veritatis perquam studiosus Auentinum notat, quod breuiter sed suo paraphrastico more, mutatis verbis Decreta aliqua huius Synodi referat, cum tam hoc, quam pluribus alijs in locis (ipsius D. Hundij, adeoque omnium

um bonorum virorum iudicio) consultius fuisset, veterum Diplomatum, Epistolarum ac Decretorum verba genuina ac autentica, vtcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpe numero sensum quoq; ac ipsam sententiã peruertere videtur, quod plerosq; doctos viros, ac Auentini aliàs studiosos in ipso (& meritò quidem) desiderare audio. Consimile, nec minus insigne audaciæ Auentini exemplum, vide infrà sub Episcopo WISVNDO.

Meliori animo, & fide integriori nos hic repræsentamus Concilium seu Synodum Dingolfingen. vel potius fragmentũ eius, quod clarissimus & perenni memoriâ dignus Dn. Heinricus Canisius Nouiomagus I.C. & SS. Canonum, professor in Academiâ Ingolstadiensi Dominus & amicus meus honorandus, acceptum ab Illustri viro Marco Velsero, multis nominibus mihi nunquam non honoratissimè nominando, à se propria manu ex peruetusto Codice exscriptum, anno M D C. in lucem edidit.

Not. Nonnulla huius Concilij acta supra sub Patauien. & Laureacen. Archiepiscopo Wiserico extant; quæ candido lectori cum his conferre non iniucundum fore spero, nec infructuosum.

HÆC SVNT DECRETA, QVÆ CONSTITVIT sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingoluingen, Domino * Tassilo mediante.

l. Tassilone.

DE die Dominico ita constitutum est, vt tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis Canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est.

l. quis

De hæreditate, quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit; vt quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam antea donauerat, aut postea donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, vt locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si Sacerdos non habeat chartam, nec testem, vt prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum & iudex iudicat, sic defendat.

I.

Cogitandũ cur numeri hic primũ incipiant.

De eo, quod Episcopi iuxta Canones, & Abbates Monasteriorum iuxta regulam * viuentes, ita constituit.

l. viuant, vel viuentes sint.

* De eo quod sanctimoniales, quæ in seruitio Dei sunt, ita constituit; vt nullus ausus sit in coniugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat sicut canones decreuerunt.

II.

l. De sanctimonialibus.

De eo, quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt vt firma fieret.

III.

De eo, quod vt si qui de nobili genere de hæreditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset nec mutaret in perpetuum.

IV.

fort. desiderent.

De eo, quod vt serui Principis, qui dicuntur Adelscalhe, * vt suam habeant Weregeldam, iuxta morem quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Weregeldi iuxta legem suam, ita constituit.

V.

videtur abundare.

De eo, quod parentes Principis quodcunque præstatum fuisset nobilibus intra Baioarios, hoc constituit, vt permaneret & esset sub potestate vniuscuiusque relinquendum posteris, quam diu stabiles fœdere seruassent apud Principem ad seruiendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

VI.

58. IOANNES Schaldesman Lenzburgeñ. Sueuus, I.V.D. Rudolphi quarti, Ducis Austriæ Cancellarius aulicus, antea Episcopus Gurcensis, fit Episcopus Brixinensis, Anno 1377.

EODEM ANNO autoritate Pontif. commutauit Episcopatum cum Friderico Curieñ. Episcopo. Obiit ibi Anno 1389. Sic Putschius, at Catalogus impressus aliter habet.

59. FRIDERICVS, antea Curieñ. Episcopus, Brixinensis Episcopus factus Anno 1377. Catalogus ponit hunc de Erdinga natum, Leopoldi Austriaci à Svvitensibus occisi Cancellarium, multis virtutibus præclarum, amatorem Cleri, ac quasi speculum omnis pietatis ac honestatis fuisse, laudabiliter præfuisse annis 22. & 10. mensibus; tandem soli Deo vacaturum, Vdalrico de Vienna, Leopoldi iunioris Cancellario, Episcopatum resignâsse, ac Anno 1396. in die sancti Viti obiisse, sepultum iuxta altare S. Trinitatis, &c. Numerus annorum non per omnia quadrat.

60. VDALRICVS, Episcopus Brixinensis, secundus huius nominis, Leopoldi Ducis Austriæ, fratris VVilhelmi Cancellarius, Anno 1396. eidem VVilhelmus Dux Austriæ priuilegia dedit, Anno 1402. Præfuit annis 21. Clerum & alios subditos multis exactionibus oppressit, hinc etiam captiuitatem & alias calamitates passus; Econtra in eleemosynis valde largus, ædificiorum studiosus restaurator, Palatium Episcopale, quasi è fundamentis extruxit, castrum Bruneckh insigni ædificio illustrauit. Putschius. Sub hoc Episcopo Leopoldus iunior, Dux Austriæ, & Comes Tyrolensis, leges seu statuta prouincialia Comitatus Tyroleñ. ad instantiam Statuum restaurauit, Landtsordnung vocant, Anno 1397. ipsis quoq; aliqua Priuilegia suo & fratrum suorum nomine dedit, Anno 1404.

ANNO 1416. pax & transactio inter hunc Episcopum Vlricum ex vna, Ernestũ & Fridericum, Duces Austriæ, & Comites Tyrolenses, fratres ex altera partibus, per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem, & Ludouicum Ducem Bauariç facta est, super litibus & contentionibus suis, &c.

EODEM quoq; anno, inter prædictos duos fratres grauis contentio orta, Friderico, quòd Ioannem XXIII. Pont. per Concilium Constantiense depositum, clàm è Constantia abduxisset, per Concilium ac per Sigismundum Imper. proscripto & omnibus prouinciis suis priuato: Ernestus per prouinciales Tyrolenses euocatus, qui neque Cæsari neque alteri extraneo iurare vellent, venit, ac Comitatum Tyrolensem in fidem accepit; Fridericus frater, post impetratam absolutionem, domum reuersus ægrè tulit, hoc sibi à fratre factũ, Comitia prouincialia desuper habita primò Meraniç, posteà Oeniponti: Post multos tractatus, quibus etiam Vlricus hic Episcopus interfuit, cùm maior pars Nobiliũ cum Ernesto; ciuitates verò ac populares cũ Friderico sentirent; tandẽ concordia ac noua diuisio inter fratres facta, in qua Comitatꝰ Tyro. Friderico absolutè cessit.

OBIIT Vlricus Episcopus, Anno 1417. 18. Maij, sepultus ibidem ad murum Capellæ omnium Sanctorum versus Sacristiam.

61. SEBASTIANVS Stemphelius Athesinus, primus huius nominis, Decanus Brixinensis, vir deuotissimus, fit Episcopus, Anno 1417. Præfuit vno tantùm anno fidelissimè. Obiit Anno 1418. 12. Calend. Aprilis, ibidem sepultus, sub lapide in medio templi.

62. BERCHTOLDVS, cuius tàm patria quàm familia ignoratur, fit Episcopus Brixinensis. Sub hoc Episcopo lacus iuxta Meraniam ciuitatem ad Athesim inundatione rumpitur, partem ciuitatis, nec non hospitale extra muros cum Templo, Sacerdotibus ad Altare stantibus, vnà cum muro ac portis rapit; inter alia infantem in cunis cum insidente fele, infans prope Bozanum tribus millia-

tribus

ribus infra Meranum saluatus est, perierunt circiter 400. homines, factum hoc Anno 1419. die veneris post S. Mauritij, &c.

Anno 1420. tam calida hyems fuit in Comitatu Tyroleñ. vt die 20. Februarij inciperent florere arbores, die quarto mensis Martij etiam vineæ. Meminit eiusdẽ Engelhusius, cuius Chronica hoc anno desinit, secũdum Putschiũ. Ego Chronicam non vidi. Prædictus Berchtoldus, Episcopus Brixinensis, obiit Anno 1427. nono sui regiminis, ibidem sepultus. Catalogus discrepat in numero annorum, ego sequor Putschium.

VDALRICVS Putschius, Sueuus ex Werdea, terti⁹ huius nominis, Canonic⁹ Tridẽtinus & Brixineñ. Friderici Ducis Austriæ & Co. Tyroleñ. Cãcellarius, fit Episcopus Brixineñ. An. 1427. Consecratus per Antoniũ Pancerinũ de portu Gruario, Cardinal. & Patriarcham Aquilegieñ. autoritate, & vice Archiepiscopi Salisburgeñ. Sede tunc per obitum Eberhardi Archiepiscopi vacante, &c. 63.

Eodem anno Oeniponti natus est Sigismundus, Dux Austriæ, baptizatus per prædictum Episcopum Vdalricum, Compater fuit Sigismundus Imper. cuius etiam nomen sortitus est.

Fvit hic Vdalricus vir pius, doctus, facundus, in rebus agendis prudens, qui optimè præfuit Ecclesiæ suæ decem ferè annis. Dicitur in Catalogo hunc de rebus suis gestis diarium conscripsisse, eius exemplar Brixinæ adhuc extare. Obiit 29. Augusti, Anno 1437. sepultus ibidem in Basilica Cathedrali, in sacello trium Regum, à se fundato.

GEORGIVS, huius nominis secundus, ex valle Stubaij prouinciæ Tyroleñ. tenuis fortunæ parẽtibus oriundus, Præpositus Brixineñ. & Canonicus. B. Mariæ Virginis ibidẽ in ambitu, Alberti Rom. Regis, ac Friderici senioris, Ducũ Austriæ, & Comitum Tyroleñ. Cancellarius, fit Episcopus Brixineñ. Anno 1437. 64.

Svb hoc Episcopo obiit Fridericus senior, Dux Austriæ, & Co. Tyrolis, Sigismundo eius filio nondum pubere, vt potè qui tum 12. annum ætatis vix attigerat. Tutorem habuit Fridericum Austriacum, seniorem dictum, pòst Rom. Imperatorem. Hic Georgius Episcopus obiit 17. Decembris, Anno 1443. Qui optimè rexit annis 6. redditus Ecclesiæ suæ ampliauit, magnam campanã, quæ sexta dicitur fieri, ac anniuersarium Angariale in memoriam omnium Episcoporum Brixineñ. institui curauit, &c. Idem diuersis necessariis ædificiis Ecclesiam suam ornauit, tumulatus ibidem in medio Cathedralis Ecclesiæ.

GEORGIVS, huius nominis tertius, eligitur Anno 1443. Interfuit hic Georgius Comitiis, per Fridericum Romanorum Regem, Anno 1444. Norinbergæ habitis. Obiit Viennæ in Decembri, Anno 1444. morte subitanea, Pontificatus sui anno primo, sepultus ibidem in Templo S. Stephani; de cuius ortu & vita nihil præterea scriptum reperitur. 65.

Meminit huius Episcopi subitaneæ mortis ac status Brixinensis Episcopatus Æneas Syluius, in Epistola sua 54. vbi eum Georgium vocat. In Catalogo horum Episcoporum fortè propter breuitatem regiminis omissus est, secundùm Putschium.

IOANNES, huius nominis sextus, Retelius ex oppido Hellel supra Salisburgum, Decretorum Doctor, Canonicus & Vicarius in spiritualibus Ecclesiæ Brixinensis generalis, electus in Episcopum secunda die Ianuarij, Anno 1445. Præfuit vigilantissimè sex annis. Obiit 28. seu vltima Februarij, Anno 1450. Brixinæ, ibidem sepultus. 66.

Svb hoc Episcopo, nempe Anno 1446. Fridericus Rom. Rex. abdicauit tutelam Sigismundi Archiducis, eique omnes suas ditiones resignauit.

67. NICOLAVS Cusanus, Treuireñ. Theologiæ ac I. V. D. vir doctissimus ac celeberrimus, S. Romanæ Ecclesiæ ad vincula Petri Cardinalis, Catalogus habet Wormatij obscuris ac pauperibus parentibus ortum, &c. cùm post mortem Ioannis Episcopi, Canonici concordibus votis, annuente quoque Sigismundo Duce Austriæ, Comite Tyroleñ. tanquam Aduocato Ecclesiæ, LEONHARDVM Wismair Tyroleñ. Decret. Doct. Canon. Brixineñ. & Parochum Tiroleñ. Ecclesiæ, prædicti Sigismundi Ducis Austriæ intimum Consiliarium ac Cancellarium, elegissent Episcopum 14. Martij, Anno 1450.

NICOLAVS quintus, Summus Pont. hunc confirmare noluit, sed illis inuitis prædictum Nicolaum Cusanum Episcopum dedit ac confirmauit: Ex qua re posteà plures contentiones & dissidia grauissima inter Sigismundum & Cusanum Cardinalem exorta. Nam hic à Sigismundo Archiduce, aliquamdiu captiuus detentus, ille rursum à Summo Pont. excommunicatus est: hæc tandem per Fridericum Cæsarem transacta & sopita sunt, & Cardinalis ille Cusanus, magnus ingenio, Episcopatum Brixineñ. nihilominus, tametsi à Principe Tyroleñ. grauiter infestatus, partim absens, partim præsens, ad mortem vsq; inuicto animo, Summi Pont. potissimùm ope & autoritate fretus, gubernauit.

PRÆDICTVS verò Leonhardus electus ope & intercessione prædicti Sigismundi Archiducis, Anno 1454. ordinatus est Episcopus Gurceñ. vbi cum quinquennio præsedisset, obiit Anno 1459.

NICOLAVS hic Cusanus impetrauit à Friderico tertio Imper. confirmationẽ supradicti priuilegij, à Friderico secũdo sup argenti fodinis dati, & hoc An. 1452.

EODEM anno idem Fridericus tertius Imper. Romæ viros nobiles, Georgium & Petrum de Latrono Tyroleñ. filios domini Paridis seu Parisij de Latrono Equitis aurati Nobilis quondam ac fortiss. Herois, ob fidelia seruitia, in dignitatem, gradum atque ordinem Comitum sublimauit, castraque ipsorum Ladronum ac Romanum, cum suis pertinentiis in Comitatum erexit, & nomine Comitatus insigniuit, conferens ac inuestiens eos de hoc Nobili feudo, præstito tùm consueto fidelitatis iuramento, nostris, tùm & Imperij sacri, & quorumlibet aliorum in his iuribus semper saluis, &c. Datum Romæ, sexto die Aprilis, Anno 1452. Regni nostri 12. Imperij verò primo.

SIGISMVNDVS prædictus Austriæ Dux, huic Nicolao de Cusa, Episcopo Brixineñ. impignorauit castrum Taufers in Bustertal cum pertinentiis, cum pacto reluitionis intra certos annos, Anno 1456. summa pretij posteà Anno 1464. per transactionem aucta est.

EODEM Anno 1464. 12. Augusti in Vigilia S. Cassiani Martyris, primi Episcopi Sabioneñ. seu Brixineñ. obiit dominus Nicolaus de Cusa Cardinalis, & Sedis Apostolicæ per Alemanniam & alias quasdam prouincias Legatus de Latere, Episcopus Brixineñ. Tuderti ciuitate Vmbriæ, anno dignitatis Cardinalitiæ XVI. Pontificiæ XV. ætatis LXIII. cadauer Romam relatum, ac in titulari sua Ecclesia honorificè sepultum, cum hoc disticho.

Qui iacet ante tuas Nicolaus, Petre, cathenas,
Hoc opus erexit, cætera marmor habet.

PRÆFVIT annis 14. vir hic doctissimus fuit, vt ipsius opera testantur, ac Æneas Syluius lib. 1. de actis Concilij Basiliensis ferè ab initio. De eodem, qui vult, videat Ioannem Auent. in Annalibus fol. 670. 825. 827. 839.

DEFVNCTO Nicolao Episcopo, ad instantiam ac intercessionem Fride. Imper. Summus Pont. Pius secundus, per Rudolphum Episcopum Lauentinũ, Legatum Apostolicum, Sigismundum Archiducem, ab excommunicatione, & prouinciam illam ab interdicto absoluit.

GEOR-

GEORGIVS Golserus Bauarus, huius nominis quartus, Canonicus Brixinen. vita omni probatiss. Senex, communibus votis, ac consensu Sigismūdi Archiducis, Aduocati Ecclesiæ, post mortem Cusani electus est: Hinc graue schisma exortum, cùm Paulus, huius nominis secundus, Summus Pont. & Imper. Frider. tertius, vnà cum coniuge sua, contra hunc Georgium electum, quendam Leonem à Burckstal in Spaur, Tyrolensem, nobilitate, genere, doctrina, morumque grauitate spectabilem virum, Decretorum Doctorem, Maiestatis Cæsareæ præcipuum Consiliarium, in Episcopū Brixineñ. destinâssent, & Paulus Summus pontifex Georgium confirmare nollet: Econtra Sigismundus Dux, tanquàm Aduocatus ac Princeps Tyroleñ. vnà cum Canonicis Leonem ad possessionem Episcopatus minimè admitterent. Durauit hoc schisma per septem annos cum dimidio, quibus Ecclesia Brixineñ. duos Præsules habuit. His elapsis post multos tractatus, magnoq; pecuniæ interuentu Georgius, repudiato Leone, à Xisto Papa IV. confirmationem Pontificiam obtinuit. Diuturnum ac infelix hoc schisma fœlicissimum finem sortitum est.

PRÆDICTVS Leo posteà restauratæ per Fridericum tertium Imper. Cathedralis sedis Viennensis primus Episcopus constitutus, ac à Xisto Papa quarto confirmatus est, Anno 1480.

SVB HOC Episcopo Georgio obiit Nobilis vir, Osvvaldus de Seben Tyroleñ. Eques auratus, Episcopatus Brixineñ. Pincerna hæreditarius, postremus suæ familiæ, Anno 1465. Quo etiam obiit Georgius Hack de Themasvvald, Silesius, Episcopus Tridentinus; in cuius locum electus est IOANNES, huius nominis Hinderbach Hessus, Decretorum Doctor, Canonicus ac Præpositus Tridentinus, Friderici Imper. Consiliarius, & apud Sedem Apostolicam Orator, vir & doctrina ac experientia conspicuus.

ANNO 1475. in die passionis Domini, Simon, infans Tridentinus, per perfidos Iudæos Martyrio affectus; Iudæi autores, ac conscij sceleris dignas pœnas luerūt. Simon inter Sanctos relatus. Erecta illi Basilica, pluribus miraculis coruscat, cuius rei plurimi scriptores fide digni meminerunt, Sabellicus, Volateranus, Matthias Palmerius, ANDREAS Vega, qui de iustificatione super Concil. Tridentinū doctissimè scripsit, in descriptione & commendatione vrbis Tridentinæ, præfixa operi suo, & decretis illius Concilij; Philippus Bergomas in supplemento Chronicorū; Nauclerus, Munsterus in Cosmographia, omniū verò locupletissimè Ianus Pirrhus Pincius Mantuanus, de vitis Trident. Pontificum lib. 4.

ANNO 1480. 20. Nouembris, obiit Oeniponti Domina Eleonora, Iacobi Scociæ Regis filia, Sigismundi Archiducis prima vxor. deuotissima ac piissima fœmina sine liberis, sepulta in Stams Monasterio, in superiori Oeni valle cum aliis Principibus Tyrolensibus.

ANNO 1482. 22. Aprilis, Sixtus Papa quartus Melchiorem à Meckavv, Austriacum, I. V. Doct. Præpositum Magdeburgensem, tanquàm Coadiutorem & Successorem designatum Georgij Episcopi Brixineñ. Sigismundo Archiduci recommendauit.

ANNO 1483. 14. Martij, paulò post meridiem surrexit ventus vehemens; hinc ferè tota ciuitas Botzani ad Athesim, exceptis 15. domibus ac Ecclesiâ, incendio periit.

ANNO 1487. incepit primum bellum Sigismundi Archiducis, contra Venetos fœliciter gestum. De cuius origine & successu, qui plura legere cupit, videat Conradum Wengerum, Brixineñ. Canonicum, Item supplementum Chronicorum Philippi Bergomatis, lib. 15. & vltimo.

SABELLICVM Æneadis 10. lib. 8. Cardinalem Bembum in historia Veneta, libro primo.

CARIO.

CARIONEM Chronicorum lib. 3. Continuatorem Chronici Eusebiani, Iacobum Wimphelingium in Epithomate rerum Germanicarum, cap. 60.

IANVM Pirrhum de vitis Episcoporum Tridentinorum, lib. 5. Lazium in Austria sua, lib. secundo.

ANNO 1489. quo hic Episcopus obiit, aliàs 1490. in Quadragesima Sigismundus, Archidux Austriæ, cùm liberis careret, Comitatum Tyrolensem, & omnes suas prouincias superiores Maximiliano Regi Roman. consensu Friderici Imperat. liberè resignauit, qui etiam ipsorum priuilegia atque libertates confirmauit, &c. prima prouincialia Comitia Meroniæ habuit, ac ibi regimen seu consilium Tyrolense renouauit.

SIGISMVNDVS autem posteà, nempe Anno 1496. quarta Martij, Oeniponti obiit, sepultus in Stambs apud suos Maiores. Princeps hic fuit liberalis, mansuetus, pacis, iustitiæ ac doctrinæ amator, ac singularis Patronus. Sub eo in Comitatu Tyrolensi fuerunt aurea secula. Nam Anno Domini 1448. principio sui regiminis famosissimæ ac opulentissimæ argenti fodinæ in villa Schvvatz im Erbstollen & Falckẽstain primò inuentæ. Inde vsq; ad tempora nostra vltra años centum maximæ opes ac diuitiæ erutæ (irritamenta vt Poeta ait malorum) Vnde Comitatus iste à multis Regno alicui non immeritò comparatus est. Qui de hoc Sigismundo plura scire cupit, videat Austriam VVolffgangi Lazij.

ANNO 1493. obiit Vlricus de Freuntsperg Episcopus Tridentinus, huius nominis tertius, cui substitutus est alius Vlricus de Liechtenstain, Tyrolen. canonicus Trident. & Brixinen. quartus huius nominis.

69. MELCHIOR à Meckavv, Caspari à Meckavv, Austriaci. Maximiliani Romanorum Regis Consiliarij ac Cubicularij, &c. filius, designatus Coadiutor Georgij, posteà Episcopus Brixinensis ab Alexandro Papa sexto Romæ magnificis cæremoniis Cardinalis creatus est, Anno 1503. Sub hoc Episcopo, nempe Anno Domini 1500. Leonhardus Comes Goritiæ, vltimus suæ familiæ, Testamento legauit MAXIMILIANO Cæsari oppidum Luentz Goricensis olim Comitatus cum omni sua iurisdictione, quod hoc modo Comitatui Tyrolensi plenè accessit & incorporatum est, Anno Dñi 1511. in quo quondam EVFEMIA, Comitissa Goricensis, instituerat Monasterium ordinis Carmelitarum, ibidem sepulta, secundùm Putschium.

HOC ANNO in Comitatu Tyrolensi hyems asperrima, quam secuta est æstas immodicè æstuans, & arida; ita vt propter pluuiæ inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum in primis, parũ quoque auenæ creuit, & frumenti maxima caritas secuta; vinum tamen vbiq; & optimum, & in maxima quantitate natum est, vt dolia deficerent. Fuit idem hic annus porcis admodum funestus, ac cæteris aliquot animalibus exitiosus.

ANNO DOMINI 1504. 24. Aprilis obiit Dominus GAVDENTIVS, Aduocatus de Matsch, siue Amasia, Comes à Kirchperg, & Dominus in Prettigovv & Dauas, Curiensis Episcopatus Hæreditarius Dapifer, SIGISMVNDI quoq; Archiducis, ac MAXIMLIANI Romanorum Regis Consiliarius, Dux militaris, postremus suæ familiæ, in magnifico castro suo Churberg, in valle Venusta, sepultus in vicino Monasterio sanctæ MARIAE, ordinis sancti Benedicti, &c.

ANNO 1505. 16 Septembris obiit Tridenti Dominus VDALRICVS à Liechtenstain, Episcopus Tridentinus, sepultus ibidem; cui successit die 24. eiusdem mensis Dominus Georgius, eius nominis à Neidekh, Austriacus, I. V. Doctor, Archiducatus Austriæ Cancellarius, & Coadiutor Tridentinus, vir doctus, ac in grauibus negotiis diu versatus.

t. deest; tertium

OBIIT HIC Melchior Episcopus & Cardinalis Romæ, secunda die Martij;

Anno

Anno 1509. in legatione pro Maximiliano Cæsare, Anno Pontificiæ dignitatis XXII. sepultus ibidem.

70. CHRISTOPHORVS, primus huius nominis, à Schrouenstain, filius Osvvaldi Equitis aurati, ac Praxedis, Baronissæ à Wolckenstain, &c. Coadiutor Brixineñ. & Tridentineñ. summæ Ecclesiæ Præpositus, &c. fit Episcopus Brixineñ. Anno 1510. vir genere, eruditione ac morum grauitate celeberrimus, Sororem habuit Fœlicitatem, Abbatissam Sunnenbergensem, & aliam sororem Barbaram, vxorem Domini Pauli de Liechtenstain, Maximiliani Cæsaris intimi Consiliarij: Ambo coniuges Augustæ defuncti, ac Bozanum ad sepulturam suam translati, Anno 1513.

ANNO 1514. obiit dominus Georgius de Neidek, Episcopus Trident. Veronæ, ibi Vicarium Imperialem gerens, sepultus Tridenti, successit illi D. Bernhardus de Glôs, Tyrolensis ex valle Naunum, huius nominis tertius, I. V. Doctor, factus posteà Cardinalis & Administrator Episcopatus Brixinensis.

PRÆFVIT hic Christophorus Brixinensi Ecclesiæ annis 12. Obiit Anno 1521. 4. Calend. Aprilis, qui fuit 29. Martij, ibidem sepultus.

71. SEBASTIANVS, huius nominis secundus, Sperancius, I. V. Doctor, Consiliarius Maximil. Cæs. & Matthæi Langij Card. Præpositus Brixineñ. fit Episcopus 5. annis præfuit. Obiit in Brauneck 11. Actobris, Anno 1525. sepultus ibidē.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno Domini 1522. diuisione facta inter Carolum V. Rom. Imper. & Ferdinand. fratrem paternorum Regnorum ac prouinciarum, Ferdinando inter cætera cessit Comitatus Tyroleñ.

72. GEORGIVS ab Austria, huius nominis quartus, Cæsaris Maximil. filius naturalis, postulatus est ad Episcopatum eodem anno 29. ac mense die 21.

QVARTO die Iunij, Anno 1534. magnificum Palatium curiæ Oenipontanæ media nocte incendio grauissimo exustum est.

ANNO 1539. 18. Ianuarij, resignauit hic Georgius Episcopatum in manus Capituli, cùm 14. annis Brixineñ. Ecclesiam gubernâsset, ordinatus in Archiepiscopum Valentinum in Hispania; vbi cùm paucis annis sedisset, relicta Archiepiscopali sede Valentina in Germania inferiori, intercessione & autoritate Caroli V. Imperat. factus est Leodiensis Episcopus, Anno Domini 1544. cui multis annis præfuit; ibique mortuus & sepultus est senex, Anno 1557.

73. BERNHARDVS à Glôs Tyrolensis, Episcopus Tridentinus, & S. R. E. Tituli S. Stephani in Cœlio monte Presbyter Cardinalis, Anno 1539. mense Ianuario postulatus est in Administratorem Ecclesiæ Brixinensis; qui cùm possessionis capiendæ causa venisset, inter prandendum Apoplexia tactus interiit 29. Iulij, eodem anno. Vixit ab ingressu 17. dies. Corpus eius solemni funebri pompa Tridentum relatum atq; ibi sepultum est, cum illi Ecclesiæ 25. annis laudabiliter præfuisset. De cuius vita, rebus, ac aliis Episcopis Tridentinis latè ac eleganter scripsit Ianus Pyrrhus Pincius Mantuanus, libris septē, suprà citatus, &c.

SVCCESSERVNT in Episcopatu Tridentino, Christophorus de Madrucio, Baro Tyrolensis, Decanus ibidem: in Brixinensi verò Christophorus Fuchsius à Fuchsperg Tyrolensis, Decanus ibidem.

74. CHRISTOPHORVS Fuchs à Fuchsperg, in Iauffenburg Eques auratus, Capitaneus ac Præfectus Regius in Kuofstain, defuncta vxore Catharina de Machsltain, Nobili Bauara, ex qua tulit vnicum filium Christophorum, Equitē pariter ac Successorem suum in Kuofstain, animum ad Ecclesiastica applicuit, factus Canonicus Salisburgensis, Tridentinus, ac Decanus Brixinensis, locumtenens Oeniponti; defuncto Bernhardo Cardinale, electus est Episcopus Brixinensis, Anno Domini 1539. prima Septembris.

ANNO

Anno ſequenti 1540. tam feruens ac arida æſtas fuit, vt pleraq; agrorum ſata perirent, frumentumque exareſceret: Viciſſim magna vini generoſiſſimi copia prouenit, vt vaſa quoque deficerent; Montana quoq; nemora ex nimio ſolis ardore accenſa, iuxta vrbem Oenipontanam in nemore Hetinio, 20. die Iulij, tantum hominibus terrorem incuſſerunt, vt omnia vicina loca flammarum ſæuitia conflagratura timerent. Obiit hic Epiſcopus anno tertio ſui Pontificatus, 29. Aprilis, aliàs ſecundùm Catalogum 9. Decembris, Anno 1542. ſepultus ibi in ſummo Templo. Electus eſt poſt eum in Adminiſtratorem Dominus Chriſtophorus Madrucius, Epiſcopus Trident.

75. CHRISTOPHORVS Madrucius, Epiſcopus Tridentinus, eligitur in Epiſcopum Brixinenſem, Anno 1542. factus poſteà Anno 1544. à Paulò Papa tertio Cardinalis Tituli S. Cæſarij, vir magni iudicij ac experientiæ, grauis, doctus ac eloquens, cuius opera & conſilio Carolus quintus Imperator, ac filius ipſius Philippus Rex Hiſpaniarum, necnon & ipſi Summi Pontifices in grauiſſimis negotijs ac legationibus ſæpe ac vtiliter vſi ſunt. Obiit Tiburi, Anno 1578. die 5. Iulij, ibidem iuxta Cardinalem Eſtenſem ſepultus, cùm Brixineñ. Eccleſiam 36. annis laudabiliter rexiſſet.

Anno 1545. Idibus Decembris, ſacrum ac œcumenicum Concilium Trident. à Paulo tertio, Pont. Max. Anno 1542. 11. Calend. Iunij, ipſius Epiſcopi ſuaſu ac inſtinctu legitimè indictum, iam demum publicari ac celebrari cœptum eſt, eodemque die Tridenti ſeſſio prima habita.

76. IOANNES THOMAS, Baro à Spaur & Valerio Tyrolenſis, Præpoſitus & Canonicus Brixinenſis. ac prædicti Chriſtophori Madrucij Cardinalis ex Sorore Nepos, Anno Domini 1552. Coadiutor factus; poſteà Anno 1578. defuncto Cardinale Chriſtophoro, in Epiſcopum electus, qui hoc 1582. Anno adhuc cum laude præeſt. Omnipotens Devs ipſum Eccleſiæ Brixinenſi quàm diutiſſimè incolumem conſeruare velit.

Episcopi Brixinenſes, quemadmodum etiam Tridentinenſes, tametſi iure Aduocatiæ, ac quibuſdam aliis ad Comitatum Tyrolenſem pertineant, ſunt tamen Principes Romani Imperij, Regalia ab Imperio, ſeſſionem in Comitiis Imperialibus habent, ac in contributionibus ſunt: Hinc quoq;, vt & cæteri ſacri Romani Imperij Principes, tam Eccleſiaſtici quàm ſæculares, ab antiquis temporibus Officiales ſuos, quos hæreditarios vocant, habent; nempe hi noſtri Brixinenſes Marſchalcos, olim à Schônekh, nunc Barones à Welſperg & Primôr, Dapiferos, olim à Kaſtelruto, nunc Barones à Wolckenſtain & Rodneck, Pincernas, olim Nobiles de Seben, poſteà Nobiles de Niderthor; poſt hos Nobiles de Tunn, qui etiam Pincernæ ſunt Tridentinenſis Epiſcopatus, Camerarios, olim Nobiles de Rodneck, poſteà de Schneckẽberg, poſt hos Barones à Vels, &c.

Svnt quoque quatuor alij Epiſcopi, Suffraganei Archiepiſcopatus Saliſburgeñ. nempe Gurceñ. Chiemen. Seccouienſis & Lauentinenſis: At hi inter Principes Imperij non cenſentur: locum aut ſeſſionem in Comitijs non habent, neq; Imperio quicquam contribuunt. Horum Epiſcoporum Catalogos non habui, neq; de eorum primæua inſtitutione, vita ac geſtis, alia quam quæ ſuprà ſub Saliſburgen. Archiepiſcopis, de quorum menſa, vt vocant, inſtituti, breuiter annotata ſunt, Gurcenſis, nempe per Gebhardum Archiepiſcopum, circa annum domini 1073. Chiemensis, Seccouienſis ac Lauentinenſis, per Eberhardvm Archiepiſcopum, circa Annum Domini 1214. & 1220. Qui de his præter Chiemen. plura cupit ſcire, Wolffgangum Lazium legat, in commentarijs ſuis Reipub. Romanæ, lib. 12. mihi fol. 1222. 1225. & 1228.

ADDI-

ADDITIONES.

BRIXINENSES EPISCOPI.

THEODONI tertio filium fuisse THEODIBERTUM, qui de patris suprema iam agentis manu principatum accepit, ex historijs alijsq; antiquiss monumentis indubitatum est. Fratres verò eidem Theodoni fuisse quoq; Diepoldum & Uttonem, quos alij Theodibaldum & Vtonem vocitant, credere prohibeor hys quæ accuratè tradit Velser. Rer. Boicar. IV. p. 215. a.

Error est in annis inde vt videtur natus, quod aberrantes facile longissimè (vt Velser. pag. 213. rectè ait) qui in Regum nominibus lapsi, historiam ad superiores Theodones retraxère, ante annos octoginta circiter vita iam functos. Rescribendus verò hic annus DCXVI. post Christum natum. b.

Huius S. Cassiani fit mentio in confirmatione Ludouici III. & in donatione Conrad. II. quas infrà suis locis exhibebimus. c. Vid. Fr. Philipp. Ferrarium in Catalog. SS. Italiæ, in mense Aug. die 13. f. 507.

Iuliani temporibus Sabiona (vt loquitur Velser. Boicar. III pag 178.) quæ inter Brixentas in alpibus citra Bauzanum sita ad Boicam olim pertinuit. Otho Frisingen. Brixinam Bauariæ ciuitatem appellat: & longè à verò errant, atque historiæ imperiti sunt qui siue Sabionam, siue Brixinam Boijs adimunt. d.

Aquilegiam Norici (qua illud ad Hadriaticum sinum vergit) vrbem; illumque totum tractum Norico, secundum alios Vindeliciæ, quæ & ipsa Norici pars, accensam fuisse, nemo negabit. Idq; Diplomatibus Regiis alijsq; monumentis vetustissimis probari potest. e.

Secundum à S. CASSIANO Episcopum Sabionen. seu Brixinatem ex Philipp. Ferrario producit R. P. Raderus Lucanum quem etiam inter Bauariæ sanctos recenset his verbis: Diuus hic Lucanus Sabionensem egit Episcopum sub Annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pont. Max. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem administrante; apud quem ab æmulis & nimis religiosis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cineralia cum summa rerum inopia premerentur, lactis vsum, & quæ inde obsonia fiunt in cibum benignius indulsisset; cum tamen necessitas legem nesciat: nec Ecclesia, quæ mater, non nouerca est, velit ouilia sua nimia fame premi, multò minus interire. Citatus ergo ad summi in orbe Christiano iudicis tribunal, quamuis iam annis & senio fessus, vno duntaxat administro comitatus, cum Spoletum venisset, stabularij seu Cauponis vxorem aquâ intercute distentam solis precibus curauit, vti noxius humor sponte diffluerer, vterusque euacuatus & correctus subsideret. Inde Romam vsque progressus, cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud sine clauo, sine paxillo, perinde quasi tela solis armata hamis sustinerent vestem. Quod cum Pontifex Cælestinus ipse spectator admiraretur, indeque de sanctitate antistitis coniecturam faceret, non solum ab omni crimine habuit excusatum (vt cuius innocentiæ etiam cælum suffragaretur) sed etiam multis cultum beneficiis ad suam sedem remisit. Atqui nec tum potuit quamuis Romæ absolutus domi conquiescere, inimicis illum tam diu exagitantibus, donec loco cederet, qui inde in vallem Agordiam, quæ Beluno paret, se demisit, vbi Auatia religiosa fæmina peregrino victum benignè subministrauit, f. de SS. Bauar. to. 1. [illegible]

Cum vitâ cessisset, & corpus eius Belunum esset deferendum, id numquam fieri potuit, quo ad sacrum eius caput Agordi veluti pignus accepti beneficij relinqueretur. Reliqua pars corporis Beluni in summam ædem illata summam habet venerationem.

Hic eximendus est lectori vnus alterue scrupulus, qui Philippum Ferrarium nec quicquam torsit. Miratur is, cum de hoc Lucano Brixinensi præsule tractat, quamobrem apud Democharem & Hundium in Syllabo Pontificum Brixinensium vel Sabionensium nulla fiat mentio. Promtissimum est è vero respondere. Nomina ab vsque S. Cassiano omnium Pontificum propter barbarorum incursiones & vrbis euersionem, ad vsque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infrà) intercidisse. Nullum autem genti illi rectorem, præsulem, aut Pontificem interea vnquam præfuisse, non est verisimile. cum hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci Pontificem egisse. Sed & prisca Brixinensium Chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt, vt doceri non possit nullum præterea alium post Cassianum Episcopum fuisse. Alter est, cum Brixina illa tempestate nec opidum fuerit, neque nomen eius extiterit, & ab S. Albuino qui sub Othone III. & Henrico S. demum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mænibus cinxit & opidi nomen indidit, fuerit translata, quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixinensis? Nec hic opus est Alexandri gladio ad secundum hunc nodum. In promtu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum, quod sedes Brixinam è Sabiona sit translata, vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus, & Albinus dicuntur Brixinenses Episcopi, per vsurpationem & Catachresin, cum Sabionenses fuerint. S. Albuinus primus Brixinensis Pontifex celebratur. A quo posterioris æui scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores Pontifices, & pontificatum Brixinensem abolito Sabionæ nomine nuncuparunt, vti ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem sæculo quo S. Lucanus vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ, quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem, cum Brixina nusquam nisi in Vtopia id loci esset.

Quare Brixinenses pontifices sancto veroque iure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixinensium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præsulem: Extant apud Democharem nomina Brixinensium Pontificum, inter quæ nullum est Lucani, nullus Lucanus. *Hactenus de S. Lucano P. Raderus, cuius sententiæ lubens subscribo.*

Non possum non commemorare hoc loco, quæ supradictus R. P. Raderus, de S. Ingenuino (qui & Genuinus) Pontifice Sabionensi apud Brixentas magno rationum pondere in medium adfert; & tot quidem verbis, quot ipse vtitur.

Antiquissimus, *ait*, scriptorum qui Ingenuinum laudat est Paullus Warnefridus Diaconus Foroiuliensis, historiæ Longobardorum conditor: Hic Ingenuinum in conuentu decem antistitum in Mariano consedisse testatur. *Post hæc* inquit *facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, vbi receperunt Seuerum Patriarcham Aqui-*

quileiensem, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicarat Rauennæ. Nomina vero Episcoporum qui se ab hoc Schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horontinus Vincentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius de Lunensis. Cum Patriarcha autem communicauerunt isti Episcopi: Seuerus Parentinus, Iohannes Patricius, Vindemius, & Iohannes.

Hæc Diaconus de quibus pluribus infrà agemus. Hic primum Ingenuini acta vitam & mores recognoscemus. Deinde censuram nostram subijcemus, iudiciumque de singulis feremus. Ergò in Brixinensium factis, quos propria Sanctorum Brixinensium inscripserunt, Romæ prius à Baronio & Pio Comensi alijsque Cardinalibus recognita, deinde Anno CIↃIↃCVI. ex auctoritate Christophori Andreæ Pontificis Brixinensis Oenipontе apud Danielem Agricolam ediderunt, hæc de S. Ingenuino leguntur:

Ingenuinus primus post sanctum Cassianum temporibus Gregorij Magni & Ruperti primi Salisburgensis Episcopi, circa Annum Domini quingentesimum nonagesimum Sabionensem rexit Ecclesiam. Nam cum Sabiona expulso sancto Cassiano à gentilibus depopulata: postea vero per Hunnorum incursiones ab Attila rege funditus excisa; ac deinceps plus quam ducentis annis sine Rectore & Episcopo fuisset: Ingenuinus vrbem & Ecclesiam Sabionensem, Theodonis tertij Bauariæ Ducis beneficentia restaurauit. Factusque ibidem secundus Episcopus & Pastor ab Helia Patriarcha Aquileiensi, tum temporis Metropolitano est consecratus. Grassabatur autem adhuc infelix illud contrà quintam Synodum Constantinopolitanam, tria Iustiniani Imperatoris Capitula damnantem, Schisma. Quod tam vniuersam prope Catholicam Ecclesiam pluribus annis miserè dilacerasset: ipsumque etiam Seuerum Heliæ Aquileiensis Patriarchæ Successorem, ac plures Episcopos infecisset: Ingenuinus tamen, vnà cum paucis quibusdam orthodoxis non modo adduci non potuit vt consentiret, verum etiam Marianam Synodum præsentia & authoritate sua laudabiliter condecorauit; in qua dictus Seuerus Patriarcha reuocato errore receptus fuit in gremium Catholicæ Ecclesiæ. Magnis verò pro honore Dei perfunctus laboribus Ingenuinus, sub Autharit Flauio Longobardorum rege Italiam deuastante in exilium pulsus est. Vbi ærumnis confectus miraculis gloriosus migrauit in cœlum Nonis Februarij.

In hac narratione primum illud obseruandum S. Ingenuinum non videri primum post S. Cassianum Sabionæ Episcopum, sed vt supra ostensum est, S. Lucanum inter Cassianum & Ingenuinum medium intercessisse. Indeque Petrum de Natalibus, Hundium & Ferrarium ipsosque Fastos sacros Brixinensium castigandos. &c. *In vita S. Lucani.*

Deinde grauior sequitur error & certus, cum affirmatur Ioannem Rauennatem antistitem schismate de tribus capitulis infectum, & schismatis antesignanum fuisse, quæ grauis est iniuria, optimo & Catholico pontifici Rauennatium illata. Nec enim is vnquam fuit schismate infectus, sed vel maximè contra schismaticos decertauit. Quod ex S. Gregorij epistola ad eundem missa clariùs elucescit, qua laudat Ioannem, & gratias eidem agit, quod Istriæ Episcopos per Exarchum ad Catholicæ Ecclesiæ sententiam sequendam compulerit, &c. Et infra: De Ingenuini præterea exilio, tradit idem Baronius anno Christi DCXXXVIII. Porro inquit, *etsi sub Ariano rege non reperitur indicta in Catholicos persecutio: accidebat tamen interdum vt si qui Episcopi æstuantes Zelo Catholicæ fidei vrgerent Arianos, iidem ab eodem rege exilio mulctarentur, vt contigit S. Genuino siue Ingenuino Episcopo Sabionensi, qui à rege Longobardorum in exilium pulsus apud Brixionem in Germaniam, ibidem diem obijt, iunctimque sepultura est S. Albino eiusdem ciuitatis Episcopo; factumque est vt amborum vna eademq. die natalis in Ecclesia celebretur Nonis Februarij.* *Tom. 8.*

Vbi rursum venire in dubium potest, quod pulsus ex Italia Brixionem venerit, & ibi mortem obierit, cum Brixina nondum extiterit, Sabiona

um bonorum virorum iudicio) consultius fuisset, veterum Diplomatum, Epistolarum ac Decretorum verba genuina ac autentica, vtcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpe numero sensum quoq; ac ipsam sententiã peruertere videtur, quod plerosq; doctos viros, ac Auentini aliàs studiosos in ipso (& meritò quidem) desiderare audio. Consimile, nec minus insigne audaciæ Auentini exemplum, vide infrà sub Episcopo WISVNDO.

Meliori animo, & fide integriori nos hic repræsentamus Concilium seu Synodum Dingolfingen. vel potius fragmentũ eius, quod clarissimus & perenni memoriâ dignus Dn. Heinricus Canisius Nouiomagus I.C. & SS. Canonum, professor in Academiâ Ingolstadiensi Dominus & amicus meus honorandus, acceptum ab Illustri viro Marco Velsero, multis nominibus mihi nunquam non honoratissimè nominando, à se propria manu ex peruetusto Codice exscriptum, anno MDC. *in lucem edidit.*

Not. Nonnulla huius Concilij acta supra sub Patauien. & Laureacen. Archiepiscopo Wiserico extant; quæ candido lectori cum his conferre non iniucundum fore spero, nec infructuosum.

HÆC SVNT DECRETA, QVÆ CONSTITVIT sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingoluingen, Domino * Tassilo mediante.

** l. Tassilone.*

DE die Dominico ita constitutum est, vt tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis Canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est.

** l. quis*

De hæreditate, quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit; vt quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam antea donauerat, aut postea donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, vt locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si Sacerdos non habeat chartam, nec testem, vt prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum & iudex iudicat, sic defendat.

I. *Capitanda car numerũ hic primũ incipiant.*

De eo, quod Episcopi iuxta Canones, & Abbates Monasteriorum iuxta regulam * viuentes, ita constituit.

** l. viuant, vel viuentes sint.*

* De eo quod sanctimoniales, quæ in seruitio Dei sunt, ita constituit; vt nullus ausus sit in coniugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat sicut canones decreuerunt.

II. ** l. De sanctimonialibus.*

De eo, quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt vt firma fieret.

III.

De eo, quod vt si qui de nobili genere de hæreditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset nec mutaret in perpetuum.

IV. ** fort. deest Volent.*

De eo, quod vt serui Principis, qui dicuntur Adelscalhe, * vt suam habeant Weregeldam, iuxta morem quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Weregeldi iuxta legem suam, ita constituit.

V. ** Videtur abundare.*

De eo, quod parentes Principis quodcunque præstatum fuisset nobilibus intra Baioarios, hoc constituit, vt permaneret & esset sub potestate vniuscuiusque relinquendum posteris, quam diu stabiles fœdere seruassent apud Principem ad seruiendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

VI.

VII. De eo, vt nullus hæreditate sua priuetur, nisi per tres causas, * quas in pacto scribentur; propter homicidium, hoc est, vt quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc priuetur hæreditate sua.

* quæ

VIII. De eo, quisquis * mulierem nobilem acceperit in coniugium, & non præsciuit, ita constituit, vt iterum libera esset dimittat seruum, & postea non redigatur in seruitium, sed esset libera.

* seruum videtur deesse.

IX. De eo, quod & si quis de quocunque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam quæ Wehadinc vocatur, permittat.

X. De eo, quisquis de nobili genere depræhensus fuerit de illis * IV. causis, * de qua supra diximus: si ille hæreditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, vxor autem illius suo iure non priuetur, ita constituit.

* I I I. * de quibus. * hæreditatis suæ.

DE COLLAVDATIONE QVAM EPISCOPI ET ABbates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

IN Christi nomine. Notitia, qualem conuenientiam gentis Baioariorum Episcopi & Abbates inter se fecerunt, quorum nomina infrà perarare stylo decreuimus, id est, Manno Nuuenpurgensis ciuitatis Episcopus, Alim, Vigilius, Wiserich, Sintpreht, Heres Episcopi, Oportunus, Wolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit, Albunc, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perhhoch, Sigido Abbates. Vt eorum quis de hac luce migraret, vnusquisque superstitum Episcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo sua Episcopali vel cœnobio, C. missas speciales & eodem numero * psalterio cantare faciat. Ipse verò de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel à religiosis sibimet subiectis, implere omninò prænotatum faciat numerum presbyteris siue monachis, cùm de hoc seculo migrauerint Episcopus seu Abbas vno presbytero vel vno monacho XXX. missas speciales, totidem psalteria faciant celebrari.

* l. psalteria.

DE CONCILIO, QVOD DVX TASSILO, APVD Dingoluingam celebrauit.

REGNANTE in perpetuum domino nostro IESV Christo, in anno vero XXII. regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Baioariorum sub die * consulem, quod erat II. Id. Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. diuina præflatus inspiratione, vt omne regni sui prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibidem tam regulare moderaret in sancto habitu cænobium virorum & puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per primatos * imperitos vniuersa consentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abstrahendo euellere, & quæ decretis placerent, componenda instituerentur. Inter tot verò collegia Sacerdotum deuolutis Episcoporum & Abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitæ atque Canonum normas, vel decreta patrum, nullis comprobare quiuerant testimonijs, vt monachis parochiæ commendari deberent, vel publica baptismatis obsequia, nisi forte pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * vicissitudinis

* An. Col. lists: incidit enim prid. id. Octobr.

* l. & peritos. * diuturnitate.

* vi-

nis villarum propriarum singulis annis obedientialibus curis commisso ab Abbate proprio fuerit determinata. Vnde ab vniuersis Abbatibus facta professio, vt minimè titulis popularibus se ingerere depellerentur, & hæc omnia cui commissæ sunt plebes, sub potestate Episcoporum permanerent, sicut in sanctis Synodis vel decretis priscorum patrum perarata comprobat conscriptio, ab Episcopis verò simili modo, & nihilominus * prælatis ponderauerunt sententijs; vt erga eos charitatis gererentur curæ, ita vt Canonica auctoritas confirmat, & spiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab vniuersis vno ore confirmato, vt si quis de eadem institutione deuiare præsumpserit, à collegio eorum alienetur vsque iterato examine, id est, publica Synodo.

* prolatis

DE POPVLARIBVS LEGIBVS.

PRÆNOTATVS Princeps vniuerso concordante collegio, * hic constituit, vt nullus à prouinciæ suæ mancipium limine venundare, vel proprium vel fugitiuum præsumpserit, & si quis hoc decretum non obseruauerit, Weregeldo suo culpabilis permaneret.

* sic

Vt nullus furtiuam rem tam in equis & alijs quadrupedibus quàm in reliqua supellectilia, extra finem Baioariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, insidijs tegi, vt si quis hoc præsumpserit XL. solidis componat in publicum.

Vt si quis domum tam liber, quam seruus, alcius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua damnatione permaneat: Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit, consequitur & interfecerit, pari subiaceat sententia.

Similiter, qui liberum vel mancipium suum furauerit, & cum comprehendere minimè quiuerit, & ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia; sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis, & his, qui assistunt, insignet.

XXIII. De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, vt prius insortiantur, quàm parati sunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur.

Qui suprà prædictæ pugnæ, quod Camfvvic dicimus, peracto iudicio, se simili vindicta erigere contra querentem præsumpserit, Sacramentum, quod Ahteid dicitur, iuret in Ecclesia cum tribus nominatis sacramentalibus.

Quæ respondent sint his numeris & sequentes etiam, non satis liquet.

XXIV. XXV. De eo, quod Baioarij Stapfflaken dicunt, in verbis, quibus ex vetusta consuetudine paganorum idololatriam reperimus, vt deinceps non aliter nisi † indicat, qui quærit debitum, Hæc mihi iniustè abstulisti, quæ reddere † debet. Reus verò contradicat, Nec hoc abstuli, nec componere debeo, iterata voce requisito debito dicat, Extendamus dexteras nostras ad iustum iudicium Dei, & tunc manus dexteras vterq; ad cœlum extendat.

† ita dicat. † debes.

XXVI. Vt nullus furtiuam rem suscipere, vel intra terminum abscondere præsumat, qui hoc fecerit XL. solidos componat.

XXVII. Vt hi, qui Ducali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogantur iudicia, quæ Baioarij Vrtella dicunt.

XXVIII. Vt hi qui in Eccles. libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi, quàm eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi fortè ipsi sibimet insolubile damnum inferant, quod componere minimè quiuerint.

XXIX. Qui ex eis occidentur, pretium eorum his soluatur Ecclesijs, vbi liberi dimissi sunt. Liberi, qui ad Eccles. dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt

perunt libertatem à Rege, si occidantur, LXXX. sol. componantur Ecclesiæ vel filiis eorum, in dominico XL. sol. compon. Si ancilla libera dimissa fuerit per chartam aut in Ecclesia, & post hæc seruo nupserit, Ecclesiæ ancilla permaneat. Si autem libera * Baioario seruo Ecclesiæ nupserit, & seruile opus ancillæ contradixerit, abscedat, si autem ibi filios & filias generauerit, ipsi serui & ancillæ permaneant, potestatem * ex inde non habeant, Illa autem mater eorum quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat potestatem, si autem III. annos indurauerit opus ancillæ, & parentes eius non exadomauerunt eam, vt libera fuisset, nec ante Comitem nec ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico mallo, transactis tribus Kal. * Martis, post hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quicunq; ex ea nati fuerint, serui & ancillæ sunt.

* Baiuaria
* exeundi.
* Martii.

XXX. Qui furtiuam quod * Zougenzuht dicitur, super furem comprobare nequiuerit, furtiuo compon. more.

* Zeugenzucht.

I. Qui resisterit domum suam, quod * selisuchen dicunt, qualem rem quærenti resistebat, talem compon. In publico XL. sol.

* selbsuchē.

II. Qui manum immissionem resisterit, quod hantelod dicunt, XL. sol. soluat in publico, & ipsam rem quærenti reddat.

III. De his, qui supradictis * homicijs debita morte in furto * repertis, vt si quis huius interfecti parentelæ eum, qui suo scelere captus est, vindicare tentauerit, à propria alode alienus efficiatur.

* l. homicidiis.
* repertos.

IV. Et si quis signum, quod est sigillum, inhonorauerit, vel huiuscemodi iniuncta minimè impleuerit, prima vice arguetur, secunda XL. sol. compon. III. suum Weregeldum, IV. extermineturab acto officio.

V. Vt si quis iudicium furti in bina vel terna reprehensione non damnauerit, & cum diabolico lucro dimiserit, at per eum quasi comparticeps spolijs pauperum * ditarentur, tot sceleris, quod commiserit ante oculos Dei & Angelorum efficiatur & nihilominus, cui fraudem fecerit, quasi proprium compon. debitum.

* ditaretur

Vt si quis in virtute coniunctus, à coniuge propria adulterina separatus fuerit, eiusq; ex cognatione coniugis propter eandem dimissionem * qui eum persequi tentauerit, à proprio alienatur patrimonio.

* quis.

VI. Vt nullus post tonsuram capillos vsu populari nutrire præsumat, nec velata, relicto velo, sæcularem habitum sumat, vt si quis vel qua in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur aut excommunicentur.

CAPITVLA QVÆ DOMINVS KAROLVS SEренissimus addere iussit.

VT bannum ipsius quislibet irrumperet, componere debeat. Vt Ecclesia, viduæ, orphani, vel minus potentes pacem rectam habeant, & vbicunque infractum fuerit, LX. sol. componatur. Vt raptum vel vim per collecta hominum, & incendia infra patriam, nemo facere præsumat, & qui hoc commiserit, XL. sol. in bannum nostrum compon. Similiter & qui iussionem regiam in hostem bannitus irruperit. Hæc capitula in asiduitate, reliqua autem reseruata sunt regibus, vt ipsi potestatem habeant nominatiuè demandare, inde exire debent. De Dinerialibus, vt si quis eos Regi componantur. Similiter de his, qui per chartam in Ecclesia, iuxta altare dimissi sunt liberi, cum XL. sol. compon. Regi. Hi verò, qui per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, vbi nullum patrocinium & defensionem non elegerunt, similiter Regi componantur cum XL. sol.

Vt

Vt clericum nemo recipere audeat sine consensu Episcopi sui, & si eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipsius Episcopi fuerit, aliter non faciat, nisi cum eius præsentiæ per scrutandum, si dignus fuerit, deducatur.

HÆC CAP. NOSTRA MISSI NOSTRI COGNITA faciant omnibus in omnes partes.

VT nullus ad mallum, vel ad placitum, infra patriam arma, id est scutum & lanceam portet.

De latronibus, quicunque post missam sancti Ioannis latroni mansionem dederit, si Francus est, cum XII. similibus Francis iuret, quòd latronem cum * fuisset, non sciret, licèt pater sit, frater, aut propinquus. Si hoc iurare non poterit, & ab aliquo conuictus fuerit, quod latronem in hospitio suscepisset, quod & ipse latro & † infideles iudicetur, quia qui latro est, infidelis est noster & Francorum, & qui illum suscipit, similis est illi, si autem audiuit, quod latro fuisset, & tamen nescit firmiter, aut solus iuret, quod nunquam eum audisset, nec per veritatem nec per mendacium latronem esse, aut sit † superatus si de illo latrocinio postea victus fuerit, † aut similiter damnetur.

Vt nullus comparet caballum, bouem, & iumentum, vel aliud quid nisi illum homines cognoscant, à quo venditur, aut de quo pago est, vel vbi manet, aut quis eius senior.

† De aduentitijs, vt cum Missi nostri ad placitum nostrum venerint, habeant obstrictè quæsitum, quanti aduentitij sunt ad illorum missatico, & de quo pago sunt, & nomina eorum, & qui sunt seniores eorum. †

Similiter direximus Missos in Aquitaniam & Longobardiam, vt omnes fugitiuos & aduentitios ad nostrum placitum adducant. Quicunque ista capitula habet, ad alios Missos ea transmittat, qui non habent, vt nulla excusatio de ignorantia fiat, & hoc Missi nostri ante natiuitatem Domini omnibus † cognita faciant.

Inprimis omnium, iubendum est, vt habeant † Ecclesias eorum iustitias, tam in vita illorum, qui habitant in ipsis Ecclesijs, quamque in pecunijs & substantijs eorum. † Ast vt omnes Episcopi potestati vel secundum regulam Canonicam doceant; & regant eorum ministeria, tam in monasterijs virorum quamque puellarum vel in forensis presbyteris seu reliquo populo Dei. Vt viduæ, & orphani & minus potentes sub Dei defensionem & nostro mundeburdo pacem habeant, & eorum iustitia.

* Episcopi cum Comitibus stent, & Comites cum Episcopis, vt vterq; pleniter suum ministerium peragere possit. * Vt latrones, vel homicidæ, seu adulteri vel incestuosi sub magna * districtionem & correctionem sunt correpti, secundum eo Wabaioariorum velle.

* De rebus proprensis, vt ante Missos & Comites nostros & iudices veniant, & ibi accipiant finitiuam sententiam, & in antea nullus præsumat alterius rebus proprendere, nisi magis suam causam quærat ante iudices nostros, vt diximus, & ibi recipiant quod iustum est. * Et si aliquis voluerit dicere, quod iustè ei non iudicetur, tunc in præsentiam nostram * veniant. Alitèr verò non præsumat in præsentiam nostram venire pro alterius iustitia dilatandum. Quod non amplius de illis iustitijs Missi nostri ad præsens modo faciant, nisi de temporibus Tassilonis seu Luitpirgæ, exceptis illis qui aui & genitoris nostri vel

Marginal notes: * Capit. Kar. M. lib. 3. c. 22. — * Capit. Kar. M. lib. 3. c. 23. — * cũ fuisse. — † infidelis. — † paratus. — † vt. — † Capit. Kar. M. lib. 3. c. 24. — † Capit. K. M. lib. 3. c. 24. — † Capit. K. M. append. 3 ad 4. lib. c. 2. — † Hucusq; habet Capit. K. M. — † cognitum. — † Ecclesia eorum. — † potestati. ne secundũ. — * Capit. K. M. l. 5. c. 138. — * Capit. K. M. lib. 5. c. 139. — * districtione & correptione sint correpti: Verba quæ deinde sequuntur non habentur in Capitulari Karoli. — * Capit. K. M. lib. 5. c. 140. — * Capit. K. M. l. 5. c. 141. — * veniat.

vel ad nos venerint. Et marca nostra secundum quod ordinatum vel scriptum habemus, custodiant vna cum Missis nostris.

CAPITA QVORVM IN LEGE Salica mittenda sunt.

* Capit. K. M. l. 3. c. 25.

DE homicidiis Clericorum, * Qui Subdiaconum occiderit, CCC. sol. compon. qui Diaconum. CCCC. qui Presbyterum. DC. qui Episcopum DCCC. qui monachũ, CCC. sol. culpabilis compon. * Si quis in emunitate damnum aliquod fecerit, DC. sol. compon. Si autem homo furtum aut homicidium, vel quodlibet crimen foris committens infra emunitatem fugerit, mandet Comes vel Episcopo vel Abbati, vel Vicedomino, vel quicunq; locum Episcopi aut Abbatis tenuerit, vt reddat ei reum, si ille contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima * contradictionem XV. sol. componere iudicetur, si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, XXX. sol. componere iudicetur, si nec ad tertiam consentire voluerit, quicquid reus damni fecerat, totum ille, qui infra emunitatem retinet, nec eum reddere vult, soluere cogatur, at ipse Comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra emunitatem quærendi, vbicunque eum inuenire potuerit. Si autem statim in prima inquisitione Comiti responsum fuerit, quod reus infra emunitatem fuisset, sed fuga lapsus, statim iuret, quod ipse eum ad iustitiam cuiuslibet disfaciendam fugere non fecisset, & sit ei in hoc satisfactum, si autem intranti in ipsam emunitatẽ Comiti * collecto manu quislibet resistere tentauerit, Comes hoc ad Regẽ vel ad Principem deferat, tunc iudicetur, vt sicut ille, qui in emunitate damnum fecit DC. sol. componere debuit, ita qui Comiti collecta manu resistere præsumpserit, DC. sol. culpabilis iudicetur. Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit in atrio ipsius Ecclesiæ pacem habeat, ne sit ei necesse Ecclesiam ingredi, & nullus eum inde per vim abstrahere præsumat, sed liceat ei confiteri quod fecit; & inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico perducatur.

* Capit. K. M. l. 3. c. 26.

* contradictione.

* collecta

† Si quis hominem in iudicio iniustè contra alium altercantem † adiurare per malum ingenium præsumpserit, atq; inde coram iudicibus vel Comite fuerit, & negare non potuerit. XV. sol. compon. iudici.

† Capit. K. M. l. 3. c. 27.

† adiuuare.

† Si quis de libertate sua fuerit interpellatus, & timens, ne in seruitium cadat, aliquem de propinquis suis per quem se in seruitium casurum timet, occiderit, id est, patrẽ, matrẽ, patruum auunculũ, vel quamlibet huiusmodi propinquitatis † persona, ipse, qui hoc perpetrauit, moriatur, † agnitio eius & cõsanguinitas in seruitutem cadat, & si negauerit se illum occidisse, ad IX. vomeres ignitos iudicio Dei examinandus accedat.

† Capit. K. M. append. dices. ad lib. 4. c. 3.

† personam

† agnatio.

† Qui res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis, & quæ hactenus in hoste factæ sunt traditiones, de quibus nulla est quæstio, stabiles permaneant. Si vero aliquis alij res suas tradiderit, & in hoste profectus fuerit, & ille, cui res traditæ sunt interim mortuus fuerit, qui res tradidit cum reuersus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est, res suas recipiat. Si autem & ipse mortuus fuerit, hæredes eius legitimi res traditas recipiant.

† Capit. K. M. l. 1. c. 141

† Si quis per chartam ingenuitatis à Domino suo legitimè libertatem est consequutus, liber permaneat. Si verò aliquis eũ iniustè inseruire tentauerit, & ille chartam ingenuitatis suę ostenderit, & aduersariũ se inseruire velle comprobauerit, ille qui hoc tentauerit, mulctã, quæ in chartã descripta est, soluere cogatur,

† Capit. K. M. l. 3. c. 28.

tur, si verò charta non paruerit, sed iam ab alio, qui eum inseruire voluerit disfracta est, Werigeldum eius compon. duas partes illi quem inseruire voluerit, tertiam Regi, & ille iterum per præceptum Regis suam libertatem conquirat.

* Liber qui se loco Wadij in alterius potestatem commiserit, ibique constitutus † fuerit, damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco Wadij suscepit, † & qui damnum soluat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens simul debitum, propter quod eum in Wadio suscepit, & qui damnum fecit, dimissus iuxta qualitatem † Regi cogatur emendare, si verò liberam fœminam habuerit, vsque dum in pignus extiterit, & filios habuerit, liberi permaneant.

† Omnia debita, quæ ad partem Regis solui debent, sol. XII. denariorum soluantur, excepto freda, quæ in lege † Salicam conscripta est, illa eodem solido, quo illæ cæteræ compositiones solui debent, componantur.

* Si quis causam iudicatam repetere in mallo præsumpserit, ibiq; testibus conuictus fuerit, aut XV. sol. compon. aut XV. ictus à Scabiniis, qui causam prius iudicauerint, accipiat.

* Optimi quiq; in pago vel ciuitate in testimonium assumantur, & quibus is, contra quem testimoniari debent, nullum crimen possit indicere.

* De causis admonendis. * De Ecclesiis emendandis & vbi in vnum locum plures, quàm necesse sit, vt destruantur.

* Presbyteri non ordinentur priusquam examinentur, & vt excommunicatio passim & sine causa non fiat.

* Vt missos nostros Scabinos, Aduocatos, Notarios per singula loca eligant, & eorum nomina, quando reuersi fuerint, secum scripta deferant.

* De his, qui legem seruare contempserint, vt per fideiussores in præsentia Regis deducantur.

Vt illi, qui haribannum soluere debent, coniectum faciant ad * harribannuntorem.

* De fugitiuis ac peregrinis, vt distringantur, vt scire possimus, si quis sunt aut vnde venerint.

* De pauga & brunnia, ne dentur negotiatoribus.

* De mensuris, vt secundum iussionem nostram æquales fiant.

* Vt non mittantur testimonia super vestitura domini Pipini Regis.

* Vt nec colonus nec fiscalinus possit alicubi traditiones facere * si iudicatum fiat.

* Vt nullus præsumat hominem in iudicium mittere sine causa, nisi iudicatum fiat.

* Vt liber homo, qui in monasterio regulari comam deposuerit, & res suas ibidem delegauerit, promissionem factam firmiter teneat.

* Vt omnia, quæ Wadiari debent iuxta quod in lege continetur, pleniter secundum ipsam legem revvadiata fiant, & postmodùm vel Dominus Rex, vel cuius causa est, iuxta quod ei placuerit misericordiam faciat.

De Episcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placitum nostrum non venerunt.

* Vt nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium dicere, nec placitum Comes habeat, nisi ieiunus.

* Vt nemini liceat alium cogere ad bibendum.

* De missis nostris discurrentibus, vel cæteris hominibus in vtilitate nostra iter agentibus, vt nullus mansionem contradicere præsumat.

De

* Capit. K. M. l. 3. c. 29. † absunt. † aut damnum. † rei. † Capit. K. M. l. 3. c. 30. † Salica. * Capit. K. M. l. 3. c. 31. * Capit. K. M. l. 3. c. 32. * pertinet fortè ad Capit. K. M. lib. 3. c. 45. aut 49. * Capit. K. M. append. ad 4. l. c. 28. * Capit. K. M. l. 3. c. 142 * Capit. K. M. l. 3. c. 33. * missi nostri. * Capit. K. M. l. 3. c. 34. * Capit. K. M. l. 3. c. 35. * haribannatorem. aut herrbannatori. * Capit. K. M. append. 2. ad 4. lib. c. 4. * ib. c. 11. * ib. c. 12. * ib. c. 13. * Capit. K. M. l. 3. c. 36. * Absunt hæc verba in Capit. * Capit. K. M. l. 3. c. 37. * Capit. K. M. lib. 3. c. 143. * Capit. K. M. append. 2. ad 4. l. c. 8 * Capit. K. M. l. 3. c. 144 * Capit. K. M. l. 3. c. 38.

Carionem Chronicorum lib. 3. Continuatorem Chronici Eusebiani, Iacobum Wimphelingium in Epithomate rerum Germanicarum, cap. 60.

Ianum Pirrhum de vitis Episcoporum Tridentinorum, lib. 5. Lazium in Austria sua, lib. secundo.

Anno 1489. quo hic Episcopus obiit, aliàs 1490. in Quadragesima Sigismundus, Archidux Austriæ, cùm liberis careret, Comitatum Tyrolensem, & omnes suas prouincias superiores Maximiliano Regi Roman. consensu Friderici Imperat. liberè resignauit, qui etiam ipsorum priuilegia atque libertates confirmauit, &c. prima prouincialia Comitia Meroniæ habuit, ac ibi regimen seu consilium Tyrolense renouauit.

Sigismundus autem posteà, nempe Anno 1496. quarta Martij, Oeniponti obiit, sepultus in Stambs apud suos Maiores. Princeps hic fuit liberalis, mansuetus, pacis, iustitiæ ac doctrinæ amator, ac singularis Patronus. Sub eo in Comitatu Tyrolensi fuerunt aurea secula. Nam Anno Domini 1448. principio sui regiminis famosissimæ ac opulentissimæ argenti fodinæ in villa Schvvatz im Erbstollen & Falckestain primò inuentæ. Inde vsq; ad tempora nostra vltra años centum maximæ opes ac diuitiæ erutæ (irritamenta vt Poeta ait malorum) Vnde Comitatus iste à multis Regno alicui non immeritò comparatus est. Qui de hoc Sigismundo plura scire cupit, videat Austriam VVolffgangi Lazij.

Anno 1493. obiit Vlricus de Freuntsperg Episcopus Tridentinus, huius nominis tertius, cui substitutus est alius Vlricus de Liechtenstain, Tyrolen. canonicus Trident. & Brixinen. quartus huius nominis.

69. MELCHIOR à Meckavv, Caspari à Meckavv, Austriaci. Maximiliani Romanorum Regis Consiliarij ac Cubicularij, &c. filius, designatus Coadiutor Georgij, posteà Episcopus Brixinensis ab Alexandro Papa sexto Romæ magnificis cæremoniis Cardinalis creatus est, Anno 1503. Sub hoc Episcopo, nempe Anno Domini 1500. Leonhardus Comes Goritiæ, vltimus suæ familiæ, Testamento legauit Maximiliano Cæsari oppidum Luentz Goricensis olim Comitatus cum omni sua iurisdictione, quod hoc modo Comitatui Tyrolensi plenè accessit & incorporatum est, Anno Dñi 1511. in quo quondam Evfemia, Comitissa Goricensis, instituerat Monasterium ordinis Carmelitarum, ibidem sepulta, secundùm Putschium.

Hoc Anno in Comitatu Tyrolensi hyems asperrima, quam secuta est æstas immodicè æstuans, & arida; ita vt propter pluuiæ inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum in primis, parũ quoque auenæ creuit, & frumenti maxima caritas secuta; vinum tamen vbiq; & optimum, & in maxima quantitate natum est, vt dolia deficerent. Fuit idem hic annus porcis admodum funestus, ac cæteris aliquot animalibus exitiosus.

Anno Domini 1504. 24. Aprilis obiit Dominus Gavdentivs, Aduocatus de Matsch, siue Amasia, Comes à Kirchperg, & Dominus in Prettigovv & Dauas, Curiensis Episcopatus Hæreditarius Dapifer, Sigismvndi quoq; Archiducis, ac Maximliani Romanorum Regis Consiliarius, Dux militaris, postremus suæ familiæ, in magnifico castro suo Churberg, in valle Venusta, sepultus in vicino Monasterio sanctæ Mariae, ordinis sancti Benedicti, &c.

Anno 1505. 16 Septembris obiit Tridenti Dominus Vdalricvs à Liechtenstain, Episcopus Tridentinus, sepultus ibidem; cui successit die 24. eiusdem mensis Dominus Georgius, eius nominis à Neidekh, Austriacus, I. V. Doctor, Archiducatus Austriæ Cancellarius, & Coadiutor Tridentinus, vir doctus, ac in grauibus negotiis diu versatus.

1. deest; tertius

Obiit hic Melchior Episcopus & Cardinalis Romæ, secunda die Martij;

Anno

Anno 1509. in legatione pro Maximiliano Cæsare, Anno Pontificiæ dignitatis XXII. sepultus ibidem.

70. CHRISTOPHORVS, primus huius nominis, à Schrouenstain, filius Osvvaldi Equitis aurati, ac Praxedis, Baronissæ à Wolckenstain, &c. Coadiutor Brixineñ. & Tridentineñ. summæ Ecclesiæ Præpositus, &c. fit Episcopus Brixineñ. Anno 1510. vir genere, eruditione ac morum grauitate celeberrimus, Sororem habuit Fœlicitatem, Abbatissam Sunnenbergensem, & aliam sororem Barbaram, vxorem Domini Pauli de Liechtenstain, Maximiliani Cæsaris intimi Consiliarij: Ambo coniuges Augustæ defuncti, ac Bozanum ad sepulturam suam translati, Anno 1513.

ANNO 1514. obiit dominus Georgius de Neidek, Episcopus Trident. Veronæ, ibi Vicarium Imperialem gerens, sepultus Tridenti, successit illi D. Bernhardus de Glöss, Tyrolensis ex valle Naunum, huius nominis tertius, I. V. Doctor, factus posteà Cardinalis & Administrator Episcopatus Brixinensis.

PRÆFVIT hic Christophorus Brixinensi Ecclesiæ annis 12. Obiit Anno 1521. 4. Calend. Aprilis, qui fuit 29. Martij, ibidem sepultus.

71. SEBASTIANVS, huius nominis secundus, Sperancius, I. V. Doctor, Consiliarius Maximil. Cæs. & Matthæi Langij Card. Præpositus Brixineñ. fit Episcopus 5. annis præfuit. Obiit in Brauneck 11. Actobris, Anno 1525. sepultus ibidē.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno Domini 1522. diuisione facta inter Carolum V. Rom. Imper. & Ferdinand. fratrem paternorum Regnorum ac prouinciarum, Ferdinando inter cætera cessit Comitatus Tyroleñ.

72. GEORGIVS ab Austria, huius nominis quartus, Cæsaris Maximil. filius naturalis, postulatus est ad Episcopatum eodem anno 29. ac mense die 21.

QVARTO die Iunij, Anno 1534. magnificum Palatium curiæ Oenipontanæ media nocte incendio grauissimo exustum est.

ANNO 1539. 18. Ianuarij, resignauit hic Georgius Episcopatum in manus Capituli, cùm 14. annis Brixineñ. Ecclesiam gubernâsset, ordinatus in Archiepiscopum Valentinum in Hispania; vbi cùm paucis annis sedisset, relicta Archiepiscopali sede Valentina in Germania inferiori, intercessione & autoritate Caroli V. Imperat. factus est Leodiensis Episcopus, Anno Domini 1544. cui multis annis præfuit; ibique mortuus & sepultus est senex, Anno 1557.

73. BERNHARDVS à Glöss Tyrolensis, Episcopus Tridentinus, & S. R. E. Tituli S. Stephani in Cœlio monte Presbyter Cardinalis, Anno 1539. mense Ianuario postulatus est in Administratorem Ecclesiæ Brixinensis; qui cùm possessionis capiendæ causa venisset, inter prandendum Apoplexia tactus interiit 29. Iulij, eodem anno. Vixit ab ingressu 17. dies. Corpus eius solemni funebri pompa Tridentum relatum atq; ibi sepultum est, cum illi Ecclesiæ 25. annis laudabiliter præfuisset. De cuius vita, rebus, ac aliis Episcopis Tridentinis latè ac eleganter scripsit Ianus Pyrrhus Pincius Mantuanus, libris septē, suprà citatus, &c.

SVCCESSERVNT in Episcopatu Tridentino, Christophorus de Madrucio, Baro Tyrolensis, Decanus ibidem: in Brixinensi verò Christophorus Fuchsius à Fuchsperg Tyrolensis, Decanus ibidem.

74. CHRISTOPHORVS Fuchs à Fuchsperg, in Iauffenburg Eques auratus, Capitaneus ac Præfectus Regius in Kuofstain, defuncta vxore Catharina de Machstain, Nobili Bauara, ex qua tulit vnicum filium Christophorum, Equitē pariter ac Successorem suum in Kuofstain, animum ad Ecclesiastica applicuit, factus Canonicus Salisburgensis, Tridentinus, ac Decanus Brixinensis, locumtenens Oeniponti; defuncto Bernhardo Cardinale, electus est Episcopus Brixinensis, Anno Domini 1539. prima Septembris.

ANNO

Anno sequenti 1540. tam feruens ac arida æstas fuit, vt pleraq; agrorum sata perirent, frumentumque exaresceret: Viciſſim magna vini generoſiſſimi copia prouenit, vt vaſa quoque deficerent; Montana quoq; nemora ex nimio ſolis ardore accenſa, iuxta vrbem Oenipontanam in nemore Hetinio, 20. die Iulij, tantum hominibus terrorem incuſſerunt, vt omnia vicina loca flammarum ſæuitia conflagratura timerent. Obiit hic Epiſcopus anno tertio ſui Pontificatus, 29. Aprilis, aliàs ſecundùm Catalogum 9. Decembris, Anno 1542. ſepultus ibi in ſummo Templo. Electus eſt poſt eum in Adminiſtratorem Dominus Chriſtophorus Madrucius, Epiſcopus Trident.

75. CHRISTOPHORVS Madrucius, Epiſcopus Tridentinus, eligitur in Epiſcopum Brixinenſem, Anno 1542. factus poſteà Anno 1544. à Paulò Papa tertio Cardinalis Tituli S. Cæſarij, vir magni iudicij ac experientiæ, grauis, doctus ac eloquens, cuius opera & conſilio Carolus quintus Imperator, ac filius ipſius Philippus Rex Hiſpaniarum, necnon & ipſi Summi Pontifices in grauiſſimis negotijs ac legationibus ſæpe ac vtiliter vſi ſunt. Obiit Tiburi, Anno 1578. die 5. Iulij, ibidem iuxta Cardinalem Eſtenſem ſepultus, cùm Brixineñ. Eccleſiam 36. annis laudabiliter rexiſſet.

Anno 1545. Idibus Decembris, ſacrum ac œcumenicum Concilium Trident. à Paulo tertio, Pont. Max. Anno 1542. 11. Calend. Iunij, ipſius Epiſcopi ſuaſu ac inſtinctu legitimè indictum, iam demum publicari ac celebrari cœptum eſt, eodemque die Tridenti ſeſſio prima habita.

76. IOANNES THOMAS, Baro à Spaur & Valerio Tyrolenſis, Præpoſitus & Canonicus Brixinenſis, ac prædicti Chriſtophori Madrucij Cardinalis ex Sorore Nepos, Anno Domini 1552. Coadiutor factus; poſteà Anno 1578. defuncto Cardinale Chriſtophoro, in Epiſcopum electus, qui hoc 1582. Anno adhuc cum laude præeſt. Omnipotens Devs ipſum Eccleſiæ Brixinenſi quàm diutiſſimè incolumem conſeruare velit.

Episcopi Brixinenſes, quemadmodum etiam Tridentinenſes, tametſi iure Aduocatiæ, ac quibuſdam aliis ad Comitatum Tyrolenſem pertineant, ſunt tamen Principes Romani Imperij, Regalia ab Imperio, ſeſſionem in Comitiis Imperialibus habent, ac in contributionibus ſunt: Hinc quoq;, vt & cæteri ſacri Romani Imperij Principes, tam Eccleſiaſtici quàm ſæculares, ab antiquis temporibus Officiales ſuos, quos hæreditarios vocant, habent; nempe hi noſtri Brixinenſes Marſchalcos, olim à Schönekh, nunc Barones à Welſperg & Primör, Dapiferos, olim à Kaſtelruto, nunc Barones à Wolckenſtain & Rodneck, Pincernas, olim Nobiles de Seben, poſteà Nobiles de Niderthor; poſt hos Nobiles de Tunn, qui etiam Pincernæ ſunt Tridentinenſis Epiſcopatus, Camerarios, olim Nobiles de Rodneck, poſteà de Schneckēberg, poſt hos Barones à Vels, &c.

Svnt quoque quatuor alij Epiſcopi, Suffraganei Archiepiſcopatus Salisburgeñ. nempe Gurceñ. Chiemen. Seccouienſis & Lauentinenſis: At hi inter Principes Imperij non cenſentur: locum aut ſeſſionem in Comitijs non habent, neq; Imperio quicquam contribuunt. Horum Epiſcoporum Catalogos non habui, neq; de eorum primæua inſtitutione, vita ac geſtis, alia quam quæ ſuprà ſub Salisburgen. Archiepiſcopis, de quorum menſa, vt vocant, inſtituti, breuiter annotata ſunt, Gurcenſis, nempe per Gebhardum Archiepiſcopum, circa annum domini 1073. Chiemensis, Seccouienſis ac Lauentinenſis, per Eberhardvm Archiepiſcopum, circa Annum Domini 1214. & 1220. Qui de his præter Chiemen. plura cupit ſcire, Wolffgangum Lazium legat, in commentarijs ſuis Reipub. Romanæ, lib. 12. mihi fol. 1222. 1225. & 1228.

ADDI-

ADDITIONES.

BRIXINENSES EPISCOPI.

THEODONI tertio filium fuisse THEODIBERTVM, qui de patris suprema iam agentis manu principatum accepit, ex historijs aliysq; antiquiss monumentis indubitatum est. Fratres verò eidem Theodoni fuisse quoq; Diepoldum & Uttonem, quos alij Theodibaldum & Vtonem vocitant, credere prohibeor hys quæ accuratè tradit Velser. Rer. Boicar. IV. p. 215. a.

Error est in annis; inde vt videtur natus, quod aberrantes facile longissimè (*vt Velser. pag. 213. rectè ait*) qui in Regum nominibus lapsi, historiam ad superiores Theodones retraxère, ante annos octoginta circiter vita iam functos. *Rescribendus verò hic annus DCXVI. post Christum natum.* b.

Huius S. Cassiani fit mentio in confirmatione Ludouici III. & in donatione Conrad. II. quas infrà suis locis exhibebimus. c.

Juliani temporibus Sabiona (vt loquitur Velser. Boicar. III pag 178.) quæ inter Brixentas in alpibus citra Bauzanum sita ad Boicam olim pertinuit. Otho Frisingen. Brixinam Bauariæ ciuitatem appellat: & longè à verò errant, atque historiæ imperiti sunt qui siue Sabionam, siue Brixinam Boijs adimunt. Vid. Fr. Philipp. Ferrarium in Catalog. SS. Italiæ, mense Aug. die 13. f. 107 d.

Aquilegiam Norici (qua illud ad Hadriaticum sinum vergit) vrbem; illumque totum tractum Norico, secundum alios Vindeliciæ, quæ & ipsa Norici pars, accensam fuisse, nemo negabit. Idq; Diplomatibus Regiis alijsq; monumentis vetustissimis probari potest. e.

Secundum à S. CASSIANO Episcopum Sabionen. seu Brixinatem ex Philipp. Ferrario producit R. P. Raderus Lucanum quem etiam inter Bauariæ sanctos recenset his verbis: Diuus hic Lucanus Sabionensem egit Episcopum sub Annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pont. Max. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem administrante; apud quem ab æmulis & nimis religiosis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cineralia cum summa rerum inopia prementur, lactis vsum, & quæ inde obsonia fiunt in cibum benignius indulsisset; cum tamen necessitas legem nesciat: nec Ecclesia, quæ mater, non nouerca est, velit ouilia sua nimia fame premi, multò minùs interire. Citatus ergo ad summum in orbe Christiano iudicis tribunal, quamuis iam annis & senio fessus, vno duntaxat administro comitatus, cum Spoletum venisset, stabularij seu Cauponis vxorem aquâ intercute distentam solis precibus curauit, vti noxius humor sponte difflueret, vterusque euacuatus & correctus subsideret. Inde Romam vsque progressus, cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud sine clauo, sine paxillo, perinde quasi tela solis armata hamis sustinerent vestem. Quod cum Pontifex Cælestinus ipse spectator admiraretur, indeque de sanctitate antistitis coniecturam faceret, non solum ab omni crimine habuit excusatum (vt cuius innocentiæ etiam cælum suffragaretur) sed etiam multis cultum beneficiis ad suam sedem remisit. Atqui nec tum potuit quamuis Romæ absolutus domi conquiescere, inimicis illum tam diu exagitantibus, donec loco cederet, qui inde in vallem Agordiam, quæ Beluno paret, se demisit, vbi Auatia religiosa fœmina peregrino victum benignè subministrauit. f. de SS. Bavariæ fol. 20. vulg.

Cum vitâ cessisset, & corpus eius Belunum esset deferendum, id nunquam fieri potuit, quo ad sacrum eius caput Agordi veluti pignus accepti beneficij relinqueretur. Reliqua pars corporis Beluni in summam ædem illata summam habet venerationem.

Hic eximendus est lectori vnus alterue scrupulus, qui Philippum Ferrarium nec quicquam torsit. Miratur is, cum de hoc Lucano Brixinensi præsule tractat, quamobrem apud Democharem & Hundium in Syllabo Pontificum Brixinensium vel Sabionensium nulla fiat mentio. Promtissimum est è vero respondere. Nomina ab vsque S. Cassiano omnium Pontificum propter barbarorum incursiones & vrbis euersionem, ad vsque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infrà) intercidisse. Nullum autem genti illi rectorem, præsulem, aut Pontificem interea vnquam præfuisse, non est verisimile. cum hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci Pontificem egisse. Sed & prisca Brixinensium Chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt, vt doceri non possit nullum præterea alium post Cassianum Episcopum fuisse. Alter est, cum Brixina illa tempestate nec opidum fuerit, neque nomen eius exstiterit, & ab S. Albuino qui sub Othone III. & Henrico S. demum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mænibus cinxit & opidi nomen indidit, fuerit translata, quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixinensis? Nec hic opus est Alexandri gladio ad secundum hunc nodum. In promtu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum, quod sedes Brixinam è Sabiona sit translata, vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus, & Albinus dicuntur Brixinenses Episcopi, per vsurpationem & Catachresin, cum Sabionenses fuerint. S. Albuinus primus Brixinensis Pontifex celebratur. A quo posterioris æui scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores Pontifices, & pontificatum Brixinensem abolito Sabionæ nomine nuncuparunt, vti ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem sæculo quo S. Lucanus vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ, quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem, cum Brixina nusquam nisi in Vtopia id loci esset.

Quare Brixinenses pontifices sancto veroque iure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixinensium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præsulem: Extant apud Democharem nomina Brixinensium Pontificum, inter quæ nullum est Lucani, nullus Lucanus. *Hactenus de S. Lucano P. Raderus, cuius sententiæ lubens subscribo.*

Non possum non commemorare hoc loco, quæ supradictus R. P. Raderus, de S. Ingenuino (qui & Genuinus) Pontifice Sabionensi apud Brixentas magno rationum pondere in medium adfert; & tot quidem verbis, quot ipse vtitur.

Antiquissimus, *ait*, scriptorum qui Ingenuinum laudat est Paullus Warnefridus Diaconus Foroiuliensis, historiæ Longobardorum conditur: Hic Ingenuinum in conuentu decem antistitum in Mariano consedisse testatur. *Post hæc* inquit *facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, vbi receperunt Seuerum Patriarcham A-*

qui-

quileiensem, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicarat Rauenna. Nomina vero Episcoporum qui se ab hoc Schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horuntinus Vincentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius de Lunensis. Cum Patriarcha autem communicauerunt isti Episcopi: Seuerus Parentinus, Iohannes Patritius, Vindemius, & Iohannes.

Hæc Diaconus de quibus pluribus infrà agemus. Hic primùm Ingenuini acta vitam & mores recognoscemus. Deinde censuram nostram subijcemus, iudiciumque de singulis feremus. Ergò in Brixinensium factis, quos propria Sanctorum Brixinensium inscripserunt, Romæ prius à Baronio & Pio Comensi alijsque Cardinalibus recognita, deinde Anno CIↃ IↃCVI. ex auctoritate Christophori Andreæ Pontificis Brixinensis Oenipoente apud Danielem Agricolam ediderunt, hæc de S. Ingenuino leguntur:

Ingenuinus primus post sanctum Cassianum temporibus Gregorij Magni & Ruperti primi Salisburgensis Episcopi, circa Annum Domini quingentesimum nonagesimum Sabionensem rexit Ecclesiam. Nam cum Sabiona expulso sancto Cassiano à gentilibus depopulata: postea vero per Hunnorum incursiones ab Attila rege funditus excisa; ac deinceps plus quam ducentis annis sine Rectore & Episcopo fuisset: Ingenuinus vrbem & Ecclesiam Sabionensem, Theodonis tertij Bauariæ Ducis beneficentia restaurauit. Factusque ibidem secundus Episcopus & Pastor ab Helia Patriarcha Aquileiensi, tum temporis Metropolitano est consecratus. Grassabatur autem adhuc infelix illud contrà quintam Synodum Constantinopolitanam, tria Iustiniani Imperatoris Capitula damnantem, Schisma. Quod cum vniuersam prope Catholicam Ecclesiam pluribus annis miserè dilacerasset: ipsumque etiam Seuerum Heliæ Aquileiensis Patriarchæ Successorem, ac plures Episcopos infecisset: Ingenuinus tamen, vnà cum paucis quibusdam orthodoxis non modo adduci non potuit vt consentiret, verum etiam Marianam Synodum præsentia & authoritate sua laudabiliter condecorauit; in qua dictus Seuerus Patriarcha reuocato errore receptus fuit in gremium Catholicæ Ecclesiæ. Magnis verò pro honore Dei perfunctus laboribus Ingenuinus, sub Autharit Flauio Longobardorum rege Italiam deuastante in exilium pulsus est. Vbi ærumnis confectus miraculis gloriosus migrauit in cœlum Nonis Februarij.

In hac narratione primum illud obseruandum S. Ingenuinum non videri primum post S. Cassianum Sabionæ Episcopum, sed vt supra ostensum est, S. Lucanum inter Cassianum & Ingenuinum medium intercessisse. Indeque Petrum de Natalibus, Hundium & Ferrarium ipsosque Fastos sacros Brixinensium castigandos. &c.

in Vita S. Lucani.

Deinde grauior sequitur error & certus, cum affirmatur Ioannem Rauennatem antistitem schismate de tribus capitulis infectum, & schismatis antesignanum fuisse, quæ grauis est iniuria, optimo & Catholico pontifici Rauennatium illata. Nec enim is vnquam fuit schismate infectus, sed vel maximè contra schismaticos decertauit. Quod ex S. Gregorij epistola ad eundem missa clariùs elucescit, qua laudat Ioannem, & gratias eidem agit, quod Istriæ Episcopos per Exarchum ad Catholicæ Ecclesiæ sententiam sequendam compulerit, &c. Et infra: De Ingenuini præterea exilio, tradit idem Baronius anno Christi DCXXXVIII. Porro inquit, *etsi sub Ariano rege non reperitur indicta in Catholicos persecutio: accidebat tamen interdum vt si qui Episcopi æstuantes Zelo Catholicæ fidei vrgerent Arianos, iidem ab eodem rege exilio mulctarentur, vt contigit S. Genuino siue Ingenuino Episcopo Sabionensi, qui à rege Longobardorum in exilium pulsus apud Brixionem in Germaniam, ibidem diem obijt, iunctusque sepultura est S. Albino eiusdem ciuitatis Episcopo; factumque est vt amborum vna eademq; die natalis in Ecclesia celebretur Nonis Februarij.*

Tom. 8.

Vbi rursum venire in dubium potest, quod pulsus ex Italia Brixionem venerit, & ibi mortem obierit, cum Brixina nondum extiterit. Sabiona

sum bonorum virorum iudicio) consultim fuisset, veterum Diplomatum, Epistolarum ac Decretorum verba genuina ac autentica, vtcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpe numero sensum quoq; ac ipsam sententiã peruertere videtur, quod plerosq; doctos viros, ac Auentini aliàs studiosos in ipso (& meritò quidem) desiderare audio. Consimile, nec minus insigne audaciæ Auentini exemplum, vide infrà sub Episcopo WISVNDO.

Meliori animo, & fide integriori nos hic repræsentamus Concilium seu Synodum Dingolfingen. vel potius fragmentũ eius, quod clarissimus & perenni memoriâ dignus Dn. Heinricus Canisius Nouiomagus I.C. & SS. Canonum, professor in Academiâ Ingolstadiensi Dominus & amicus meus honorandus, acceptum ab Illustri viro Marco Velsero, multis nominibus mihi nunquam non honoratissimè nominando, à se propria manu ex peruetusto Codice exscriptum, anno MDC. in lucem edidit.

Not. Nonnulla huius Concilij acta suprà sub Patauien. & Laureacen. Archiepiscopo Wiferico extant; quæ candido lectori cum his conferre non iniucundum fore spero, nec infructuosum.

HÆC SVNT DECRETA, QVÆ CONSTITVIT sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingoluingen, Domino * Tassilo mediante.

** l. Tassilone.*

DE die Dominico ita constitutum est, vt tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis Canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est.

** l. quis*

De hæreditate, quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit; vt quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam antea donauerat, aut postea donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, vt locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si Sacerdos non habeat chartam, nec testem, vt prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum & iudex iudicat, sic defendat. I.

De eo, quod Episcopi iuxta Canones, & Abbates Monasteriorum iuxta regulam * viuentes, ita constituit.

Capitula cur numerari hic primũ incipiant.

* De eo quod sanctimoniales, quæ in seruitio Dei sunt, ita constituit; vt nullus ausus sit in coniugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat sicut canones decreuerunt.

** l. viuant, vel viuentes sint.*

De eo, quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt vt firma fieret. II.

** l. De sanctimonialibus.*

De eo, quod vt si qui de nobili genere de hæreditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset nec mutaret in perpetuum. III. IV.

De eo, quod vt serui Principis, qui dicuntur Adelscalhe, * vt suam habeant Weregeldam, iuxta morem quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Weregeldi iuxta legem suam, ita constituit. V.

** fort. desit volens.*

** videtur abundare.*

De eo, quod parentes Principis quodcunque præstatum fuisset nobilibus intra Baioarios, hoc constituit, vt permaneret & esset sub potestate vniuscuiusque relinquendum posteris, quam diu stabiles fœdere seruassent apud Principem ad seruiendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit. VI.

58. IOANNES Schaldesman Lenzburgeñ. Sueuus, I.V.D. Rudolphi quarti, Ducis Austriæ Cancellarius aulicus, antea Episcopus Gurcensis, fit Episcopus Brixinensis, Anno 1377.

EODEM ANNO autoritate Pontif. commutauit Episcopatum cum Friderico Curieñ. Episcopo. Obiit ibi Anno 1389. Sic Putschius, at Catalogus impressus aliter habet.

59. FRIDERICVS, antea Curieñ. Episcopus, Brixinensis Episcopus factus Anno 1377. Catalogus ponit hunc de Erdinga natum, Leopoldi Austriaci à Svvitensibus occisi Cancellarium, multis virtutibus præclarum, amatorem Cleri, ac quasi speculum omnis pietatis ac honestatis fuisse, laudabiliter præfuisse annis 22. & 10. mensibus; tandem soli DEO vacaturum, Vdalrico de Vienna, Leopoldi iunioris Cancellario, Episcopatum resignâsse, ac Anno 1396. in die sancti Viti obiisse, sepultum iuxta altare S. Trinitatis, &c. Numerus annorum non per omnia quadrat.

60. VDALRICVS, Episcopus Brixinensis, secundus huius nominis, Leopoldi Ducis Austriæ, fratris VVilhelmi Cancellarius, Anno 1396. eidem VVilhelmus Dux Austriæ priuilegia dedit, Anno 1402. Præfuit annis 21. Clerum & alios subditos multis exactionibus oppressit, hinc etiam captiuitatem & alias calamitates passus; Econtra in eleemosynis valde largus, ædificiorum studiosus restaurator, Palatium Episcopale, quasi è fundamentis extruxit, castrum Brunekh insigni ædificio illustrauit. Putschius. Sub hoc Episcopo Leopoldus iunior, Dux Austriæ, & Comes Tyrolensis, leges seu statuta prouincialia Comitatus Tyroleñ. ad instantiam Statuum restaurauit, Landtsordnung vocant, Anno 1397. ipsis quoq; aliqua Priuilegia suo & fratrum suorum nomine dedit, Anno 1404.

ANNO 1416. pax & transactio inter hunc Episcopum Vlricum ex vna, Ernestũ & Fridericum, Duces Austriæ, & Comites Tyrolenses, fratres ex altera partibus, per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem, & Ludouicum Ducem Bauariç facta est, super litibus & contentionibus suis, &c.

EODEM quoq; anno, inter prædictos duos fratres grauis contentio orta, Friderico, quòd Ioannem XXIII. Pont. per Concilium Constantiense depositum, clàm è Constantia abduxisset, per Concilium ac per Sigismundum Imper. proscripto & omnibus prouinciis suis priuato: Ernestus per prouinciales Tyrolenses euocatus, qui neque Cæsari neque alteri extraneo iurare vellent, venit, ac Comitatum Tyrolensem in fidem accepit; Fridericus frater, post impetratam absolutionem, domum reuersus ægrè tulit, hoc sibi à fratre factũ, Comitia prouincialia desuper habita primò Meraniç, posteà Oeniponti: Post multos tractatus, quibus etiam Vlricus hic Episcopus interfuit, cùm maior pars Nobiliũ cum Ernesto; ciuitates verò ac populares cũ Friderico sentirent; tandẽ cõcordia ac noua diuisio inter fratres facta, in qua Comitat⁹ Tyro. Friderico absolutè cessit.

OBIIT Vlricus Episcopus, Anno 1417. 18. Maij, sepultus ibidem ad murum Capellæ omnium Sanctorum versus Sacristiam.

61. SEBASTIANVS Stemphelius Athesinus, primus huius nominis, Decanus Brixinensis, vir deuotissimus, fit Episcopus, Anno 1417. Pręfuit vno tantùm anno fidelissimè. Obiit Anno 1418. 12. Calend. Aprilis, ibidem sepultus, sub lapide in medio templi.

62. BERCHTOLDVS, cuius tàm patria quàm familia ignoratur, fit Episcopus Brixinensis. Sub hoc Episcopo lacus iuxta Meraniam ciuitatem ad Athesim inundatione rumpitur, partem ciuitatis, nec non hospitale extra muros cum Templo, Sacerdotibus ad Altare stantibus, vnà cum muro ac portis rapit; inter alia infantem in cunis cum insidente fele, infans prope Bozanum tribus millia-

tibus

ribus infra Meranum saluatus est, perierunt circiter 400. homines, factum hoc Anno 1419. die veneris post S. Mauritij, &c.

Anno 1420. tam calida hyems fuit in Comitatu Tyrolen. vt die 20. Februarij inciperent florere arbores, die quarto mensis Martij etiam vineæ. Meminit eiusdē Engelhusius, cuius Chronica hoc anno desinit, secūdùm Putschiū. Ego Chronicam non vidi. Prædictus Berchtoldus, Episcopus Brixinensis, obiit Anno 1427. nono sui regiminis, ibidem sepultus. Catalogus discrepat in numero annorum, ego sequor Putschium.

VDALRICVS Putschius, Sueuus ex Werdea, terti⁹ huius nominis, Canonic⁹ Tridētinus & Brixineñ. Friderici Ducis Austrię & Co. Tyroleñ. Cācellarius, fit Episcopus Brixineñ. An. 1227. Consecratus per Antoniū Pancerinū de portu Gruario, Cardinal. & Patriarcham Aquilegieñ. autoritate, & vice Archiepiscopi Salisburgeñ. Sede tunc per obitum Eberhardi Archiepiscopi vacante, &c. 63.

Eodem anno Oeniponti natus est Sigismundus, Dux Austriæ, baptizatus per prædictum Episcopum Vdalricum, Compater fuit Sigismundus Imper. cuius etiam nomen sortitus est.

Fuit hic Vdalricus vir pius, doctus, facundus, in rebus agendis prudens, qui optimè præfuit Ecclesiæ suæ decem ferè annis. Dicitur in Catalogo hunc de rebus suis gestis diarium conscripsisse, eius exemplar Brixinæ adhuc extare. Obiit 29. Augusti, Anno 1437. sepultus ibidem in Basilica Cathedrali, in sacello trium Regum, à se fundato.

GEORGIVS, huius nominis secundus, ex valle Stubaij prouincię Tyroleñ. tenuis fortunæ parētibus oriundus, Præpositus Brixineñ. & Canonicus. B. Mariæ Virginis ibidē in ambitu, Alberti Rom. Regis, ac Friderici senioris, Ducū Austriæ, & Comitum Tyroleñ. Cancellarius, fit Episcopus Brixineñ. Anno 1437. 64.

Sub hoc Episcopo obiit Fridericus senior, Dux Austriæ, & Co. Tyrolis, Sigismundo eius filio nondum pubere, vt potè qui tum 12. annum ætatis vix attigerat. Tutorem habuit Fridericum Austriacum, seniorem dictum, pòst Rom. Imperatorem. Hic Georgius Episcopus obiit 17. Decembris, Anno 1443. Qui optimè rexit annis 6. redditus Ecclesiæ suæ ampliauit, magnam campanā, quæ sexta dicitur fieri, ac anniuersarium Angariale in memoriam omnium Episcoporum Brixineñ. institui curauit, &c. Idem diuersis necessariis ædificiis Ecclesiam suam ornauit, tumulatus ibidem in medio Cathedralis Ecclesiæ.

GEORGIVS, huius nominis tertius, eligitur Anno 1443. Interfuit hic Georgius Comitiis, per Fridericum Romanorum Regem, Anno 1444. Norinbergæ habitis. Obiit Viennæ in Decembri, Anno 1444. morte subitanea, Pontificatus sui anno primo, sepultus ibidem in Templo S. Stephani; de cuius ortu & vita nihil præterea scriptum reperitur. 65.

Meminit huius Episcopi subitaneæ mortis ac status Brixinensis Episcopatus Æneas Syluius, in Epistola sua 54. vbi eum Georgium vocat. In Catalogo horum Episcoporum fortè propter breuitatem regiminis omissus est, secundùm Putschium.

IOANNES, huius nominis sextus, Retelius ex oppido Hellel supra Salisburgum, Decretorum Doctor, Canonicus & Vicarius in spiritualibus Ecclesiæ Brixinensis generalis, electus in Episcopum secunda die Ianuarij, Anno 1445. Præfuit vigilantissimè sex annis. Obiit 28. seu vltima Februarij, Anno 1450. Brixinæ, ibidem sepultus. 66.

Sub hoc Episcopo, nempe Anno 1446. Fridericus Rom. Rex. abdicauit tutelam Sigismundi Archiducis, eique omnes suas ditiones resignauit.

67. NICOLAVS Cusanus, Treuireñ. Theologiæ ac I. V. D. vir doctissimus ac celeberrimus, S. Romanæ Ecclesiæ ad vincula Petri Cardinalis, Catalogus habet Wormatij obscuris ac pauperibus parentibus ortum, &c. cùm post mortem Ioannis Episcopi, Canonici concordibus votis, annuente quoque Sigismundo Duce Austriæ, Comite Tyroleñ. tanquam Aduocato Ecclesiæ, LEONHARDVM Wismair Tyroleñ. Decret. Doct. Canon. Brixineñ. & Parochum Tyroleñ. Ecclesiæ, prædicti Sigismundi Ducis Austriæ intimum Consiliarium ac Cancellarium, elegissent Episcopum 14. Martij, Anno 1450.

NICOLAVS quintus, Summus Pont. hunc confirmare noluit, sed illis inuitis prædictum Nicolaum Cusanum Episcopum dedit ac confirmauit: Ex qua re posteà plures contentiones & dissidia grauissima inter Sigismundum & Cusanum Cardinalem exorta. Nam hic à Sigismundo Archiduce, aliquamdiu captiuus detentus, ille rursum à Summo Pont. excommunicatus est; hæc tandem per Fridericum Cæsarem transacta & sopita sunt, & Cardinalis ille Cusanus, magnus ingenio, Episcopatum Brixineñ. nihilominus, tametsi à Principe Tyroleñ. grauiter infestatus, partim absens, partim præsens, ad mortem vsq; inuicto animo, Summi Pont. potissimùm ope & autoritate fretus, gubernauit.

PRÆDICTVS verò Leonhardus electus ope & intercessione prædicti Sigismundi Archiducis, Anno 1454. ordinatus est Episcopus Gurceñ. vbi cum quinquennio præsedisset, obiit Anno 1459.

NICOLAVS hic Cusanus impetrauit à Friderico tertio Imper. confirmationẽ supradicti priuilegij, à Friderico secũdo sup argenti fodinis dati, & hoc An. 1452.

EODEM anno idem Fridericus tertius Imper. Romæ viros nobiles, Georgium & Petrum de Latrono Tyroleñ. filios domini Paridis seu Parisij de Latrono Equitis aurati Nobilis quondam ac fortiss. Herois, ob fidelia seruitia, in dignitatem, gradum atque ordinem Comitum sublimauit, castraque ipsorum Ladronum ac Romanum, cum suis pertinentiis in Comitatum erexit, & nomine Comitatus insigniuit, conferens ac inuestiens eos de hoc Nobili feudo, præstito tùm consueto fidelitatis iuramento, nostris, tùm & Imperij sacri, & quorumlibet aliorum in his iuribus semper saluis, &c. Datum Romæ, sexto die Aprilis, Anno 1452. Regni nostri 12. Imperij verò primo.

SIGISMVNDVS prædictus Austriæ Dux, huic Nicolao de Cusa, Episcopo Brixineñ. impignorauit castrum Taufers in Bustertal cum pertinentiis, cum pacto reluitionis intra certos annos, Anno 1456. summa pretij posteà Anno 1464. per transactionem aucta est.

EODEM Anno 1464. 12. Augusti in Vigilia S. Cassiani Martyris, primi Episcopi Sabioneñ. seu Brixineñ. obiit dominus Nicolaus de Cusa Cardinalis, & Sedis Apostolicæ per Alemanniam & alias quasdam prouincias Legatus de Latere, Episcopus Brixineñ. Tuderti ciuitate Vmbriæ, anno dignitatis Cardinalitiæ XVI. Pontificiæ XV. ætatis LXIII. cadauer Romam relatum, ac in titulari sua Ecclesia honorificè sepultum, cum hoc disticho.

Qui iacet ante tuas Nicolaus, Petre, cathenas,
Hoc opus erexit, catera marmor habet.

PRÆFVIT annis 14. vir hic doctissimus fuit, vt ipsius opera testantur, ac Æneas Sylvius lib. 1. de actis Concilij Basiliensis ferè ab initio. De eodem, qui vult, videat Ioannem Auent. in Annalibus fol. 670. 825. 827. 839.

DEFVNCTO Nicolao Episcopo, ad instantiam ac intercessionem Fride. Imper. Summus Pont. Pius secundus, per Rudolphum Episcopum Lauentinũ, Legatum Apostolicum, Sigismundum Archiducem, ab excommunicatione, & prouinciam illam ab interdicto absoluit.

GEOR-

GEORGIVS Golserus Bauarus, huius nominis quartus, Canonicus Brixinen. vita omni probatiss. Senex, communibus votis, ac consensu Sigismundi Archiducis, Aduocati Ecclesiæ, post mortem Cusani electus est: Hinc graue schisma exortum, cùm Paulus, huius nominis secundus, Summus Pont. & Imper. Frider. tertius, vnà cum coniuge sua, contra hunc Georgium electum, quendam Leonem à Burckstal in Spaur, Tyrolensem, nobilitate, genere, doctrina, morumque grauitate spectabilem virum, Decretorum Doctorem, Maiestatis Cæsareæ præcipuum Consiliarium, in Episcopũ Brixinen. destinâssent, & Paulus Summus pontifex Georgium confirmare nollet: Econtra Sigismundus Dux, tanquàm Aduocatus ac Princeps Tyrolen. vnà cum Canonicis Leonem ad possessionem Episcopatus minimè admitterent. Durauit hoc schisma per septem annos cum dimidio, quibus Ecclesia Brixinen. duos Præsules habuit. His elapsis post multos tractatus, magnoq; pecuniæ interuentu Georgius, repudiato Leone, à Xisto Papa IV. confirmationem Pontificiam obtinuit. Diuturnum ac infelix hoc schisma fœlicissimum finem sortitum est.

PRÆDICTVS Leo posteà restauratæ per Fridericum tertium Imper. Cathedralis sedis Viennensis primus Episcopus constitutus, ac à Xisto Papa quarto confirmatus est, Anno 1480.

SVB HOC Episcopo Georgio obiit Nobilis vir, Osvvaldus de Seben Tyrolen. Eques auratus, Episcopatus Brixinen. Pincerna hæreditarius, postremus suæ familiæ, Anno 1465. Quo etiam obiit Georgius Hack de Themasvvald, Silesius, Episcopus Tridentinus; in cuius locum electus est IOANNES, huius nominis Hinderbach Hessus, Decretorum Doctor, Canonicus ac Præpositus Tridentinus, Friderici Imper. Consiliarius, & apud Sedem Apostolicam Orator, vir & doctrina ac experientia conspicuus.

ANNO 1475. in die passionis Domini, Simon, infans Tridentinus, per perfidos Iudęos Martyrio affectus; Iudęi autores, ac conscij sceleris dignas pœnas luerunt. Simon inter Sanctos relatus. Erecta illi Basilica, pluribus miraculis coruscat, cuius rei plurimi scriptores fide digni meminerunt, Sabellicus, Volateranus, Matthias Palmerius, ANDREAS Vega, qui de iustificatione super Concil. Tridentinũ doctissimè scripsit, in descriptione & commendatione vrbis Tridentinæ, præfixa operi suo, & decretis illius Concilij; Philippus Bergomas in supplemento Chronicorũ; Nauclerus, Munsterus in Cosmographia, omniũ verò locupletissimè Ianus Pirrhus Pincius Mantuanus, de vitis Trident. Pontificum lib. 4.

ANNO 1480. 20. Nouembris, obiit Oeniponti Domina Eleonora, Iacobi Scociæ Regis filia, Sigismundi Archiducis prima vxor. deuotissima ac piissima fœmina sine liberis, sepulta in Stams Monasterio, in superiori Oeni valle cum aliis Principibus Tyrolensibus.

ANNO 1482. 22. Aprilis, Sixtus Papa quartus Melchiorem à Meckavv, Austriacum, I. V. Doct. Præpositum Magdeburgensem, tanquàm Coadiutorem & Successorem designatum Georgij Episcopi Brixinen. Sigismundo Archiduci recommendauit.

ANNO 1483. 14. Martij, paulò post meridiem surrexit ventus vehemens; hinc ferè tota ciuitas Borzani ad Athesim, exceptis 15. domibus ac Ecclesiâ, incendio periit.

ANNO 1487. incepit primum bellum Sigismundi Archiducis, contra Venetos fœliciter gestum. De cuius origine & successu, qui plura legere cupit, videat Conradum Wengerum, Brixinen. Canonicum; Item supplementum Chronicorum Philippi Bergomatis, lib. 15. & vltimo.

SABELLICVM Æneadis 10. lib. 8. Cardinalem Bembum in historia Veneta, libro primo.

CARIO.

CARIONEM Chronicorum lib. 3. Continuatorem Chronici Eusebiani, Iacobum Wimphelingium in Epithomate rerum Germanicarum, cap. 60.

IANUM Pirrhum de vitis Episcoporum Tridentinorum, lib. 5. Lazium in Austria sua, lib. secundo.

ANNO 1489. quo hic Episcopus obiit, aliàs 1490. in Quadragesima Sigismundus, Archidux Austriæ, cùm liberis careret, Comitatum Tyrolensem, & omnes suas prouincias superiores Maximiliano Regi Roman. consensu Friderici Imperat. liberè resignauit, qui etiam ipsorum priuilegia atque libertates confirmauit, &c. prima prouincialia Comitia Meroniæ habuit, ac ibi regimen seu consilium Tyrolense renouauit.

SIGISMVNDVS autem posteà, nempe Anno 1496. quarta Martij, Oeniponti obiit, sepultus in Stambs apud suos Maiores. Princeps hic fuit liberalis, mansuetus, pacis, iustitiæ ac doctrinæ amator, ac singularis Patronus. Sub eo in Comitatu Tyrolensi fuerunt aurea secula. Nam Anno Domini 1448. principio sui regiminis famosissimæ ac opulentissimæ argenti fodinæ in villa Schvvatz im Erbstollen & Falckēstain primò inuentæ. Inde vsq; ad tempora nostra vltra años centum maximæ opes ac diuitiæ erutæ (irritamenta vt Poeta ait malorum) Vnde Comitatus iste à multis Regno alicui non immeritò comparatus est. Qui de hoc Sigismundo plura scire cupit, videat Austriam VVolffgangi Lazij.

ANNO 1493. obiit Vlricus de Freuntsperg Episcopus Tridentinus, huius nominis tertius, cui substitutus est alius Vlricus de Liechtenstain, Tyrolen. canonicus Trident. & Brixinen. quartus huius nominis.

69. MELCHIOR à Meckavv, Caspari à Meckavv, Austriaci. Maximiliani Romanorum Regis Consiliarij ac Cubicularij, &c. filius, designatus Coadiutor Georgij, posteà Episcopus Brixinensis ab Alexandro Papa sexto Romæ magnificis cæremoniis Cardinalis creatus est, Anno 1503. Sub hoc Episcopo, nempe Anno Domini 1500. Leonhardus Comes Goritiæ, vltimus suæ familiæ, Testamento legauit MAXIMILIANO Cæsari oppidum Luentz Goricensis olim Comitatus cum omni sua iurisdictione, quod hoc modo Comitatui Tyrolensi plenè accessit & incorporatum est, Anno Dñi 1511. in quo quondam EVFEMIA, Comitissa Goricensis, instituerat Monasterium ordinis Carmelitarum, ibidem sepulta, secundùm Putschium.

HOC ANNO in Comitatu Tyrolensi hyems asperrima, quam secuta est æstas immodicè æstuans, & arida; ita vt propter pluuiæ inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum in primis, parū quoque auenæ creuit, & frumenti maxima caritas secuta; vinum tamen vbiq; & optimum, & in maxima quantitate natum est, vt dolia deficerent. Fuit idem hic annus porcis admodum funestus, ac cæteris aliquot animalibus exitiosus.

ANNO DOMINI 1504. 24. Aprilis obiit Dominus GAVDENTIVS, Aduocatus de Matsch, siue Amasia, Comes à Kirchperg, & Dominus in Prettigovv & Dauas, Curiensis Episcopatus Hæreditarius Dapifer, SIGISMVNDI quoq; Archiducis, ac MAXIMLIANI Romanorum Regis Consiliarius, Dux militaris, postremus suæ familiæ, in magnifico castro suo Churberg, in valle Venusta, sepultus in vicino Monasterio sanctæ MARIAE, ordinis sancti Benedicti, &c.

ANNO 1505. 16 Septembris obiit Tridenti Dominus VDALRICVS à Liechtenstain, Episcopus Tridentinus, sepultus ibidem; cui successit die 24. eiusdem mensis Dominus Georgius, eius nominis à Neidekh, Austriacus, I. V. Doctor, Archiducatus Austriæ Cancellarius, & Coadiutor Tridentinus, vir doctus, ac in grauibus negotiis diu versatus.

t. deest; tertium

OBIIT hic Melchior Episcopus & Cardinalis Romæ, secunda die Martij;

Anno

Anno 1509. in legatione pro Maximiliano Cæsare, Anno Pontificiæ dignitatis XXII. sepultus ibidem.

70. CHRISTOPHORVS, primus huius nominis, à Schrouenstain, filius Osvvaldi Equitis aurati, ac Praxedis, Baronissæ à Wolckenstain, &c. Coadiutor Brixineñ. & Tridentineñ. summæ Ecclesiæ Præpositus, &c. fit Episcopus Brixineñ. Anno 1510. vir genere, eruditione ac morum grauitate celeberrimus, Sororem habuit Fœlicitatem, Abbatissam Sunnenbergensem, & aliam sororem Barbaram, vxorem Domini Pauli de Liechtenstain, Maximiliani Cæsaris intimi Consiliarij: Ambo coniuges Augustæ defuncti, ac Bozanum ad sepulturam suam translati, Anno 1513.

ANNO 1514. obiit dominus Georgius de Neidek, Episcopus Trident. Veronæ, ibi Vicarium Imperialem gerens, sepultus Tridenti, successit illi D. Bernhardus de Glöss, Tyrolensis ex valle Naunum, huius nominis tertius, I. V. Doctor, factus posteà Cardinalis & Administrator Episcopatus Brixinensis.

PRÆFVIT hic Christophorus Brixinensi Ecclesiæ annis 12. Obiit Anno 1521. 4. Calend. Aprilis, qui fuit 29. Martij, ibidem sepultus.

71. SEBASTIANVS, huius nominis secundus, Sperancius, I. V. Doctor, Consiliarius Maximil. Cæs. & Matthæi Langij Card. Præpositus Brixineñ. fit Episcopus 5. annis præfuit. Obiit in Brauneck 11. Actobris, Anno 1525. sepultus ibidē.

SVB HOC Episcopo, nempe Anno Domini 1522. diuisione facta inter Carolum V. Rom. Imper. & Ferdinand. fratrem paternorum Regnorum ac prouinciarum, Ferdinando inter cætera cessit Comitatus Tyroleñ.

72. GEORGIVS ab Austria, huius nominis quartus, Cæsaris Maximil. filius naturalis, postulatus est ad Episcopatum eodem anno 29. ac mense die 21.

QVARTO die Iunij, Anno 1534. magnificum Palatium curiæ Oenipontanæ media nocte incendio grauissimo exustum est.

ANNO 1539. 18. Ianuarij, resignauit hic Georgius Episcopatum in manus Capituli, cùm 14. annis Brixineñ. Ecclesiam gubernâsset, ordinatus in Archiepiscopum Valentinum in Hispania; vbi cùm paucis annis sedisset, relicta Archiepiscopali sede Valentina in Germania inferiori, intercessione & autoritate Caroli V. Imperat. factus est Leodiensis Episcopus, Anno Domini 1544. cui multis annis præfuit; ibique mortuus & sepultus est senex, Anno 1557.

73. BERNHARDVS à Glöss Tyrolensis, Episcopus Tridentinus, & S. R. E. Tituli S. Stephani in Cœlio monte Presbyter Cardinalis, Anno 1539. mense Ianuario postulatus est in Administratorem Ecclesiæ Brixinensis; qui cùm possessionis capiendæ causa venisset, inter prandendum Apoplexia tactus interiit 29. Iulij, eodem anno. Vixit ab ingressu 17. dies. Corpus eius solemni funebri pompa Tridentum relatum atq; ibi sepultum est, cum illi Ecclesiæ 25. annis laudabiliter præfuisset. De cuius vita, rebus, ac aliis Episcopis Tridentinis latè ac eleganter scripsit Ianus Pyrrhus Pincius Mantuanus, libris septē, suprà citatus, &c.

SVCCESSERVNT in Episcopatu Tridentino, Christophorus de Madrucio, Baro Tyrolensis, Decanus ibidem: in Brixinensi verò Christophorus Fuchsius à Fuchsperg Tyrolensis, Decanus ibidem.

74. CHRISTOPHORVS Fuchs à Fuchsperg, in Iauffenburg Eques auratus, Capitaneus ac Præfectus Regius in Kuofstain, defuncta vxore Catharina de Machsltain, Nobili Bauara, ex qua tulit vnicum filium Christophorum, Equitē pariter ac Successorem suum in Kuofstain, animum ad Ecclesiastica applicuit, factus Canonicus Salisburgensis, Tridentinus, ac Decanus Brixinensis, locumtenens Oeniponti; defuncto Bernhardo Cardinale, electus est Episcopus Brixinensis, Anno Domini 1539. prima Septembris.

ANNO

ANNO sequenti 1540. tam feruens ac arida æstas fuit, vt pleraq; agrorum sata perirent, frumentumque exaresceret: Vicissim magna vini generosissimi copia prouenit, vt vasa quoque deficerent; Montana quoq; nemora ex nimio solis ardore accensa, iuxta vrbem Oenipontanam in nemore Hetinio, 20. die Iulij, tantum hominibus terrorem incusserunt, vt omnia vicina loca flammarum sæuitia conflagratura timerent. Obiit hic Episcopus anno tertio sui Pontificatus, 29. Aprilis, aliàs secundùm Catalogum 9. Decembris, Anno 1542. sepultus ibi in summo Templo. Electus est post eum in Administratorem Dominus Christophorus Madrucius, Episcopus Trident.

75. CHRISTOPHORVS Madrucius, Episcopus Tridentinus, eligitur in Episcopum Brixinensem, Anno 1542. factus posteà Anno 1544. à Paulò Papa tertio Cardinalis Tituli S. Cæsarij, vir magni iudicij ac experientiæ, grauis, doctus ac eloquens, cuius opera & consilio Carolus quintus Imperator, ac filius ipsius Philippus Rex Hispaniarum, necnon & ipsi Summi Pontifices in grauissimis negotijs ac legationibus sæpe ac vtiliter vsi sunt. Obiit Tiburi, Anno 1578. die 5. Iulij, ibidem iuxta Cardinalem Estensem sepultus, cùm Brixineñ. Ecclesiam 36. annis laudabiliter rexisset.

ANNO 1545. Idibus Decembris, sacrum ac œcumenicum Concilium Trident. à Paulo tertio, Pont. Max. Anno 1542. 11. Calend. Iunij, ipsius Episcopi suasu ac instinctu legitimè indictum, iam demum publicari ac celebrari cœptum est, eodemque die Tridenti sessio prima habita.

76. IOANNES THOMAS, Baro à Spaur & Valerio Tyrolensis, Præpositus & Canonicus Brixinensis, ac prædicti Christophori Madrucij Cardinalis ex Sorore Nepos, Anno Domini 1552. Coadiutor factus; posteà Anno 1578. defuncto Cardinale Christophoro, in Episcopum electus, qui hoc 1582. Anno adhuc cum laude præest. Omnipotens DEVS ipsum Ecclesiæ Brixinensi quàm diutissimè incolumem conseruare velit.

EPISCOPI Brixinenses, quemadmodum etiam Tridentinenses, tametsi iure Aduocatiæ, ac quibusdam aliis ad Comitatum Tyrolensem pertineant, sunt tamen Principes Romani Imperij, Regalia ab Imperio, sessionem in Comitiis Imperialibus habent, ac in contributionibus sunt: Hinc quoq;, vt & cæteri sacri Romani Imperij Principes, tam Ecclesiastici quàm sæculares, ab antiquis temporibus Officiales suos, quos hæreditarios vocant, habent; nempe hi nostri Brixinenses Marschalcos, olim à Schönekh, nunc Barones à Welsperg & Primör, Dapiferos, olim à Kastelruto, nunc Barones à Wolckenstain & Rodneck, Pincernas, olim Nobiles de Seben, posteà Nobiles de Niderthor; post hos Nobiles de Tunn, qui etiam Pincernæ sunt Tridentinensis Episcopatus, Camerarios, olim Nobiles de Rodneck, posteà de Schneckeberg, post hos Barones à Vels, &c.

SVNT quoque quatuor alij Episcopi, Suffraganei Archiepiscopatus Salisburgeñ. nempe Gurceñ. Chiemen. Seccouiensis & Lauentinensis: At hi inter Principes Imperij non censentur: locum aut sessionem in Comitijs non habent, neq; Imperio quicquam contribuunt. Horum Episcoporum Catalogos non habui, neq; de eorum primæua institutione, vita ac gestis, alia quam quæ suprà sub Salisburgen. Archiepiscopis, de quorum mensa, vt vocant, instituti, breuiter annotata sunt, Gurcensis, nempe per Gebhardum Archiepiscopum, circa annum domini 1073. CHIEMENSIS, Seccouiensis ac Lauentinensis, per EBERHARDVM Archiepiscopum, circa Annum Domini 1214. & 1220. Qui de his præter Chiemen. plura cupit scire, Wolffgangum Lazium legat, in commentarijs suis Reipub. Romanæ, lib. 12. mihi fol. 1222. 1225. & 1228.

ADDI-

ADDITIONES.

BRIXINENSES EPISCOPI.

THEODONI tertio filium fuisse THEODIBERTVM, qui de patris supremа iam agentis manu principatum accepit, ex historijs alijsq; antiquiss monumentis indubitatum est. Fratres verò eidem Theodoni fuisse quoq; Diepoldum & Vttonem, quos alij Theodibaldum & Vtonem vocitant, credere prohibeor hijs quæ accuratè tradit Velser. Rer. Boicar. IV. p. 215. a.

Error est in annis; inde vt videtur natus, quod aberrantes facile longissimè (vt Velser. pag. 213. rectè ait) qui in Regum nominibus lapsi, historiam ad superiores Theodones retraxère, ante annos octoginta circiter vita iam functos. Rescribendus verò hic annus DCXVI. post Christum natum. b.

Huius S. Cassiani fit mentio in confirmatione Ludouici III & in donatione Conrad. II. quas infrà suis locis exhibebimus. c.

Iuliani temporibus Sabiona (vt loquitur Velser. Boicar. III pag 178.) quæ inter Brixentas in alpibus citra BauZanum sita ad Boicam olim pertinuit. Otho Frisingen. Brixinam Bauariæ ciuitatem appellat: & longè à verò errant, atque historiæ imperiti sunt qui siue Sabionam, siue Brixinam Boijs adimunt. d.

Aquilegiam Norici (qua illud ad Hadriaticum sinum vergis) vrbem; illumque totum tractum Norico, secundum alios Vindeliciæ, quæ & ipsa Norici pars, accensam fuisse, nemo negabit. Idq; Diplomatibus Regiis alijsq; monumentis vetustissimis probari potest. e.

Secundum à S. CASSIANO Episcopum Sabionen. seu Brixinatem ex Philipp. Ferrario producit R. P. Raderus Lucanum quem etiam inter Bauariæ sanctos recenset his verbis: Diuus hic Lucanus Sabionensem egit Episcopum sub Annum Christi CCCCXXIV. Cælestino Pont. Max. Romanam Ecclesiam Christiani orbis parentem administrante; apud quem ab æmulis & nimis religiosis delatus est, quod ditioni suæ subiectis per Cineralia cum summa rerum inopia premerentur, lactis vsum, & quæ inde obsonia fiunt in cibum benignius indulsisset; cum tamen necessitas legem nesciat: nec Ecclesia, quæ mater, non nouerca est, velit ouilia sua nimia fame premi, multò minùs interire. Citatus ergo ad summum in orbe Christiano iudicis tribunal, quamuis iam annis & senio fessus, vno duntaxat administro comitatus, cum Spoletum venisset, stabularij seu Cauponis vxorem aquâ intercute distentam solis precibus curauit, vti noxius humor sponte difflueret, vterusque euacuatus & correctus subsideret. Inde Romam vsque progressus, cum pallium ad solis radios siccandum suspenderet, pependit illud sine clauo, sine paxillo, perinde quasi tela solis armata hamis sustinerent vestem. Quod cum Pontifex Cælestinus ipse spectator admiraretur, indeque de sanctitate antistitis coniecturam faceret, non solum ab omni crimine habuit excusatum (vt cuius innocentiæ etiam cælum suffragaretur) sed etiam multis cultum beneficiis ad suam sedem remisit. Atqui nec tum potuit quamuis Romæ absolutus domi conquiescere, inimicis illum tam diu exagitantibus, donec loco cederet, qui inde in vallem Agordiam, quæ Beluno paret, se demisit, vbi Auatia religiosa fæmina peregrino victum benignè subministrauit, f.

Vid. Fr. Philipp. Ferrarium in Catalog. SS. Italiæ, ... Aug. die 13. f. 507

de SS. Bauariæ. 20. Iulij.

Cum vitâ cessisset, & corpus eius Belunum esset deferendum, id nunquam fieri potuit, quo ad sacrum eius caput Agordi veluti pignus accepti beneficij relinqueretur. Reliqua pars corporis Beluni in summam ædem illata summam habet venerationem.

Hic eximendus est lectori vnus alterue scrupulus, qui Philippum Ferrarium nec quicquam torsit. Miratur is, cum de hoc Lucano Brixinensi præsule tractat, quamobrem apud Democharem & Hundium in Syllabo Pontificum Brixinensium vel Sabionensium nulla fiat mentio. Promtissimum est è vero respondere. Nomina ab vsque S. Cassiano omnium Pontificum propter barbarorum incursiones & vrbis euersionem, ad vsque S. Genuinum seu Ingenuinum (de quo infrà) intercidisse. Nullum autem genti illi rectorem, præsulem, aut Pontificem interea vnquam præfuisse, non est verisimile. cum hic ipse Lucanus ex monumentis Belunensibus ostendatur interea loci Pontificem egisse. Sed & prisca Brixinensium Chartophylacia tum belli cladibus, tum incendiorum ruinis perierunt, vt doceri non possit nullum præterea alium post Cassianum Episcopum fuisse. Alter est, cum Brixina illa tempestate nec opidum fuerit, neque nomen eius extiterit, & ab S. Albuino qui sub Othone III. & Henrico S. demum vixit, sedes è Sabiona Brixinam, quam ille mænibus cinxit & opidi nomen indidit, fuerit translata, quomodo S. Lucanus potuerit dici Episcopus Brixinensis? Nec hîc opus est Alexandri gladio ad secundum hunc nodum. In promtu est responsio, dictum esse Brixinensem Episcopum per metachronismum. quod sedes Brixinam è Sabiona sit translata. vt hodie SS. Cassianus, Ingenuinus, & Albinus dicuntur Brixinenses Episcopi, per vsurpationem & Catachresin, cum Sabionenses fuerint. S. Albuinus primus Brixinensis Pontifex celebratur. A quo posterioris æui scriptores regressi ad primos cum Sabionæ nomen Brixinæ claritas extinxisset, etiam priores Pontifices, & pontificatum Brixinensem abolito Sabionæ nomine nuncuparunt, vti ex Belunensibus chartis coges, quæ non eodem sæculo quo S. Lucanus vixit, sed longo post interuallo sunt perscriptæ, quomodo enim Brixinensem appellasset pontificem, cum Brixina nusquam nisi in Vtopia id loci esset.

Quare Brixinenses pontifices sancto vtroque iure hunc S. Lucanum in album & syllabum antistitum Brixinensium possunt adlegere, & inter DD. Cassianum & Ingenuinum medium collocare. Nec est quod quisquam cogitet hunc fortasse Brixinensem in Italia fuisse præsulem: Extant apud Democharem nomina Brixinensium Pontificum, inter quæ nullum est Lucani, nullus Lucanus. *Hactenus de S. Lucano P. Raderus, cuius sententiæ lubens subscribo.*

Non possum non commemorare hoc loco, quæ supradictus R. P. Raderus, de S. Ingenuino (qui & Genuinus) Pontifice Sabionensi apud Brixentas magno rationum pondere in medium adfert; & tot quidem verbis, quot ipse vtitur.

Antiquissimus, *ait*, scriptorum qui Ingenuinum laudat est Paullus Warnefridus Diaconus Foroiuliensis, historiæ Longobardorum conditor: Hic Ingenuinum in conuentu decem antistitum in Mariano consedisse testatur. *Post hæc* inquit *facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, vbi receperunt Seuerum Patriarcham A-*

qui-

quileiensem, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicârat Rauennæ. Nomina vero Episcoporum qui se ab hoc Schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horuntinus Vincentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius de Lunensis. Cum Patriarcha autem communicaue-runt isti Episcopi: Seuerus Parentinus, Iohannes Patritius, Vindemius, & Iohannes.

Hæc Diaconus de quibus pluribus infrà agemus. Hic primùm Ingenuini acta vitam & mores recognoscemus. Deinde censuram nostram subijcemus, iudiciumque de singulis feremus. Ergò in Brixinensium factis, quos propria Sanctorum Brixinensium inscripserunt, Romæ prius à Baronio & Pio Comensi alijsque Cardinalibus recognita, deinde Anno CIↃ IↃCVI. ex auctoritate Christophori Andreæ Pontificis Brixinensis Oenipont apud Danielem Agricolam ediderunt, hæc de S. Ingenuino leguntur:

Ingenuinus primus post sanctum Cassianum temporibus Gregorij Magni & Ruperti primi Salisburgensis Episcopi, circa Annum Domini quingentesimum nonagesimum Sabionensem rexit Ecclesiam. Nam cum Sabiona expulso sancto Cassiano à gentilibus depopulata: postea vero per Hunnorum incursiones ab Attila rege funditus excisa; ac deinceps plus quam ducentis annis sine Rectore & Episcopo fuisset: Ingenuinus urbem & Ecclesiam Sabionensem, Theodonis tertij Bauariæ Ducis beneficentia restaurauit. Factusque ibidem secundus Episcopus & Pastor ab Helia Patriarcha Aquileiensi, tum temporis Metropolitano est consecratus. Grassabatur autem adhuc infelix illud contrà quintam Synodum Constantinopolitanam, tria Iustiniani Imperatoris Capitula damnantem, Schisma. Quod cum vniuersam prope Catholicam Ecclesiam pluribus annis miserè dilacerasset: ipsumque etiam Seuerum Heliæ Aquileiensis Patriarchæ Successorem, ac plures Episcopos infecisset: Ingenuinus tamen, vnà cum paucis quibusdam orthodoxis non modo adduci non potuit vt consentiret, verum etiam Marianam Synodum præsentia & authoritate sua laudabiliter condecorauit; in qua dictus Seuerus Patriarcha reuocato errore receptus fuit in gremium Catholicæ Ecclesiæ. Magnis verò pro honore Dei perfunctus laboribus Ingenuinus, sub Autharit Flauio Longobardorum rege Italiam deuastante in exilium pulsus est. Ibi ærumnis confectus miraculis gloriosus migrauit in cælum Nonis Februarij.

In hac narratione primum illud obseruandum S. Ingenuinum non videri primum post S. Cassianum Sabionæ Episcopum, sed vt supra ostensum est, S. Lucanum inter Cassianum & Ingenuinum medium intercessisse. Indeque Petrum de Natalibus, Hundium & Ferrarium ipsosque Fastos sacros Brixinensium castigandos. &c.

in Vita S. Lucani.

Deinde grauior sequitur error & certus, cum affirmatur Ioannem Rauennatem antistitem schismate de tribus capitulis infectum, & schismatis antesignanum fuisse, quæ grauis est iniuria, optimo & Catholico pontifici Rauennatium illata. Nec enim is vnquam fuit schismate infectus, sed vel maximè contra schismaticos decertauit. Quod ex S. Gregorij epistola ad eundem missa clariùs elucescit, qua laudat Ioannem, & gratias eidem agit, quod Istriæ Episcopos per Exarchum ad Catholicæ Ecclesiæ sententiam sequendam compulerit, &c. Et infra: De Ingenuini præterea exilio, tradit idem Baronius anno Christi DCXXXVIII. Porro inquit, *etsi sub Ariano rege non reperitur indicta in Catholicos persecutio: accidebat tamen interdum vt si qui Episcopi æstuantes Zelo Catholicæ fidei vrgerent Arianos, iidem ab eodem rege exilio mulctarentur, vt contigit S. Genuino siue Ingenuino Episcopo Sabionensi, qui à rege Longobardorum in exilium pulsus apud Brixionem in Germaniam, ibidem diem obijt, iunctaque sepultura est S. Albino eiusdem ciuitatis Episcopo; factumque est vt amborum vna eademq; die natalis in Ecclesia celebretur Nonis Februarij.*

Tom. 8.

Vbi rursum venire in dubium potest, quod pulsus ex Italia Brixionem venerit, & ibi mortem obierit, cum Brixina nondum extiterit, Sabiona

 pul-

tum bonorum virorum iudicio) consultum fuisset, veterum Diplomatum, Epistolarum ac Decretorum verba genuina ac autentica, vtcunque parum elegantia, prout seculum illud tulit, ponere. Nam mutatio verborum sæpe numero sensum quoq; ac ipsam sententiã peruertere videtur, quod plerosq; doctos viros, ac Auentini aliàs studiosos in ipso (& meritò quidem) desiderare audio. Consimile, nec minus insigne audaciæ Auentini exemplum, vide infrà sub Episcopo WISVNDO.

Meliori animo, & fide integriori nos hic repræsentamus Concilium seu Synodum Dingolfingen. vel potius fragmentũ eius, quod clarissimus & perenni memoriâ dignus Dn. Heinricus Canisius Nouiomagus I.C. & SS. Canonum, professor in Academiâ Ingolstadiensi Dominus & amicus meus honorandus, acceptum ab Illustri viro Marco Velsero, multis nominibus mihi nunquam non honoratissimè nominando, à se propria manu ex peruetusto Codice exscriptum, anno MDC. in lucem edidit.

Not. Nonnulla huius Concilij acta supra sub Patauien. & Laureacen. Archiepiscopo Wiserico extant; quæ candido lectori cum his conferre non iniucundum fore spero, nec infructuosum.

HÆC SVNT DECRETA, QVÆ CONSTITVIT sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingoluingen, Domino * Tassilo mediante.

*l. Tassilone.

DE die Dominico ita constitutum est, vt tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis Canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est.

*l. quis

De hæreditate, quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit; vt quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam antea donauerat, aut postea donauerit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, vt locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si Sacerdos non habeat chartam, nec testem, vt prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum & iudex iudicat, sic defendat.

I.

Capitulũ hic numerari hic primũ incipiant.

De eo, quod Episcopi iuxta Canones, & Abbates Monasteriorum iuxta regulam * viuentes, ita constituit.

*l. viuant, vel viuentes sint.

* De eo quod sanctimoniales, quæ in seruitio Dei sunt, ita constituit; vt nullus ausus sit in coniugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat sicut canones decreuerunt.

II.

*l. De sanctimonialibus.

De eo, quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi & serui eius, ita donauerunt vt firma fieret.

III.

De eo, quod vt si qui de nobili genere de hæreditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset nec mutaret in perpetuum.

IV.

De eo, quod vt serui Principis, qui dicuntur Adelscalhe, * vt suam habeant Weregeldam, iuxta morem quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Weregeldi iuxta legem suam, ita constituit.

*fort. deest Gelkum.

V.

*Videtur abundare.

De eo, quod parentes Principis quodcunque præstatum fuisset nobilibus intra Baioarios, hoc constituit, vt permaneret & esset sub potestate vniuscujusque relinquendum posteris, quam diu stabiles fœdere seruassent apud Principem ad seruiendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

VI.

VII. De eo, vt nullus hæreditate sua priuetur, nisi per tres causas, * quas in pacto scribentur; propter homicidium, hoc est, vt quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc priuetur hæreditate sua.

* quæ

VIII. De eo, quisquis * mulierem nobilem acceperit in coniugium, & non præsciuit, ita constituit, vt iterum libera esset dimittat seruum, & postea non redigatur in seruitium, sed esset libera.

* seruum videtur deesse.

IX. De eo, quod & si quis de quocunque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam quæ Wehadinc vocatur, permittat.

X. De eo, quisquis de nobili genere depræhensus fuerit de illis * IV. causis, * de qua supra diximus: si ille hæreditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, vxor autem illius suo iure non priuetur, ita constituit.

* l. III.
* de quib.
* hæreditatis suæ.

DE COLLAVDATIONE QVAM EPISCOPI ET ABbates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

IN Christi nomine. Notitia, qualem conuenientiam gentis Baioariorum Episcopi & Abbates inter se fecerunt, quorum nomina infrà perarare stylo decreuimus, id est, Manno Nuuenpurgensis ciuitatis Episcopus, Alim, Vigilius, Wiserich, Sintpreht, Heres Episcopi, Oportunus, Wolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit, Albunc, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perhhoch, Sigido Abbates. Vt eorum quis de hac luce migraret, vnusquisque superstitum Episcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo sua Episcopali vel cœnobio, C. missas speciales & eodem numero * psalterio cantare faciat. Ipse verò de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel à religiosis sibimet subiectis, implere omninò prænotatum faciat numerum presbyteris siue monachis, cùm de hoc seculo migrauerint Episcopus seu Abbas vno presbytero vel vno monacho XXX. missas speciales, totidem psalteria faciant celebrari.

* l. psalteria.

DE CONCILIO, QVOD DVX TASSILO, APVD Dingoluingam celebrauit.

REGNANTE in perpetuum domino nostro IESV Christo, in anno vero XXII. regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Baioariorum sub die * consulem, quod erat II. Id. Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. diuina præflatus inspiratione, vt omne regni sui prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibidem tam regulare moderaret in sancto habitu cænobium virorum & puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per primatos * imperitos vniuersa consentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abstrahendo euellere, & quæ decretis placerent, componenda instituerentur. Inter tot verò collegia Sacerdotum deuolutis Episcoporum & Abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitæ atque Canonum normas, vel decreta patrum, nullis comprobare quiuerant testimonijs, vt monachis parochiæ commendari deberent, vel publica baptismatis obsequia, nisi forte pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * vicissitudinis

* An. Calend. vel medium prid. id. Octobr.
* l. & peritos.
* diuturnitate.

nis villarum propriarum singulis annis obedientialibus curis commisso ab Abbate proprio fuerit determinata. Vnde ab vniuersis Abbatibus facta professio, vt minimè titulis popularibus se ingerere depellerentur, & hæc omnia cui commissæ sunt plebes, sub potestate Episcoporum permanerent, sicut in sanctis Synodis vel decretis priscorum patrum perarata comprobat conscriptio, ab Episcopis verò simili modo, & nihilominus * prælatis ponderauerunt sententijs; vt erga eos charitatis gererentur curæ, ita vt Canonica auctoritas confirmat, & spiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab vniuersis vno ore confirmato, vt si quis de eadem institutione deuiare præsumpserit, à collegio eorum alienetur vsque iterato examine, id est, publica Synodo.

* prolatis.

DE POPVLARIBVS LEGIBVS.

PRÆNOTATVS Princeps vniuerso concordante collegio, * hic constituit, vt nullus à prouinciæ suæ mancipium limine venundare, vel proprium vel fugitiuum præsumpserit, & si quis hoc decretum non obseruauerit, Weregeldo suo culpabilis permaneret.

* A.

Vt nullus furtiuam rem tam in equis & alijs quadrupedibus quàm in reliqua supellectilia, extra finem Baioariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, insidijs tegi, vt si quis hoc præsumpserit XL. solidis componat in publicum.

Vt si quis domum tam liber, quam seruus, altius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua damnatione permaneat: Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit, consequitur & interfecerit, pari subiaceat sententia.

Similitèr, qui liberum vel mancipium suum furauerit, & cum comprehendere minimè quiuerit, & ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia; sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis, & his, qui assistunt, insignet.

XXIII. De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, vt prius insortiantur, quàm parati sunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur.

Qui suprà prædictæ pugnæ, quod Camfvvic dicimus, peracto iudicio, se simili vindicta erigere contra querentem præsumpserit, Sacramentum, quod Ahteid dicitur, iuret in Ecclesia cum tribus nominatis sacramentalibus.

Qui restituendi sint hi numeri, & sequentes etiam, non satis liquet.

XXIV. XXV. De eo, quod Baioarij Stapfflaken dicunt, in verbis, quibus ex vetusta consuetudine paganorum idololatriam reperimus, vt deinceps non aliter nisi † indicat, qui quærit debitum, Hæc mihi iniustè abstulisti, quæ reddere † debet. Reus verò contradicat, Nec hoc abstuli, nec componere debeo, iterata voce requisito debito dicat, Extendamus dexteras nostras ad iustum iudicium Dei, & tunc manus dexteras vterq; ad cœlum extendat.

† ita dicat. † debes.

XXVI. Vt nullus furtiuam rem suscipere, vel intra terminum abscondere præsumat, qui hoc fecerit XL. solidos componat.

XXVII. Vt hi, qui Ducali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogantur iudicia, quæ Baioarij Vrtella dicunt.

XXVIII. Vt hi qui in Eccles. libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi, quàm eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi fortè ipsi sibimet insolubile damnum inferant, quod componere minimè quiuerint.

XXIX. Qui ex eis occidentur, pretium eorum his soluatur Ecclesijs, vbi liberi dimissi sunt. Liberi, qui ad Eccles. dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt

Vt clericum nemo recipere audeat sine consensu Episcopi sui, & si eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipsius Episcopi fuerit, aliter non faciat, nisi cum eius præsentiæ per scrutandum, si dignus fuerit, deducatur.

HÆC CAP. NOSTRA MISSI NOSTRI COGNIta faciant omnibus in omnes partes.

VT nullus ad mallum, vel ad placitum, infra patriam arma, id est scutum & lanceam portet.

De latronibus, quicunque post missam sancti Ioannis latroni mansionem dederit, si Francus est, cum XII. similibus Francis iuret, quòd latronem cum * fuisset, non sciret, licèt pater sit, frater, aut propinquus. Si hoc iurare non poterit, & ab aliquo conuictus fuerit, quod latronem in hospitio suscepisset, quod & ipse latro & † infideles iudicetur, quia qui latro est, infidelis est noster & Francorum, & qui illum suscipit, similis est illi, si autem audiuit, quod latro fuisset, & tamen nescit firmiter, aut solus iuret, quod nunquam eum audisset, nec per veritatem nec per mendacium latronem esse, aut sit † superatus si de illo latrocinio postea victus fuerit, † aut similiter damnetur.

Vt nullus comparet caballum, bouem, & iumentum, vel aliud quid nisi illum homines cognoscant, à quo venditur, aut de quo pago est, vel vbi manet, aut quis eius senior.

† De aduentitijs, vt cum Missi nostri ad placitum nostrum venerint, habeant obstrictè quæsitum, quanti aduentitij sunt ad illorum missatico, & de quo pago sunt, & nomina eorum, & qui sunt seniores eorum. †

Similiter direximus Missos in Aquitaniam & Longobardiam, vt omnes fugitiuos & aduentitios ad nostrum placitum adducant. Quicunque ista capitula habet, ad alios Missos ea transmittat, qui non habent, vt nulla excusatio de ignorantia fiat, & hoc Missi nostri ante natiuitatem Domini omnibus † cognita faciant.

Inprimis omnium, iubendum est, vt habeant † Ecclesias eorum iustitias, tam in vita illorum, qui habitant in ipsis Ecclesijs, quamque in pecunijs & substantijs eorum. † Ast vt omnes Episcopi potestati vel secundum regulam Canonicam doceant; & regant eorum ministeria, tam in monasterijs virorum quamque puellarum vel in forensis presbyteris seu reliquo populo Dei. Vt viduæ, & orphani & minus potentes sub Dei defensionem & nostro mundeburdo pacem habeant, & eorum iustitia.

* Episcopi cum Comitibus stent, & Comites cum Episcopis, vt vterq; pleniter suum ministerium peragere possit. * Vt latrones, vel homicidæ, seu adulteri vel incestuosi sub magna * districtionem & correctionem sunt correpti, secundum eo Wabaioariorum velle.

* De rebus proprensis, vt ante Missos & Comites nostros & iudices veniant, & ibi accipiant finitiuam sententiam, & in antea nullus præsumat alterius rebus proprendere, nisi magis suam causam quærat ante iudices nostros, vt diximus, & ibi recipiant quod iustum est. * Et si aliquis voluerit dicere, quod iustè ei non iudicetur, tunc in præsentiam nostram * veniant. Alitèr verò non præsumat in præsentiam nostram venire pro alterius iustitia dilatandum. Quod non amplius de illis iustitijs Missi nostri ad præsens modo faciant, nisi de temporibus Tassilonis seu Luitpirgæ, exceptis illis qui aui & genitoris nostri vel

---

* Capit. Kar. M. lib. 3. c. 22.
* Capit. Kar. M. lib. 3. c. 23.
* cū fuisse.
† infideliū
† paratus.
† vt.
† Capit. Kar. M. lib. 3. c. 24.
† Capit. K. M. lib. 3. c. 24.
† Capit. K. M. append. 3. ad 4. lib. c. 2.
† Hucusq; habet Capit. K. M.
† cognitum.
† Ecclesiæ earum.
† potestati. ue secundū
* Capit. K. M. l. 5. c. 138.
* Capit. K. M. lib. 5. c. 139.
* districtione & correptione sint correpti: Verba quæ deinde sequuntur non habentur in Capitulari Karoli
* Capit. K. M. lib. 5. c. 140.
* Capit. K. M. l. 5. c. 148
* Veniat.

tur, si verò charta non paruerit, sed iam ab alio, qui eum inseruire voluerit disfracta est, Werigeldum eius compon. duas partes illi quem inseruire voluerit, tertiam Regi, & ille iterum per præceptum Regis suam libertatem conquirat.

* Liber qui se loco Wadij in alterius potestatem commiserit, ibique constitutus † fuerit, damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco Wadij suscepit, † & qui damnum soluat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens simul debitum, propter quod eum in Wadio suscepit, & qui damnum fecit, dimissus iuxta qualitatem † Regi cogatur emendare, si verò liberam fœminam habuerit, vsque dum in pignus extiterit, & filios habuerit, liberi permaneant.

† Omnia debita, quæ ad partem Regis solui debent, sol. XII. denariorum soluantur, excepto freda, quæ in lege † Salicam conscripta est, illa eodem solido, quo illæ cæteræ compositiones solui debent, componantur.

* Si quis causam iudicatam repetere in mallo præsumpserit, ibiq; testibus conuictus fuerit, aut XV. sol. compon. aut XV. ictus à Scabiniis, qui causam prius iudicauerint, accipiat.

* Optimi quiq; in pago vel ciuitate in testimonium assumantur, & quibus is, contra quem testimoniari debent, nullum crimen possit indicere.

* De causis admonendis. * De Ecclesiis emendandis & vbi in vnum locum plures, quàm necesse sit, vt destruantur.

* Presbyteri non ordinentur priusquam examinentur, & vt excommunicatio passim & sine causa non fiat.

* Vt missos nostros Scabinos, Aduocatos, Notarios per singula loca eligant, & eorum nomina, quando reuersi fuerint, secum scripta deferant.

* De his, qui legem seruare contempserint, vt per fideiussores in præsentia Regis deducantur.

Vt illi, qui haribannum soluere debent, coniectum faciant ad * harribannuntorem.

* De fugitiuis ac peregrinis, vt distringantur, vt scire possimus, si quis sunt aut vnde venerint.

* De pauga & brunnia, ne dentur negotiatoribus.

* De mensuris, vt secundum iussionem nostram æquales fiant.

* Vt non mittantur testimonia super vestitura domini Pipini Regis.

* Vt nec colonus nec fiscalinus possit alicubi traditiones facere * si iudicatum fiat.

* Vt nullus præsumat hominem in iudicium mittere sine causa, nisi iudicatum fiat.

* Vt liber homo, qui in monasterio regulari comam deposuerit, & res suas ibidem delegauerit, promissionem factam firmiter teneat.

* Vt omnia, quæ Wadiari debent iuxta quod in lege continetur; pleniter secundum ipsam legem revvadiata fiant, & postmodùm vel Dominus Rex, vel cuius causa est, iuxta quod ei placuerit misericordiam faciat.

De Episcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placitum nostrum non venerunt.

* Vt nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium dicere, nec placitum Comes habeat, nisi ieiunus.

* Vt nemini liceat alium cogere ad bibendum.

* De missis nostris discurrentibus, vel cæteris hominibus in vtilitate nostra iter agentibus, vt nullus mansionem contradicere præsumat.

De

* Capit. K. M. l. 3. c. 29.
† abest.
† aut damnum.
† rei.
† Capit. K. M. l. 3. c. 30.
† Salica.
* Capit. K. M. l. 3. c. 31.
* Capit. K. M. l. 3. c. 32.
* pertinet forte ad Capit. K. M. lib. 3. c. 45. ant. c. 89.
* Capit. K. M. appendice prima. ad 4. l. c. 28.
* Capit. K. M. l. 3. c. 142.
* Capit. K. M. l. 3. c. 33.
* missi nostri.
* Capit. K. M. l. 3. c. 34.
* Capit. K. M. l. 3. c. 35.
* haribannatorem. aut heribannatorē.
* Capit. K. M. append. 2. ad 4. lib. c. 4.
* ib. c. 11.
* ib. c. 12.
* ib. c. 13.
* Capit. K. M. l. 3. c. 36.
* Absunt hæc verba in Capit.
* Capit. K. M. l. 3. c. 37.
* Capit. K. M. lib. 3. c. 143.
* Capit. K. M. append. 2. ad 4. l. c. 8.
* Capit. K. M. l. 3. c. 144.
* Capit. K. M. l. 3. c. 38.

De canibus, qui in dextro armo tonsi sunt, vt homo, qui eum habuerit, cum ipso cane in præsentia Regis veniat.

Vt populus interrogetur, de capitulis, quæ in lege nouiter addita sunt, & postquam omnes consenserint, subscriptiones & manufirmationes in ipsis capitulis faciant.

Vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, aut si alteri quærere debet, exceptis Scabiniis VII qui ad omnia placita præesse debent.

* Capit. K. M. l. 3. c. 41.
* Capit. K. M. l. 3. c. 42.
† Capit. K. M. append. 2. ad 4. l. c. 9. & c. 10.
† ib. c. 11.
† ib. c. 12.
† ib. c. 13.
† ib. c. 14.

* De falsis testibus vt non recipiantur.

* Vt nullus præsumat per vitam Regis & filiorum eius iurare.

† Vt Missi nostri, qui iam breues attulerunt de annunciatione, volumus, vt adhuc adducant de opere quantam moram faciant in vnoquoq; loco, & quot homines secum habeant.

† De prudentia & constantia Missorum nostrorum. † De falsis monetarijs requirendum est.

† De illis Saxonibus, qui vxores non habent. † De signatis, qui mentiendo vadunt. Homo denarialis non antea hæreditare in sua cognatione potuerit, quam vsque in tertiam perueniat generationem, homo chartularius similiter. Homo Regis, id est, fiscalinus vel Ecclesiasticus, vel lidus interfectus C. solidis componatur. Si peccatis imminentibus contigerit, postquam puella aut mulier sponsata, fuerit leprosa, aut dæmoniaca, aut de duobus oculis excæcata, tunc sponsus accipiat res suas, & non compellatur eam inuitus tollere ad vxorem, ne pro hac causa calumnietur, quia non suo neglectu, sed peccato imminente & ægritudine superueniente hoc est. Si dixerit sponsus de sponsa sua, quod postquam eam sponsatam habuit, adultera sit, liceat parentibus eam purificare cum XII. Sacramentalibus, sed postquam purificata fuerit, accipiat eam sponsus, & si neglexerit tunc ita purificatam tollere ad vxorem, si culpabilis sponsus dupla meta quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerat. Et si parentes, vt dictum est, de ipso crimine mundare non potuerint, tunc sponsus recipiat res suas, quas dedit, & illa patiatur pœnam adulterij, sicut in hoc edicto scriptum est. Si quis sponsauerit puellam liberam aut mulierem, & dilatauerit nuptias exequi, transactis duobus annis potestatem habeat pater aut frater aut qui mundium eius habet distringere fideiussorem, quatenus adimpleat metam illam, quam in die sponsaliorum promisit, postea liceat ei ipsam dare alii marito, libero tamen, & meta quę exacta fuerit, sit in potestate puellæ aut mulieris, eò quod sponsus intra præfinitum tempus eam vxorem tollere neglexerit, † & si voluntariè dilatauit, excepta ineuitabili causa.


m. *De hac Synodo Salisburgen. Velser. VI. Boicar. ad an. DCCCVII. isthac refert:* Anno Octingentesimo septimo concilium Salisburgi XVII. Kal. Decembr. indictum. Affuere Arno Archiepiscopus, Atto Frisingensis, Adaluinus Reginoburgensis, Heinricus Sabionensis Episcopi. de decumis & reliquo sacrorum iure disceptatum definitumq; esse, annotatum reperio, ipsis concilij actis nondum erutis.

n. *Vide literas Iuuauensis Ecclesiæ Archiepiscopi, & aliarum Ecclesiarum Episcoporum, ad Sum. Pont. quam sup sub Theotmaro Archiepiscopo. (fol.* 44. *) reperies.*

o. *Cuius confirmationis tenor hic est.*

p. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus diuina fauente Clementia Rex. Nouerint omnes in Reguo nostro circumquaq; fideles præsentes scilicet & futuri. Quia vir venerabilis Meginbertus Sabianensis Ecclesiæ Episcopus,

pus, quæ est constructa in honore sancti Cassiani Martyris nostram adiens clementiam, obtulit nobis quædam præcepta, in quibus continebatur, qualiter venerandæ memoriæ antecessores nostri Ludouicus Imperator, & æquiuocus eius Ludouicus Rex proauus noster: Nec non etiam Arnolfus Imperator Genitor noster, prædictam sedem & Ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus, propter malorum hominum tergiuersationes sub illorum defensione & emunitatis tuitione roborassent, petijtque nos per interuentum dilectorum nobis, Episcopi Adalberonis scilicet spiritualis Patris & Magistri nostri, ac Salomonis venerandi Ministerialis nostri, vt hoc ipsum ob mercedis nostræ augmentum efficeremus. Cuius petitioni pro diuini cultus amore & animæ nostræ absolutione assensum præbentes, ita fieri in cunctis omninò concessimus, & statuta prædecessorum nostrorum firma esse decreuimus. Quapropter iubemus, vt prædictus Episcopus & Ecclesia, cui ille auctore Domino præest cum omnibus moderno tempore iustè & legaliter ad eam aspicientibus, hominibus videlicet & cæteris rebus, sub nostra defensione consistant. Et vt nullus Iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias aut loca, vel agros seu reliquas possessiones memoratæ sedis, quas nunc in quibuslibet pagis & territorijs infra ditionem Imperij nostri possidet, vel quæ deinceps in ius Ecclesiæ ipsius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ iniustè distringendos, aut vllas redibitiones seu inlicitas exactiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt penitus exigere præsumat. Sed liceat memorato Præsuli suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus ad eam pertinentibus sub emunitatis nostræ defensione, quieto ordine possidere, atque pro incolumitate nostra, nec non & stabilitate regni nostri, vna cum Clero & populo sibi subiecto Domini clementiam iugiter exorare. Addidimus etiam sine hoc nostri vigoris solidamento, vt si quislibet ausu nefario post statuta decessorum nostrorum ex rebus iam dictæ Ecclesiæ quicquam temere inuasisset, nullatenus exinde aliquid vlterius sibi vsurpare præsumat, sed eidem Ecclesiæ idipsum in omnibus emendando restituat. Et vt hæc auctoritas, nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconuulsa manere, manu propria subter eam firmauimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domini Ludouici  Serenissimi Regis.

Salomon Cancellarius aduicem Pilegrini Archicapellani recognouit.

Data. 13. Kal. Feb. Anno ab Incarnatione Domini 909. Anno vero pijssimi Regis Ludouici nono. Indictione 12. Actum ad Holzchrib. In Dei nomine feliciter Amen.


Non queo hic prætermittere, quod R. P. Gretserus in Catalogo Episcoporum Eystetten. sub Vdalfrido, seu Vlfrido Episcopo IX, (pag. 424.) scribit. Aiunt Centuriatores, Arnulphum Bauariæ Ducem deliberationi Synodali præfuisse, & simul cum patribus decreta edidisse. Vnde hoc illis notum? Vnde pleraque alia, nempe ex proprij cerebri bibliotheca, vbi asseruant, & quando opus est, inspiciunt, optimæ notæ manuscriptos Codices, & ex illis Centurias suas farciunt,

Inde tamen perspicuè colligo, Arnulphum nec Lutherano, nec Caluiniano spiritu instinctum fuisse: nam prædia Ecclesiasticorum, quæ partim Vngari depopulati erant, partim alij occupârant Episcopis ac Monachis restituit. Quis Lutheranus aut Caluinianus hoc faceret? Templis & sacris ædibus reditus constituit, quibus reparari queant. Da mihi Lutheranum aut Caluinianum, cui sit eadem liberalitas & pietas? Frisingensi Episcopo, bona quæ abrepta fuerant, reddit. O rem miri, quin & inauditi in schola Lutheranâ & Caluinianâ exempli. Sectarij nostri non modò multa Episcoporum bona, sed & integros Episcopatus inuaserunt. Quis vel vnicam cogitatiunculam de restitutione suscipit? *Vtinam Sectarij, absq; consilio gens, & sine prudentia intelligerent hæc; & saperent, & nouissima prouiderent.*

q. *Hanc Leonis PP. VII. Epistolam, inseruimus sub Salisburgen. Episcopo Egilolpho. pag. 49.*

r. *Omnino non est excludendus Richpertus, quem proximè subsequens Otthonis II. Diploma, Episcopum Brixinensem agnoscit.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes in regno nostro circumquaque fideles præsentes scilicet & futuri. Qualiter Venerabilis nomine Richpertus Brixinensis sanctæ Ecclesiæ Episcopus nostram adiens Clementiam, per interuentum Venerabilium virorum Dyetti Episcopi & Huotonis Comitis dilectique Magistri nostri precatus est, vt antiquam Capellã, quã olim antecessor noster beatę memorię Ludouicus Imperator construxerat in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ & modo dilapsa est atq; destructa, & est sita in Ratispona ciuitate, & quam prius venerandæ memoriæ pius Genitor noster Otto Imperator Augustus reminiscens illius pristini seruitij præfato Episcopo vsque ad obitum vitæ ipsius in proprietatem donauerat. At Nos per dilectorum rationabilem virorum supplicationem, & ob illius promptissimi optimam obsequij voluntatem, eandem præfatam Capellam præscripto Episcopo vsque ad obitum vitæ ipsius in proprietatem donauimus cum curtibus & curtilibus, ædificiis, familijs, mancipijs vtriusque sexus, cum censibus, & decimis, syluis, saginationibus, quæsitis & inquirendis & cum omnibus iustè legitimeque ad eandem Capellam pertinentibus. Vnde hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum fieri mandauimus, firmiter præcipientes, vt ipsa donationis nostræ Capella integriter cum vicis & villulis proprietario iure sub potestate sæpedicti absque vllius personæ retractione seu diminutione perpetuo consistat. Et vt hoc verius credatur, diligentiusque seruetur manu nostra propria id affirmauimus, & annuli nostri impressione subtus sigillari iussimus.

Signum Domini Ottonis magni  & inuictissimi Regis

Luidolfus Notarius ad vicem Wilhelmi Archicapellani notaui.


Data Idus Octobris Anno Domini 967. Indictione decima. Anno vero gloriosissimi Regis Otttonis septimo. Actum Brichsinæ in Domino feliciter Amen.

Hart.

Hartvvico Episcopo Brixinen. factæ fuerunt donationes à Conrado secundo Imp. sub hoc tenore.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Iustis fidelium nostrorum petitionibus acquiescentes, si res Ecclesiasticas rebus nobis diuinitus concessis augere studemus, non solum inde temporalis commodi posperitatem, verum etiam æternam sperare debemus remunerationem. Quapropter nouerit omnium Industria fidelium nostrorum tam præsentium quam futurorum; qualiter nos diuinam vt præmissum est remunerationem intuentes, nec non & dilectissimæ Coniugis nostræ Kiselæ, atq; nobilissimæ prolis nostræ Heinrici interuentionem gratissimè amplectentes fidelis nostri Hardvvici Brixinensis videlicet Ecclesiæ Episcopi petitione pulsati, in proprium tradidimus eidem sanctæ Brixinensi Ecclesiæ in honore sanctorum Casiani Martyris, nec non & Ingenuini Confessoris constructæ Comitatum quondam VVelfoni commissum, ab eo scilicet termino, qui Tridentinum à Brixinensi diuidit Episcopatum, quousque longissimè porrigitur in valle Eniana cum Clausa sub Sabione sita, & omni vsu iureque ad eum legaliter pertinente. Et vt hæc traditio firma inconuulsaque perpetualiter permaneat, præceptum hoc de ea conscribi, sigilloque nostro signari iussimus, propriaque manu, vt inferius videtur confirmauimus.

Signum Domini Chunradi Romanorum Imperatoris Augusti.



Vdalricus Cancellarius ad vicem Arbonis Archicapellani recognouit.

Data septimo Id. Iunij Anno Incarnationis dominicæ 1027. Indict. nona. Regni Chuonradi secundi Anno tertio, Imperij autem eius primo. Actum Stegon.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia Rex, Romanorumq; Imperator Augustus. Ad præsentem prosperitatem & ad æternam spem sibi prospectum parat, quisquis Ecclesias Dei vel à fundamento locat, vel à peruersis dirutas redintegrando locupletat. Quæ copia cum maximè Regibus, vel Imperatoribus præsto fuisset, ex quo Christianæ religioni colla subdiderunt. Pium ac rationabile nobis videtur, nil ab his deuiare, quibus credimus Antecessores nostros sibi æternam requiem promeruisse. Vnde Dei nostrorumque fidelium vniuersitati tam præsentibus quam posteris notum esse cupimus, qualiter dilectus noster Aribo Moguntinæ sedis venerabilis Archiepiscopus, & Bruno Augustensis Episcopus Celsitudinem nostram adierunt, humiliter obsecrantes; vt Clusas sitas in loco Sebona, in pago Orital in Comitatu Engelberti cum Thelonio & cum omni vtilitate, quæ vllo modo inde prouenire poterit, ad Monasterium Sebona dicto in honore sanctæ Mariæ constructo, per nostrum Imperiale præceptum traderemus. Quorum petitioni pium sicut iustum erat assensum præbentes, ob interuentum dilectæ coniugis Gillæ † Imperatricis Augustæ, & vnici filij nostri Heinrici Regis, nec non Adalberonis Karentani Ducis suprascriptas Clusas ad præfatum monasterium per hoc imperiale præceptum firmissime

† *in præced. Diplom. Kisela.*

tradidimus, ea vid. ratione, vt Hartvvicus eiusdem Ecclesiæ Episcopus suique successores, liberam de hinc potestatem de eisdem Clusis habeant tradendi, vendendi, commutandi, vel quid sibi placuerit inde faciendi, ad vsum tamen præscripti monasterij. Et vt hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni tempore perdueret, hanc chartam inde conscriptam, subtusq; manu propria roboratam sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Chonradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Vdalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognouit.

Data octauo Kal. Maij, indictione vndecima anno dominicæ incarnationis 1028. anno autem Domini Chonradi secundi, Regni quarto Imperij vero secundo. Actum Aquisgrani. In Domino feliciter Amen.


t. *Tale quid ex neutro Chonradi secundi diplomate iam inserto, ne suspicari quidem licet.*

u. *De Poppone, post Pontifice Maximo Damaso secundo dicto, longissimè à Platina abit Ciaconius.* Damasus, *inquiens*, II. iunior, Germanus, Bauarus, Popo Bagniarius antea vocatus, Episcopus Brixinensis, & Patriarcha Aquilegien. homo ignobilis, vir alioqui ingeniosus, & negotiorum tractandorum dexter, Imp. Heinrico tertio Aug. sedit dies XXIII. consecratus & coronatus Romæ XVI. Kal. Aug. die dominico anno MXLVIII. Platina optimi Pontificis famam temere suis scriptis fœdauit; Martinum & Gulfridum, non tutæ fidei auctores secutus &c. *Et paulò post:* Popo autem cum honestissimo Comitatu Romam peruenit, atque ab omnibus summo honore acceptus.

x. *Concessio Heinrici tertij sic habet.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus, præsentibus scilicet & futuris. qualiter nos ob petitionem & deuotum seruitium nostri fidelis ac dilecti Brixinensis Ecclesiæ Episcopi Popponis Forestum in Pago Bustrissa, in comitatu Sigefridi Comitis situm, infra terminos, quos in præsenti nominamus de flumine quod dicitur Pudia vsque ad flumen quod dicitur Schvvartzenbach. deinde vsque ad iuga Alpium vallis quæ dicitur Arina. & exinde quæ dicitur Wizzental, vsque ad flumen, quod Pirra vocatur. His omnibus, quos in præsenti conscribimus laudantibus, atq; voluntarie consentientibus cum banni nostri auctoritate distrinximus ac firmauimus, vt nullus præter voluntatem præfati Episcopi in eo præsumat ceruos, aut apros, capreolos canibus venari, arcu sagittaque figere, plagis, laqueis, pedicis, seu quolibet venatoriæ artis ingenio capere vel decipere. Qui autem hoc Forestum fieri laudauerunt hi sunt Wecil, Adelram, Babo, Hezeman, Willehalm, Hildebolt, Sigehart, Beredolt, Alberich, Gerolt, Odalrich, Berehart, Otdo, Hartvvic, Rotheri, Ebbo, Billunch, Willehalm, Erkenger, Adelhart, Egizo, Deidera, Ebbo, Hartvvig, Luidolt, Rodeni, Benzelin, Amacho, Ebbo. Et vt hæc nostra auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam propria manu corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Heinrici tertij inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.



Winthe-

R

Wintherius Cancellarius vice Bardnis Archicancellarij recognoui.

Data VIII. Kal. Feb. An. dominicæ incarnationis M. XLVIII. Indictione prima, Anno autem Domini Heinrici tertij ordinationis eius XIX. regnantis quidem IX. Imperantis autem II. in Dei nomine. Actum Vlmo feliciter Amen.

Ciacon. in vita Damasi secundi expressè scribit, nullos eum creauisse Cardinales.

y. z. *Pseudosynodo Brixinensi à Schismatico Heinrico 4. præter ius fasq. coactæ rectè opponimus synodum Romæ anno M. L X X X. a Papa Gregorio VII. legitimè congregatam: cui Legati quoq. Principum Regni Teutoniæ, grauamina sua contra Heinricum proponentes interfuerunt. Sed præstat hac de re audire Paulum Bernriedensem in vita Gregorij VII. pag. 233.*

Anno ab incarnatione Domini M. L X X X. Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ septimi anno VII. Indictione tertia celebrauit ipse Papa Synodum Romæ, vbi interfuerunt Archiepiscopi, Episcopi diuersarum Vrbium, nec non & Abbatum, ac diuersorum Ordinum Clericorum, & Laicorum innumerabilis multitudo. Superuenerunt autem & Legati Rudolphi Regis, & Principum regni Teutonici, & huiusmodi querimoniam protulerunt super Tyrannidem Heinrici: Nos ex legatione Domini nostri Regis Rudolphi, & Principum eius conquerimur DEO, & S. Petro, vestræq; paternitati, & cuncto huic sanctissimo Concilio, quod ille Heinricus, quem vos Apostolica auctoritate deposuistis à regno, idipsum regnum contra vestrum interdictum Tyrannicè inuasit, omnia circumquaq; ferro, præda, incendio deuastauit: Archiepiscopos, Episcopos de Episcopatibus suis impia crudelitate expulit, & eorum Episcopatus suis fautoribus in beneficia distribuit. Per cuius etiam Tyrannidem piæ memoriæ Werinharius Magdeburgensis Archiepiscopus occisus est: Adelbertus Wormaciensis Episcopus adhuc ab eo contra Sedis Apostolicæ præceptum in captione cruciatur. Multa hominum millia eius factione sunt occisa; quàm plures Ecclesiæ, ablatis reliquiis, incensæ, ac penitus destructæ. Innumerabilia quidem facinora sunt, quæ idem Heinricus in Principes nostros perpetrauit, eò quod sibi contra sedis Apostolicæ decretum vt regi, obedire noluerunt: & colloquium, quod vos pro inquirenda iustitia, & pace componenda decreuistis, ex culpa Henrici, & fautorum eius remansit. Quapropter vestram humiliter imploramus clementiam, vt nobis, imò sanctæ DEI Ecclesiæ, decretam sacrilego peruasori Ecclesiarum, iustitiam faciatis.

Extant libri Tomo. 3. Decretal. Edit. Rom. lib. Gregorianar. 7. post Epist. 14.

Querela principum Germaniæ cōtra Heinricum.

Scelera Heinrici.

Hac oratio B. Greg. VII. habetur 3. Tom. Decretal. Pontif. Edit. Rom. lib 7. Epist. Gregor. post Epist. 14. pag. 808.

Oratio Greg. VII. ad SS. Apost. Petrum & Paulum.

His & talibus excitatus viri Dei spiritus, sentiens & imminere diem, quem sibi in visione B. DEI GENITRIX ad proferendam damnationis sententiam in eundem aduersarium Ecclesiæ designauerat; &, ne vltra differret, præcipiendo interminauerat, graui cum dolore & gemitu parturiuit, & auscultante atque aspirante Concilio tandem in hæc verba prorupit.

B. Petre, princeps Apostolorum, & tu B. Paule, Doctor gentium, dignamini quæso aures vestras ad me inclinare, meq; clementer exaudire; quia veritatis estis discipuli, & amatores, adiuuate, vt veritatem vobis dicam, omni remota falsitate, quā omninò detestamini, vt fratres mei melius mihi acquiescant, & sciant & intelligant: quia ex vestra fiducia, post Dominum, & matrem eius semper virginem MARIAM, prauis & iniquis resisto: vestris autem fidelibus auxilium præsto. Vos autem scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi & inuitus

a. Anno Christi M. XL. id est iste Gregorius VI. b. Anno M. XLIX. Isa. 58. Psal. 2.

vltra montes cum Domino Papa [a] Gregorio abij, sed magis inuitus cum Domino meo [b] Papa Leone ad vestram specialem Ecclesiam redij, in qua vtcunq; vobis deseruiui: deinde, valdè inuitus cum magno dolore, & gemitu, & planctu in throno vestro valdè indignus sum collocatus. Hæc ideo dico; quia ego non vos elegi, sed vos me elegistis, & grauissimum pondus vestræ Ecclesiæ super me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere, & clamare, & annunciare populo Dei scelera eorum, & filijs Ecclesiæ peccata eorum, membra diaboli cæperunt contra me insurgere, & vsq; ad sanguinem præsumpserunt in me manus suas inijcere. Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt seculares & Ecclesiastici; aulici & vulgares conuenerunt in vnum aduersus Dñm, & aduersus vos Christos eius, dicentes: Dirumpamus vincula corũ, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum: Et, vt me omninò morte, vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter quos specialiter Henricus, quem dicunt Regem, Henrici Imperatoris filius, contra vestrum calcaneum erexit Ecclesiam, facta cum multis Vltramontanis, & Italicis conspiratione, annitens me deijciendo eam sibi subiugare. Cuius superbiæ vestra restitit auctoritas, eamq; vestra destruxit potestas: qui confusus, & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem ab excommunicatione quæsiuit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de vitæ suæ emendatione, solam ei communionem reddidi, non tamen in regno, à quo eum in Romana Synodo deposueram, instauraui, nec fidelitatem hominum, qui sibi iurauerant, vel erant iuraturi, à qua omnes absolui in eàdem Synodo, vt sibi seruaretur, præcepi. Et hæc ideo detinui, vt inter eum, & Episcopos, vel Principes vltramontanos, qui ei causa iussionis vestræ Ecclesiæ restiterant, iustitiam facerem, vel pacem componerem, sicut ipse Henricus iuramento per duos Episcopos mihi promisit.

Prædicti autem Episcopi, & Principes Vltramontani audientes illum non seruare quod mihi promiserat, quasi desperati ab eo, sine meo consilio, vobis testibus, elegerunt sibi Rudolphum Ducem in Regem: qui Rex Rudolphus festinanter ad me misso nuncio, indicauit se coactum regni gubernacula suscepisse, tamen se paratum mihi omnibus modis obedire. Et vt hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem sermonem mihi misit: adijciens etiam filio suo obside, & fidelis sui Bertholdi filio, quod promittebat, firmare.

Interea Henricus cœpit me precari, vt illum contra prædictum Rudolphũ adiuuarem. Cui respondi, me libenter facere, audita vtriusq; partis ratione, vt scirem, cui iustitia magis faueret. Ille autem putans suis viribus eum posse deuincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit se non posse, sicut sperauit, agere, duo Episcopi, Virdunensis videlicet, & [a] Osenburgensis de consentaneis suis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici, me, vt ei iustitiã facerẽ, rogauerunt, quod & nuncij Rudolphi fieri laudauerunt.

a Osnaburgensis.

Tandem aspirante DEO, sicut credo, statui in eàdem Synodo, in partibus Vltramontanis fieri colloquium, vt illic aut pax statueretur, aut cui plus iustitia faueret, cognosceretur. Ego enim, sicut vos mihi testes estis, Patres, & Domini mei, vsq; hodie nullam partem disposui adiuuare, nisi eam, cui plus iustitia faueret. Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, vbi iustitia suum locum seruaret, excommunicaui, & anathemati alligaui omnes personas siue Regis, siue Ducis, aut Episcopi, aut alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, vt non fieret. Prædictus autem Henricus cum suis fautoribus non timens periculum inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, colloquium impediendo, excommunicationem incurrit, & se ipsum anathematis vin-

culo

culo alligauit, magnamq; multitudinem Christianorum morti tradidit, & Ecclesias fecit dissipari; & totum penè Teuconicorum regnum desolationi dedit.

Quapropter confidens de iudicio, & misericordia DEI, eiusq; pijssimæ matris semper Virginis MARIÆ, fultus vestra auctoritate prædictum Henricum, quem dicunt regem, omnesq; fautores eius excommunicationi subijcio, & anathematis vinculo alligo, & iterum regnum Teutonicorum & Italiæ, ex parte omnipotentis DEI, & vestra; interdicens ei, omnem dignitatem, & potestatem regiam illi tollo, & vt nullus ei Christianus sicut regi obediat, interdico, omnesque qui ei iurauerunt, vel iurabunt de regni dominatione, à iuramenti promissione absoluo. Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires, nullamque in vita sua victoriam obtineat.

Vt autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem ad vestram fidelitatem, ex vestra parte, dono, largior & concedo, omnibusq; sibi fideliter adhærentibus absolutionem omnium peccatorum veram benedictionem in hac vita, & in futura, vestra fretus fiducia, largior. Sicut enim Henricus pro sua superbia, & inobedientia, & falsitate à regni dignitate iustè abijcitur; ita Rudolpho pro sua humilitate, obedientia, veritate potestas & dignitas regni conceditur.

Agite nunc quæso Patres, & Principes sanctissimi, vt omnis mundus intelligat, & cognoscat; quia, si potestis in cœlo ligare, & soluere; potestis in terra imperia, regna, ducatus, principatus, marchias, comitatus, & omnium hominum possessiones pro meritis tollere vnicuiq; & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus frequenter tulistis prauis, & indignis, & religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis: quid de secularibus vos posse credendum est? Addiscant nunc Reges, & omnes seculi Principes, quanti vos estis, quid potestis, & timeant parui pendere iussionem Ecclesiæ vestræ, & in prædicto Henrico tam citò iudicium vestrum exercete, vt omnes sciant, quia non fortuitò, sed vestra potestate cadet, & confundetur, vtinam ad pœnitentiam, vt spiritus sit saluus in die domini. Acta Romæ nonis Martij, Indictione III.

Verū haud irritum, tandem euentus docuit.

1. Cor. 5.

Igitur Satanæ traditus infelix Henricus, rabidoq; dæmonum furore magis ac magis ad summum iniquitatis conscendit, & legitimum Papam destituere cupiens, auream statuam Simoniacis, & Nicolaitis in Romana ciuitate, quam Babylonem Petrus & Ioannes appellant, nouus Nabuchodonosor erexit, Guibertum scilicet Rauennatem Episcopum, iam pridem à Gregorio nostro propter incestum, & alia flagitia sua Synodali sententia damnatum. Proinde grauissima persecutione contra virum DEI commota, Salernum recessit, ibique supremæ medicationis absinthio per corporales ægritudines efficacissimè purgatus, diuinæ consolationis dulci responso meruit exhilarari, videlicet purgationes istas ei in perpetuum proficere, & sufficere, nec eum vllam castigationem oportere post obitum timere.

1. Petri. 5.

Guibertus Antipapa.

Gregorius ex Vrbe Salernū abit.

Præscit Gregorius mortē suā.

Denique in signum sempiternæ sospitatis temporalem incolumitatem recepit: &, quod valdè gloriosum videri potest, circa Kalen. Ianuarij prænosse cœpit dissolutionem corporis sui futuram circa Kal. Iunij. Quibus cum appropinquasset, & vltimi doloris luctam inchoasset, astantibus ei Episcopis & Cardinalibus, eumque pro laboribus sanctæ conuersationis, & doctrinæ beatificantibus, respondit; Ego fratres mei dilectissimi nullos labores meos alicuius momenti facio; in hoc vno solummodò confidens, quod semper *dilexi iustitiam, & odio habui iniquitatem.* Item, cùm anxietatem suam de statu suo post discessum eius deplorarent; eleuatis, pius pater, in cœlum oculis, & eódem porrectis, instar

Præclarum Gregorij responsum.

ascensionis, palmis, illuc inquit, ascendam & obnixis precibus DEO propitio vos committam.

Non abs re videtur hoc loco per compendium inserere, quæ de S. Hartmanno nostro R. P. Raderus aut Sitū breui iuxta alios Bauariæ sanctos fusiori oratione in lucem publicam dabit.

aa. S. Hartmannus haud procul Batauis Boiorum, fortunâ vti non summa, ita nec infima, honestis maioribus natus, in S. Nicolai cœnobio extra Batauorum pomærium, quod S. Augustini Canonici inhabitant, admodum puer literas cū pietate tàm auidè hausit, vt intra paucos annos plurimùm promoueret. Euocatus à Iuuauensi Pontifice Conrado è domicilio S. Nicolai, sacro sacerdotum collegio Salisburgi ad S. Augustini normam efformando, decurio præficitur; quod mores eius essent legis loco, non longè post iubetur Chiemensis Ecclesiæ præfecturam suscipere. Deinde D. Leopoldus à memorato iam Pontifice Conrado Hartmannum diu expetitum impetrat, qui in claustro Neoburgo, per D. Leopoldum condito, tàm virorum quàm sacrarum virginum tutelam suscepit, magnumq; operæ pretium ibi fecit. Non destituère vitæ sanctitatem miraculorum opera, è quibus vnum alterumq; Lector cape. Intentus quadam die inter domesticos lectioni sacræ, repente exiliens ad ædes alibi sitas properauit, & quosdam è cœnobio suo negotia illic curantes ingenti clamore euocatos, proripere se inde extemplò iussit. Vix illi pedem extulerant, cum tota moles corruit. Simili modo naufragij periculum, præsulis sui beneficio, cum multis vectoribus euaserunt nautæ, qui scopulo haud procùl cœnobio adhæserant, flumine in exitium nauigium trahente.

Interim Reinbertus Brixinensis antistes vita cedit, cui Hartmannus sufficitur; vbi primò statim anno Reinbertum nobilem dynastum & copiosum induxit vt communicato cum coniuge sua nobili Boia consilio, nouæ Cellæ contubernium S. Augustini sodalibus, non sine cœlesti prodigio poneret. Hartmannus iam præsul in cultu, victu, officiis aulicis, consuetam iam ante, semper tenuit coluitq; frugalitatem & parsimoniam; ita vt inspecta illius quotidiana viuendi ratione monachum crederes, non Episcopum aut Principem. Cœlestium rerum contemplationi totus deditus, rei familiaris totius procuratione Conrado à sacris administro commisit, viro fido, probo & religioso, è Pollingano asceterio socio laborum adscito. Quotiescunq; verò reipublicæ vsus & amittendæ dotis Ecclesiasticæ periculum imminebat, quod per se Conradus auertere non poterat, Hartmannus non copijs militaribus, sed sacra mystarum acie cinctus, prælato victricis signo crucis prodiens cunctos aduersarios à temerarijs suis ausibus auertit, resq; Ecclesiæ suæ saluas & immunes obtinuit. Miracula complura & prodigia sanctitatis illius testes irrefragabiles, ante etiam quàm corpore solueretur edidit. (*quæ pleraque R. P. Raderus copiosa narratione persequitur*) breuitatis studio nobis heic prætereunda. Pridie tandem Christi natalis diei, cum diuinus Pontifex sacerdoti labes vitæ & peccata aperuisset, & accepta de more pœnitentia, sacris summa religione operatus esset, solium abluendo corpori intrans, præter omnium spem & expectationem in eo lustratus quà corpori quà animo purus, ad solium cœleste emigrauit, Cal. Ianuar. post Christum N. MCLXV.

Concessio Friderici II. cuius hic fit mentio, est talis:

bb. Fridericus secundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Regalis Excellentiæ decet dignitatem, & per hoc laudis titulus meritò sublimatur, cum fidelium & subiectorum suorum deuotionem attendit, & eorum seruitia dignis retributionibus recompensat. Attendentes igitur tam

tam deuota quam fidelia, quæ nobis dilectus fidelis & Princeps noster Berchtoldus Electus Brixinensis & nostris progenitoribus obsequia exhibere semper curauit, & in posterum de bono in melius poterit exhibere. Volentes ipsius seruitijs respondere pro meritis, de innata nobis liberalitatis gratia sibi suisque successoribus in Ecclesia Brixinensi concedimus & donamus in perpetuum omnes argenti fodinas, omnesque venas metallorum & salis, quæ in suo sunt Episcopatu & de cætero possunt reperiri cum omnibus iustitiis & pertinentijs suis possidendas & tenendas. Ad huius autem nostræ concessionis memoriam & perpetuam firmitatem præsentis paginæ scriptum nostri Sigilli munimine fecimus communiri, statuentes & sub interminatione gratiæ nostræ præcipientes, ne aliqua vnquam persona humilis vel alta hanc nostræ concessionis gratiam aliquomodo audeat vel debeat infringere seu attemptare. Quicunque autem huius nostræ concessionis & donationis statutum & paginam infringere vel aliquo tempore attemptare præsumpserit, nouerit se Maiestatis nostræ offensam grauiter incurrisse. Testes huius rei sunt: Fridericus Episcopus Tridentinus, Ludouicus Dux Bauariæ. Hermannus Marchio de Baden. Comes Eberhardus de Helfenstein. Comes Egno de Vrach. Heinricus & Albertus fratres de Niffen. Albero & Berchtoldus fratres de Wange. Anshalmus de Iustingein Imperialis aulæ Marschalcus. Eberhardus Dapifer de Tanne. Dieto Camerarius de Rauensberg. Iacko de Trivvenshem. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis. 1218. Datum apud Nürenberc quarto Kal. Ianuarij. Indictione sexta.

Corrigendus est hic numerus ex his quæ habentur supra de Eberhardo II. Archiep. Salisb. pag. 13. & rescribendus annus 1232. vel circ. cc

Episcopo Ioanni Thomæ 5. die Maij Anno 1580. Coadiutor datus est Rmus & Illmus Dn. Cardinalis Andreas Austriæ: qua occasione quatuor dominia in valle Pustrissa sita, Michaelspurg, Vtenheim, Schönegg, & Heinfels à Serenissimo Archiduce Austriæ Ferdinando, Comite Tyrolis &c. Cardinalis parente, pignoris loco cum omni illorum iurisdictione, iuribus & redditibus tradita & concessa fuêre. Obiit Episcopus Iohannes Thomas Brixinæ Anno 1591. die 26. mensis Februarij, qui optimè suæ Ecclesiæ commodum procurauit: reditus auxit, & castrum in monte Velturns principe dignum funditus exstruxit & absoluit: ibidem quasi in medio Cathedralis Ecclesiæ sub monumento marmoreo reconditus iacet. dd

Successit Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus ANDREAS Cardinalis Austriæ iam antea Coadiutor postulatus; Episcopus Constantiensis & Administrator Monasteriorum Murbach & Luders: dein Gubernator Philippi II. Hispaniarum Regis in Belgicis prouinciis constitutus. Inde vota sua exsoluturus Romam profectus est, vbi in brachiis summi & opt. Pontificis Clementis VIII die 12. Nouembris An. 1600. vltimum vitæ suæ diem clausit. Inuigilauit hic Princeps, omnemque operam dedit, vt Ecclesiæ suæ Brixinensi summa iura, vt vocant, Imperialia regalia conseruaret & exerceret. Aram templi Cathedralis summam, cui effigies sua insita est, excellenti pictura expeditam auroq; decoratam erexit. Castrum residentiæ Episcopalis ex parte à fundamentis forma ac dispositione apta, & amplissimis porticibus construxit; huicq; desponsæ sibi Ecclesiæ aliquot florentorũ millia extremo suo elegio reliquit; quæ exsoluta ad eiusdem fabricæ castri continuationem impensa fuerunt.

Excepit defunctum Cardinalem Rmus & Illmus Dn. CHRISTOPHORVS ANDREAS, ex liberis Baronibus de Spaur & Valer Tyrolensibus natus; frater germa-

germanus prædefuncti Episcopi Ioannis Thomæ: quondam Decanus Brixinensis, & per totos annos viginti octo dignissimus Episcopus Gurcen. septimo die Februarij An. 1601. Episcopus Brixinen. postulatus. Hic Monasterium pro religiosis Patribus Cappucinis D. Francisci ab integro ædificauit: eleemosynas pauperibus plurimas elargitus est: alumnos pro studijs ad sacros ordines promouendos instituit: & Ecclesiæ Romanæ ritum ac cærimonias ibidem obseruandas introduxit. Synodum quoq; diœcesanam An. 1603. celebrauit, quam typis edidit. Alteram ruinosam turrim summo templo contiguã multis impensis restaurauit. Tandem cum vitam pietate & castitate prouecta ætate complesset, obijt Brixinæ dicima die Ianuarij An. C. 1613. iuxta fratrem Episcopum sub marmore simili sepultus. Post cuius mortem cum Canonici Brixinenses in electione noui Episcopi dissentirent, & in paria vota inciderent, nec heis repetitis pluralitas eueniret, in successorem vnanimi consensu postulant Serenissimum & Reueren. Archiducem CAROLVM Austriæ, Episcopum Wratislauien. 3. die Martij eodem anno 1613. qui postmodum electus supremi Magistratus Ordinis Teutonici Administrator, 26. die mensis Decemb. An. 1618. Halæ in valle Oeni in templo regio Visitationi Beatiss. Virgini Mariæ sacro, cruce insignitus, & gladio accinctus est.

Catalogus Præpositorum Cathedralis Ecclesiæ Brixinen. quorum quidem nomina hactenus ad nos peruenerunt: incendio enim binis vicibus exorto multa monumenta vetera interierunt.

I. Dn. NICOLAVS Præpositus, an. 1219.
II. Dn. WINTHERVS de Neuburg, an. 1221.
III. Dn. WALTHERVS de Argentina, an. 1430.
IV. Dn. ANDREAS Conradi qui & Decanus Brixinen. an. 1445.
V. Dn. IACOBVS, an. 1447.
VI. Dn. GOTSCHALCVS Lauri, an. 1460.
VII. Dn. WOLFGANGVS Neitlinger, an. 1481.
VIII. Dn. ANTONIVS Paungartner, V. I. D. an. 1492.
IX. Dn. IOANNES Greitner V. I. D. an. 1494.
X. Dn. SEBASTIANVS Sprenz an. 1513. postea Episcopus Brixinensis.
XI. Dn. AMBROSIVS Iphofer, V. I. D. an. 1525.
XII. Dn. GREGORIVS Angerer, Episcopus nouæ ciuitatis, qui & Decanus Brixinen. an. 1530.
XIII. Dn. IOANN Thomas Baro à Spaur & Valer, postea Episcopus Brixinen. an. 1549.
XIV. Dn. LEOPOLDVS à Trautmansdorf, an. 1570. qui & Decanus Brixinen.
XV. Dn. DAVID à Spaur, an. 1588.
XVI. Dn. PARIS Comes Lodroni an. 1600.
XVII. Dn. SIMON Feurstain SS. Theol. D. Episcopus Bellinen. Suffraganeus & Præpositus Brixinen. an. 1601.

DECANI Brixinen.

I. Dn. SAXO
II. Dn. IOANNES de Nouacella
III. Dn. FRIDERICVS de Wangen, an. 1214. postea Episcopus Tridentinus.
IV. Dn. HENRICVS à Sabiona, an. 1238.
V. Dn. CONRADVS Reschon. an. 1267.
VI. Dn. MARQVARDVS, an. 1281.

VII. Dn. LANFRANCVS Comes à Sulzbach, an. 1292.
VIII. Dn. IOANNES de Sengen, an. 1305.
IX. Dn. NICOLAVS de Vnderburg, an. 1328.
X. Dn. HENRICVS Comes de Eppan, an. 1356.
XI. Dn. IOANNES de Kiens, an. 1379.
XII. Dn. SEBASTIANVS Stemphl, an. 1409. postea Episcopus Brixinen.
XIII. Dn. NICOLAVS Schvvarat, an. 1430.
XIV. Dn. CONRADVS de Matrai, an. 1437.
XV. Dn. ANDREAS Conradi, qui & Præpositus Brixinen. an. 1443.
XVI. Dn. ANDREAS à Villanders, an. 1452.
XVII. Dn. BENEDICTVS Fieger, V. I. D. an. 1484.
XVIII. Dn. WOLFGANGVS de Rorbach, an. 1511.
XIX. Dn. IOANNES Riepper, V. I. D. an. 1526.
XX. Dn. CHRISTOPHORVS à Iauffenburg postmodum Episcopus Brixinen, an. 1536.
XXI. Dn. GREGORIVS Angerer DD. Doctor, Episcopus Nouæ ciuitatis, qui & Præpositus Brixinen. an. 1540.
XXII. Dn. IOANNES Iacobus Kuen à Belasi, postea Archiepiscopus Salisburg. anno 1556.
XXIII. Dn. LEOPOLDVS à Trautmansdorff, qui etiam Præpositus fuit, an. 1565.
XXIV. Dn. CHRISTOPHORVS Andreas Baro à Spaur an. 1570. postea Episcopus Gurcen. & Brixinen.
XXV. Dn. MICHAEL Baro à Wolckenstain, an. 1575.
XXVI. Dn. ERNESTVS Baro à Wolckenstain, an. 1587.
XXVII. Dn. ALEXANDER Fabri V. I. D. an. 1601.
XXVIII. Dn. HIERONIMVS Otho Agricola, V. I. D. an. 1613.

INDEX TOMI I.
METROPOLIS.

A.

B.

Braunge c

C.

S f Crembsa,

M.

N.

O.

Odilo,

S.

T.

V.

Vrbanus